HN 6947 A

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

www.libtool.com.cn

PINDARI OPERA

QVAE SVPERSVNT.

TEXTVM IN GENVINA METRA RESTITVIT
ET EX FIDE LIBRORVM MANVSCRIPTORVM
DOCTORVMQVE CONIECTVRIS RECENSVIT
ANNOTATIONEM CRITICAM SCHOLIA INTEGRA
INTERPRETATIONEM LATINAM
COMMENTARIVM PERPETVVM ET INDICES
ADIECIT

AVGVSTVS BOECKHIVS
IN VNIVERSITATE LITTERARVM REGIA BEROLINENSI
ELOQ. PROF. PVBL. ORD. ACAD. DOCTR. BORVSS. ET BAVAR. SOD.

TOMI SECVNDI PARS ALTERA.

LIPSIAE
APVD IOANN. AVGVST. GOTTLOB WEIGEL
MDCCCXXI.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtoolcom.cn

quod, qui vocabulorum et structurae rationem cognoscere voluerit, poterit eam e Latino Pindaro discere. Tantum de levi hac opera. Sed in Explicationibus conscribendis communi consilio non id spectavimus, ut quidquid tironibus, quibus Pindarus aut omnino non tradendus aut periti praeceptoris disciplina illustrandus est, posset minus cognitum esse, exponeremus; neque ut varias interpretum sententias, quamquam omnes in partes vocati, perreptati, consulti sunt, dedita opera examinaremus, quod uno alteroque loco, ubi res poscebat, factum invenies: sed ut iustae interpretationi necessaria afferremus, quae ratio nobis probaretur, ea ubi opus esset, idoneis firmaretur argumentis, ubi verbo monstrare verum sufficeret, nude ac simpliciter proponeretur; simul ut supervacaneae eruditionis ostentationem omnem devitaremus, in gravioribus rebus suum cuique doctorum redderemus, in iis vero, quae ab unoquoque nulla maiore ingenii contentione inveniri poterant, qui primus, qui secundus, qui tertius idem dixisset, plane taceremus. Quae in Scholiis recte exposita sunt, nonnisi singulares ob causas repetivimus; praesertim ibi, ubi ab iis immerito discesserant novitii interpretes, quorum imperitiae tribuendum est, quod initio maxime commentarii saepe etiam vulgaria docenda erant; talia enim ubi proferentur, ob aliorum hoc fit pravam explicationem, etiamsi nemini error exprobratus sit. Verborum, formarum, locutionum expositionem ut plurimum lexicis grammaticisque libris reliquimus, et maxime quae Schneiderus, Pindarica vocabula permulta optime explanans, in utilissimo Graecae linguae cornucopiae attulit, ob hoc ipsum prope omnia omisimus. Ieiuna et exilia argumenta contexere displicuit: tamen ne quis in nexu sententiarum haereret, continuata in plerisque carminibus explicatione melius quam praemittendis argumentis prospectum videtur. Neque in fabularum uberiorem tractationem excurrere aptum fuit: ex quibus minus nota attigimus, vulgaria suppeditantibus vel Scholiis; interiorem sensum ii eruendum susceperint, qui hoc de industria agunt: nos hunc nonnisi aliquot locis attigimus. At illud et difficillimum et praecipuum interpretis munus iudicamus, ut poetae consilium rerumque et hominum, qui Pindaro talia scribendi occasionem praebuerant, condicio, quantum fieri potest, in luce ponatur: in quo si semel atque iterum ad coniecturam confugimus, ubi nexus, qui inter elocutionem et consilium poetae intercedere debet, prorsus obscurus deprehenditur; neque interpres culpandus est, quem sufficiente quamvis doctrina instructum curta rerum ex antiquitate traditarum supellex iis locis destituat, ad quos plane intelligendos aliquid deesse ex artis praeceptis probe perspexerit, neque poeta ratione, non caeco impetu in carminibus pangendis versatus, rebus-

www.libtool.com.cn
que et personis, temporibus, fini maxima quaeque accommodans absonarum et inanium digressionum crimine onerandus. In hoc autem interpretandi genere, ut in ceteris rebus prope omnibus, ego et Dissenius ita conspiramus, utrumque ut eadem via incedentem videas. Nam illum eodem plane modo de Pindari ingenio iudicare et illius explicationes demonstrant, et haec eiusdem verba, quae ex meo prorsus animo scripta sunt. „Sunt talia fere ex difficillimis apud Pindarum, inquit, in quibus interpretandis vix ab errore caveas; tamen non defugiendus est labor, siquidem certum est Pindarum nihil temere molitum. Scio hoc non concessuros omnes. Sunt etiamnunc, qui levissime tractantes scriptorum veterum divina opera inanem dicunt omnem hanc operam, ridentque eos, qui artem quaerunt, ubi ipsis nihil huiusmodi suboluit; hi aliter iudicabunt, ubi altioris, quae dicitur, hermeneuticae doctrina nimium diu neglecta accuratius aliquando exposita erit. Quantum in hoc quoque genere discendum nobis supersit, nemo ignorare potest, qui acutissimas disputationes legit, quibus vir admirabilis Schleiermacherus Platonem insigniter illustravit". Quibus ego verbis ultro addo, universam illam interpretandi rationem et hermeneuticam doctrinam me quidem non alii quam Schleiermachero acceptam referre. Haec hactenus. Postremo quae in Notis criticis ad explicanda poetae verba allata sunt, non nunc repetuntur, sed passim nonnulla retractantur, additis aliquoties variis lectionibus ex libro Pal. C. nuper post Schmidium denuo collato, et ex codice Olympiorum Brunckiano, cuius varietatem Schneiderus praebuit: raro tamen id factum, quod lectiones longe plurimae aliunde affatim firmatis conveniunt, neque operae pretium est novam his ex illis libris auctoritatem conciliare. Idem dicendum de variis lectionibus partim Olympiorum partim Pythiorum, quas commentariis his prope ad exitum perductis vir excellentissimus, Guilelmus Liber Baro de Humboldt pro eximia sua humanitate mecum communicavit. Hae excerptae ab ipso ex libris Parisinis 2709. 2882. 2834. 2465. 2774. 2820. 2783. 2403. inter quos duo sunt in meos usus olim collati num. 2403. (Par. A.) et 2882. (Par. B.); item ex Vindobonensibus libris quattuor num. 144. 219. 58. et alio neque apud Lambecium neque apud Nesselium nec apud Kollarium notato, eoque membranaceo, qui ex bibliotheca urbica in Caesaream translatus est. Parisinos illos in solis reperies Pythiis semel atque iterum commemoratos, quorum eos locos, de quibus Heynius in varia lectione aliquid monuerat, cum libris illis contulit vir illustrissimus. Posthac lectiones ex libris Neapolitanis ab Ahlwardto editae accesserunt, de quibus vide Appendicem. Quodsi quis exspectaverit simul cum commentario perpetuo me istam congeriem variantium lectionum exhibiturum, quam

www.libtool.com.cn

me suo loco editurum dixi in Nott. critt. ad Olymp. I, extr. brevis ad hoc responsio est non esse hunc illum, quem in animo habebam, locum: cogitabam de Collectaneis criticis, qualia siquis in unum corpus redigere constituerit, volupe mihi erit illas copias qualescunque ipsi tradere. Utilius visum addere locos multos, quibus Pindarica apud veteres scriptores respiciuntur vel afferuntur, praeter eos, quos Notae criticae significant, paucis de industria neglectis; ex quibus locis haud raro, quomodo Pindarum veteres intellexerint, optime discitur: in illis vero colligendis plurimum adiuvit Schneideri, qui eos olim inter fragmenta conquirenda magna ex parte annotaverat, immensa eruditio: idem quae mihi praeterea suppeditavit, iis secundum illud *Κοινὰ τὰ τῶν φίλων* ut meis usus sum, quum praesertim satis scirem, communi utilitati, non suae illum gloriolae consulere voluisse. Neque aliam viam aut series commentariorum aut illorum meorumque collectaneorum patiebatur ratio; ubi tamen necessarium visum, viri venerandi nomen apposui.

Sed absolutis iam commentariis in manus venit Pindari editio minor ab Ahlwardto curata: in qua quum vidissem virum illum aliam rationem iniisse atque me, neque tamen ille mihi suam probasset, sed meam ego satis firmatam tutissimis argumentis arbitrarer, nolui in praesens de eius crisi uberius disputare, sed aliis rei criticae et metricae peritis, uter rectiorem in singulis viam ingressus esset, diiudicandum reliqui. Illi igitur, quorum censuram haud defugio, et qui Pindarum ibi ubi novas versuum divisiones molitus Ahlwardtus est, permultis locis pessumdatum esse intelligent, de eo iudicabunt, uter Pindari metra rectius perspexerit, ille an ego, cuius de arte metrorum notiones admodum confusas esse idem ille iactat. Nec quidquam de lite, quae mihi cum illo intercessit, addam nisi haec. Primum enim Ahlwardtus haud sine specie, sed verbis non satis, ut mihi videtur, aptis dixit, me qui ipsius acerbitatem castigassem, in ipsum aliosque esse vehementissime invectum (Metr. Pind. lib. III. cap. 24.); quod ut verum est neque a me excusabitur, qui potius et in me id reprehendam et discipulos ab hoc scribendi genere dehortari soleam, ita nescio an apud aequos iudices aliquam inde excusationem habere debeat, quod non ego primus acerbior extiti, sed undique et maxime ab Ahlwardto, quocum comiter agere antea instituera m, vellicatus et laceratus eram: et quae tum adversus alios scripsi, nunc eo minus mihi exprobranda erant, postquam in Praefatione T. II. p. XXXVII. ista mihi non probari significaveram. At nolo conqueri, siquis ob pristina ista mihi succenseat; *ἐπεὶ ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν*: modo ne quis cum Ahlwardto anicularum in foro piscario convicia a me iacta fabuletur, a quibus quae tum scripsi longissimo intervallo distant. Gra-

www.libtool.com.cn

vius est alterum, quod Ahlwardtus ut olim, ita etiamnunc calumnias in lon spargit, non opinor falsa esse, quae dicit, intelligens, sed nimia ar impotentia ita praestrictus, ut neque in rebus neque in personis et falsa queat dignoscere. Etenim Præf. p. IX. in prooemio amp ris editionis sese monstraturum historice et chronologice pollice litis de vocabulis inter duos versus non dividendis historiam in C mentariis metricis p. 324 — 332. a me narratam „a capite ad cal nil esse nisi continuam procacissimorum et pessime compositorum m daciorum congeriem". Quæ criminatio quamvis atrox multoque q quidquam earum rerum, quas ego illi dixi, ferocior minime me per refacit, sed bono animo istam disputationem exspecto, qui satis sci quidquid de litis historia scripsi, bona fide et verissime a me scripi esse. Necdum video quid Ahlwardtus velit, quum quater ei me inv honorem concessisse dixerim atque etiamnunc dicam: nisi quod meum iudicium interponere licet, nunc illud plane intelligo, quod o amici coniecerant, ipsum Ahlwardtum rem a sese inventam recte ne demonstrare neque ad exitum perducere potuisse. Ita quidem fac est, ut ille, qui me ob paucas coniecturas in textum immissas re hendit, turpissimis interpolationibus plurimis Pindarum immane quan corruperit: ac tantum abest, ut quod dicit, pro iniuria, quam ille fert, Po me consecuta sit, ut prorsus contra nunc a peritis perspici queat, A wardtum hostilis, quo me petivit, impetus poenas dare extremas, qui qui eius rei, cuius ipsum auctorem esse haud aegre fassus sim, n perdiderit laudem, quum neque in versibus neque in lectionibus i candis probabilem invenire rationem valuerit, et quae non intelle ridere satis habuerit. Id me demonstraturum iam nunc pollicerer, confiderem meos de Metris Pindari libros et notas criticas ac praese Praefationem tomi primi, ubi codicum familias et lectionis fontes, c rei rationem adversarius prorsus ignorat, certa via demonstravi, satis dentibus materiae ministrare ad istius tumultuariam neque ulla parte babilem crisin labefactandam et erroris convincendam. Immo per tis locis sufficit Ahlwardti annotationes cum meis conferri, ut quan ille a vero aberraverit et qua fide adversus me egerit, pernoscatur. N eo usque processit, ut me invitis libris rescripsisse dixerit, quod ad libri auctoritate reposui (vide modo Nem. III, 54. nostr., et adde Oly XIII, 6. cum Appendice p. 581.) et me ignorasse id perhibuerit, q certa ratione refutavi (vide modo Pyth. I, 52.). Sed omne cum illo certamen in praesens omisi, ne dissonis vocibus Pindari interpell tur harmonia; satis habui in Appendice lectiones codicum Neapolit rum congerere, ut intelligi posset, quam Ahlwardto dii irati fuerint,

www.libtool.com.cn

ei libros offerrent adeo turpiter interpolatos, ut si Ahlwardti ipsius levitatem exceperis, ad Pindarum corrumpendum nihil illis libris potuerit efficacius esse. Itaque sive Ahlwardti ingenium sive librorum subsidia spectes, exceptis rebus paucissimis iisque minimi momenti quidquid novum in ista editione est, id non verum deprehenditur: quae autem vera sunt, ea non sunt nova. Postremo adversus eam, quam supra dixi, accusationem, quam falsam esse sole meridiano clarius est, Demosthenea hac simplici ratione interim me tuebor: *Si vos, apud quos vixi et vivo, talem me nostis, qualem iste criminatur, ne vocem quidem sustinete; sin meliorem me cognostis, ne in ceteris quidem rebus isti fidem adhibete: apertum est enim cuncta istum similiter finxisse: mihique quam prius a vobis expertus sum, benevolentiam etiam in hoc certamine servate.* *) Te imprimis compello, Thierschi, cuius eximium opus Pindaricum eodem quo Ahlwardtianum die allatum comi quasi alloquio mentem recreavit et dulcissimo affectu perfudit. Etiam tu, quocum mihi ex publica simultate coniunctior necessitas et amicitia nata est, nihil in his commentariis reperies, quod aut adversus tuum illud opus dictum sit, aut ex tuis egregiis disputationibus, ex quibus sane, si maturius editae essent, multum utilitatis in mea redundare poterat, in usum sit versum: immo primo statim conspectu cognosces, quae paulo post de ingenio et indole carminum Pindaricorum ab alio aliquando aestimanda dixi, non me dicturum fuisse, si tum quum illa scriberem, id a te uberrime et elegantissime perfectum esse rescivissem. Igitur in aliis nos mire consentientes, in aliis diversa via incedentes videbis: in utrisque aequus tu mihi arbiter aderis, nec tibi surrepta dices, quae ante editos hos commentarios occupasti, nec meum in aliis dissensum, in aliis silentium aegre feres.

*) Pleniorem licebat locum apponere, ne iis quidem omissis, quae nostrae personae non conveniunt: *Περὶ μὲν δὴ τῶν ἰδίων ὅσα λοιδορούμενος βεβλασφήμηκε περὶ ἐμοῦ, θεάσασθε, ὡς ἁπλᾶ καὶ δίκαια λέγω. εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον, οἷον οὗτος ἠτιᾶτο· οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα ἢ παρ' ὑμῖν· μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, μηδ' εἰ πάντα τὰ κοινὰ ὑπέρευ πεπολίτευμαι, ἀλλ' ἀναστάντες καταψηφίσασθε ἤδη. εἰ δὲ πολλῷ βελτίω τούτου καὶ ἐν βελτίοσιν καὶ μηδενὸς τῶν μετρίων, ἵνα μηδὲν ἐπαχθὲς λέγω, χείρω καὶ ἐμὲ καὶ τοὺς ὑμῶν ὑπειλήφατε καὶ γιγνώσκετε, τούτῳ μὲν μηδ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων πιστεύετε· δῆλον γὰρ ὡς ὁμοίως ἅπαντ' ἐπλάττετο· ἐμοὶ δ' ἦν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὔνοιαν ἐνδείξασθε ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρότερον, καὶ νυνὶ παράσχεσθε. κακοήθης δ' ὤν, Αἰσχίνη, τοῦτο παντελῶς εὐήθες ᾠήθης, τοὺς περὶ τῶν πεπραγμένων καὶ πεπολιτευμένων λόγους ἀφέντα με πρὸς τὰς ἰδιωρίας τὰς παρὰ σοῦ τρέψασθαι. οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο, οὐχ οὕτω τετύφωμαι, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν πεπολιτευμένων ἃ κατεψεύδου καὶ διέβαλλες αὐτίκα ἐξετάσω, τῆς δὲ πομπείας ταύτης τῆς ἀνέδην οὐτωσὶ γεγενημένης ὕστερον, ἂν βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τουτοισί, μνησθήσομαι.* Demosth. de cor. p. 228 sq.

www.libtool.com.cn

Unum tamen non silebo, etsi ad id non propter te sed propter quoddam hominum pusillanimum post tot turbas timidus accedo. siquis tua et mea accurate compararit, uno et altero loco iuraverit, ego scripsi, contra te scripta esse: quod quum dico, eam potiss rem specto, de qua tu acutissime et summo elegantiae sensu disp quomodo Pindari verba inter varias personas distribuenda sint. sim enim me obstinate negantem reperies, chorum quidquam e persona, quae a poeta distincta sit, proloqui. Quod quomodo s ctum, paucis exponam, nihil Ahlwardtum veritus, qui me quoque ab aliis inventas incidere satis mirari nequit: te satis scio usu didicisse, qui animum ad aliquod studium acrius intendant, eodem pore eadem invenire: et me quidem de distribuendis inter p personas cantici verbis cogitasse eo minus miraberis, quum non res in scenicis me poetis similiter versatum esse. Quippe quum me i daricis nexus sententiarum haud uno loco torqueret, in Pythio ca nono versanti mihi oblata est suspicio, non omnia ex eadem pe dicta esse, idque primum in vs. 79 sqq. qui a Thebano videbantur tati esse, atque iterum vs. 107. Deinde coepi etiam alia considerare, p eadem, de quibus tu dixisti; mox quum mihi res impedita vide hanc suspicionem pressi prope invitus, et contrariam rationem a xus omnia a poeta dicta iudicavi, sive per chorum sive per sin idque subinde significavi. Quod a me non ideo affertur, ut tibi i gloriam eripiam: nam tu id multo ante me et excogitasti haud du publice professus es; sed ut constet, quae adversus tuam disputa dicta videantur, contra me ipsum disputata esse, nisi quod uno tero loco etiam adversus priores interpretes, Scholiastas maxime, h re disserui. Nec tuam hac de re sententiam falsam pronuncio, similem opinionem reliquisse me profiteor; quis enim nescit, q in rebus difficilibus huc illuc animum appellentes, quae vera sint amsi menti obversata fuerint, omittamus? Immo siquis alius tale dixerit, minus id repudiare audeo, quam ubi solus repererim. De te mihi iudicem expeto, aut virum tibi studio Pindari, ingenio, tione, moribus vel parem vel supparem. Tibi, homini in litteris ctato et tali, quales esse omnes debebant, philologo, qui ampla do varias antiquitatis partes complectaris, iam nunc id debeo, quod t mea Pindari metrorum adornatione ita iudicasti honorifice, ut et assensum mihi gratissimum patefaceres et eam in universum seque tum me in lectionibus iudicandis et grammaticorum interpolatio detegendis verum vidisse declarasti eodem tempore, quo me Ahlw et rei metricae tantum non imperitum et non modo hebetem sed stu

esse suis, si quos habet, asseclis persuadere conatur. Neque id fecisti quod amicus sum, sed quod res ipsa id postulare videbatur; parique aequitate Hermanni, quocum tibi similis ac mecum lis exorta erat, immortalia de Thebano poeta merita praedicasti. Atque haec quidem et ipse adeo veneror, ut ultro addam, numquam fieri potuisse, ut de Pindari et lectionibus et metris sanius iudicaretur, nisi illius sagacitate et ingenii viribus patefacta via esset, qua metra Graecorum indagari possent. Neque male mihi dixisse videor, si Hermannum in hoc metrico et grammatico genere id antiquis litteris praestitisse dixero, quod in philosophia praestitit Kantius: nam ut ab hoc in philosophia, ita ab illo in arte metrica et grammatica coeptum est ratione agi, quum antea nostrates ex arbitrio et philosopharentur et de numeris ac sermone Graeco statuerent plerumque. Haec non potui non publice profiteri: nunc pergo ad alia.

De *vita* et *ingenio* Pindari disseruerunt Schneiderus, Iacobsius, alii: post quos etsi supersunt quae dicenda videantur, tamen ne hoc loco de *ingenio* et indole carminum Pindaricorum dicam, retinet me haec cogitatio, quod illa res nonnisi uberrima disputatione recte aestimari potest, quam qui aggredi velit, tum qui cultus ea aetate apud Graecos obtinuerit, quae gentis fuerit eruditio, quae musicae lyricaeque artis ratio et vis, ad quam perspiciendam aliquid certe et in libris de Metris Pindari et in his commentariis allatum confidimus, tenere debet, tum lyricae poeseos progressu, perfectione, labe, variisque generibus et auctoribus spectatis, alteroque poeta cum altero, quantum fieri per ingentem litterarum iacturam potest, comparato, quem inter eos locum Pindarus obtinuerit, acerrima iudicii subtilitate examinare: quod historiae litterarum munus utinam aliquando homo satis et doctrina et ingenio instructus subire dignetur! Vitam autem poetae in tanta fontium exilitate et famae inconstantia vix quisquam unquam diserte scripserit: ex qua materia equidem unum mihi caput nunc desumo, quod in *temporibus* Pindari versatur, quorum notitia ad carminum interpretationem non modo utilis, sed necessaria est, at ob Corsini auctoritatem nimiam, qui in Fastis Atticis T. II. p. 55 sqq. T. III. p. 122. p. 206. et errores plures admisit nec satis sibi constat, a novissimis scriptoribus plane fere neglecta: huic autem quaestioni nonnulla de vita poetae haud incommodum erit admiscere.

www.libtool.com.cn

Pindarus Thebanus ex vico dicitur *Cynoscephalis* fuisse (Thom. M. Anonymi Vit. metr. Vit. Vrat. Steph. Byz. v. *Κυνοκεφαλαί*): qui est inter Thespias Thebasque, ut patet coll. Xenoph. Agesil. 2, 22. et Hist. Gr. V, 4, 38. unde tamen ibi parentes domicilium habuisse colligi non potest: etenim ut in Attica civitate Acharnensis vel Salaminius potuit Athenis aut Eleusine habitare, ita qui in vico Cynoscephalis censeretur, Thebis vel alio in loco Thebanae ditionis potest habitasse. Maius est, quod Moschus III, 89. *Boeotidas Hylas*, quae a Thebis in septentrionem sunt, patriam lyrici esse significat: quem dissensum non ita tollendum iudicaverim, ut alterius Pindari Hylas, alterius Cynoscephalas vicum putes: quo pacto tollendus sit, ignoro: nisi ad Hylas fundos poeta habuerit. Ipsis se Thebis habitasse plurimis poeta locis docet, in quibus unus insignis Pyth. III, 77 sqq. De domo eius v. Thom. M. Vit. Vrat. Pausan. IX, 25, 3. Patrem Pindaro aut *Daiphantum* aut *Pagondam* aut *Scopelinum* fuisse tradunt: Scopelinum tamen et Daiphantum fuerunt qui eundem dicerent (v. Thom. M.): probabilius alii, qui Scopelinum vetustioris Pindari patrem statuunt; etsi ille etiam vitricus Pindari fuisse dicitur ex huius matre *Myrto* (v. Schol. p. 9. et not.), quae Pagondae uxor fertur (Thom. M.). Sed Daiphanto, in quo plurimi consentiunt (v. Thom. M. Suid. Anonym. in Vit. metr. Vit. Vrat. Steph. Byz. l. c. Tzetz. Chil. I, 8.), patrocinari videtur et index libelli Plutarchei *περὶ τῦ Κράτητος βίου καὶ Δαιφάντυ καὶ Πινδάρου* (v. not. ad Schol. p. 6 sq.) et *filius* poetae *Daiphantus* (Anonym. vs. 25. Suid. Vit. Vrat. p. 10.), quum filii ex avis soliti sint denominari. Mater poetae *Clidice* audit in Vita carmine perscripta. *Familiam* fuisse ex Thebana *Aegidarum gente* ipse significat Pyth. V, 72 sqq. *fratrem* dubii nominis ex Suida et Vita metrica novimus.

Pythiorum sese tempore natum testatur Pindarus (Fragm. inc. 102. ex Vit. Vrat. p. 9.), ex quo ipso hauserat Plutarchus (Symp. Qu. VIII, 1.): Pythia autem anno Olympiadis tertio quoque acta sunt incipiente mense Attico Munychione veris tempestate (Corsin. Diss. agon. II, 12.). Superest ut Olympias indagetur. Ad quam inveniendam, quum quod Thomas et Vita Aeschyli Pindarum Aeschylo aequalem fuisse perhibent, nequeat auctoritatem apud eum habere, qui calculos subducere accuratius constituerit, qua de re olim monui Gr. trag. princ. p. 47., solus Suidas dux est verbis his: *Γεγονὼς κατὰ τὴν ξε' Ὀλυμπιάδα, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ὢν ἐτῶν μ'*: ex quibus profecit Eudocia. Hoc auctore quum alii Pindarum Olymp. 65, 1. natum posuissent, correcta computatione Corsinus cum Er. Schmidio natales poetae in Olymp. 65, 3. retulit, me non assentiente: certe Suidas ipsa hac Olympiade natum Pindarum non

www.libtool.com.cn
efficit; qui si paulo ante lucem viderat, tamen potuit *κατὰ τὴν ξε΄ Ὀλυμπιάδα* natus dici, quum praesertim natales poetae inde potissimum collecti videantur, quod quo tempore Xerxes in Graeciam expediverat, quadraginta ille annos habuisse ferebatur. Iam vero Xerxis expeditio coepta est vere ineunte Olymp. 74, 4. (Corsin. F. A. T. III, p. 164.) desiitque pugna Plataeensi Olymp. 75, 2. circa Metagitnionis diem XXVII. pugnata (v. Prooemium Indicis Lectionum Univ. Berol. aestiv. a. 1816. p. 4.): igitur si Pindarus Olymp. 65, 3. initio mensis Attici Munychionis, qui anni Olympici decimus est, natus statuetur, in fine illius expeditionis Olymp. 75, 2. mense Olympico altero Metagitnione habuerit annos XXXVIII et menses quinque, initio autem eiusdem non plures quam XXXVII annos. Quo magis Suidae testimonio convenit Pindari natales in Olymp. 64, 3. referri: quod ubi posueris, incipiente Xerxis bello vere ineunte Pindarus annos quadraginta plenos habuit, prope absoluto etiam quadragesimo primo: atque huic sententiae congruum, quod Pythium carmen decimum Pythiade vicesima altera, Olymp. 69, 3. (v. de computo Pythiadum ad Olymp. XII.) hortante Thorace Aleuada scriptum est: qui si tum Pindarus annos viginti natus erat, potuit adolescentem poetam ad scribendum invitare, vix potuerit puerum sedecim annorum. Ceterae temporum notae hae sunt. Ut mittam Syncellum p. 254. in Chronico Paschali p. 161. ed. Paris. Olymp. 73. adscribitur: *Πίνδαρος ἐγνωρίζετο;* Diodorus XI, 26. ad Olymp. 75, 1. habet: *τῶν δὲ μελοποιῶν Πίνδαρος ἦν ἀκμάζων κατὰ τούτους τοὺς χρόνους;* similiter fere Thom. M. *κατὰ δὲ τὴν Ξέρξου κατάβασιν ἤκμαζε τὴν ἡλικίαν.* De obitu eius varia et ambigua traditio. Thom. M. *Τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἔξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς [ἢ ὥς τινες ὀγδοήκοντα] ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος κατὰ ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Vita versibus scripta: *Κάτθανεν ὀγδώκοντα τελειομένων ἐνιαυτῶν.* Apud Suidam obiisse dicitur, ut textus nunc est, *ἐτῶν νε΄.* De quo numero nimium absurdo dicere non est operae pretium: olim quidem Gr. trag. princ. p. 48. putabam hunc numerum ea niti sententia, ex qua Pindarus Olymp. 65, 3. natus et Olymp. 80, 3. defunctus esset, ita tamen ut in calculis subducendis, quod addere debebam, Suidas quadriennio vel quinquennio aberravisset; quod in annis secundum Olympiades computandis subinde accidit: neque tamen video, cur hoc tum ita statuerim. Verum etiam apud Thomam ubi pro Olymp. 86. restitueris Olymp. 80. et pro Abione praetore Bionem Olymp. 80.$\frac{2}{3}$. Athenis archontem, quae coniectura satis est probabilis (cf. Corsin. F. A. T. III, p. 100. T. II. p. 58.): erunt ab ipso initio Olymp. 64, 3. usque ad finem Olymp. 80, 3. non plures anni quam LXV, quum tamen rectius instituto calculo anni Olymp. 64, 3. ultimi

www.libtool.com.cn
tantum tres menses aetati Pindari annumerandi sint, nec Bionis magistratus usque ad annum Olymp. 80, 3. extremum, sed ad medium tantum producatur, incipiente tum archontum Atticorum munere a Gamelione et desinente extremo Posideone: ita ut, si Bione archonte Pindarus defunctus fuerit, non ultra annos LXIII et menses novem potuerit habere. Quodsi Olymp. 65, 3. demum natum poetam statueris, difficultas augebitur: sin Pindari natales in Olymp. 63, 3. removeris, a cuius decimo mense usque ad Bionem Olymp. 80, 2. mense Olympico septimo munus suscipientem erunt sane anni LXVI et menses novem; eius, quod de aetate lyrici potissimum est, testimonii vim infregeris, ex quo Persici belli a Xerxe gesti tempore fere quadragenarius fuit. At qui octoginta poetae annos tribuerunt, ii si natum Olymp. 65. censebant, mortem eius Olymp. 85. assignaverint, a quo non multum abludit lectio Thomae vulgata *κατὰ ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα*: rursum ubi Olymp. 64, 3. natus annum octogesimum vel attigerit vel absolverit, diem supremum obierit Olymp. 84, 3. Quibus in tenebris quis lucem pervideat? Attamen eo inclino, ut postremam sententiam veram iudicem: quam nisi calculi prorsus fallunt, ipsa poetae carmina certe adversus eos tutantur, qui Olymp. 80, $\frac{3}{4}$. defunctum poetam putant. Nam carmen Pythium octavum Olymp. 80, 3. post Pythia, hoc est post inceptum mensem Olympicum decimum et Bionem archontem scriptum est; atque ad idem fere tempus pertinet Nemeaeum carmen octavum: Olympica oda nona in Olymp. 81, 1. referenda videtur; Olympicae quarta et quinta Olymp. 82, 1. assignantur, neque eas ultra Olymp. 81, 1. removeri licet, quod Camarina Olymp. 79, 4. demum restituta est, vix ut eius civis iam Olymp. 80, 1. Olympiae vincere potuerit: nec duo haec carmina abiudicare Pindaro sustinuerim. Postremo admodum senem obiisse lyricum docet Pausanias IX, 23, 2. formula *προήκων ἐς γῆρας*, qua senio longe provectus significatur, ut apud eundem V, 3, 4., non aetas senio propinqua: et huic quidem formulae non alius calculus convenit, nisi ex quo poetam demum Olymp. 84, 3. defunctum statuas. Quibus expositis non opus est alias doctorum indoctorumque opiniones refellere, quas, cuius interest, ex Harlesio ad Fabric. B. Gr. T. II. p. 59. cognoscat: addam potius paucula de variis narrationibus, quae ex ambigua fama de Pindari morte ferebantur. Delphicum enim vel Ammonium oraculum quum de eo, quod homini optimum esset, per legatos forte eo profectos consuluisset, mox defunctum perhibent: eodem anno, ait Scriptor Vit. Vrat. De Delphico auctor Plutarchus Consol. ad Apollon. p. 335. ed. Tub. unde Corsinus F. A. T. II. p. 64. vere defunctum poetam colligebat, quo tempore tum, solo Bysio mense, Pythia

www.libtool.com.cn
sacerdos respondebat; sed doctius is, qui de Ammonio cogitabat (Vit. Vrat. p. 9.), cui et ipsi non minus quam Delphico templo Pindarus adhaerebat (v. nos Oec. civ. Ath. T. II. p. 258.): quamquam huic rei non magis fidem habeo quam non habeo. Eandem tamen significat Suidas; aliud narrat Pausanias, de somnio simili Socratici, quod in Critone Plato memoriae prodidit. Suida indeque Hesychio Illustrio tradentibus obiit in theatro: pro quo gymnasium dicit Valerius Maximus (IX, 12, ext. 7.): dum caput reclinat in gremio Theoxeni Tenedii, dilecti pueri, quem Suidas nominat, Valerius significat; subita igitur placidaque morte abreptus est, qualis esse solet senum aetate valde provectorum. Quippe videtur ludorum spectandorum causa aliquo profectus repentino ibi fato oppressus esse in ipso certaminum loco, qui et theatrum et gymnasium dici potuit; idque *Argis* Peloponnesi, ut ex historiae credo fide docet epigramma in fine Vit. Vrat. p. 10. fortasse in Heraeis sive Hecatombaeis, quae ut simul celebrarent, filias secum adduxerit; hae autem cineres Thebas reportarunt, ubi sepulcrum vidit Pausanias (IX, 23, 2.). *Uxor* fuerat *Megaclea* Lysithei et Callinae filia teste scriptore Vit. Vrat. cui plus tribuo quam Vitae versibus scriptae tempore admodum recenti, in qua *Timoxena* nominatur: quamquam haec quoque potest uxor fuisse. *Filium Daiphantum*, cui Parthenium daphnephoricum pater scripsit, supra vidimus: at Lycaonem, qui in Etym. Gud. p. 374. 28. Pindari filius audit, Priamus sibi vindicabit: *filias* patri superstites *Eumetin* et *Protomachen* nominant epigramma, quod dixi, indeque Vit. Vrat. p. 10. Schol. Pyth. III, 137. Suidas, Anonymus in Vita metrica et Thomas, qui male *Πολύμητιν*.

Tibicinum familiam Pindari fuisse, quae de parentibus traduntur in veterum collectaneis, monstrant: eaque, nisi magnopere fallor, hereditario iure certis in deorum sollemnibus musicam exercebat, ut Athenis Eunidarum gens citharistarum; ne pluribus exemplis utar in re nota. Hinc una cum arte religio deorum et pietas puero insita: quem omine vel potius prodigio varie narrato, apibus mel ori imponentibus, poesi destinatum ferunt, ad indicandam, ut in Platone, orationis dulcedinem: qua de re vide Pausan. IX, 23. Aelian. V. H. XII, 45. Philostrat. Imagg. II, 12. Vit. Vrat. et Vit. metr. et confer interpretationi fabulae utile epigramma Antipatri Sidonii in Pindari tumulum Anthol. Iacobs. ed. prior. T. II, p. 28. etsi ii non plane spernendi, qui quum ea species Pindaro per somnium oblata esset, religiosam mentem ea deorum significatione ad carmina facienda incitatam tradiderunt. Primum a patre musicis institutum esse facile credam veteri narrationi, a *Daiphanto* opinor: sed *Scopelino* id tribuitur apud Thom. M. et in Vit. Vrat. Eius ex disciplina

www.libtool.com.cn

Laso Hermionensi, lyrico tum celebri et artis scientia praestanti, qui etiam de musica scripsit, esse traditum, non est quod negemus, ex antiquo fonte affirmante Thoma: incertius videtur, quod a *Myrtide* poetria eruditus apud Suidam dicitur: *Corinnae Tanagraeae* consiliis usum esse haud dissimile veri ex iis, quae in Fragm. Hymn. 1. posuimus; de qua adde Vitam carmine compositam. Et cum Corinna certasse atque ab ea quinquies victus esse fertur (Pausan. IX, 22. Aelian. V. H. XIII, 25. indeque Eustath. l. c. ap. Schneider. Vit. Pind. p. 6. item Suid. v. *Κόριννα*): at eam rem in Myrtide reprehendit Corinna Fragm. Wolf. p. 51. *Μέμφομαι δὲ καὶ τὰν λιγουρὰν Μυρτίδ' ἰώγγα, ὅτι βάνα φοῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν*: adeo confusae veterum poetarum res. Iam vero Athenis perhibetur magistrum habuisse *Agathoclem* vel *Apollodorum*, qui etiam puero cyclios choros instituendos mandaverit (Vit. Vrat. et Vit. metr.). Postremo *Pythagoricis placitis* initiatum putat Clemens Alexandrinus Strom. V, p. 598. non aliam ob causam, quam quod nonnulla poetae praecepta Pythagorismum sapiunt: quae utrum vere Pythagorica sint an potius ex *mystica disciplina* petita, ut incompertum in dubio me relinquere dico ad Olymp. II, 75 sqq. et Fragm. Thren. 4.

Pindarus comis erga homines carminum laudibus indigentes et erga deos ita fuit pius, ut quos oratione coleret, iis etiam suo sumptu dona consecraret; ut Magnae Matri ad domum suam sacellum condidit cum signo Panis ipsum eximie diligentis (v. Fragm. Parthen.), Iovique Ammoni et Mercurio Forensi, fortasse et Apollini Boedromio statuas Thebis dedicavit (Pausan. IX, 16, 1. et 17, 1.). Idem vicissim a diis et mortalibus auctus muneribus est. Omitto honores post obitum habitos, ex quibus unus maximus, quod Alexander Magnus aedibus eius parci iussit: unde confictum illud, quod idem Pausanias Lacedaemoniorum rex fecisse dicitur: sed quae vivo ac videnti contigerunt, ea verbo commemorare non alienum a nostro est consilio, ut praesertim *locos*, ubi poeta versatus sit, cognoscamus. Nam carminum melle deos hominesque demulsurus ex more poetarum et sponte et arcessitus varias civitates adiit atque imprimis ludis sacris interfuit: *Olympiam* quidem et *Delphos* haud semel visitavit, ut passim notavi in Introductionibus ad singula carmina: Delphisque et sellam ferream habuit, ubi Apollinea carmina caneret (Pausan. X, 24, 4.), et claro iam Pindaro Pythia iussit de Theoxeniorum epulis portionem dare, qui honos transiit ad posteros (Plutarch. S. N. V. c. 13.): sed male id Pausanias (IX, 23, 2.) de omnibus, quae Apollini offerrentur, donis cepit: nec minus inepte Anonymus in metrica vita ciborum portiones Delphis Thebas missas somniat: veri vestigia quamvis imperitiâ rerum obscurata monstrat Vita a Thoma re-

www.libtool.com.cn

censita: *Ἐτιμήθη δὲ σφόδρα ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος οὕτω φιλεῖσθαι, ὡς καὶ μερίδα τῶν προσφερομένων τῷ θεῷ λαμβάνειν καὶ τὸν ἱερέα βοᾶν ἐν ταῖς θυσίαις Πίνδαρον ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦ θεοῦ*: item Vit. Vrat. *Ἀλλὰ καὶ ἐν Δελφοῖς ὁ προφήτης μέλλων κλείειν τὸν νεὼν κηρύσσει καθ' ἡμέραν· Πίνδαρος ὁ μουσοποιὸς παρίτω εἰς τὸ δεῖπνον τῷ θεῷ.* De Theoxeniis v. ad Olymp. IX, 104 sqq. *Athenis* vero tum puerum Pindarum aliquamdiu versatum esse supra monuimus, tum illum eo *Nemeâ* profectum ad dithyrambum docendum patet ex Fragm. Dithyr. 3. idque post hibernam Nemeadem hieme anni Olympiadis secundi actam: duosque eum ibi in Dionysiis dithyrambos scenae commisisse tradit Himerius Orat. XI, 4. p. 578. Wernsd. Sed locus Aristodemi ap. Athen. XI, p. 495. F. qui ad Atticam commorationem refertur, huc non pertinet: cf. Praef. Schol. T. II, p. XV. Athenienses autem, quum ob laudes illis tributas Thebani Pindarum pecunia multassent, ampliorem ei summam restituisse dicuntur et alia honorum decrevisse, haud dubie aliquo post pugnam Plataicam tempore. Auctoritates veterum v. ad Fragm. Dithyr. 4. huius loci est quae de honoribus illis Pindaro habitis dicuntur, accuratius examinare. Et plura quidem Athenienses illi ornamenta tribuisse praeter alios etiam Pausanias docet; quibus primum *proxenia* comprehenditur. Quae quum publico decreto honorificentissimo, qualia supersunt innumera, conferri solita sit, ex ipso decreto hausisse putandus est Isocrates *π. ἀντιδόσ.* p. 87. ed. Orell. ex quo solo compertum est proxenum Atheniensium esse Pindarum constitutum. Neque id mirum; nam aliam quoque ab aliis poetae delatam proxeniam ipse Nem. VII, 65. commemorat, de qua v. Comment. Alterum est quod illi Athenienses pecuniam donarunt; summam varie definitam esse loci veterum docent: Isocrates decem millia drachmarum dicit, magnam illa aetate argenti vim; eique, quem ex decreto haec petivisse arbitror, nolim fidem denegare, quum praesertim ceteri testes non magni sint momenti. Postremo Pindaro dicuntur pro laudibus statuam posuisse, notante etiam Pausania. Res certa est; ipsamque statuam sibi visam describit Sophista qui Aeschinis personam mentitus Epistolas scripsit, in quibus Epist. IV. haec habentur: *καὶ ἦν αὐτὴ (ἡ εἰκὼν χαλκῆ) καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι πρὸ τῆς βασιλείου στοᾶς, καθήμενος ἐνδύματι καὶ λύρᾳ ὁ Πίνδαρος, διάδημα ἔχων καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων ἀνειλιγμένον βιβλίον.* Sophistam dixi; nam Aeschinem haec non scripsisse apertum est: et insunt eidem epistolae aliae nugae, quas in Introd. ad Olymp. VII. argumentis chronologicis confutabo. Ille igitur Sophista statuam Pindaro superstiti positam esse putabat, et Aeschinis aetati id tribuit, quod suae soli conveniebat: *ἦν αὐτὴ καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι*:

www.libtool.com.cn
in quibus verbis falsarius a Tayloro non satis convictus tenetur ἐπ' αὐτοφώρῳ. Nam statua Pindaro multo post erat posita, certe non ante Olymp. 106, 4. quo tempore iam florebat Aeschines: nec dubito post Aeschinem inclinatis iam Atheniensium rebus positam esse. Quippe Pindari aetate statuas ponendi mos Athenis nondum pervulgatus: post Solonem Harmodiumque et Aristogitonem primo constat Cononi esse statuam positam (v. Oec. civ. Ath. T. I, p. 265.). Deinde signa omnia, quae ad porticum regiam posita erant, recentiora fuere, Cononis, Timothei, Euagorae, alia (cf. Pausan. I, 3.). Postremo rem conficit Isocrates in oratione *περὶ ἀντιδόσεως*, quae Olymp. 106, 3. scripta est; in qua orator honores Pindaro habitos de industria recenset, sed de statua ne verbulum quidem dicit: quae si iam tum ante regiam porticum posita fuisset, non potuisset reticeri. Haec de Atticis honoribus; quibus tamen poeta non ita delinitus erat, quin ex quo Athenienses insurgere et insolentius agere coeperunt, eos tectius vituperaret, praesertim Olymp. 80. qua de re ad singulas odas dictum est. Sed Pindarum praeterea *Argis* versatum esse, supra vidimus; atque eum etiam in *Sicilia* fuisse apud *Hieronem*, idque Olymp. 77, 1. paucis monitum ad Olymp. I. introd. et vs. 8 sqq. Videtur autem paulo ante hunc annum eo profectus esse, ipso anno Olymp. 76, 4. Et praeter *Theronem* Agrigentinorum tyrannum eiusque fratrem *Xenocratem* et *Thrasydaeum* Theronis ac *Thrasybulum* Xenocratis filium Aleuadamque *Thoracem*, de quibus suis locis dixi, coluit eum *Alexander* Amyntae rex Macedonum, qui Solino auctore Polyhist. c. 14. voluptati aurium indulgentissime deditus plurimos, qui fidibus sciebant, in usum oblectamenti donis tenuit liberalibus: carminisque Alexandro scripti extant reliquiae. Ex civitatibus non solum Athenienses, verum etiam *Aeginetae* plurimum videntur Pindaro tribuisse, quibus tot carmina scripsit, florentibus tum Aeginetarum rebus. Nec praetermittendum *Ceos*, licet indigenis poetis Simonide et Bacchylide claros, Paeanem prosodiacum illi faciendum mandasse. De quo v. Isthm. I.

Postremo quo melius Pindari tempora perspicerentur, duplicem apposui indicem. Alter carmina exhibet vulgari ordine sibi succedentia: quae quomodo digesta a veteribus essent, docui in Praef. Schol. T. II, p. XI. quibuscum confer Prooemium Fragmentorum: nunc addo, Epinicia a grammaticis ita adornata esse, ut in quoque genere primo loco ponerentur eae odae, quibus curules vel equestres victoriae celebrantur, ac deinceps eae, quae pugilibus, luctatoribus, pancratiastis, cursoribus oblatae sunt: Pythia claudit carmen tibicini scriptum: Nemea tres aliae odae non Nemeaeae. Inter Olympia cur ex equestribus curulibusque odis ea, quae Hieroni scripta est, primo loco posita sit, docet Thomas

www.libtool.com.cn

Schol. p. 5. Alter index serie temporum repraesentat res potissimas, quae ad vitam et carmina poetae pertinent; qui et hoc prooemio et iis maxime argumentis, quae in Introductionibus ad singula carmina atque in Fragmentis afferuntur, certis partim, partim probabilibus innixus est.

INDEX CARMINUM.

OLYMPIA.

OLYMP. I. Hieroni Dinomenis f. Syracusarum regi, celete Pherenico victori Olymp. 77. in victoriae sollemnibus in convivio Syracusis in aula regia cantatum, praesente tum Pindaro.

OLYMP. II. Theroni Aenesidami f. Agrigentinorum tyranno, cursu victori Olymp. 76. auriga Nicomacho, in victoriae sollemnibus Agrigenti cantatum.

OLYMP. III. Eidem ob eandem victoriam, Agrigenti in Theoxeniis cantatum eodem fere tempore.

OLYMP. IV. Psaumidi Acronis f. Camarinaeo, non equis sed rheda mulari victori Olymp. 82. Olympiae cantatum, praesente tum Pindaro.

OLYMP. V. Eidem ob eandem victoriam, eodem anno reduce Psaumide Camarinae in pompa cantatum.

OLYMP. VI. Agesiae Sostrati f. Iamidae Syracusio, rheda mulari victori Olymp. 78. Stymphali cantatum post victoriam, Thebis missum.

OLYMP. VII. Diagorae Damageti f. Rhodio, pugilatu victori Olymp. 79. in Rhodum insulam missum, post reditum in convivio Ialysi cantatum.

OLYMP. VIII. Alcimedonti Iphionis f. Aeginetae, lucta inter pueros victori Olymp. 80. Melesia magistro, cantatum Olympiae in pompa.

OLYMP. IX. Epharmosto Locro Opuntio, lucta victori probabiliter Olymp. 81. Opunte in sollemnibus victoriae cantatum.

OLYMP. X. Agesidamo Archestrati f. Locro Epizephyrio, pugilatu inter pueros victori probabiliter Olymp. 74. (cod. Vrat. Olymp. 76.), Olympiae cantatum, praesente tum Pindaro.

OLYMP. XI. Eidem ob eandem victoriam, longo post victoriam intervallo Thebis in urbem Locrorum Epizephyriorum missum ibique in sollemnibus victoriae redeuntibus cantatum.

OLYMP. XII. Ergoteli Philanoris f. Himeraeo, dolicho victori Olymp. 77. in Sicilia compositum, Himerae cantatum post reditum.

www.libtool.com.cn

NEM. II. Timodemo Timonoi f. Atheniensi, pancratio victori, Athenis cantatum ante comissationem aliquo post pugnam Plataicam tempore.

NEM. III. Aristoclidae Aristophanis f. Aeginetae, pancratio victori tempore incerto; Aeginam transmissum din post victoriam, redeuntibusque Nemeadis sollemnibus cantatum in convivio, quod in sacro loco Theario victoriae celebrandae causa habitum est, ante Aeginam Olymp. 80. ¾. ab Atheniensibus subactam.

NEM. IV. Timasarcho Timocriti f. Aeginetae, lucta inter pueros victori, Melesia magistro, tempore incerto, sed aliquo ante Olymp. 80. tempore. Aeginam missum, ibi ut in novilunio caneretur a choro puerorum pompam ducente.

NEM. V. Pythene Lamponis f. Aeginetae, pancratio inter pueros victori, Aeginae cantatum. Victoria et oda priores sunt Isthmiis Phylacidae victoriis odisque Isthmiis quinta et quarta, ex quibus recentior in Olymp. 75, 3. referenda videtur. Itaque Pythene victoria ante pugnam Salaminiam ponenda.

NEM. VI. Alcimidae Theonis f. Aeginetae, lucta inter pueros victori, Melesia magistro, unde carmen ad Olymp. 80. propius quam ad Olymp. 75. accedere videtur; Aeginae cantatum.

NEM. VII. Sogeni Thearionis f. Aeginetae, quinquertio inter pueros victori Nem. 54. Olymp. 79, 4. carmen Aeginae cantatum.

NEM. VIII. Dinidi Megae f. Aeginetae, stadio bis victori, Aeginae cantatum in Aesceo, Olymp. 80, ¾. Victoriae quando partae fuerint, non constat.

CARMEN IX. Chromio Agesidami f. Aetnaeo, curru victori Sicyone in Pythiis; victoriam olim partam poeta post Aetnam Olymp. 76, 1. conditam celebravit, ubi in civitate recens instituta in pompa ante convivium carmen hoc cantatum, idque recentiori tempore quam Nem. I. adeoque probabiliter post Olymp. 76, 4. immo ipso anno Olymp. 77, 1., Pindaro in Sicilia versante.

CARMEN X. Theaeo Uliae f. Argivo, lucta bis victori Argis in Hecatombaeis: carmen ibidem cantatum aliquo post victorias tempore, redeuntibus Hecatombaeis: sed ipsa tempora incerta.

CARMEN XI. Aristagorae Arcesilai f. Tenedio, cantatum Tenedi in prytaneo, quum prytanis magistratum iniret Aristagoras, inter sacra credo adeundo muneri iuncta.

ISTHMIA.

ISTHM. I. Herodoto Asopodori f. Thebano, curru victori, tempore incerto, Thebis haud dubie et scriptum et cantatum, quum poeta carmini Ceis faciendo intentus esset.

ISTHM. II. Isthmiae curuli victoriae et aliis Xenocratis Aenesidami f. Agrigentini celebrandis scriptum, Thrasybulo eius filio per Nicasippum transmissum post obitum patris. Victoria contigit ante Olymp. 76, 1. adeoque non post Olymp. 75, 3.; carmen factum non ante Olymp. 77, 1.

ISTHM. III. Melisso Telesiadae f. Thebano, post Nemeaeam equestrem victoriam

Ad idem tempus usque ad vicesimum annum referenda videntur, quae de studiis poetae, maxime de Corinnae familiaritate traduntur.

Inter prima carmina pertinet Hymnus primus (Fragm. Hymn. 1 sqq.) a Corinna reprehensus.

. 69, 3. Pyth. 22.

Hippocleas Pelinnaeensis diaulo inter pueros Pythiis victor, etiam stadio, ut traditur.

Pindarus vicenarius scripsit Pyth. X.

. 70, 1. Olympiae institutus, et Olymp. seq. ut videtur, coeptus rhedae mularis cursus (v. ad Schol. p. 118. sed cf. ad Olymp. VI. Introd.).

3. Pyth. 23.

Delphis coeptus armatus cursus (Introd. ad Pyth. IX.).

. 71, 3. Pyth. 24.

Xenocrates Agrigentinus per filium Thrasybulum curru Pythiis victor.

Pindarus annos XXVIII natus scripsit Pyth. VI.

Midas Agrigentinus tibiis Pythia vincit.

Hoc anno vel Pyth. 25. Olymp. 72, 3. Pindarus scripsit Pyth. XII.

. 72, 1. Circa hoc tempus ad Helorum flumen Hippocrates Gelensium tyrannus operam navante Chromio, qui posthac Aetnaeus factus, devicit Syracusios (Nem. IX, 40.).

2. Gelo occupat Gelam (Introd. ad Olymp. II.).

3. Mense altero Olympici anni pugna Marathonia (Introd. ad Pyth. VII.).

Pyth. 25.

Curru Pythiis victor Megacles Atheniensis.

Pindarus scripsit Pyth. VII.

Tibiis Pythia iterum vincit Midas Agrigentinus (Introd. ad Pyth. XII.).

Gelo Camarinam restituit mox evertendam (Ad Schol. p. 121.).

. 73, 1. Gelo Gelensium tyrannus Olympiis curru victor (Introd. ad Olymp. I.).

Hiero primum Olympiis celete victor (Ibid.).

Thero Agrigentum occupat (Introd. ad Olymp. II.).

3. Pyth. 26.

Hiero primum Pythia vincit celete Pherenico (Introd. ad Pyth. III.).

4. Gelo Syracusas occupat (Introd. ad Olymp. I.).

. 74, 1. Agesidamus Locrus Epizephyrius Olympia vincit lucta inter pueros (cod. Vrat. Olymp. 76.).

Pindarus scripsit Olymp. X. praesens tum Olympiae: sed longo tempore post factum est carmen Olymp. XI.

3. Pyth. 27.

Hiero Pythia iterum vincit celete Pherenico (Introd. ad Pyth. III.).

4. Circa hoc tempus Thero Himeram occupat (Introd. Olymp. II.).

www.libtool.com.cn

4. Vere ineunte incipit Xerxis expeditio in Graeciam.
Ad hunc annum refer Fragm. inc. 125. ex carmine Thebanis scripto.

Olymp. 75, 1. Athenae vastatae.
Mense Olympico tertio, Boedromione Attico, pugna Salaminia (Corsin. F. A. T. III, p. 164 sqq.).
Eodem tempore Carthaginienses et socii a Gelone fratribusque et Therone ad Himeram terra marique fusi (Introd. ad Olymp. II.).
Ante pugnam Salaminiam Nemea vicerat Pytheas Aegineta, et primum Isthmia Phylacidas Aegineta, quae victoriae celebrantur Nem. V. et Isthm. V.

2. Mense secundo Olympici anni, Metagitnione Attico, pugna Plataeensis et Mycalensis (Introd. ad Pyth. XI.).
Aetnae eruptio coepit (Introd. ad Pyth. I.).
Paucis post Plataicam pugnam mensibus Cleandro Aeginetae Isthmiis et Nemeis victori scripta oda Isthm. VII.
Post eandem pugnam, quam diu dubium, etiam Isthm. III. scriptum videtur.
Item post Persica Pindarus Nemeade hiberna anno Olympiadis incertae secundo Nemeâ Athenas profectus dithyrambos ibi docuit in Dionysiis (Dithyr. Fragm. 3. 4.), restitutis iam Athenis: mox a Thebanis pecunia multatur et ab Atheniensibus praemiis afficitur. Eo tempore, quo Nemeâ Athenas profectus erat, Timodemo eum carmen Nem. II. scripsisse coniicimus.
Bella Persica respiciuntur etiam Fragm. inc. 93. 94.

3. Pyth. 28.
Telesicrates Cyrenaeus Pythia cursu armato vincit.
Poeta scripsit Pyth. IX.
Stadio pueros vicit Thrasydaeus Thebanus in iisdem Pythiis.
Pindarus composuit Pyth. XI.
Isthmia pancratio vicisse videtur Phylacidas Aegineta secundum: quo pertinet Isthm. IV.
Hiero Geloni defuncto Syracusis succedit (Introd. ad Olymp. I.).
Ante Olymp. 76, 1. ac proinde non post Olymp. 75, 3. Xenocrates Agrigentinus curru Isthmia vicit (Introd. ad Pyth. VI. Nott. ad Olymp. II, 54 sqq.).

4. Dissensiones coeptae inter Hieronem et inter Polyzelum fratrem affinemque Theronem, mox compositae (Introd. ad Olymp. II. Pyth. II.).
Eodem fere anno Hiero Locros Epizephyrios armis Anaxilai Reginorum et Zanclaeorum tyranni eximit (Introd. Pyth. II.).

www.libtool.com.cn

Hiero quadrigis pullorum alicubi vincit (Ibid.).
Pindarus scribit Pyth. II.

Olymp. 76, 1. Thero Agrigentinorum tyrannus Olympia curru vincit.
Pindarus tum in Graecia versans scripsit Olymp. II. III.
Asopichus Orchomenius stadio inter pueros victor Olympiae.
Poeta in Graecia composuit Olymp. XIV.
Moritur Anaxilaus Regii et Zanclae tyrannus, cuius liberorum tutelam Smicythus suscipit (Introd. Pyth. II.).
Hiero Catanaeorum civitate sublata Aetnam condit (Introd. Olymp. I. Pyth. I.).
Post Aetnam conditam, ut videtur, scriptum Scolium Hieroni dicatum (Fragm. Scol. 5 — 7.).

3. Hiero Etruscos ad Cumas devincit (Introd. ad Pyth. I.).
Pyth. 29.
Ante Pythiadem Hieroni ex Graecia missum Pyth. III.
In ipsa Pythiade Hiero Aetnaeus curru victor renunciatus; cui tum scriptum Pyth. I.
Non ante hanc Pythiadem scriptum Hyporchema Pythiam eiusdem victoriam mulabus partam celebrans (Fragm. Hyporch. 1 — 3.).
Ergoteles Himeraeus Pythia cursu vincit (Introd. ad Olymp. XII.).

4. Hoc anno Chromio videtur Nemeaea victoria contigisse, et Nem. I. in Sicilia Pindarus scripsisse.
Thero adulto anno obit (Introd. Olymp. II. XII.). Igitur ante hoc tempus scriptum Encomium Fragm. 1. 2.
Theronis filius Thrasydaeus pellitur, Agrigentum et Himera liberantur: omnia vergente anno (Introd. ad Olymp. XII.).

Olymp. 77, 1. Hiero iterum celete Pherenico Olympia vincit.
Pindarus scripsit Olymp. I. in Sicilia apud Hieronem.
Ergoteles Himeraeus dolicho Olympiis victor.
Pindarus Olymp. XII. in Sicilia composuit.
Ibidem hoc anno Pindarus scripsit carmen Nem. IX. in Chromii victoriam Sicyone olim partam.
Non ante hunc annum scriptum Isthm. II. ad Thrasybulum Xenocratis f.

3. Pyth. 30.
Telesicrates Cyrenaeus stadio Pythiis victor (Introd. ad Pyth. IX.).

4. vel seq. anno Simonides obiit (V. Duker).

Olymp. 78, 1. Hiero curru Olympiis victor (Introd. ad Olymp. I.).
Agesias Syracusius Olympia mulabus vincit.
Pindarus Thebis, ut videtur, scripsit Olymp. VI.

www.libtool.com.cn

2. Smicythus hortante Hierone Anaxilai filiis imperium tradit (Introd. Pyth. II.).
Hiero obit (Introd. Olymp. I.).
3. Pyth. 31.
Arcesilaus IV. Cyrenarum rex curru Pythiis victor.
Pindarus scripsit Pyth. V. et deinceps Pyth. IV.

Olymp. 79, 1. Diagoras Rhodius pugil victor Olympiis.
Pindarus scripsit Olymp. VII.
Xenophon Corinthius stadio et pentathlo Olympia vincit.
Pindarus scripsit Olymp. XIII. et Scolium Fragm. 1. (Introd. ad Olymp. XIII.)
2. Nemeae institutum pentathli certamen Nem. 53. probabiliter. (V. ad Nem. VII.)
4. Camarina a Gelois restituta (Ad Schol. p. 121.).
Catanaeorum respublica restituta (Introd. Pyth. I.): Aetnaei cedunt in oppidum Inessam, quod iam Aetnae nomen lucratur (Diod. Sic. XI, 75. et Wessel.).
Hoc anno Nem. 54. vicit Sogenes Aegineta et scriptum Nem. VII. probabiliter (V. ad hoc carmen).

Olymp. 80, 1. Arcesilaus Cyrenarum rex curru Olympiae victor (Introd. ad Pyth. IV.).
Alcimedon Aegineta lucta inter pueros victor Olympiae.
Pindarus Olympiae scripsit Olymp. VIII.
3. Pyth. 33.
Thrasydaeus Thebanus stadio vel diaulo Pythiis victor inter viros (Introd. ad Pyth. XI.).
Epharmostus Locrus Opuntius lucta inter viros victor Pythiis (Introd. ad Olymp. IX.).
Aristomenes Aegineta iisdem Pythiis pueros lucta vincit.
Huic tum Pindarus Delphis mense Olympico decimo scripsit Pyth. VIII. paulo ante subactam ab Atheniensibus Aeginam.
Aeginae obsidio incipit exeunte anno Olympico (Müller. Aeginet. p. 179.).
Ante hoc tempus scripta Nem. III. IV. hoc aliquot haud dubie annis etiam ante Olymp. 80.
Item circa Olymp. 80. carmen Nem. VI. ponendum videtur.
Olymp. 80, $\frac{3}{4}$. scriptum Nem. VIII.
4. Lacedaemonii et Boeoti vincunt Athenienses Argivosque et socios apud Tanagram, quattuor fere ante ver mensibus, mense circiter quinto vel sexto Olympici anni (vide ad Isthm. VI.).
Athenienses vincunt Thebanos ad Oenophyta Tanagraea, LXII die-

www.libtool.com.cn

[illegible] post eiusdem Isthmum, duobus fere mensibus ante ver [illegible].

Aegina ab Atheniensibus in deditionem accipitur, vere eiusdem anni, mense Olympico circiter nono vel decimo (Müller. Aeginet. p. 177).

Carm. 12. 1. Epicharmum Locrus Opuntius lucta victor Olympiis.

Pisa scripsit Olymp. IX. fortasse etiam Isthm. VI.

Carm. 13. 1. Xenarchus Camarinaeus mulabus Olympia vincit.

Pindarus Olympiae praeterea scripsit Olymp. IV. et deinceps Olymp. V.

Carm. 14. 1. Olympiae vicinis riediae mulabis cursus (V. ad Olymp. VI. Introd.).

Tertii carminis (cf. Introd. ad Olymp. VII.).

2. Ultimus Pindari annus.

Incertum ad hunc referendus sit Hymnus in Ammonem Fragm. Hymn. 7.

Si verum est, ut ego credo, Theoxeni in gremio defunctum Pindarum, ad ultimos vitae annos retuleris Scol. Fragm. 2. etsi aliquis id dicat fervidioris esse ingenii.

Ultimum poetae carmen Hymnus in Proserpinam, post fata eius divulgatus, Fragm. Hymn. 8.

Pindarus Argis obit octogenarius.

www.libtool.com.cn

NEM. II. Timodemo Timonoi f. Atheniensi, pancratio victori, Athenis cantatum ante comissationem aliquo post pugnam Plataicam tempore.

NEM. III. Aristoclidae Aristophanis f. Aeginetae, pancratio victori tempore incerto; Aeginam transmissum diu post victoriam, redeuntibusque Nemeadis sollemnibus cantatum in convivio, quod in sacro loco Theario victoriae celebrandae causa habitum est, ante Aeginam Olymp. 80. ¾. ab Atheniensibus subactam.

NEM. IV. Timasarcho Timocriti f. Aeginetae, lucta inter pueros victori, Melesia magistro, tempore incerto, sed aliquo ante Olymp. 80. tempore. Aeginam missum, ibi ut in novilunio caneretur a choro puerorum pompam ducente.

NEM. V. Pytheae Lamponis f. Aeginetae, pancratio inter pueros victori, Aeginae cantatum. Victoria et oda priores sunt Isthmiis Phylacidae victoriis odisque Isthmiis quinta et quarta, ex quibus recentior in Olymp. 75, 3. referenda videtur. Itaque Pytheae victoria ante pugnam Salaminiam ponenda.

NEM. VI. Alcimidae Theonis f. Aeginetae, lucta inter pueros victori, Melesia magistro, unde carmen ad Olymp. 80. propius quam ad Olymp. 75. accedere videtur; Aeginae cantatum.

NEM. VII. Sogeni Thearionis f. Aeginetae, quinquertio inter pueros victori Nem. 54. Olymp. 79, 4. carmen Aeginae cantatum.

NEM. VIII. Dinidi Megae f. Aeginetae, stadio bis victori, Aeginae cantatum in Aeaceo, Olymp. 80, ¾. Victoriae quando partae fuerint, non constat.

CARMEN IX. Chromio Agesidami f. Aetnaeo, curru victori Sicyone in Pythiis; victoriam olim partam poeta post Aetnam Olymp. 76, 1. conditam celebravit, ubi in civitate recens instituta in pompa ante convivium carmen hoc cantatum, idque recentiori tempore quam Nem. I. adeoque probabiliter post Olymp. 76, 4. immo ipso anno Olymp. 77, 1., Pindaro in Sicilia versante.

CARMEN X. Theaeo Uliae f. Argivo, lucta bis victori Argis in Hecatombaeis: carmen ibidem cantatum aliquo post victorias tempore, redeuntibus Hecatombaeis: sed ipsa tempora incerta.

CARMEN XI. Aristagorae Arcesilai f. Tenedio, cantatum Tenedi in prytaneo, quum prytanis magistratum iniret Aristagoras, inter sacra credo adeundo muneri iuncta.

ISTHMIA.

ISTHM. I. Herodoto Asopodori f. Thebano, curru victori, tempore incerto, Thebis haud dubie et scriptum et cantatum, quum poeta carmini Ceis faciendo intentus esset.

ISTHM. II. Isthmiae curuli victoriae et aliis Xenocratis Aenesidami f. Agrigentini celebrandis scriptum, Thrasybulo eius filio per Nicasippum transmissum post obitum patris. Victoria contigit ante Olymp. 76, 1. adeoque non post Olymp. 75, 3.; carmen factum non ante Olymp. 77, 1.

ISTHM. III. Melisso Telesiadae f. Thebano, post Nemeaeam equestrem victoriam

www.libtool.com.cn

beo hospitem nullum me et honestarum rerum peritiorem alium et potentia praestantiorem ex huius quidem aetatis hominibus, inclitis exornaturum hymnorum flexibus. Deus patronus tuis prospicit studiis, hanc habens curam, Hiero: qui nisi cito defecerit, etiam suaviorem spero Cum quadriga celeri me celebraturum viam carminum adiutricem, Ep. 4. quam repererim ad apricum collem Cronium profectus. Mihi quidem Musa validissimum telum robore alit: at aliis rebus alii excellunt; summum tamen fastigatur regibus. Noli spectare ulterius. Utinam et tu per hanc vitam sublime incedas, et ego haud minus cum victoribus verser conspicuus sapientia inter Graecos ubique.

OLYMP. II.

THERONI AGRIGENTINO

CURRU.

Citharam regentes hymni, quem deum, quem heroa, quemve virum Str. 1. cantemus? Nempe Pisa Iovis; Olympicum vero conventum instituit Hercules, primitias belli; Theronem autem quadrigas ob victrices celebrare decet, pietate iustum hospitem, columen Agrigenti, celebriumque patrum florem civitatis statorem, Multa qui perpessi animo sacrum flu- Ant. 1. vii tenuere domicilium, Siciliaeque extiterunt oculus: vitaque comitata est fausta, opes gratiamque afferens insitis virtutibus. Sed o Saturnie fili Rheae, sedem Olympi gubernans certaminumque verticem fluentaque Alphei, placatus carminibus propitius arva porro patria serva ipsorum Postero generi. Sed rerum factarum, seu iuste seu praeter Ep. 1. ius, irritum ne tempus quidem omnium parens possit reddere eventum; oblivio tamen secunda cum fortuna contigerit. Nam prosperis prae gaudiis malum infestum moritur superatum, Quando dei Parca altam Str. 2. felicitatem sublime erigens mittit. Quae ratio convenit pulchrithronis Cadmi filiabus, magna quae erant passae; sed concidebat gravis luctus maioribus prae bonis. Vivit inter Olympios interempta fragore fulminis longe crinita Semela; amat eam Pallas semper et Iuppiter pater magnopere, amat filius hederiger. Aiunt etiam in mari inter Nerei filias Ant. 2. marinas vitam immortalem Inoi constitutam omne per tempus. Profecto mortalium quidem fati nequaquam terminus apertus est, nec tran-

www.libtool.com.cn

quillam quando diem, solis filiam, illibata cum felicitate obituri simus: undaeque alias aliae gaudiorum laborumque in homines incurrere so-
Ep. 2. lent. Sic autem Parca, quae patriam horum tenet illam laetam fortunam, cum divinitus nata opulentia aliquam etiam noxam adducit rursus profugam alio tempore, ex quo interfecit Laium fatalis filius ob-
Str. 3. viam factus, Pythiumque antiquum oraculum effectum reddidit. Quod quum vidisset acris Erinnys, occidit mutua caede subolem eius bellicosam: superstes autem fuit Thersander caeso Polynici, iuvenilibus in certaminibus in proeliisque belli honoratus, Adrastidarum domui proles auxiliatrix: unde seminis habent radicem. Decet Aenesidami filium en-
Ant. 3. comiis canticis lyrisque ornari: Olympiae enim ipse praemium accepit, Pythone vero in Isthmoque consortem in fratrem communes Gratiae flores quadrigarum duodecies curriculum emensarum detulerunt. At siquis certamen experiens victoriam obtinuit, hoc eum liberat aerumnis. Atqui opulentia virtutibus ornata harum atque illarum rerum
Ep. 3. fert opportunitatem, profundam suppeditans curam venatricem, Sidus insigne, verum homini lumen: quam siquis tenet, novit futurum, quod mortuorum impiae hic mentes poenas statim luunt, quodque facta in hoc Iovis imperio delicta sub terra iudicat aliquis infesta sententiam dicens
Str. 4. necessitate. Pari vero per noctes semper, pariter interdiu sole fruentes faciliorem boni degunt vitam, non terram turbantes manus robore nec undam marinam inanem propter victum: sed apud amicos deorum, quicunque delectabantur iurisiurandi sanctitate, illacrimosam agunt aeta-
Ant. 4. tem: at isti horrendum adspectu tolerant laborem. Sed quotquot sustinuerunt ter utrobique degentes ab omnibus omnino iniustis rebus animum continere, perficiunt Iovis viam ad Saturni arcem, ubi beatorum insulas Oceanides aurae perspirant, floresque auri fulgent, in terra alii pulchris ex arboribus; alios vero aqua nutrit: quorum sertis
Ep. 4. implicant manus et capita Secundum consilia recta Rhadamanthi, quem pater habet Saturnus paratum sibi adsessorem, maritus Rheae omnium supremam tenentis sellam. Peleusque et Cadmus in his censentur; Achillemque adduxit, postquam Iovis animum precibus flexit, mater,
Str. 5. Qui Hectorem prostravit, Troiae inexpugnabilem inconcussam columnam, Cycnumque leto dedit, Auroraeque filium Aethiopem. Multae mihi sub cubito celeres sagittae sunt in pharetra, sonantes intelligentibus, in vulgus autem interpretibus indigent. Sapiens is, qui multa scit naturâ; at discendo docti procaces loquacitate, ceu corvi irrita garri-
Ant. 5. unt Iovis adversus alitem divinum. Intende nunc metae arcum, age anime, quemnam petamus missis ex benevola rursus mente celebribus telis? Nempe in Agrigentum tendas velim: dicemus iurati sententiam

www.libtool.com.cn

veraci mente, nullam urbem centum per annos progenuisse amicis virum magis benificum animo, manuque largiorem Therone. At lau- Ep. 5.
dem invasit invidia non iustitiae iuncta, sed ab impotentis cupiditatis hominibus profecta, garrulam amans obtrectationem, et obscurationem afferre cupiens proborum praeclaris facinoribus. Quippe arena numerum refugit: ille quanta gaudia aliis contulerit, quis eloqui queat?

OLYMP. III.

THERONI AGRIGENTINO

CURRU.

Tyndaridis hospitalibus precor ut placeam pulchricomaeque Helenae, Str. 1.
dum inclitum Agrigentum celebrans in Theronis Olympicam victoriam hymnum constituo, indefessorum equorum decus. At Musa, sic me doce novo splendidoque reperto modo Dorio numero vocem aptare Comis- Ant. 1.
sationis ornatricem. Quippe capillis innexae coronae exigunt a me hoc divinitus iniunctum debitum, citharam ut vario cantu vocalem sonitumque tibiarum carminumque disposita verba Aenesidami filio misceam convenienter; Pisaque canere me iubet: ex qua a deo missa veniunt carmina ad homines, Sicui exsequens mandata Herculis antiqua verax Ep. 1.
Hellanodica, Aetolus vir, super palpebras comas cinxerit glaucicolore ornatu olivae: quam quondam Istri ab umbrosis fontibus apportavit Amphitryoniades, monimentum Olympicorum pulcherrimum certaminum, Populo Hyperboreorum postquam alloquio persuasit, Apollinis Str. 2.
cultori. Fida mente Iovis petebat omnes recipienti luco umbras simul praebentem plantam communem hominibus ac coronam virtutum. Iam enim illi, aris patri consecratis, mensem dispescens curru aureo vecta Luna plenum vesperi oculum offuderat, Iamque magnorum certami- Ant. 2.
num sanctum iudicium et sollemnia simul quinquennalia instituerat divina ad praerupta Alphei: sed nondum pulchras arbores emittebat ager in convallibus Saturnii Pelopis. His destitutus amoenus locus visus ei est acribus obnoxius esse radiis solis. Tum igitur in terram Istriam eum mittere animus gestiebat: Ubi Latonae equorum agitatrix filia excepit Ep. 2.
venientem Arcadiae ex iugis et flexuosis recessibus, quum eum nunciis Eurysthei impelleret necessitas a patre imposita auricornem cervam ad-

www.libtool.com.cn

ducturum, quam olim Taygeta dedicans Orthosiae sacram scripse-
Str. 3. rat. Quam persequens vidit et illam terram post flatum Boreae fri-
gidi: ubi arbores admirans constitit; quarum dulce eum tenuit deside-
rium, duodecies circumvectam apud metam curriculi equorum ut plan-
taret. Atque nunc ad hoc sollemne propitius venit cum aequantibus
Ant. 3. deos profunde cinctae geminis filiis Ledae. His enim mandavit abiens
ad Olympum, ut magnificum certamen regerent tum virorum de virtute
tum de curruum veloci agitatione. Me igitur animus impellit pronun-
ciare, Emmenidis Theronique venisse gloriam equestribus dantibus Tyn-
Ep. 3. daridis, quod plurimis mortalium hospitalibus eos epulis colunt Re-
ligiosa mente observantes deorum sacra. Quodsi aqua principatum te-
net, bonorum vero aurum est pretiosissimum: nunc quidem extremum
Thero terminum virtutibus assequens attingit domestica laude Herculis
columnas. Quod autem ultra, sapientibus est inaccessum imprudentibus-
que. Non id persequar: vanus fuerim.

OLYMP. IV.

PSAUMIDI CAMARINAEO

RHEDA MULARI.

Str. Rector summe fulminis indefessi Iuppiter: tuae namque Horae sub
cantu cithara varie sonante distincto circumactae me miserunt celsissi-
morum testem certaminum. Quippe ubi hospitibus felicitas contigit,
laetantur statim nuncium ad dulcem boni. Sed o Saturni fili, qui Ae-
tnam tenes, onus ventosum centicipitis Typhonis violenti, Olympici vi-
Ant. ctoris accipe Gratiarum causa hancce pompam, Maxime perenne lu-
men validissimarum virtutum. Psaumidis enim rhedae haec pompa ad-
venit, qui olea coronatus Pisatide gloriam excitare festinat Camarinae-
Deus propitius sit reliquis eius votis: quippe eum laudo et equis alen-
dis valde paratum, et gaudentem hospitiis omnes recipientibus, et a
tranquillitatem civitatis amantem sincera mente conversum. Non men-
Ep. dacio fucabo verba: experientia quidem mortales probat; Quae Cly-
meni filium Lemniadum feminarum liberavit a probro; aereisque in
armis victor cursu dixit Hypsipylae ad coronam accipiendam vadens
Hic ego celeritate: manus autem et praecordia paria. Nascuntur ver-
etiam iuvenibus in viris cani saepe et praeter aetatis conveniens tempus.

ctor, araeque fatidicae Iovis praefectus Pisae, et inter conditores celebrium Syracusarum, quemnam ille defugiat hymnum, nactus eum non
Ant. 1. invidorum civium inter desiderabiles cantus? Atqui sciat, in hoc calceo praeclarum pedem se habere, Sostrati filius. Periculorum vero expertes virtutes neque inter viros neque in navibus cavis pretio habentur; sed multi meminerunt, praeclari siquid cum labore gestum fuerit. Agesia, tibi quidem laus parata, quam iuste ab ore Adrastus vatem Oïclidem olim in Amphiaraum prolocutus est, quum terra ipsumque et
Ep. 1. candidos equos hausisset. Septem enim postea rogorum mortuis consumptis Talaïonides dixit apud Thebas tale aliquod verbum: Desidero exercitus mei oculum, utrumque et vatem bonum et hasta pugnando. Quod et pompae domino convenit viro Syracusio: neque rixosus nec contentiosus admodum, vel magno iureiurando interposito hoc quidem
Str. 2. ei diserte testabor: mellisonaeque permittent Musae. At o Phintis, iunge iam mihi robur mularum celeriter, uti via in conspicua promoveamus currum, veniamque ad virorum etiam stirpem: illae enim prae aliis iter monstrare hoc norunt, coronas Olympiae quando acceperunt: oportet igitur portas hymnorum patefacere ipsis: ad Pitanam autem
Ant. 2. prope Eurotae flumen debeo hodie venire tempestive, Quae Neptuno consociata Saturnio dicitur filiam violaceis capillis Euadnam peperisse. Occuluit autem virgineum fetum sinu, constitutoque mense mittens famulas iussit nutritum tradere infantem heroi Elatidae, qui Arcadibus imperabat Phaesanae sortitusque erat Alpheum accolere: ubi educata sub
Ep. 2. Apolline dulcem primum degustavit Venerem. Neque vero latuit Aepytum per omne tempus, celare eam dei prolem; sed ille quidem animo comprimens iram ineffabilem acri studio, Pythonem festinans profectus est oraculum consulturus hoc de intolerando casu; haec autem puniceo intexta subtemine zona deposita urnaque argentea, dumeto sub obscuro peperit divinae mentis puerum. Ipsi Auricomus adiutricem ad-
Str. 3. duxit mitem animo Lucinam atque una Parcas: Prodiitque ex utero partuque iucundo lamus in lucem statim; quem quidem sollicita reliquit humi; at duo eum oculis caesii deorum consiliis nutriverunt dracones innoxio veneno apum, curam eius habentes. Rex autem postquam petrosa curru vectus rediit ex Pythone, omnes domi sciscitatus est de puero, quem Euadna peperisset: Phoebo enim illum dicebat gé-
Ant. 3. nitum esse Patre, prae mortalibus vero futurum vatem hominibus praestantem, neque unquam defecturam progeniem. Sic igitur edicebat: at illi neque audisse se obtestabantur nec vidisse quinque licet dies natum; enimvero latebat in iunco rubetoque inaccesso, violarum flavis et prorsus purpureis radiis obtectus tenerum corpus: quapropter

www.libtool.com.cn

OLYMP. VII.

DIAGORAE RHODIO

PUGILI.

Str. 1. Phialam uti siquis divite de manu sumptam, intus vitis spumantem rore, donat iuveni genero propinans domo domum, prorsus aureum bonorum verticem, conviviique gratiam et affinitatem honorans suam, simulque amicis praesentibus reddidit eum invidendum ob concordem to-
Ant. 1. rum: Et ego nectar fusum, Musarum donum, praemio ornatis viris, dulcem fructum ingenii mittens, Olympiae Pythoneque vincentibus libo. Ille vero felix, quem fama tenet bona: sed alias alium respicit alma
Ep. 1. Gratia blandisona cum cithara omnisonisque tibiarum instrumentis. Et nunc inter utraque cum Diagora descendi marinam celebrans filiam Veneris, Solisque sponsam Rhodum, recta via pugnantem ut ingentem virum apud Alpheum coronatum laudarem pugilatus in praemium, itemque apud Castaliam, patremque Damagetum Iustitiae placentem, Asiae spatiosae prope rostrum triurbem insulam habitantes cum Argi-
Str. 2. va bellatorum manu. Quibus volo ex initio a Tlepolemo inde communem nuncians persequi narrationem, Herculis late potenti stirpi. Nam a patre quidem ex Iove sese gloriantur; Amyntoridas autem ex matre Astydamia. Circa hominum vero mentes errores innumeri pen-
Ant. 2. dent: illudque difficile invenire, Quod nunc et ad finem usque optimum homini consequi. Etenim Alcmenae fratrem nothum baculo feriens durae oleae occidit Tirynthe Licymnium venientem e thalamis Mideae huiusce olim terrae conditor iratus: mentis namque perturbationes occaecare solent etiam sapientem. Oraculum autem petiit ad deum pro-
Ep. 2. fectus. Illi igitur Auricomus fragranti ex adyto navium cursum indixit Lernaeo a littore rectum in provinciam mari cinctam, ubi quondam deorum rex magnus aureis imbribus irrigabat terram, quando Vulcani artibus ahenea securi patris Minerva vertice ex summo prosiliens vociferata est ingenti clamore: Caelumque horruit ipsam et Terra ma-
Str. 3. ter. Tum etiam fulgens mortalibus deus Hyperionides futurum mandavit observare officium filiis cari, ut deae primi conderent aram conspicuam, et sanctis sacrificiis institutis patrique animum exhilararent gnatoque hostilemque. Iniicere vero virtutem solet et gaudia homini-

www.libtool.com.cn

OLYMP. VIII.

ALCIMEDONTI AEGINETAE

PUERO LUCTATORI.

Str. 1. O mater auro coronatorum certaminum, Olympia, domina veritatis, ubi viri vates incensis victimis augurantes explorant Iovem clare fulminantem, siquod habeat dictum de hominibus molientibus animo magnam
Ant. 1. virtutem consequi, laborum vero recreationem: Effectumque id redditur in gratiam pietatis virorum precibus. Sed o Pisae arborosum ad Alpheum nemus, hancce comissationem et coronae circumlationem accipe. Magna certe gloria semper, sicui tuum praemium contigerit magnificum. Alia autem aliis eveniunt bona; multaeque viae cum diis felicitatis:
Ep. 1. Vos vero, Timosthene, attribuit sors fortunae Iovi genitali, qui te quidem Nemeae conspicuum, Alcimedontem vero apud Saturni collem fecit Olympicum victorem. Erat vero adspectu pulcher, factoque non dedecorans formam promulgavit vincens lucta longiremem Aeginam patriam; ubi Sospita Iovi hospitali adsidens exercetur Iustitia
Str. 2. Praeter quam apud ceteros homines. Nam quod multifarium est et multas in partes vergit, recta diiudicare mente difficile, estque hoc institutum immortalium, et hancce mari munitam terram omnigenis constituit hospitibus columnam divinam: succedens autem tempus hoc efficere uti-
Ant. 2. nam ne defetigetur: Insulam dico a Doriensi populo administratam inde ex Aeaco. Quem filius Latonae lateque potens Neptunus Ilio coronam impositurі advocarunt adiutorem exstruendi muri, illum quod fatale erat motorum bellorum urbium vastatrices inter pugnas rapidum
Ep. 2. exhalare fumum. At caesii dracones, quum esset recens condita, turrim insilientes tres, duo quidem deciderunt, in loco vero animas efflarunt: unus autem irruit boans. Tum dixit adversum animo volvens prodigium protinus Apollo: Pergamus in tuo manuum opere capitur: sic
Str. 3. mihi ostentum enunciat Saturnii missum, gravistrepi Iovis: Non sine filiis tuis; sed simul cum primis et quartis id incipietur. Sic igitur deus diserte locutus ad Xanthum properavit et Amazonas equestres et Istrum vectus; tridentis vibrator vero ad Isthmum marinum currum celerem di-
Ant. 3. rexit, deducens Aeacum huc in curru aureo, Et Corinthi ad iugum,

www.libtool.com.cn

visurus epulas celebres. Sed iucundi nihil inter homines commune erit: quodsi ego Melesiae ex imberbibus gloriam percucurri hymno, ne me petat lapide aspero invidia; et Nemeae enim pariter ei renunciabo hoc contigisse decus, postea vero in virorum pugna Ex pancratio. Ep. 3. At docere utique gnaro facilius; stultum vero non praedidicisse: leviores enim inexpertorum mentes. Illa autem ille docebit opera melius aliis, qui modus virum promoveat ex sacris certaminibus volentem desideratissimam gloriam reportare. Nunc quidem ipsi decus Alcimedon, victoriam tricesimam adeptus, Qui fortuna dei, neque a virtute aberrans, in quattuor puerorum deposuit corporibus reditum invisissimum et minus gloriosam linguam et occultam viam, patri autem patris inspiravit robur senio adversarium: Orci certe obliviscitur felicia nactus vir. Sed me oportet memoriam excitantem eloqui manuum florem Ant. 4. Blepsiadis victorialem, sexta quibus iam corona circumiacet frondiferis de certaminibus. Est vero etiam aliqua defunctis pars rite tanquam sacrificio persoluta: neque vero occulit pulvis cognatorum praeclarum decus. Mercurii quippe ex filiâ auditum Renunciâ Iphion dicet Callimacho splendidum ornamentum Olympiae, quod ipsorum Iuppiter generi praebuit. Praeclara vero super praeclara facinora velit dare, acutos autem morbos propulset. Precor de pulchrarum rerum sorte Nemesin dissentientem ne reddat; sed illaesam deducens vitam ipsosque augeat et civitatem.

Str. 4. Ep. 4.

OLYMP. IX.

EPHARMOSTO OPUNTIO

LUCTATORI.

Archilochi quidem carmen vocale Olympiae, callinicum illum triplicem turgidum, suffecit Saturnium apud collem praeire comissanti dilectis Epharmosto cum sodalibus; sed nunc longe iaculante Musarum ab arcu Iovemque rutila fulgurantem venerandumque impertire verticem Elidis talibus telis, quem olim Lydus heros Pelops sibi exemit pulcherrimam dotem Hippodamiae: Alatam vero mitte iucundam in Pythonem sagittam: nequaquam certe humi cadentia verba attinges, viri super luctis citharam pulsans clara ex Opunte. Laudes ipsam et filium, quam Themis filiaque eius Servatrix sortita est gloriosa Eunomia. Flo-

Str. 1. Ant. 1.

ret autem virtutibus ad Castaliamque et prope *Alphei flumen*; unde coronarum flores inclitam Locrorum extollunt matrem pulchrarum arborum feracem. Equidem sane caram urbem splendentibus incendens carminibus, et forti equo citius et navi alata quoquoversum nuncium mittam hunc, si modo divina quadam arte adiutus eximium Gratiarum colo hortum: illae enim praebent iucunda; fortes autem et sapientes caelitus viri Existunt. Nam adversus tridentem quomodo Hercules clavam vibrasset manibus, quum ad Pylum stans urgeret Neptunus, urgeret eum argenteo arcu pugnans Phoebus, ac ne Pluto quidem immotum teneret baculum, mortalia corpora quo compellit cavum ad vicum mortuorum? Procul mihi sermonem hunc, os, abiice; namque conviciari diis odiosa sapientia, et gloriari intempestive Insaniae praeludit. Ne nunc blateres talia: seiunctum habe bellum pugnamque omnem ab immortalibus: convertas vero ad Protogeniae urbem linguam, ubi vibrantia fulmina iaculantis Iovis fato Pyrrha Deucalionque, Parnasso cum descendissent, domum exstruxerunt primam, sineque concubitu congenerem sibi pararunt lapideam sobolem; Lai vero vocati sunt. Excita carminum illis auram sonoram, laudaque vetus quidem vinum, flores vero hymnorum Recentium. Aiunt sane terram quidem inundasse nigram aquae vim, sed Iovis artibus resorptum esse repente undarum aestum. Sed ex illis erant aere clypeati vestri maiores inde ab initio, Iapetionidis stirpis filii puellarum et praestantissimorum Cronidarum, indigenae reges semper. Olim Olympius dux cum filia Opuntis ex terra Epeorum rapta placidus consuevit Maenaliis in iugis, eamque adduxit Locro, ne auferret eum aetas morte admota orbum subole. Sed habebat semen maximum uxor, gavisusque est intuitus heros adoptivum filium, maternique avi iussit eum cognominem esse, ingentem virum forma et facinoribus: urbem autem dedit populumque regendum. Affluxerunt vero ei hospites ex Argis ex Thebisque, aliique Arcades itemque alii etiam Pisatae: sed filium Actoris Aeginaeque imprimis coluit advenarum Menoetium: cuius gnatus cum Atridis in Teuthrantis campum profectus stetit cum Achille solus, quando strenuos Danaos in fugam versos marinas in puppes Telephus compulit: ut prudenti cognoscendus daretur Patrocli violentus animus: ex quo Thetidis proles illum rogavit, pernicioso in bello Ne unquam a sua seorsum adsisteret mortalium domitrice hasta. Sim carminum inventor promptus, ut procedam apte in Musarum curru, audacia vero et larga vis adsit. At publicum ob hospitium virtutemque veni laudator Isthmiis Lampromachi mitris, quando ambo vicerunt Uno in ludorum laboribus die; alia autem duo ad Corinthi portas contigerunt postea gaudia, aliaque etiam Nemeae

www.libtool.com.cn

OLYMP. XI. (X.)

AGESIDAMO LOCRO EPIZEPHYRIO

PUERO PUGILI.

Str. 1. Olympicum victorem legite mihi Archestrati filium, qua parte mentis nostrae scriptus sit: dulce enim illi me carmen debere oblitus sum. Sed o Musa, tu atque filia Iovis Veritas, recta manu arcete mendacii
Ant. 1. probrum hospitem laedens. Nam e longinquo superveniens futurum tempus meum incusavit ingens debitum: verumtamen diluere potest acrem reprehensionem hominum usura. Nunc calculum volutatum quo unda provolvet fluens? et quo pacto communem sermonem iucundam
Ep. 1. persolvemus in gratiam? Gubernat enim Aequitas urbem Locrorum Zephyriorum, curaeque est illis Calliope et aheneus Mars. Fugavit autem Cycnea pugna etiam superbum Herculem; pugil vero in Olympico conventu vincens Ilae referto gratiam Agesidamus, ut Achilli Patroclus: qui quidem incitarit natum virtuti, ad ingentem eum compule-
Str. 2. rit gloriam ille vir dei cum auxilio; Sed sine labore partum gaudium consecuti sunt pauci quidam, facinoribus prae quibusvis vitae lumen. Certamen autem eximium cantatum me iura provocarunt Iovis, quod antiquum iuxta sepulcrum Pelopis vis Herculis condidit, postquam Neptu-
Ant. 2. nium interfecit Cteatum praestantem, Interfecitque Eurytum, ut ab Augea operariam, a nolente volens, mercedem superbam exigeret. At in frutetis insidiatus sub Cleonis, oppressit et illos Hercules in via, quod antea aliquando Tirynthium deleverant ipsi exercitum in recessibus se-
Ep. 2. dentem Elidis Molionidae arrogantissimi. Atqui hospitis deceptor Epeorum rex non multo post vidit patriam divitem sub valido igni ictibusque ferri profundum in flumen perniciei subsidentem, suam urbem. Enimvero contentionem fortiorum amoliri difficile: etiam ille consilii inopia postremus post expugnationem obviam factus mortem praecipi-
Str. 3. tem non effugit. Hic vero Pisae contracto totoque exercitu praedaque omni, Iovis fortis filius, demetiebatur divinum templum patri maximo; septoque facto Altin ille in patenti loco secrevit: circumiectum autem campum constituit epularum deversorium, honorans flumen Al-
Ant. 3. phei Inter duodecim reges deos: et collem Saturni denominavit; antea enim, quo tempore Oenomaus imperabat, ignobilis rigabatur multa

www.libtool.com.cn

que rapida bella concionesque deliberatoriae. Hominum certe quidem spes utplurimum sursum, aliquando vero rursus deorsum, mendacia vana
Ant. persequentes volutantur: Necdum omen quisquam terrestrium certum de rerum eventu futuro invenit divinitus; in iisque, quae subsequens tempus affert, caecutiunt consilia: multa vero hominibus praeter opinionem cadere solent, partim contraria gaudio; partim qui aerumnosas offenderant procellas, bonum magnum pro damno in brevi
Ep. commutarunt tempore. Fili Philanoris, profecto et tuus, intus pugnantis ceu galli, propinquos apud lares inglorius honos defluxisset pedum, nisi seditio virum viro committens Cnosia te privasset patria: sed nunc Olympiae coronatus et bis ex Pythone in Isthmoque, Ergotele, calida Nympharum balnea effers versans propria apud arva.

OLYMP. XIII.

XENOPHONTI CORINTHIO

CURSU ET QUINQUERTIO.

Str. 1. Ter Olympiis victricem laudans domum, mitem civibus hospitibusque cultricem, illustrabo beatam Corinthum, Isthmii vestibulum Neptuni, iuvenibus florentem. In hac enim Eunomia habitat, sororesque, fundamentum urbium firmum, Iustitia et moribus conveniens Pax, dispensatrices
Ant. 1. hominibus divitiarum, aureae filiae bene consulentis Themidis: Student autem arcere Insolentiam Fastidii matrem oratione audacem. Habeo et praeclara loqui, et audacia mihi recta linguam incitat ad dicendum: difficile vero celare ingenitos mores: sed vobis, filii Aletae, Horae multis floribus ornatae multifarie quidem victoriale decus praebuerunt summis virtutibus superantium sacris in certaminibus, multifarie autem
Ep. 1. cordibus virorum iniecerunt Antiqua inventa. Unumquodque vero invenientis opus est. Bacchi unde eluxerunt cum bovis agitatore Gratiae dithyrambo? quisnam equestribus in instrumentis mensuras, aut deorum templis volucrum regem geminum posuit? Hic Musa suave spi-
Str. 2. rans, hic Mars floret, iuvenum perniciosis hastis virorum. Summe late dominans Olympiae, sine invidia faveas carminibus per omne tempus, Iuppiter pater, et huncce populum incolumem servans Xenophontis dirige genii secundum ventum: accipe vero ab eo coronarum comissationi aptam pompam, quam ducit ex campis Pisae, cum quinquertio

www.libtool.com.cn

simul stadii vincens cursum: quae consecutus vir mortalis nondum est quisquam antea. Sed duo ipsum redimiverunt serta apii in Isthmia- Ant. 2.
dibus prodeuntem; neque Nemea refragantur: patris autem Thessali ad Alphei fluenta decus pedum repositum est; et Pythone is habet stadii honorem diaulique sole uno; menseque ei eodem asperis Athenis tria facinora pedum robore insignis dies circumdedit pulcherrima comis;
Hellotiaque septies eum coronarunt: at in bimaribus Neptuni sollemni- Ep. 2.
bus Ptoeodoro cum patre longius durantia Terpsiamque secuta sunt et Eritimum carmina: quotque certamina Delphis vicistis et in stabulis leonis, de illorum eximiorum facinorum multitudine contendo cum multis: nam liquido quidem non norim dicere marinorum calculorum numerum. At convenit cuique rei modus; opportunitatem vero intel- Str. 3.
ligere optimum. Ego quippe privatus in publico negotio evectus prudentiamque canens maiorum bellaque heroicis virtutibus gesta non mentiar de Corintho: Sisyphum quidem callidissimum artibus ut deum, et patre invito Medeam constituentem sibi nuptias, navi servatricem Argo et ministris. Ab altera vero parte olim etiam in pugna ante Dardani moe- Ant. 3.
nia visi sunt utrinque pugnarum secare exitum, alteri progenie cum cara Atrei Helenam repetentes, alteri plane obstantes; ex Lycia nempe Glaucum advenientem horrebant Danai: adversus quos quidem gloriabatur in urbe Pirenes sui parentis regnum et ingentem hereditatem esse ac domum. Qui serpentigerae filium quondam Gorgonis Pegasum circa Ep. 3.
fontes subigere cupiens sane multa perpessus est, antequam quidem ei aureis phaleris ornatum fraenum virgo Pallas attulit: ex somnio autem statim vera erat res; at illa dixit: Dormis Aeolida rex? age delinimentum hocce equestre accipe, et Domitori illud, sacrificans taurum nitidum, patri offer. Caerulo clypeo insignis noctu consopito ei virgo Str. 4.
tantum dicere visa est: exsiluit autem recto pede; adiacentique arrepto prodigio indigenam vatem haud invitus reperit, aperuitque Coeranidae omnem eventum rei, et quomodo in ara deae incubavisset nocte post illius responsum, et quomodo sibi ipsa Iovis fulmine hastati filia dedisset Ferociam domans aurum. Somnio vero ille quam celerrime pa- Ant. 4.
rere iussit ipsum, et quando late potenti bovem immolaret terram continenti deo, ponere Equestri aram statim Minervae. Perficit deorum potentia etiam citra iuramentum spemque facilem eventum. Profecto et fortis gestiente animo Bellerophontes, remedium mite intendens circá maxillas, Equum cepit alatum: quo escenso statim bellica ae- Ep. 4.
ratus ludebat. Cum illo autem etiam olim Amazonidum aetheris frigidi ex sinubus deserti sagittatorem feriens muliebrem exercitum, et Chimaeram ignivomam et Solymos interfecit. Prorsus reticebo eius mortem

ego: at Pegasum in Olympo praesepia Iovis antiqua recipiunt. Sed me rectum iaculorum mittentem coniectum non par est praeter metam haec multa tela torquere manibus: Musis enim pulchrithronis Oligaethidisque lubens veni minister de Isthmiis Nemeaeisque victoriis. Brevi autem sermone faciam manifesta cuncta, veraxque mihi iurata aderit sexagies profecto audita utrinque dulciloqua vox praeconis probi. Sed Olympiae ab iis gesta patet iam antea dicta esse; futura vero tum dixerim diserte: nunc spero quidem, penes deum tamen eventus: sin deus genitalis procedat, Iovi hoc Enyalioque relinquemus efficiendum. At in fronte Parnasia, Argisque quam multa et Thebis sunt! quamque multa Arcadica surgens testabitur Lycaei regina ara, Pellanaque et Sicyon, et Megara Aeacidarumque bene septus lucus, Eleusisque et splendida Marathon, subque Aetna altiiuga divitiis florentes urbes, et Euboea! Ac totam per Graeciam invenies inquirens ampliora quam quae videre possis. Imperator, fac levibus enatent pedibus, Iuppiter perfector: reverentiam illis da et fortunam iucundarum rerum dulcem.

OLYMP. XIV.

ASOPICHO ORCHOMENIO

STADIO INTER PUEROS.

Cephisias aquas accolentem quae habitatis pulchris insignem equis sedem, o splendentis celebres reginae Gratiae Orchomeni, priscorum Minyarum praesides, audite; nam precor. Cum vobis enim iucundaque et dulcia eveniunt omnia mortalibus, siquis sapiens, si pulcher, si clarus vir. Neque enim dii sanctis absque Gratiis moderantur choros nec convivia: sed omnium dispensatrices rerum in caelo, aureo arcu armatum iuxta Pythium Apollinem positos habentes thronos, sempiternum colunt patris Olympii honorem. O veneranda Aglaia, cantusque amans Euphrosyna, deorum potentissimi filiae, exaudite, tuque, Thalia carminum amica, adspiciens hancce pompam ob prosperam fortunam levi gressu incedentem: Lydio vero Asopichum modo meditationibusque canens veni, propterea quod Olympiae vicit Minyeïa tuo beneficio. Ad atram nunc domum Proserpinae perge, Echo, patri inclitum adferens nuncium, Cleodamum ut conspicata, filium dicas iuvenilem sibi comam apud recessus illustris Pisae coronasse clarorum certaminum alis.

www.libtool.com.cn

PYTHIA.

PYTH. I.

HIERONI AETNAEO

CURRU.

Aurea cithara, Apollinis et Musarum violaceis capillis insignium communis possessio: cui auscultat incessus, comissationis principium; obtemperant vero cantores signis, choros ducentium quando hymnorum initia facis pulsata. Etiam cuspidatum fulmen exstinguis aeterni ignis; dormitque super sceptro Iovis aquila, veloci ala utrinque demissa, Str. 1.
Dux avium; atram vero adunco eius capiti nebulam, palpebrarum suave Ant. 1.
claustrum, offudisti: dormiensque illa undulatum tergum librat tuis ictibus delinita: quin etiam violentus Mars aspera relicta hastarum vi recreat cor sopore: tela autem tua vel deorum mulcent animos Latoidae arte et alte sinuosarum Musarum. Quaequae vero non amavit Iup- Ep. 1.
piter, conturbantur vocem Pieridum audientia, per terram ac per mare indomitum; quique in horrendo Tartaro iacet, deorum hostis, Typhos centiceps, quem olim Cilicium nutrivit famosum antrum: nunc tamen et supra Cumen mari septa iuga et Sicilia eius premunt pectora hirsuta; columna vero caelestis cohibet, nivosa Aetna, per totum annum nivis acutae nutrix: Cuius eructantur inaccessi ignis castissimi ex ca- Str. 2.
vernis fontes; fluviique interdiu quidem profundunt vorticem fumi candentem; at noctu saxa volvens rubicunda flamma in profundum defert maris aequor cum fragore. Sed illa Vulcani gurgites belua horrendos emittit, prodigium sane mirabile aliquod adspectu, miraculum vero etiam auditu ex iis, qui affuerunt, Quomodo Aetnae nigra fronde cinctis Ant. 2.
fastigiis illigatus est soloque, lectusque perstringens totum dorsum acclinatum pungit. Sit, Iuppiter, sit hoc nobis, ut tibi placeamus, qui hunc regis montem fertilis terrae frontem, cuius cognominem inclitus conditor illustravit urbem vicinam; Pythiadis vero in curriculo praeco renunciavit illam proclamans ob Hieronem pulcherrime victorem Cur- Ep. 2.
ru. Navigantibus vero viris prima gratia, auspicantibus ubi secundus in iter venerit ventus; probabile enim, etiam finis tum felicior reditus fore

www.libtool.com.cn

ut contingat: quae ratio tam congruente in fortuna spem adfert, deinceps futuram coronis illam equisque claram et canoras inter comissationes celebrem. Lycie et Delo imperans Phoebe, Parnasique fontem Castalium amans, velis haec animo reponere et viris florentem regionem. Ex diis enim conatus omnes humanis virtutibus, et sapientes et manibus fortes facundique nascuntur. At virum ego illum laudare gestiens spero me non quasi extra certaminis spatium missile aereis genis munitum iacturum manu vibrantem, sed longe coniecto praeteriturum adversarios. Utinam omne tempus felicitatem sic opumque donum dirigat, aerumnarum vero oblivionem praebeat! Profecto id illi in memoriam revocabit, quales in bellis pugnas tolerante animo sustinuerit, quando inveniebat deorum auxilio honorem, qualem nemo Graecorum decerpit, opum coronam magnificam. Nunc quidem Philoctetae instar referens militavit: ex necessitate vero ipsum amicum etiam aliquis superbior palpavit: atqui aiunt Lemno vulnere adflictum arcessituros venisse Heroas dis pares Poeantis filium sagittatorem; qui Priami urbem evertit finivitque labores Danais, infirmo quidem corpore incedens; sed fatale erat. Sic autem Hieroni deus stator adsit futuro tempore, eorum, quae optat, opportunitatem dans. Musa, etiam apud Dinomenem ut canas, obsequere mihi, praemium quadrigarum: gaudium enim non alienum victoria patris. Age deinceps Aetnae regi gratum excogitemus hymnum, Cui urbem illam divina cum libertate Hylleae normae Hiero legibus condidit. Volunt autem Pamphyli nec non Heraclidarum posteri, sub radicibus Taygeti habitantes semper immanere institutis Aegimii Doriis: qui tenuerunt Amyclas felices, ex Pindo ruentes, candidis equis vectorum Tyndaridarum celeberrimi vicini, quorum hastae florum gloria. Iuppiter perfector, da vero ut semper talem Amenae ad aquas sortem civibus et regibus adiudicet verax sermo hominum: tua quidem ope imperator, filio quippe rempublicam mandans, populum demulcens converterit concordem ad tranquillitatem. Supplico, adnue, Saturnie, pacata ut se in domo Phoenicius Tyrrhenorumque tumultus contineat, navali gemitus plena contumelia spectata ad Cumen: Qualia Syracusiorum a duce perdomiti passi sunt, velocibus de navibus qui illis ponto iniecit iuventutem, Graeciam liberans gravi servitute. Tollam mihi ex Salaminio quidem proelio Atheniensium gratiam mercedem, Spartae autem dicturus ante Cithaeronem pugnam, quibus Medi laborarunt incursis arcubus armati; apud pulchre aquosam vero Himerae ripam filiis Dinomenis perfecto hymno gratiam adipiscar, quem nacti sunt ob virtutem, hostilibus viris afflictis. Si opportune laudaveris, multarum rerum summas complexus paucis, minor sequitur

mitatibus difficillimis per tuam potentiam secure iam circumspectans. Deorum autem iussu Ixionem aiunt haec mortalibus dicere in alata rota circumcirca volutatum, benefactorem ut comioretributione colentes vi-
Str. a. cissim demereantur. Expertus vero est manifesto. Benevolos enim apud Saturnios iucundam adeptus vitam largam non tulit felicitatem, insana mente Iunonem quando adamavit, quam Iovis lecti sortiti sunt amoenissimi: sed illum petulantia ad scelus insolens impulit. Mox vero passus digna ille vir exquisitum cepit laborem; duo vero haec delicta dolores ei afferunt, alterum heros quod parricidium primus non sine
Ant. a. arte intulit mortalibus, Quodque magna penetralia habentibus aliquando in thalamis Iovis uxorem tentavit. Enimvero oportet pro sese semper cuiusque rei spectare modum. Concubitus autem nefasti in malum ingens coniecerunt ad lectum venientem; quippe cum nebula consociatus est, fraudem dulcem sectatus, ignarus homo: formâ enim praestantissimae assimulata erat caelestium mulierum, filiae Saturni; quam insidias ipsi paraverant Iovis artes, pulchrum damnum. Quadriradium au-
Ep. a. tem confecit sibi vinculum, Suam perniciem ille quidem; inevitabilesque in membrorum compedes coniectus illam omnibus communem sententiam suscepit enunciandam. Absque Gratiis ei peperit gnatum monstruosum, sola et solum, neque inter homines honoratum neque deorum institutis: quem nominavit nutriens Centaurum. Qui cum equabus Magnesiis congressus est in Pelii convallibus; unde nati sunt, populus admirandus, ambobus similes parentibus, matri quidem inferius, de-
Str. g. super vero patri. Deus omnem ex voto exitum perficit; deus, qui etiam alatam aquilam adsequitur, et marinum antevertit delphinem, et superborum aliquem prostravit mortalium, aliis vero decus haud senescens praebuit. Me vero oportet fugere morsum vehementem criminationum: vidi enim, quamvis remotus, utplurimum inopia pressum conviciatorem Archilochum, maledicis simultatibus sese satiantem. Ditescere
Ant. g. autem cum felicitate fortunae, sapientiae summum est. Tu vero manifeste id habes, ita ut liberali mente promere possis, gubernator summe multorum bene coronatorum vicorum et populi: si vero quis iam divitiisque et circa honorem dicit alium quempiam priorum per Graeciam exstitisse te superiorem, stolida mente luctatur frustra. Amoena autem navigatione in altum evehar de virtute canens. Iuventae quippe patrocinatur audacia horrendorum bellorum; unde contendo etiam te illam
Ep. g. immensam gloriam invenisse Tum inter equestres copias pugnantem, tum inter pedestres: consilia vero senilia tutam mihi orationem in te omni ratione laudando praestant. Salve. Mittitur hoc carmen ad modum Phoeniciae mercis trans cauum mare: tu vero Castoreum in Aeo-

Ep. 1. bavit nuptias clam patre, antea intonso mista Phoebo, Et gestans semen dei purum. Neque vero exspectavit, dum venirent epulae nuptiales et omnisonorum hymenaeorum voces, aequales quomodo virgines amant sociae vespertinis subblandiri cantibus. Enimvero adamarat peregrina: quod quidem multis accidit: est autem genus hominum levissimum, quisquis contemnens patria spectat longinqua, vana consectans
Str. 2. irrita spe. Contraxit tale magnum damnum pulchro peplo amictae animus Coronidis: venientis enim ex Arcadia hospitis in lecto concubuit. Nec latuit speculatorem; sed Pythone in urbe ovium victimas recipiente degens accipiebat templi rex Loxias ab interprete integerrima, animo suo auscultans, ab omnia sciente mente: non ille mendacia at-
Ant. 2. tingit, fallitque eum non deus non mortalis factis nec consiliis. Etiam tum cognito Ischyis Elatidae peregrino concubitu nefarioque dolo misit sororem ira furentem fervida Laceriam: quippe ad Boebiadis praerupta habitabat virgo: genius vero adversus in malum compulsam domuit illam; et vicinorum multi exitii participes facti simulque perditi sunt; magnamque in monte ignis, ex uno semine qui insiluerat, delevit sil-
Ep. 2. vam. Sed postquam muro collocarunt in ligneo cognati puellam, fulgorque circumcurrit vehemens Vulcani, tum dixit Apollo: Non amplius sustinebo animo, subolem meam me perdere tam miseranda morte, matris gravi cum casu. Sic locutus est: graduque primo prensatum puerum corpore ex mortuo eripuit: ardens autem ipsi dissiluit pyra: atque eum Magneti adferens tradidit Centauro docendum nocentissimos
Str. 3. hominibus sanare morbos. Eos igitur, quotquot advenerant sponte natis ulceribus affecti, aut cano aere membra vulnerati aut saxo eminus iacto, aut aestivo igni corpus laesi aut frigore, liberans alium alius generis doloribus exemit: hos quidem mitibus incantamentis curans, illos lenes potus bibentes, vel membris circumligans undique medicamina;
Ant. 3. alios vero sectionibus constituit rectos. Sed lucro etiam sapientia constringitur. Induxit et illum magnifica mercede aurum in manibus fulgens, ut virum e morte servaret iamiam captum: manibus autem Saturnius telum iaciens per utrumque, respirationem pectorum abstulit celeriter, ardensque fulmen inflixit necem. Oportet congrua a diis flagitare mortalibus mentibus, cognito quod in promptu est, qualis simus fortu-
Ep. 3. nae. Ne, anime mi, vitam immortalem affecta; sed quod efficere possis molire opus. Si vero temperans antrum inhabitaret adhuc Chiron, et quod ei delinimentum animo dulciloqui hymni nostri instillarent; medicatorem utique ipsi persuaderem ut et nunc strenuis praeberet viris calidorum morborum, vel aliquem Latoidae filium vel patris; ac navibus proficiscerer Ionium secans mare Arethusam ad fontem ad Aet-

www.libtool.com.cn

naeum hospitem, Qui Syracusis dominatur rex clemens civibus, non Str. 4.
invidens bonis, hospitibus autem admirandus pater. Cui geminas gratias si descendissem apportaturus, sanitatem auream hymnumque, certaminum Pythiorum decus splendidum coronis, quas vincens Pherenicus reportavit olim Cirrhae; sidere caelesti contendo me latius splendens illi lumen adventurum fuisse profundo mari traiecto. Sed vota facere Ant. 4.
equidem volo Matri, quam puellae prope meum vestibulum cum Pane celebrant una, venerandam deam nocturnae. Quodsi sapientium dictorum intelligere summam, Hiero, didicisti, edoctus scis a prioribus: unum ad bonum mala bina distribuunt mortalibus immortales. Haec igitur non possunt stulti decenter ferre, sed boni meliora obvertentes extra. Te autem sors beatitatis comitatur: nam populi ducem certe Ep. 4.
tyrannum respicit, siquem hominum, magna fortuna. Aetas vero incolumis non contigit neque Aeacidae Peleo neque dis pari Cadmo: qui tamen dicuntur mortalium felicitatem summam habuisse, quique auro redimitas canentes in monte Musas et in septem portarum urbe audierunt Thebis, quando Harmoniam hic ducebat oculis magnis insignem, ille vero Nerei prudentis Thetin filiam inclitam. Et dii epulati sunt Str. 5.
apud utrumque, et Saturni filios reges viderunt illi aureis in sedibus, muneraque sponsalia acceperunt; Iovis autem gratiam finitis prioribus malis adepti animum confirmarunt. Attamen posteriori tempore alteri quidem gravibus tres filiae casibus abstulerunt laetitiae partem; at candidae ulnas Thyonae Iuppiter pater venit in torum amabilem: Alte- Ant. 5.
rius vero filius, quem solum immortalis peperit Phthiae Thetis, in bello sagittis anima amissa excitavit igni concrematus Danais planctum. Siquis autem mortalium mente tenet veritatis viam, oportet eum a diis obtingente felicitate frui: alias quidem aliae obtinent aurae alte volantium ventorum. Beatitas hominum non longe procedit, non quando magna magno cum pondere ingruit. Parvus in parvis rebus, magnus Ep. 5.
in magnis ero; praesentemque semper mente sortem colam, pro mea eam facultate curans. Quodsi mihi divitias deus lautas praebuerit, spem habeo gloriam me consecuturum esse excelsam postea. Nestorem et Lycium Sarpedonem, hominum fabulas, ex poematis sonoris, artifices qualia sapientes concinnarunt, novimus: virtus quippe claris carminibus diuturna fit: at paucis id sibi efficere promptum.

www.libtool.com.cn

PYTH. IV.

ARCESILAO CYRENAEO

CURRU.

Hodie quidem oportet te viro amico adstare, equestris regi Cyrenae, ut comissante cum Arcesilao, Musa, Latoidis debitam Pythonique augeas auram secundam hymnorum: ubi olim aureis Iovis aquilis assidens non absente Apolline sacerdos mulier oraculo monuit Battum conditorem frugiferae Libyae, sacra insula ut iam relicta conderet curribus
1. praestantem urbem in albicante ubere, Et illud Medeae vaticinium referret cum septima et decima aetate Theraeum; Aeetae quod quondam animosa filia efflavit ex immortali ore, domina Colchorum. Dixit autem ita semideis Iasonis hastati nautis: Audite, filii animosissimorumque virorum et deorum: affirmo enim ex hacce mari percussa aliquando terra Epaphi puellam urbium radicem sibi plantaturam mortalibus
2. caram, Iovis in Ammonis sedibus; Delphines vero breviter alatos equis permutantes velocibus, habenasque pro remis et currus gubernabunt procellipedes. Illud augurium efficiet, ut magnarum urbium metropolis Thera fiat, quod olim Tritonidis ad ostia paludis a deo homini assimulato terram dante, hospitii munus de prora Euphemus descendens accepit: faustum autem ei Saturnius Iuppiter pater superintonuit
2. sonitum; Quando ancoram aheneis genis munitam e navi suspendentibus occurrit, velocis Argus habenam. Duodecim autem antea dies ex Oceano portamus terga super terrae deserta marinam trabem consiliis eductam meis. Tum vero solivagus deus accessit splendida viri venerandi facie assumpta: amicisque verbis orditur, hospitibus quomodo
3. adventantibus benefici coenam offerunt primum. Enimvero reditus praetextus iucundi prohibebat manere. At ille sese dixit Eurypylum, terram continentis filium immortalis Neptuni esse: cognitaque festinatione, statim arreptum de arvo dextrâ obvium hospitale munus conatus est dare. Neque non obsecutus illi est heros, sed littoribus insiliens manui eius manu porrecta accepit glebam divinam. At audio illam sub-
3. mersam e navi marina concessisse in salsam undam, Vesperi humido pelago illapsam. Utique quidem ipsam saepe commendabam labore liberantibus famulis servandam: sed horum oblitae sunt mentes. Atque

www.libtool.com.cn

nunc in hacce insula immortale profusum est Libyae spatiosae semen ante tempus: si enim domi eam deposuisset iuxta inferas Orci fauces, sacram ad Taenarum Euphemus profectus, filius praesidis equorum Neptuni rex, quem olim Europa Tityo gnata peperit Cephisi ad ripas: In Str. 3.
quarta progenie sanguis eius illam cepisset cum Danais latam continentem: tunc enim magna excedunt Lacedaemone Argivoque sinu et Mycenis. Nunc quidem peregrinarum mulierum in toris praeclarum inveniet genus: qui in hancce beneficio deorum insulam profecti genituri sint virum camporum atra nube gaudentium dominum; quem auri plena aliquando in aede Phoebus admonebit oraculis Pythium templum ingressum: Tempore vero insequenti navibus multos deduxit Nili ad Ant. 3.
pinguem ditionem Saturnii. Hi Medeae verborum versus: obstupuerunt vero immoti silentio heroes dis pares prudens consilium audientes. O beate fili Polymnesti, te quidem accommodate ad hunc sermonem oraculum erexit apis Delphicae sponte edita voce: quae te salvere ter quum iussisset, fato destinatum regem declaravit Cyrenis, Impeditae loque- Ep. 3.
lae exquirentem quaenam obtingere liberatio posset divinitus. Profecto etiam postea nunc quum maxime, ceu purpurâ floridi veris vigore, proli huic octava floret pars Arcesilas: cui Apollo Pythoque gloriam ex circumcolentium praebuit curriculo. Tradam vero ipsum ego Musis et aureum vellus arietis: ad illud enim quum navigassent Minyae, a diis missi ipsis honores orti sunt. Quodnam initium excepit illos navigationis? Str. 4.
quod vero periculum validis adamantis vinxit clavis? Effatum divinum erat Peliam ab illustribus Aeolidis moriturum manibus seu artibus inflexibilibus; veneratque animo eius prudenti horrendum vaticinium propter medium umbilicum arborosae editum matris, uno pede calceatum ut omnino magna cura caveret, quando arduis de stabulis apricam terram accessisset inclitae Iolci Peregrinus sive is civis. Ille igitur tandem Ant. 4.
venit hastis geminis vir terribilis; vestis autem utroque modo eum tegebat, altera Magnetum indigena aptata admirandis membris, circum vero pardi pelle arcebat sibi horridos imbres: nec comarum cincinni detonsi abierant praeclari, sed totum tergum splendore replebant. Mox vero recta incedens suae constitit mentis imperterritae periculum faciens in concione frequentis populi. Illi quidem non agnoscebant; reverentium Ep. 4.
tamen unus et alter dixit vel hoc: Non opinor hic Apollo, neque vero aerei currus vector est maritus Veneris: in Naxo autem aiunt obiisse splendida Iphimediae filios Otum et te, audax Ephialta rex; et certe Tityum telum Dianae venatum est velox, ex invicta pharetra irruens, ut quis licitos ad amores adspirare cuperet. Illi quidem inter se al- Str. 5.
ternis loquebantur talia: super mulabus vero politaque rheda concitate

Pelias supervenit properans: stupuitque statim adspecto bene noto calceo dextrum tantum circa pedem. Sed occultans animo metum allocutus est: Quamnam terram, o hospes, profiteris patriam? et quae hominum te terrigenarum cano emisit ventre? odiosissimis cave mendaciis
5. contaminatum proloquaris genus. At illi confidenter placidis verbis sic respondit: Aio disciplinam Chironis afferre; ex antro enim venio a Chariclo et Philyra, ubi Centauri me puellae enutriverunt castae. Viginti autem completis annis nec re nec verbo indecori illis facto sum domum profectus, antiquum repetens patris mei, regnatum non secundum ius, quod olim Iuppiter dedit populorum duci Aeolo liberisque,
5. regnum. Audio enim illud Peliam nefarium splendidis obsecutum praecordiis nostris eripuisse violenter, legitimis dominis, parentibus: qui me, quum primum vidi lucem, insolentis regnatoris veriti iniuriam, luctu tanquam defuncti atro in aedibus instituto, inter eiulatum mulierum clam emiserunt fasciis in purpureis, nocti committentes iter, Saturnio-
5. que nutriendum Chironi tradiderunt. Sed horum iam sermonum summam nostis; candidis equis autem vectorum aedes parentum, boni cives, indicate mihi diserte: Aesonis enim filius, indigena non peregrinam accesserim terram aliorum. Centaurus vero divinus Iasonem nominans appellavit. Ita dixit. Illum quidem ingressum agnorunt oculi patris; cuius ex senilibus palpebris ebullierunt lacrimae, suum apud animum quod gaudebat, eximium gnatum conspiciens pulcherrimum virorum.
6. Tum fratres ad eos ambo venerunt illius quidem ad famam, ex vicinia Pheres fonte Hypereio relicto, ex Messene vero Amythaon; statim etiam Admetus venit et Melampus benigna mente salutantes patruelem: inter convivii vero munus amicis verbis eos excipiens Iason, dona hospitalia congrua praebens, omnem hilaritatem intendit, totas quinque per noctes
1. atque dies sacro laetitiae decerpto flore. At sexto die, omnem sermonem serium propositum ab initio ille cum consanguineis communicavit: hi vero assensi sunt. Repente autem ex sedibus processit cum illis, et venerunt ad aedes Peliae, irruentesque intus constiterunt. De quibus quum audisset, ipse obviam ivit Tyrus comarum studiosae gnatus; placidum autem Iason comi ad eum voce stillans sermonem iecit
1. fundamentum sapientium verborum: Fili Neptuni Petraei, Sunt quidem mortalium mentes velociores ad lucrum fraudulentum prae iustitia probandum, aspera quamvis ad repotia pergentium: at me oportet et te moribus ad ius castigatis texere futuram felicitatem. Scienti tibi dico: una bos Cretheoque mater et consiliis audaci Salmoneo: tertia vero generatione nos deinceps ab illis sati vim solis auream cernimus. Parcae autem aversantur, siqua simultas intercedit cognatis, pudorem ut

www.libtool.com.cn

posuerint. Non decet nos aere factis gladiis aut iaculis magnam ma- Ant. 7.
iorum dominationem partiri. Nam oves tibi ego et boum flavos greges remitto agrosque omnes, quos ablatos meis parentibus depasceris, opes ditans; neque me male habet, quod tuam domum haec valde augent: sed etiam sceptrum regium et solium, cui olim Crethides insidens equestribus dirigebat populis iura, haec quidem sine communi molestia Redde nobis, ne quod gravius ex illis existat malum. Sic igitur Ep. 7.
dixit. Tranquille autem vicissim locutus est etiam Pelias: Ero talis; sed iam me senilis pars aetatis continet, tuus autem aetatis flos nunc quum maxime turget: potes vero auferre iram inferorum. Iubet enim suam animam revocare Phrixus profectos ad Aeetae thalamos, pellemque arietis villosam apportare, quo olim ex ponto est servatus Et Str. 8.
ex novercae impiis telis. Haec mihi mirabile somnium accedens pronunciat: oraculum autem consului apud Castaliam, siquid explorari posset; ac quam celerrime iubet me apparare navi profectionem. Hunc laborem sponte perfice; et tibi me monarchiam et regnum iuro traditurum. Firmissimum iusiurandum nobis testis esto Iuppiter gentilicius utrique. Pacto hoc probato illi quidem discesserunt: at Iason ipse iam Incitabat praecones, instantem navigationem ut denunciarent ubi- Ant. 8.
que. Mox vero Saturnii Iovis filii tres pugna indefessi venerunt et Alcmenae oculis volubilibus insignis Ledaeque; bini item alte comati viri, Neptuni suboles, reveriti robur, Pylo et ab extremo promontorio Taenaro, quorum, Euphemi quidem tuaque, Periclymene fortissime, fama pulchra perfecta est: ex Apolline vero citharae peritus carminum pater accessit, laudibus clarus Orpheus. Misit porro Mercurius aurea in- Ep. 8.
structus virga duos filios ad indefessum laborem, alterum Echionem, iuventae vigore plenos, alterum Erytum: celeriter vero ad Pangaei radices habitantes venerunt; etenim hos haud invitus animo hilari ocius impulit, Zeten Calainque, rex ventorum pater Boreas, viros alis terga horrentes ambos purpureis. Illud vero flexanimum dulce semideis desiderium accendit Iuno Navis Argus: ut ne quis relictus apud matrem mane- Str. 9.
ret periculorum expertem vitam consumens, sed vel mortis periculo medicamen pulcherrimum virtutis suae aequalibus sibi pararet cum aliis. Sed Iolcum postquam descendit nautarum flos: recensuit omnes laudans Iason; iamque ei vates auguriis sortibusque divinans sacris Mopsus in navem deduxit exercitum benevolens. Posteaquam autem de rostro suspenderant ancoras desuper, Aurea manibus capta phiala dux in pup- Ant. 9.
pi patrem Caelitum fulmine hastatum Iovem, et celeres fluctuum impetus ventorumque precabatur, noctesque et maris vias diesque benignos et amicam reditus fortunam: e nubibus vero ei respondit tonitru fausta

vox; lucidique venerunt radii ex fulgure erumpentes. Animum autem
Ep. 9. heroes receperunt dei signis confisi: edixitque iis, Ut incumberent remis, prodigiorum speculator dulces incutiens spes: remigatio vero successit veloces per manus indefessa. Tum Noti cum auris ad Axini ostium missi venerunt; ubi sanctum Neptuni constituerunt marini delubrum, rutilus autem Thraciorum taurorum grex aderat et recens ex lapidibus conditum arae concavum. At in periculum grave coniecti domino
Str. 10. supplicabant navium, Ut concurrentium motum vehementem effugerent petrarum: geminae enim erant vivae, quae volutabantur velociores quam grave sonantium ventorum acies; sed iam finem illa ipsis semideorum navigatio attulit. In Phasin vero deinde ingressi sunt, ubi nigricoloribus Colchis manus conseruerunt Aeetam apud ipsum: sed potens acutissimorum telorum Cypria versicolorem torquillam quadrira-
Ant. 10. diam indissolubili rotae alligatam, Furiosam avem, ex Olympo attulit primum hominibus, supplicesque incantationes edocuit sapientem Aesonidam, ut Medeae parentum eximeret verecundiam, desiderabilisque eam Graecia in pectore ardentem agitaret flagello Suadae. Moxque illa effectionem laborum ostendit paternorum; oleoque permixta remedia dolorum dedit, quibus ungeretur: pacti autem sunt communes nuptias
Ep. 10. dulces inter se iungere. At ubi Aeetes adamantinum in mediis aratrum statuerat et boves, qui flammam de flavis malis spirabant ardentis ignis, aereisque ungulis pulsabant terram alternis: hos adductos iugo admovit solus, rectosque sulcos intendens egit, glebosaeque in ulnae altitudinem scidit dorsum terrae. Tum ita dixit: Hoc opus rex, qui prae-
Str. 11. est navi, mihi ubi perfecerit, incorruptivum stragulum asportato, Vellus lucidum aureo villo. Sic igitur illo locuto abiecta Iason crocea veste deo fretus aggrediebatur opus; ignis vero eum non turbabat omnis veneficii peritae hospitae mandatis: sed protracto aratro, bubulas necessitatis instrumentis constrictas tenens cervices, iniiciensque magnorum laterum corpori stimulum molestum, fortis vir elaboravit imperatam mensuram. Tacito autem quamvis dolore exclamavit tamen vim Iasonis Aee-
Ant. 11. tes admiratus: At socii ad validum virum amicas porrigebant manus, coronisque eum frondeis tegebant blandisque sermonibus amplexabantur. Statim vero Solis admirandus filius vellus splendidum indicavit, ubi id extenderant Phrixi cultri; neque vero sperabat etiam illum ipsi perfecturum Iasonem laborem: iacebat enim in arbustis, draconisque tenebatur saevissimis malis, qui crassitie longitudineque quinquaginta remo-
Ep. 11. rum navim superabat, ferri quam perfecerant ictus. Longum mihi redire in vehiculari via: tempus enim exit: et quandam semitam novi brevem: multisque dux sum sapientiae. Interfecit ille quidem artibus

www.libtool.com.cn

oculos caesium serpentem in tergo variegatum, Arcesila, clamque abduxit Medeam cum ipsius voluntate, Peliae interfectricem: Oceanique undas adierunt pontumque rubrum Lemniarumque gentem mulierum peremptricem virorum: ubi et membrorum contentionibus spectandum exhibuerunt certamen de veste, Et concubuerunt. Atque in peregrinis Str. 12.
arvis semen tum vestri splendoris fortunae accepit fatalis dies, vel noctes: illic enim genus Euphemi satum mansurum semper extitit: et Lacedaemoniorum ingressi virorum sedes in Callistam olim dictam migrarunt posthac insulam; inde vero vobis Latonae filius dedit Libyae campum deorum beneficio augendum, ad urbem Cyrenes aureo solio insidentis divinam gubernandam Recti consultricem prudentiam adeptis. Ant. 12.
Calle nunc Oedipi sapientiam. Nam etiamsi quis ramos acuta securi amputet magnae ilicis, foedetque eius admirandam speciem; tamen vel sterilis reddita dat iudicium de sese, si quando in hibernum ignem pervenerit ultimum: aut cum rectis columnis herilibus suffulta onus reliquis sustinet miserum in muris, suo derelicto loco. Es vero medicus Ep. 12.
opportunissimus, Paeanque tibi honorat vitam. Oportet molli manu admota vulnus ulceris curare. Facile est enim civitatem concutere vel imbecillioribus: sed in sede rursum locare difficile profecto est, repente nisi deus principibus gubernator adfuerit. At tibi harum rerum contexitur gratia: sustine felici in Cyrena ponere studium omne. Homeri Str. 13.
carminum autem etiam hoc considerans dictum cura: nuncium bonum dixit honorem maximum negotio cuivis afferre. Augetur et Musa praeconio recto. Cognovit quidem Cyrene et celeberrima domus Batti iustas Damophili mentes: ille enim, inter pueros iuvenis, in consiliis vero senex expertus centum annorum vitam, privat maledicentiam splendida voce, didicitque insolentem odisse, Non contendens adversus bonos, Ant. 13.
neque differens effectionem rei ullius. Nam opportunitas inter homines breve spatium habet; quam ille bene novit: minister autem eam comitatur, non operarius servus. Aiunt vero esse hoc aerumnosissimum, non ignorantem pulchra necessario extra habere pedem. Et ille certe Atlas caelo colluctatur nunc quidem procul patria a tellure et a bonis suis; sed solvit Iuppiter immortalis Titanas: et tempore mutationes accidunt, cessante vento, Velorum. At sese optat pernicioso morbo ex- Ep. 13.
antlato tandem domum videre, ad Apollinisque fontem convivia frequentantem animum tradere iuvenili hilaritati saepius, inter sapientesque cives artificiosam citharam gestantem quiete frui, nec sane cuiquam damnum dantem, ipsumque rursus illaesum a civibus. Et narraverit qualem, Arcesila, invenerit fontem immortalium carminum, recens Thebis hospitio exceptus.

www.libtool.com.cn

PYTH. V.

ARCESILAO CYRENAEO

CURRU.

Opulentia late potens, quum quis mortalis homo virtute temperatam intemerata, fortuna tradente eam producit dilectissimam comitem. O beate divinitus Arcesila, tu utique inclitae aetatis summis a gradibus cum gloria redis per Castorem aureo vectum curru. Serenus post hibernam procellam tuam illustrat beatam domum. Enimvero sapientes pulchrius ferunt vel a diis datam potentiam. Te autem incedentem in iustitia magna felicitas amplectitur: tum quod rex es magnarum urbium, habet congenitus splendor pretiosissimum hoc munus tua temperatum mente; tum vero beatus etiam nunc es, famosa quod iam ex Pythiade gloriam equis adeptus accipis hancce pompam virorum, Apollineas delicias. Igitur ne obliviscaris Cyrenis dulcem circa hortum Veneris cantatus omnis rei deum quidem auctorem habere; dilige vero Carrhotum praecipue inter sodales: qui non Epimethei adducens sero sapientis filiam Excusationem Battidarum pervenit ad domos iuste regnantium; sed currui praestantissimo debitum, ad aquam Castaliae hospitio exceptus, praemium circumdedit tuis comis Incorruptis fraenis victoria potitus in velocium duodecim cursuum campo sacro. Fregit enim instrumentorum robur nullum, sed dedicata pendent, quaecunque sollertium fabrorum artificia adducens in concavum saltum dei, Crisaeum collem praetervectus est: unde illa habet cupressina aedicula ad signum prope, Cretenses quod sagittati tecto Parnasio submiserunt, illud uno ligno constans, natum. Benevola itaque decet mente benefactorem accipere. Alexibiada, te vero pulchricomae illustrant Gratiae: beatus es, qui habes post magnum quamvis laborem sermonum praestantissimorum monimenta: inter quadraginta enim lapsos aurigas integro curru reportato intrepido animo, accessisti iam Libyae campum ex splendidis certaminibus patriamque urbem. Laborum vero nemo exsors est neque adeo erit: sed Batti permanet tamen antiqua felicitas haec atque illa dispensans, turris urbis lumenque lucidissimum hospitibus. Illum sane et grave frementes leones prae timore fugerunt, vocem quando ipsis attulit transmarinam; dux vero coloniae dedit Apollo bestias saevo metui, ut ne rectori Cyrenes irritus fieret oraculis: Qui et gravium morborum

www.libtool.com.cn

remedia viris et mulieribus distribuit, praebetque citharae artem, datque Musam quibuscunque velit, a bellis alienam inserens praecordiis iustitiam, antrumque colit fatidicum, quo Lacedaemone Argisque et divina in Pylo constituit strenuos Herculis posteros Aegimiique. At meum praedicant ex Sparta amabile decus; Unde oriundi venerunt in Theram Aegidae mei maiores non sine diis: sed fatum quoddam duxit multarum victimarum epulum: unde receptam, Apollo, tua, Carnee, in comissatione verecundamur Cyrenae pulchre exstructam urbem: quam tenent aere delectati hospites Troes Antenoridae; cum Helena enim venerunt, fumantem patriam postquam viderunt In bello: equestrem autem gentem diligenter excipiunt sacrificiis viri adeuntes eos, munera offerentes, quos Aristoteles adduxit, navibus velocibus maris profundam viam aperiens. Condidit vero lucos maiores deorum, directeque sectam struxit Apollineis salutiferis pompis planam, quam equi quatiunt, pavitam viam, ubi fori ad extrema seorsum iacet defunctus. Beatus quidem inter homines habitabat; heros autem postea populo cultus. Seorsum vero ante domos ceteri sortiti Orcum reges sancti sunt; magna autem virtus rore molli perfunditur carminum inter undas: audiunt certe inferna mente suam felicitatem filioque communem gratiam debitamque Arcesilae. Quem inter cantum iuvenum decet aureo instrumento ornatum Phoebum celebrare, Habentem ex Pythone victoriale impensas remunerans carmen iucundum. Virum illum laudant prudentes. Dictum dico: praestantiorem aetate mentem nutrit; linguâque fidentiâque alas expandens inter volucres aquila extitit; pugnae, quale vallum, robur; interque Musas ales inde a matre cara, currusque conspicitur agitator peritus: Et quotquot sunt domesticarum laudum aditus, ausus est; deusque ei et nunc propitius perficit potentiam, et vero porro deinceps, o Saturnii beati, detis eam ut factis consiliisque teneat, ne fructibus exitialis ventorum hibernus flatus deprimat vitam. Iovis utique mens magna gubernat fortunam virorum carorum. Precor ipsum, Olympiae ut hoc decus addat Batti generi.

Ant. 5. Ep. 3. Str. 4. Ant. 4. Ep. 4.

PYTH. VI.

XENOCRATI AGRIGENTINO

CURRU.

Audite: profecto enim oculos volventis Veneris arvum vel Gratiarum versamus, umbilicum horrisonae telluris aeternum accedentes, Pythiae

Str. 1.

www.libtool.com.cn

victoriae dicatus ubi felicibus Emmenidis fluvialique Agrigento omninoque Xenocrati paratus hymnorum thesaurus in auri pleno Apollineo exstructus est saltu; Quem neque hibernus imber coactus irruens, horrisonae nubis exercitus immitis, neque venti in recessus maris colluvie varia rapient illisi: luce vero in pura posito vultu is patri tuo, Thrasybule, gentique communem gloriosam curru victoriam Crisaeis in vallibus sermonibus mortalium denunciabit. Tu profecto manu tenens illum ad dextrum latus, in te probatum refers praeceptum, quod olim in montibus aiunt Philyrae filium validissimo orbo parentibus Pelidae commendasse: praecipue quidem ut Saturni filium, gravisonum fulgurum tonitruumque arbitrum coleret; eo vero numquam honore privaret parentum vitam fatis concessam. Fuit et antea Antilochus fortis mente hac praeditus, qui occubuit pro patre, homicidam quum sustinuisset exercitus ducem Aethiopum Memnonem. Nestoreum enim equus currum impediebat Paridis ex telis saucius; at ille immittebat validam hastam: Messenii autem senis perturbata mens inclamavit filium suum. Neque vero irritum verbum emisit: sed ibidem manens ille divinus vir redemit morte salutem patris, visusque est inter priores homines adolescentibus facinore ingenti perfecto summus esse erga parentes virtute. Haec quidem praeterierunt: inter eos autem, qui nunc sunt, etiam Thrasybulus paternam maxime ad regulam incessit, Patruoque succedens decus probavit; mente vero opes regit, nec iniustum nec insolentem iuventae florem carpens, sapientiam autem in penetralibus Pieridum; tibique, terrae quassator, ex indole ad equestris studii aditum valde lubente animo, Neptune, sese applicat: dulcis vero mens etiam in versando cum convivis apum superat cancellatum opus.

Str. 2.

Str. 3.

Str. 4.

Str. 5.

Str. 6.

PYTH. VII.

MEGACLI ATHENIENSI

QUADRIGIS.

Str. Pulcherrimum magna urbs Athenae prooemium, quo Alcmaeonidarum potentissimae stirpi fundamentum carminum curuli victoriae iaciatur. Quippe quamnam patriam, quam domum habitantem quemquam praedicem, quae illustrior in Graecia famâ sit? In omnibus enim civitatibus laus versatur Erechthei civium, qui quidem tuam, Apollo, aedem

Ant. 3. rusco Alcmanem in clupeo versantem primum ad Cadmi portas. At
ille afflictus priori clade nunc faustioris tenetur augurii nuncio Adrastus
heros; sed in domesticis adversa fortuna utetur: solus enim e Danao-
rum copiis mortui ossibus lectis filii, numine deorum redibit exercitu
Ep. 3. cum incolumi Abantis ad spatiosos vicos. Talia quidem edixit Am-
phiaraus. Lubens vero et ipse Alcmanem coronis peto aspergoque etiam
hymno, vicinus quod mihi et bonorum custos meorum tum obvius est
factus eunti terrae ad umbilicum cantu celebratum, tum vaticiniorum se
Str. 4. applicuit congenitis artibus. Tu vero, longe iaculans, qui omnes re-
cipiens templum celebre gubernas Pythonis in vallibus, maximum qui-
dem ibi gaudiorum praebuisti; domi vero antea cito raptum donum
quinquertii cum sollemnibus vestris attulisti, domine. Propitia autem
Ant. 4. precor mente Respicias tuum canticum, quantum in quoque per-
curro. Comissationi quidem dulcisonae Iustitia adstat; deorum autem
curam immortalem exposco, Xenarce, vestris fortunis. Siquis enim bona
Ep. 4. paravit non longo tempore, multis sapiens videtur inter stultos Vi-
tam instruere prudentibus conatubus: at haec non penes homines sunt;
sed deus praebet, alias alium sursum attollens, alium autem subter ma-
nuum mensuram deprimit. Sed Megaris tu habes decus, in recessuque
Marathonis, Iunonisque ludum domesticum victoriis ternis, Aristomenes,
Str. 5. subegisti certamine. Quattuor autem irruisti desuper corporibus mala
meditans; quibus neque reditus pariter iucundus in Pythiade decretus
est, neque vero postquam reversi sunt, apud matrem circa eos risus
dulcis excitavit gaudium; sed per angiportus inimicos suspenso animo
Ant. 5. devitantes trepidant, calamitate saucii. Qui vero decus aliquod recens
nactus est, ex magna ob florentem statum spe volat alatis virtutibus,
habens superiorem divitiis curam. At brevi mortalium felicitas crescit;
Ep. 5. sic autem etiam procidit humi, infesto decreto quassata. Diem unum
viventes! quid tandem est quis? quid non quis? Umbrae somnium ho-
mo. Sed quando splendor ab Iove datus venit, fulgens lumen adest ho-
minibus et suavis vita. Aegina cara mater, libero cursu civitatem hanc-
ce deduc cum Iove et rege Aeaco Peleoque et forti Telamone cumque
Achille.

www.libtool.com.cn

o rex? qui certum omnium rerum exitum nosti et omnes vias, quotque tellus verna folia emittit, quotque in mari et fluviis arenae undis et ventorum fluctibus volvuntur, quodque futurum est, et quando erit, bene perspicis. Si tamen oportet etiam cum sapiente contendere, Edicam. Huic maritus accessisti saltum huncce, et es eam trans mare, Iovis eximium in hortum portaturus; ubi eam civitatis dominam constitues, populo adducto insulari ad collem campo cinctum: nunc autem spatiosis pratis decora veneranda tibi Libya excipiet celebrem sponsam aedibus in aureis benevola; ubi ei terrae sortem statim donabit legitimam simul gubernandam, neque frugiferarum plantarum expertem, neque ignaram ferarum. Ibi filium pariet, quem inclitus Mercurius pulchrithronis Horis Tellurique susceptum cara a matre feret; illae vero genibus suis imposito infanti nectar labiis et ambrosiam instillabunt, facientque eum immortalem Iovem et castum Apollinem, viris gaudium amicis proximum, comitem ovium, Agreum et Nomium, aliis vero Aristaeum vocandum. Sic igitur locutus impulit deum, ut iucundum nuptiarum perficeret exitum. Celeris autem festinantium iam deorum effectio, viaeque breves. Illud illa dies peregit; thalamoque concubuerunt in aureo Libyae: ubi pulcherrimam urbem regit claramque certaminibus. Atque nunc apud Pythonem divinam Carneadae filius florentissimae ipsam admovit fortunae; ubi victor illustravit Cyrenen: quae ipsum benevola excipiet, pulchris puellis insigni patriae gloriam desiderabilem afferentem Delphis. Virtutes vero magnae semper laudum copiosae; sed pauca ornate eloqui in amplis rebus, acroama sapientibus: et opportunitas aeque cuiusque rei tenet summam. Intellexerunt aliquando et lolaum non aspernatum illam septem portis exstructae Thebae: quem, Eurysthei postquam caput amputavit ensis acie, condiderunt sub terra intus in curruum agitatoris Amphitryonis sepulcro: ubi paternus avus eius Satorum hospes iacebat, candidis equis insignes Cadmeorum qui migrarat ad vicos. Peperit illi et Iovi mixta prudens uno partu Uemena geminorum invictum robur filiorum. Surdus mutusque aliquis, qui Hereni os non applicet, neque Dircaearum aquarum semper memores, quae illum nutriverunt et Iphiclem; quibus rite effectum ex voto debetis beneficium comissaberi. Gratiarum senectarum utinam ne me deficiat parum tamen! Nam et Aeginae aio Nisique ad collem ter omnium civitatem hanc illum celebrem fecisse. Taciturnam inopem certamine eligentem: quapropter, siquis civium amicus, siquis adversarius, publico certe bono bene gestam rem nobis, praeceptum violans matris sexus, obsecrare. Ille Iovi etiam immicum toto animo praecipua iuste quidem servatum edixit. Parumne victorem te etiam

tis in flore. Eorum enim, quae in civitate sunt, reperiens mediocria
Ant. 4. diuturniore felicitate vigentia, improbo sortem tyrannidum: Communibus vero virtutibus intentus sum; invidi autem puniuntur noxa. Siquis summum assecutus tranquilleque degens a gravi iniuria se cohibuit, is vero in fine atram mortem pulchriorem nancisci solet, dulcissimae
Ep. 4. suboli celebrem bonorum praestantissimam gratiam relinquens: Quae Iphiclidam clarum reddit solaum hymnis decantandum, et Castoris robur, teque, rex Pollux, filii deorum, alterum per diem in sedibus Therapnae, per alterum habitantes in Olympo.

PYTH. XII.

MIDAE AGRIGENTINO

TIBICINI.

Str. 1. Rogo te, splendoris amica, pulcherrima mortalium urbium, Proserpinae sedes, quae ad ripas pecorosi habitas Acragantis aedificiis bene constructum collem, o regina, propitia immortalium hominumque cum benevolentia accipe coronam hancce ex Pythone ab illustri Mida, eumque ipsum, Graeciam qui superavit arte, quam quondam Pallas in-
Str. 2. venit audacium Gorgonum tristem planctum contexens Minerva: Quem e virgineis inaccessisque serpentum capitibus audivit fusum luctuosa cum aerumna; Perseus quando tertiam confecit sororum partem, marinaeque Seripho incolisque exitium fatale afferens. Profecto ille et divinum Phorci occaecavit genus, et funestas symbolas Polydectae reddidit matrisque longam servitutem coactumque coniugium, pulchris genis insignis caput
Str. 3. quum abstulisset Medusae Filius Danaes; quem ex auro dicimus sponte pluente natum esse. Sed postquam ex his carum virum laboribus servaverat, virgo tibiarum effecit omnisonum cantum, ut Euryalae ex citis maxillis emissum in instrumentis imitaretur grave strepentem luctum. Invenit dea; sed inventum cantum, ut viri mortales eum haberent, appellavit capitum multorum nomum, illustrem modum populos cientium memo-
Str. 4. rem certaminum, Tenue permeantem aes simul et calamos, qui prope praestantem choris habitant urbem Gratiarum, Cephisidis in luco, fidi choreutarum testes. Signa vero felicitas apud homines, sine labore non comparet; sed perficet eam sane vel hodie deus. Fatum quidem non evitabile; sed erit tempus illud, quod etiam insperatam aliquam sortem obiiciens praeter opinionem aliud det, aliud nondum concedat.

www.libtool.com.cn

NEMEA.

NEM. I.

CHROMIO AETNAEO

CURRU.

Requies sacra Alphei, inclitarum Syracusarum germen Ortygia, cubile Dianae, Deli soror: a te suaviloquus hymnus orditur dicere laudem procellipedum magnam equorum, Iovis Aetnaei gratia; currus vero incitat Chromii Nemeaque facinoribus victorialibus comissationi inserviens iungere carmen. Str. 1.

Initia autem iacta sunt deorum illius viri cum divinis virtutibus: est autem in felicitate summae gloriae fastigium; magnorumque certaminum Musa meminisse amat. Sparge iam decus aliquod insulae, quam Olympi dominus Iuppiter dedit Proserpinae, annuitque ei capillis, excellentem in praestante frugibus tellure Siciliam opimam se elaturum fastigiis urbium opulentis: praebuitque ei Saturnius belli studiosum aere armati populum equis instructum simul omnino et Olympiadum foliis olearum aureis praeditum. Multarum rerum attigi opportunitatem haud falso iaculatus: Ant. 1. Ep. 1.

Adstiti autem ad aulicas fores viri hospitalis pulchra canens, ubi mihi gratum epulum adornatum est, simul vero peregrinorum non expertes aedes sunt: nactus autem hoc est, ut boni obtrectantibus aquam fumo portent contrariam. Sed artes aliorum aliae: oportet autem rectis viis incedentem anniti natura. Str. 2.

Agit enim opere robur, consiliis vero mens, futura prospicere quibus ingenitum adest. Agesidami fili, tua certe in indole horumque et illorum usus suppetunt. Non amo magnas domi divitias absconditas habere, sed praesentibus, et bene mihi esse et bene me audire, amicis sufficientem: communes enim veniunt metus laboriosorum hominum. Ant. 2.

Ego vero Hercule acquiesco libenter, in fastigiis virtutum magnis antiquam excitans narrationem, ut quippe ex utero matris ilico serenam in lucem filius Iovis partum evadens gemello cum fratre prodiit, Ep. 2.

Utque non latens aurithronam Iunonem croceas fascias ingressus est. Sed deorum regina irritata animo mittebat dracones protinus. Illi quidem apertis portis in thalami penetrale amplum irrepserunt, puerulis celeres malas cir- Str. 3.

cumplicare cupientes: ipse autem rectum tollebat caput primumque tentabat pugnam, Binis binos manibus invictis suis ad cervices corripiens serpentes; strangulatis vero tempus animas efflavit e membris infandis. Sed intolerabile sane iaculum perculit mulieres, quotquot Alcmenae ministrabant puerperio: etenim ipsa, pedibus absque peplo desiliens de strato, tamen propulsavit iniuriam beluarum. Confestim autem Cadmeorum proceres aereis cuncti cum armis accurrerunt; manu vero Amphitruo vagina nudum vibrans ensem venit, acutis aerumnis percussus. Nam domesticum premit quemque pariter, statim vero doloris expers cor luctu in alieno. Stetit autem stupore gravi iucundoque affectus; videbat enim insolentem audaciamque et vim filii; in contrariumque ei versam immortales nunciantium narrationem effecerant. Vicinum vero evocavit Iovis altissimi vatem eximium, veridicum Tiresiam; hic autem ei exposuit et omni cohorti, quibuscum conflictaturus esset casibus, Quot in terra interficiendo, quotque in mari bestias immanes; atque aliquem hominum cum obliqua invidia incedentem diram dixit ei illaturum mortem. Enimvero quando dii in campo Phlegrae cum Gigantibus pugnam conserturi essent, telorum sub ictibus illius splendidam pulvere contaminatum iri comam Pronunciavit: ipsum autem in pace continuo requietem per omne tempus praemium laborum magnorum consecutum eximium, beatis in domibus accepta florente Iuventa uxore, et nuptiis celebratis apud Iovem Saturnium, augustam probaturum domum.

NEM. II.

TIMODEMO ATHENIENSI

PANCRATIASTAE.

Unde quidem etiam Homeridae contextorum carminum cantores utplurimum auspicantur, Iovis a prooemio: etiam hic vir fundamentum sacrorum certaminum victoriae nactus est primum Nemeaei in celebratissimo hymnis Iovis luco. Oportet vero etiam, paterna siquidem in via ipsum recta deducens aevum magnis dedit ornamentum Athenis, simul Isthmiadum decerpere pulcherrimum florem, in Pythiisque vincere Timonoi filium. Est autem consentaneum, Montanis a Pleiadibus non procul Orionem incedere. Atqui Salamis educare virum bellicosum potest; apud Troiam certe Hector est Aiacem expertus: te vero, o Timodeme, vir-

www.libtool.com.cn

Ant. 5. rusco Alcmanem in clupeo versantem primum ad Cadmi portas. At ille afflictus priori clade nunc faustioris tenetur augurii nuncio Adrastus heros; sed in domesticis adversa fortuna utetur: solus enim e Danaorum copiis mortui ossibus lectis filii, numine deorum redibit exercitu
Ep. 5. cum incolumi Abantis ad spatiosos vicos. Talia quidem edixit Amphiaraus. Lubens vero et ipse Alcmanem coronis peto aspergoque etiam hymno, vicinus quod mihi et bonorum custos meorum tum obvius est factus eunti terrae ad umbilicum cantu celebratum, tum vaticiniorum se
Str. 4. applicuit congenitis artibus. Tu vero, longe iaculans, qui omnes recipiens templum celebre gubernas Pythonis in vallibus, maximum quidem ibi gaudiorum praebuisti; domi vero antea cito raptum donum quinquertii cum sollemnibus vestris attulisti, domine. Propitia autem
Ant. 4. precor mente Respicias tuum canticum, quantum in quoque percurro. Comissationi quidem dulcisonae Iustitia adstat; deorum autem curam immortalem exposco, Xenarce, vestris fortunis. Siquis enim bona
Ep. 4. paravit non longo tempore, multis sapiens videtur inter stultos Vitam instruere prudentibus conatubus: at haec non penes homines sunt; sed deus praebet, alias alium sursum attollens, alium autem subter manuum mensuram deprimit. Sed Megaris tu habes decus, in recessuque Marathonis, Iunonisque ludum domesticum victoriis ternis, Aristomenes,
Str. 5. subegisti certamine. Quattuor autem irruisti desuper corporibus mala meditans; quibus neque reditus pariter iucundus in Pythiade decretus est, neque vero postquam reversi sunt, apud matrem circa eos risus dulcis excitavit gaudium; sed per angiportus inimicos suspenso animo
Ant. 5. devitantes trepidant, calamitate saucii. Qui vero decus aliquod recens nactus est, ex magna ob florentem statum spe volat alatis virtutibus, habens superiorem divitiis curam. At brevi mortalium felicitas crescit;
Ep. 5. sic autem etiam procidit humi, infesto decreto quassata. Diem unum viventes! quid tandem est quis? quid non quis? Umbrae somnium homo. Sed quando splendor ab Iove datus vênit, fulgens lumen adest hominibus et suavis vita. Aegina cara mater, libero cursu civitatem hancce deduc cum Iove et rege Aeaco Peleoque et forti Telamone cumque Achille.

www.libtool.com.cn

o rex? qui certum omnium rerum exitum nosti et omnes vias, quotque tellus verna folia emittit, quotque in mari et fluviis arenae undis et ventorum fluctibus volvuntur, quodque futurum est, et quando erit, bene
Str. 3. perspicis. Si tamen oportet etiam cum sapiente contendere, Edicam. Huic maritus accessisti saltum huncce, et es eam trans mare, Iovis eximium in hortum portaturus; ubi eam civitatis dominam constitues, populo adducto insulari ad collem campo cinctum: nunc autem spatiosis pratis decora veneranda tibi Libya excipiet celebrem sponsam aedibus in aureis benevola; ubi ei terrae sortem statim donabit legitimam simul gubernandam, neque frugiferarum plantarum expertem, ne-
Ant. 3. que ignaram ferarum. Ibi filium pariet, quem inclitus Mercurius pulchrithronis Horis Tellurique susceptum cara a matre feret; illae vero genubus suis imposito infanti nectar labiis et ambrosiam instillabunt, facientque eum immortalem Iovem et castum Apollinem, viris gaudium amicis proximum, comitem ovium, Agreum et Nomium, aliis vero Aristaeum vocandum. Sic igitur locutus impulit deum, ut iucundum nu-
Ep. 3. ptiarum perficeret exitum. Celeris autem festinantium iam deorum effectio, viaeque breves. Illud illa dies peregit; thalamoque concubuerunt in aureo Libyae: ubi pulcherrimam urbem regit claramque certaminibus. Atque nunc apud Pythonem divinam Carneadae filius florentissimae ipsam admovit fortunae; ubi victor illustravit Cyrenen: quae ipsum benevola excipiet, pulchris puellis insigni patriae gloriam deside-
Str. 4. rabilem afferentem Delphis. Virtutes vero magnae semper laudum copiosae; sed pauca ornate eloqui in amplis rebus, acroama sapientibus: et opportunitas aeque cuiusque rei tenet summam. Intellexerunt aliquando et Iolaum non aspernatum illam septem portis exstructae Thebae; quem, Eurysthei postquam caput amputavit ensis acie, condiderunt sub terra intus in curruum agitatoris Amphitryonis sepulcro; ubi paternus avus eius Satorum hospes iacebat, candidis equis insignes Ca-
Ant. 4. dmeorum qui migrarat ad vicos. Peperit illi et Iovi mixta prudens uno partu Alcmena geminorum invictum robur filiorum. Surdus mutusque aliquis, qui Herculi os non applicet, neque Dircaearum aquarum semper meminerit, quae illum nutriverunt et Iphiclem; quibus rite effectum ex voto debens beneficium comissabor. Gratiarum sonorarum utinam ne me deficiat purum lumen! Nam et Aeginae aio Nisique ad collem
Ep. 4. ter omnino civitatem hancce illum celebrem fecisse, Taciturnam inopiam certamine effugientem: quapropter, siquis civium amicus, siquis adversarius, publico certe bono bene gestam rem nolit, praeceptum violans marini senis, obscurare. Ille laudare etiam inimicum toto animo praeclara iuste quidem gerentem edixit. Plurimum victorem te etiam

www.libtool.com.cn

conspicua pedibus victorem Phriciam. Adsit fortuna etiam futuris in
Str. 2. diebus, magnificae opes ut floreant ipsis; Eorum vero, quae in Graecia sunt, decorum nacti haud exiguam portionem, ne invidis divinitus vicissitudinibus incidant. Deus sit propitius animo. Beatus autem et celebrandus ille vir existit sapientibus, siquis manibus aut pedum virtute
Ant. 2. victor maxima praemiorum reportarit audaciaque et robore, Et vivens adhuc iuvenem filium viderit rite adeptum coronas Pythias. Aheneum caelum numquam ascendere potest; sed quascunque nos mortale genus felicitates attingimus, iis penetrat ad extremum navigationis terminum. Neque vero navibus neque pedestri itinere inveneris ad Hy-
Ep. 2. perboreorum conventus mirabilem viam. Apud quos olim Perseus coenavit dux, domos ingressus, inclitas asinorum hecatombas quum invenisset deo sacrificantes; quorum festis dapibus perpetuo laetisque vocibus maxime Apollo gaudet, ridetque videns lasciviam arrectam bestia-
Str. 3. rum. Musa autem non exulat a moribus ipsorum; sed ubique chori virginum lyrarumque strepitus sonitusque tibiarum moventur; lauroque aurea comas redimiti epulantur comiter: neque vero morbi nec senectus perniciosa tangunt sacram gentem; laborumque et pugnarum exper-
Ant. 3. tes Habitant devitata summum ius exercente Nemesi. At audaci spirans corde venit Danaes aliquando filius, ducebat autem Minerva, ad virorum beatorum coetum; occiditque Gorgonem, et variegatum draconum iubis caput insularibus lapideam mortem advenit afferens. Mihi vero ad
Ep. 3. mirandum Diis perficientibus nihil unquam videtur esse incredibile. Remum inhibe, ilicoque ancoram fige in terra e prora proiectam, latentis remedium scopuli: laudatoriorum enim flos hymnorum ad aliam alias
Str. 4. velut apis vagatur materiam. Spero autem me, Ephyraeis vocem circa Peneum dulcem fundentibus meam, Hippocleam etiam magis carminibus ob coronas admirandum inter aequales facturum et seniores, iuvenculisque virginibus curam. Etenim aliis aliarum rerum amor pungere solet pe-
Ant. 4. ctora: Quae vero quisque appetit, ubi consecutus fuerit, cito raptum teneat studium praesens; post annum autem eventura obscurum est praevidere. Fretus sum hospitio benevolo Thoracis, qui meum expetens officium huncce iunxit currum Pieridum quadriiugum, amans amantem, ducens ducentem amicè. At exploranti et aurum in probatione
Ep. 4. splendet et mens recta. Fratres quidem collaudabimus probos, quod sublime ferunt instituta Thessalorum augentes: penes bonos vero posita sunt paterna optima urbium imperia.

www.libtool.com.cn

PYTH. XI.

THRASYDAEO THEBANO

PUERO STADII CURSORI.

Cadmi puellae, Semela Olympiarum vicina, Inoque Leucothea marina- Str. 1.
rum contubernalis Nereidum, venite cum Herculis optimae prolis genitrice matre ad Meliam aureorum in penetralem tripodum thesaurum,
quem eximie honoravit Loxias, Ismeniumque nominavit, veracem va- Ant. 1.
tum sedem, o filiae Harmoniae, ubi nunc quoque consortem Heroidum
coetum congregatum iubet adesse, ut Themidem sacram Pythonemque
et recte iudicantem terrae umbilicum canatis summa vespera, Septem Ep. 1.
portarum urbi Thebis gratiam certaminique Cirrhae; in quo Thrasydaeus memorandum fecit focum paternum tertia adiecta corona, in opulentis arvis Pyladae victor, hospitis Laconis Orestae. Quem interfecto Str. 2.
patre Arsinoe dolo Clytaemnestrae manibus a validis nutrix eripuit luctuoso, quando Dardanidem filiam Priami Cassandram corusco aere cum
Agamemnonia anima misit Acherontis ripam ad umbrosam Immiseri- Ant. 2.
cors femina. Num illam Iphigenia ad Euripum mactata procul a patria stimulavit, gravia molientem ut cieret iram? an alieno toro domitam nocturni seduxerunt amplexus? id quod iuvenibus uxoribus odiosissimum est flagitium nec occultari potest Alienis linguis. Maledici Ep. 2.
vero cives: habet enim opulentia non minorem invidiam; at humiliter vivens in abscondito fremit. Interiit quidem ipse heros Atrides reversus tandem inclitis Amyclis, Vatemque perdidit puellam, postquam Str. 3.
ob Helenam exustorum Troianorum deiecit domos de felicitate. At ille ad senem hospitem Strophium pervenit puerili capite, Parnasi pedem incolentem: sed sero Marte interfecitque matrem prostravitque Aegisthum caedis in loco. Sane, o amici, aut iter deflectente in trivio vagatus Ant. 3.
sum, quum recta via incederem antea; aut me aliquis ventus cursu eiecit, ut navigium marinum. Musa, tuum vero, si mercede paciscebare praebituram te vocem argento conductam, alias ad alia eam transferre Aut Ep. 3.
patri Pythiis victori nunc quidem aut Thrasydaeo, quorum felicitasque et gloria resplendet. Partim inter currus praeclari victores Olympicum certaminum celeberrimorum obtinuerunt celerem fulgorem equis; Et Str. 3.
Pythone nudum in stadium quum descendissent, superarunt Graecorum conventum velocitate. Divinitus appetam bona, possibilia cupiens aeta-

www.libtool.com.cn

sem; quem fortissimum Achille excepto in pugna, ad repetendam flavo
Menelao coniugem velocibus in navibus miserunt recta spirantis Zephyri
Ant. 2. aurae Ad Ili urbem. Sed communis venit fluctus Orci, caditque in
inglorium atque in gloriosum. Honos vero succedit eorum, quorum deus
suavem auget famam, mortuorum bellatorum, qui ad magnum umbilicum sinuosae accesserunt terrae; in Pythiisque pavimentis iacet, Priami
urbem Neoptolemus postquam vastavit: de qua et Danai laboraverant:
ille vero renavigans Scyro quidem aberravit, erratici autem Ephyram ve-
Ep. 2. nerunt. Molossiae vero imperabat breve per tempus; at genus sem-
per tenebat hoc ei decus. Proficiscebatur autem ad deum, opes adve-
hens Troiâ manubiarum: ubi propter carnes eum pugna congressum
Str. 3. feriit vir cultro. Doluerunt vero valde Delphi hospitales. At fatum
exsolvit; oportebat quippe aliquem Aeacidarum regum in luco vetustis-
simo in posterum esse dei iuxta bene munitam muris aedem, heroicis-
que pompis inspectorem ibi habitare sacrificiorum copia refertis pro-
speram ad iustitiam efficiendam. Tria verba sufficient: non mendax ille
testis certaminibus praeest. Aegina, audacia mihi adest haecce, ut ex-
Ant. 3. ponam tuorum et Iovis posterorum Splendidis virtutibus viam potis-
simam laudum ex propria domo deductam: at enim requies in omni
dulcis re; fastidiumque habent et mel et iucundi flores Venerei. Indole
autem unusquisque differimus vitam sortiti, alius haec, alia alii; ut vero
unus felicitatem omnem consequatur reportatam, fieri non potest; non
habeo dicere, cui hunc Parca eventum stabilem obtulerit. Theario, tibi
Ep. 3. vero consentaneam opportunitatem felicitatis Dat, audaciamque prae-
clararum rerum nacto prudentiam non pessumdat mentis. Hospes sum;
invidum procul amovens vituperium, aquae velut rivos amicum in vi-
rum ducens gloriam veram laudabo: conveniens vero bonis merces
Str. 4. haec. Constitutus autem prope Achaeus non me reprehendet vir Io-
nium supra mare habitans: publico hospitio fretus sum; interque po-
pulares vultu tueor sereno, non superbus, violenta omnia a pede remo-
vens: posterum vero benignum adveniat tempus: cognita causa autem
aliquis iam dicet, num citra iustum modum incedam maledicum sermo-
nem proponens. Euxenida gente Sogenes, iuro non me termino supe-
Ant. 4. rato iaculum tanquam aereis genis firmatum vibrare Celerem linguam,
quod emisit luctaminibus cervicem et robur non madidatum, ardentem
priusquam in solem corpus incidisset. Si labor fuit, iucunditas amplior
succedit. Sine me. Victori quidem debitam gratiam, siqua altius vo-
ciferatus sum, haud invitus persolvo. Serere coronas facile; exspecta:
Musa profecto glutinat aurum candidumque ebur una et liliaceum flo-
Ep. 4. rem marino surreptum rori. Iovis vero recordatus propter Nemeam,

www.libtool.com.cn

vibus, et respirans antequam aliquid eloquar. Nam multa multifariam dicta sunt; nova vero invenientem tradere examini ad explorationem, summum periculum; obsoniumque sermones invidis: prehendit autem
Ant. 2. bonos semper, cum deterioribus vero non contendit. Illa et Telamonis confecit filium, ensi eum circumvolvens. Profecto aliquem indisertum quidem sed animo fortem oblivio continet in tristi lite; maximum vero versuto mendacio praemium protentum est. Clancularis enim suffragiis Ulyssem Danai foverunt; aureis vero Aiax privatus armis cum
Ep. 2. caede colluctatus est. Sanequam dissimilia hostibus in calido corpore vulnera ruperant moti sub defensante viros hasta, partim circa Achillem recens interfectum, aliorum item laborum perniciosissimis diebus. Sed infesta nimirum fraus erat etiam olim, blandorum verborum comes, doli meditatrix, maleficum opprobrium; quae quod splendidum est in-
Str. 3. vadit, obscurorum autem gloriam extollit futilem. Sint nunquam mihi tales mores, Iuppiter pater, sed viis simplicibus vitae insistam, defunctus ut liberis famam ne inhonestam relinquam. Aurum optant, campumque alii immensum; ego vero civibus probatus etiam humo membra ope-
Ant. 3. riam, laudans laudanda, sed vituperium adspergens nefandis. Augetur autem virtus, viridi rore velut arbor surgit, apud sapientes hominum elata apud iustosque ad liquidum aetherem. Usus vero varii amicorum virorum: in laboribus quidem maxime; sed cupit etiam oblectatio sibi
Ep. 3. ob oculos ponere fidem. O Mega, rursus tuam animam reducere Non mihi possibile: vanarum autem sperum futilis exitus: tuae vero familiae Chariadisque ingentem possum substruere lapidem Musaeum ob pedes illustres bis quippe binos. Gaudeo autem convenientem in re gesta fundere praedicationem: incantamentis vero aliquis etiam doloris expertem laborem reddit: ac fuit certe laudatorius hymnus iam olim, etiam antequam nata esset Adrasti Cadmeorumque discordia.

[NEM. IX.]

CHROMIO AETNAEO

CURRU.

Str. 1. Pompam ducamus ab Apolline ex Sicyone, Musae, recens conditam in Aetnam, ubi apertae ab hospitibus victae patent portae, beatam in Chromii domum. Age carminum dulcem hymnum perficite: equis victorem

www.libtool.com.cn

enim in currum escendens matri et geminis liberis vocem denunciat, Pythonis excelsae consortibus custodibus. Est vero quoddam dictum hominum, rem praeclare gestam non humi silentio tegendam; divinus autem carminum cantus praeconiis congruus. Agedum sonoram citharam, age tibiam ad ipsum excitemus equestrium apicem certaminum, quae Phoebo instituit Adrastus apud Asopi fluenta: quorum ego mentione facta exornabo inclitis heroem honoribus, Str. 2. Qui tunc quidem regnans ibi novisque festis roborisque virorum certaminibus curribusque politis illustravit decorans urbem: fugiebat enim Amphiaraumque audacem consilio et gravem seditionem, paterna domo procul Argisque; principes vero non amplius erant Talai filii, oppressi furore. Sed praestantior componit litem pristinam vir. Str. 3. Mariti domitricem Eriphylam, foederis pignus uti fidum, quum dedissent Oïclidae uxorem, flavicomorum Danaorum erant maximi. Igitur hinc etiam aliquando ad septem portarum urbem Thebas duxerunt exercitum virorum, non faustarum in via avium: nec Saturnius fulmine vibrato e domo furiose ruentes proficisci iussit, sed abstinere a profectione. Str. 4. Manifestam vero utique in stragem properabat exercitus venire aereis cum armis equestrique curruum apparatu; Ismeni autem ad ripas dulcem reditum sibi inhibentes, albicantia iam corpora, pinguefecerunt fumum: septem enim devorarunt rogi iuvenilium membrorum viros; Amphiarao autem diffidit fulmine violento Iuppiter latam terram, absconditque eum cum equis, Str. 5. Hasta Periclymeni antequam tergum percussus forti animo pudefieret. Nam in divinis terroribus fugiunt etiam filii deorum. Si fieri potest, Saturnie, experimentum magnificum a Phoenicibus missarum hastarum hoc de morte et vita differo quam longissime, sortem vero reipublicae bonis legibus constitutae rogo te filiis diu Aetnaeorum praebeas, Str. 6. Iuppiter pater, decoribusque civilibus impertias populum. Sunt utique equorumque studiosi ibi et divitiis animos habentes superiores viri. Str. 7. Incredibile dixi: verecundia enim latenter lucro vincitur, quae gloriam affert. Chromio si armiger adstitisses inter pedestres copias equosque naviumque in proeliis, cognovisses discrimen acris pugnae, Str. 8. Quandoquidem in bello illa dea incitabat eius animum bellicosum, ut propulsaret exitium Enyalii. Pauci vero consiliis ad caedis praesentis nubem vertendam in hostium ordines manibus et animo valent: dicitur sane Hectori quidem decus floruisse Scamandri fluentis prope; praecipites vero circa ripas Helori, Str. 9. Quo loco Areae traiectum homines appellant, affulsit filio hoc Agesidami lumen in adolescentia prima: alia autem aliis diebus, multa quidem in pulverulenta terra, alia vero vicino in mari gesta commemorabo. Sed ex laboribus, qui in iuventute susceptis fuerint cumque iu-

www.libtool.com.cn

stitia, existit ad senectam vita placida. Sciat sortitum se a diis admirandam
Str. 10. felicitatem. Si enim cum opibus multis gloriosum tulerit decus, non iam licet ulterius mortalem etiam fastigium aliud attingere pedibus. Tranquillitatem autem amat convivium; iuveniliterque florens augetur molli victoria cum cantu: audax vero apud craterem vox fit. Misceat aliquis
Str. 11. eum, dulcem hymni nuncium, Argenteisque distribuat phialis potentem vitis filium, quas quondam equi partas Chromio miserunt iuste nexis cum Latoidae coronis ex sacra Sicyone. Iuppiter pater, precor hanc victoris virtutem celebraverim cum Gratiis, supraque multos decorem verbis victoriam, iaculans proxime ad scopum Musarum.

[NEM. X.]

THEAEO ARGIVO

LUCTATORI.

Str. 1. Danai urbem pulchrithronarumque quinquaginta puellarum, Gratiae, Argos Iunonis domicilium dea dignum canite: illustratur autem virtutibus innumeris facinora propter audacia. Amplae quidem res Persei circa Medusam Gorgonem: multas vero in Aegypto pulchras Argos condidit urbes Epaphi manibus: neque vero Hypermnestra a recto aberra-
Ant. 1. vit, singulariter decernentem in vagina retinens gladium. At Diomedem immortalem flava quondam caesia oculos dea fecit deum: terra vero ad Thebas excepit percussa Iovis telis vatem Oïcliden, belli nubem: et feminis pulchricomis urbs excellit. Iam olim Iuppiter ad Alcmenam Danaenque profectus hoc declaravit dictum; patrique Adrasti
Ep. 1. Lynceoque mentis fructum rectae consociavit iustitiae; Aluitque telum Amphitruonis. Hic vero felicitate excellentissimus venit in illius gentem, quando aereis in armis Teleboas peremit, atque ei facie assimulatus immortalium rex aulam intravit semen intrepidum afferens Herculis: cuius in caelo uxor Iuventa pronubam iuxta matrem incedens
Str. 2. est, pulcherrima dearum. Breve mihi os omnibus percurrendis, quotcunque Argivus habet sacer locus sortem decorum; estque etiam fastidium hominum grave, in id si incucurreris: sed tamen bene chordis intensam excita lyram, et luctarum suscipe curam: ludus profecto aereus populum compellit ad bovinum sacrificium Iunonis certaminumque contentionem; Uliae filius ubi victor bis Theaeus facile perlatorum ce-

www.libtool.com.cn

Str. 5. tentio hominibus exercenda cum potentioribus. Celeriter vero ad fratris robur retro cessit Tyndarides, et eum nondum mortuum, sed anhelitu asperum spiritum invenit ducentem. Calidas profecto fundens lacrimas cum gemitu altum clamavit: Pater Saturnie, quis iam finis erit luctuum? etiam mihi mortem cum hocce iniunge, rex. Perit honos ami-
Ant. 5. cis orbato viro; paucique in labore fidi mortalium Ad molestiae communionem. Sic dixit; Iuppiter vero occurrit ei, et hocce effatus est dictum: Es mihi filius; hunc vero postea maritus, semen mortale matri tuae afferens stillavit heros. Sed age horum tibi tamen optionem trado: si quidem mortemque effugiens et senectutem odiosam ipse Olympum
Ep. 5. habitare vis cumque Minerva et atram gerente hastam Marte, Est tibi quidem huius rei sors; sin pro fratre contendis omniumque cogitas partiri aequalem portionem, dimidium spires sub terra versans, dimidium vero caeli in aureis domibus. Ita igitur locuto non animo ambiguum instituit consilium. Resolvit autem oculum, tum vero vocem aere cincti Castoris.

[NEM. XI.]

ARISTAGORAE TENEDIO

PRYTANI.

Str. 1. Filia Rheae, quae prytanea sortita es, Vesta, Iovis altissimi soror et throni sociae Iunonis, fauste Aristagoram recipe tuum in penetrale, fauste sodales insigne prope sceptrum, qui te colentes incolumem servant
Ant. 1. Tenedum, Saepe libationibus venerantes primam deorum, saepe nidore: lyra vero ipsis sonat atque cantus; et hospitalis Iovis colitur ius perpetuis in mensis. Sed gloriose magistratum duodecim mensium transi-
Ep. 1. gat illaeso corde. Patrem autem ego beatum praedico Arcesilam, et corpus admirandum et constantiam ingenitam. Si vero quis opes possidens formam superaverit aliorum, inque certaminibus excellens ostentavit robur; mortalia meminerit se vestire membra, et postremo
Str. 2. omnium terram induturum esse. Sermonibus autem civium bonis illum laudari oportet, et mellisonis ornatum celebrare cantibus. E vicinis autem sedecim Aristagoram splendidae victoriae gentemque claram
Ant. 2. coronarunt lucta et glorioso pancratio. Sed exspectationes cunctantiores parentum filii robur retinuerunt, ne Pythone experiretur et Olym-

www.libtool.com.cn

ISTHM. III.

MELISSO THEBANO

PANCRATIO.

Str. 1. Siquis virorum felicitatem nactus, aut per illustria certamina aut vi divitiarum, cohibet animo molestam insolentiam, dignus is praeconiis civium mactari. Iuppiter, magnae quidem virtutes mortalibus contingunt ex te; vivit autem diuturnior felicitas piorum; perversis vero mentibus
Ant. 1. non aeque omne per tempus vigens adest. Sed inclitis facinoribus praemio oportet canere strenuum, oportet laudantem inter comissationes blandis hymnis extollere. Est vero et geminorum ex certaminibus praemiorum Melisso sors, quae ad hilaritatem convertat dulcem cor, in convallibus Isthmi adepto coronas; rursum autem in cavo leonis pecto-
Ep. 1. rosi nemore proclamavit Theben Cursu equestri vincens. Virorum autem virtutem congenitam non dedecorat: scitis sane Cleonymi gloriam antiquam curribus; et ex materno genere Labdacidis affines in divitiis versati sunt ad quadrigarum labores. Sed tempus volventibus die-
Str. 2. bus alia alias immutat; invulnerabiles quidem soli filii deorum. Est mihi deorum beneficio infinita quoquoversum via, Melisse; copiam enim aperuisti Isthmiis vestras virtutes hymno prosequendi: quibus Cleonymidae florentes semper cum deo mortalem permeant vitae terminum. Alias
Ant. 2. autem alius ventus omnes homines ingruens agitat. Illi igitur Thebis honorati ab initio dicuntur hospitesque publici circumcolentium clamosaeque expertes insolentiae: quotquot vero ad homines pervolant testimonia defunctorum vivorumque virorum immensae gloriae, consecuti sunt ad perfectum usque finem; virtutibusque extremis domesticâ praestan-
Ep. 2. tiâ columnas attingunt Herculeas. Ac ne ulteriorem affectes virtutem. Equorumque altores fuerunt, aereoque Marti probati sunt. Sed enim die uno asper nimbus belli quattuor viris orbavit beatam domum: nunc vero rursus post hibernam caliginem floridis mensibus ut tellus puni-
Str. 3. ceis effloruit rosis Deorum consiliis. Quassator autem terrae Onchestum habitans et pontem marinum ante Corinthi moenia, huncce largitus genti mirificum hymnum e lecto excitat Famam antiquam gloriosorum facinorum: in somnum enim inciderat: at nunc suscitata corpore
Ant. 3. fulget, Lucifer conspicuus ceu astra inter cetera; Quae et in arvis Athenarum currum quum promulgasset vicisse inque Adrasteis certa-

www.libtool.com.cn

buit, Iuppiter omnium dominus. Amabili vero melle tinctum etiam talia decora victoriale ornamentum laetum amant. Contendat aliquis labore De certaminibus, gente Cleonici cognita: non profecto hebescit Ep. 3.
longus labor virorum; nec quotquot fuerunt sumptus votorum, hoc attrivit studia. Laudo etiam Pytheam inter membrorum domitores Phylacidae plagarum cursum recta via praeivisse manibus, dextrum peritia adversarium. Sume ei coronam, affer vero villosam mitram, et alatum novum una mitte hymnum.

ISTHM. V.

PHYLACIDAE AEGINETAE

PANCRATIO.

Florente virorum sicuti convivio secundum craterem Museorum carmi- Str. 1.
num miscemus Lamponis pro strenua certamine progenie, Nemeae quidem primum, o Iuppiter, a te florem adepti coronarum, nunc rursus Isthmi a domino Nereidibusque quinquaginta, filiorum natu minimo Phylacida vincente. Contingat autem tertium Servatori apparantes Olympio Aeginae in gratiam libare mellisonis carminibus. Siquis enim hominum Ant. 1.
sumptuque gaudens et labore exercet divinas virtutes, simulque ei deus serit gloriam amabilem; ad ultimos iam fines felicitatis iacit ancoram diis honoratus. Talibus votis optat potitus mortem senectamque excipere canam Cleonici filius: ego vero altithronam Clotho sororesque precor obsequi Parcas inclitis viri dilecti postulatis. Vosque, o au- Ep. 1.
reis curribus insignes Aeacidae, legem mihi affirmo certissimam esse, hancce quoties accedo insulam, adspergere laudibus. Innumerae vero facinorum praeclarorum sectae sunt centumpedales continuo viae, et ultra Nili fontes et per Hyperboreos: neque est ita barbara aut alienae linguae civitas, quin Pelei norit gloriam herois, beati generi deorum,
Aut quin Aiacis Telamoniadae et patris: quem aere laetum in bellum Str. 2.
duxit cum Tirynthiis promptum socium ad Troiam, heroum laborem Laomedontium ob delictum, navibus Alcmenae filius. Cepit autem Pergamiam occiditque cum illo Meropumque gentes et bubulcum monti aequalem Phlegris repertum Alcyonea, suoque non pepercit manibus gravisono nervo Hercules. Sed Aeacidam vocans ad navigationem re- Ant. 2.
perit omnes epulantes. Hunc quidem in pelle leonis adstantem iussit

excepisti praestantissimum deorum, Quum Amphitruonis in foribus Ant. 1.
constitutus uxorem conveniret Herculeo cum semine? an quando ob
Tiresiae prudentia consilia? an quando ob Iolaum equorum peritum?
an propter Satos hasta indefessos? an quando acri Adrastum ex tumultu
remisisti orbatum Innumeris sociis ad Argos equestre? an tum quum Ep. 1.
Doricam coloniam recto constituisti talo Lacedaemoniorum, ceperunt-
que Amyclas Aegidae tui filii, vaticiniis Pythiis? Enimvero antiqua dor-
mit gratia, immemores autem mortales Rei cuiusvis, quae non sapien- Str. 2.
tiae florem summum inclitis carminum fluentis sociata consecuta fuerit.
Comissare porro dulcisono cum hymno etiam Strepsiadae: fert enim ex
Isthmo victoriam pancratii, roboreque stupendus adspectuque formo-
sus; habetque virtutem non deteriorem corpore; Illustratur autem a Ant. 2.
violaceis comas Musis, avunculoque cognomini dedit communem fron-
dem, aere clypeatus cui mortem quidem Mars intulit; honor vero for-
tibus repositus est. Sciat enim certo, quicunque in hac nube grandinem
sanguinis pro cara patria propulsat, Exitium vertens in adversum Ep. 2.
exercitum, civium se stirpi maximam famam cumulare et viventem et
mortuum. Tu vero, Diodoti fili, bellatorem probans Meleagrum, pro-
bans etiam Hectorem Amphiaraumque, floridam exspirasti aetatem, An- Str. 3.
tesignanorum in turba, ubi optimi sustinuerunt belli contentionem ex-
trema spe. Toleravi autem luctum infandum: at nunc mihi terram con-
tinens deus serenitatem praebuit ex tempestate. Cantabo comam coro-
nis aptans. Immortalium vero ne conturbet invidia Gaudium in diem Ant. 3.
praesens, quod sectans tranquillus accedo senectam atque ad fatale ae-
vum. Morimur enim pariter omnes; sed fortuna inaequalis: at longin-
qua siquis circumspectat, imbecillior est quam ut consequatur aere stra-
tam deorum sedem; quandoquidem alatus excussit Pegasus Domi- Ep. 3.
num volentem in caeli stationes pervenire ad concilium Bellerophontam
Iovis: iniustam vero voluptatem acerbissimus manet exitus. Nobis autem,
o aurea coma florens, praebe, Loxia, tuis ex certaminibus floridam etiam
Pythiam coronam.

www.libtool.com.cn

ISTHM. VII.

CLEANDRO AEGINETAE

PANCRATIO.

Str. 1. Cleandro aliquis iuventaeque pretium inclitum, o adolescentes, laborum, patris splendidum Telesarchi ad vestibulum progressus excitato comissationem, et Isthmiae victoriae praemium, et apud Nemeam certaminum quod principatum invenit. Cui et ego, quamvis tristis animo, postulor auream invocare Musam. Ex magnis vero moeroribus liberati neve in orbitatem incidamus coronarum, neve luctus fove: sed dimissis inutilibus aerumnis dulce quiddam in publicum proferamus etiam post calamitatem; quandoquidem illud supra caput Tantali saxum aliquis
Str. 2. avertit nobis deus, Ingentem Graeciae laborem. At mihi metus praeteritus acrem sustulit sollicitudinem: quod vero praesens est, id, praestat semper spectari. Dolosum enim aevum viris impendet volvens vitae cursum: sanabilia tamen sunt mortalibus cum libertate quidem etiam illa. Oportet autem bonam spem homini caram esse; oportetque in septem portarum urbe Thebis educatum Aeginae gratorum carminum florem prae aliis tribuere, patris quia geminae fuerunt filiae Asopidumque natu minimae, Iovique placuerunt regi. Qui alteram quidem apud pul-
Str. 3. chrifluam Dircen curruum studiosae urbis constituit praesidem; Te vero in insulam Oenopiam translatam concubinam habuit, divinum ubi peperisti Aeacum gravistrepo patri maxime venerabilem mortalium: qui etiam diis lites decidit: cuius quidem diis pares excellebant filii filiorumque bellicosi gnati fortitudine in aereo gemulo subeundo tumultu; temperantesque fuerunt prudentesque animo. Haec etiam beatorum meminerunt concilia, Iuppiter quando splendidusque de Thetidis contendebant Neptunus nuptiis, uxorem formosam quum vellet uterque suam esse. Amor enim tenebat. Sed non illis immortales perfecerunt con-
Str. 4. iugium deorum mentes, Quandoquidem oracula audiebant. Dixit autem prudens inter medios Themis, fatale esse, praestantiorem filium regem patre illi ut pareret marina dea, qui et fulmine potentius aliud telum agitaturus esset manu et tridente indomito, si cum Iove illa concumbat aut Iovis cum fratribus. Itaque haec quidem missa facite: mortalem autem torum sortita filium intuetor mortuum in bello, manibus Marti similem fulguribusque vigore pedum. Mea quidem sententia est,

www.libtool.com.cn

Peleo divinum tribuere nuptiarum Aeacidae praemium, quem piissimum fama est Iolci alere campum: Eant autem ad immortale antrum Chi- Stu
ronis recta statim nuncii; neve Nerei filia discordium contentionum folia iterum in manus det nobis; sed plenilunii vespertinis temporibus amabilem solvat habenam sub heroe virginitatis. Sic dixit Saturniis locuta dea: hi vero palpebris annuerunt immortalibus; verborumque fructus non periit: aiunt enim unâ curasse et nuptias Thetidis regem; et iuvenilem monstrarunt poetarum ora ignaris virtutem Achillis: qui et Mysium vitiferum cruentavit Telephi atro conspergens cruore campum;
Pontemque posuit Atridis reditus Helenamque redemit, Troiae nervos Str
quum excidisset hastâ, qui eum retinebant aliquando pugnae homicidae opus in campo instruentem, Memnonisque robur superbum Hectoremque aliosque principes: quibus domum Proserpinae declarans Achilles, tutator Aeacidarum, Aeginam suamque stirpem illustravit. Hunc quidem nec mortuum carmina destituerunt, sed eius ad rogum sepulcrumque Heliconiae virgines steterunt, naeniamque celebrem affuderunt. Placuit nimirum hoc immortalibus, fortem quidem virum etiam mortuum hymnis dearum tradere. Quod et nunc habet rationem, properatque Musa- Str
rum currus, Nicoclis monimentum pugilis ut canatur. Honorate illum, qui Isthmio in saltu Doriis potitus est apiis; quandoquidem circumcolentes vicit profecto olim et ille viros inevitabili manu exagitans. Illum quidem non hic dedecorat, eximii progeniem patrui. Aequalium huic aliquis amoenam ob pancratium Cleandro nectat myrti coronam. Quandoquidem eum Alcathoique certamen cum prospera fortuna in Epidauroque iuventus excepit olim. Hunc laudare viro bono in promptu est: adolescentiam enim non expertem praeclararum rerum sub latibulo consumpsit.

www.libtool.com.cn

AUGUSTI BOECKHII

EXPLICATIONES AD OLYMPIA.

OLYMP. I.

Carmen Hieroni celete Pherenico victori scriptum esse ex vs. 18. notat Schol. Eius equi meminit etiam Bacchylides ap. Schol. *Ξανθόθριχα μὲν Φερένικον Ἀλφεὸν παρ' εὐρυδίναν πῶλον ἀελλοδρόμον νικάσαντα*: si modo ultimum vocabulum, pro quo apud Schol. *νικήσαντα*, Bacchylidis est: idem nomen reperitur Pyth. III, 74. etsi mihi non constat eundem esse equum, cuius victoriam Olympicam haec oda celebrat et quo Hiero Pythia Olymp. 73, 3. et 74, 3. vicerat. Quo vero anno Olympica haec Hieroni victoria contigerit, diu multumque dubitatum est. Nam Scholia primum Olymp. 73. nominant: *Ἐπιγέγραπται ὁ ἐπινίκιος Ἱέρωνι τῷ Γέλωνος ἀδελφῷ νικήσαντι ἵππῳ κέλητι τὴν ογ' Ὀλυμπιάδα, ἢ ὡς ἔνιοι ἅρματι*: ubi quod de curru dicitur ab aliena haud dubie manu additum, id falsum esse docet Pausanias VI, 9. Gelonem Dinomenis f. ea Olympiade curru vicisse tradens: *Τὰ δὲ ἐς τὸ ἅρμα τὸ Γέλωιος οὐ κατὰ ταὐτὰ δοξάζειν ἐμοί τε παρίστατο καὶ τοῖς πρότερον ἢ ἐγὼ τὰ ἐς αὐτὸν εἰρηκόσιν, οἳ Γέλωνος τοῦ ἐν Σικελίᾳ τυραννήσαντός φασιν ἀνάθημα εἶναι τὸ ἅρμα· ἐπίγραμμα μὲν δή ἐστιν αὐτῷ Γέλωνα Δεινομένους ἀναθεῖναι Γελῶον, καὶ ὁ χρόνος τούτῳ τῷ Γέλωνί ἐστι τῆς νίκης τρίτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι· Γέλων δὲ ὁ Σικελίας τυραννήσας Συρακούσας ἔσχεν Ὑβριλίδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Τισικράτης ἐνίκα Κροτωνιάτης στάδιον· δῆλα οὖν ὡς Συρακούσιον ἤδη καὶ οὐ Γελῶον ἀναγορεύειν αὐτὸν ἔμελλεν· ἀλλὰ γὰρ ἰδιώτης εἶναί τις ὁ Γέλων οὗτος, πατρός τε ὁμωνύμου τῷ τυράννῳ καὶ αὐτὸς ὁμώνυμος. Γλαυκίας δὲ Αἰγινήτης τό τε ἅρμα καὶ αὐτῷ τῷ Γέλωνι ἐποίησε τὴν εἰκόνα.* Sed nihili est argumentum, quo Pausanias Gelonem illum tum victorem alium ac tyrannum esse contendit. Ne enim alia afferam, Olymp. 72, 2. Gelonem non Syracusas, sed Gelam cepisse, colligere licet ex Dionys. Halic. Archaeol. VII. princ. cf. Herodot. VII, 155. quo accedit quod Diodoro XI, 38. auctore Geloni Hiero successit Olymp. 75, 3. concinente fere Eusebii chronico nec multum differente Schol. Pyth. III, princ. ubi Olymp. 76. et Schol. Pyth. I, princ. ubi ex certa emendatione Olymp. 75. ponitur; Gelo vero septem Syracusis annis regnavit et octavo decessit, quod ne Diodorum iterum afferam, docet Aristoteles Polit. V, 9. extr. ed. Schneid. unde necesse est Gelo Syracusas Olymp. 73, 4. ceperit. Cf. etiam Gölleri Hist. Syrac. p. 9 sqq. quosque ille

www.libtool.com.cn

ignes. Ita Suidas v. *αἰθήρ*: *διότι πυρώδης ὢν οὐ τρίφει*, Schol. Hermog. p. 391. *διὰ τὸ μὴ τρέφειν ζῶα*, et Achill. Tat. Isag. in Arat. p. 114. ed. Flor. Et si causam ab igne repetitam dempseris, proxime hoc ad verum accedit: simpliciter enim, quia nihil in aethere sive aëre conspicitur, *διὰ τὸ κενὸν*, ut ait Schol. rec. Olymp. XIII, 125. vacuus dicitur: nubes enim pro nihilo censentur. Itaque *ἐρήμη αἰθὴρ* est *vastus et desertus aër*, haud magis interdiu quam noctu; quo ducit Olymp. XIII, 85. *αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμου*, et *vacuus aër* Horatii Carm. I, 34, 4. neuter enim locus eo, quo noster hic possit, deducere potest, ut de stellarum absentia diurna cogites. Alia ratione Dionysius Perieg. 290. *ἐρημαίην διὰ νύκτα* dixit. Mox *Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον* breviter dictum pro accuratiori *Ὀλυμπιακοῦ ἀγῶνος ἀγῶνα φέρτερον*, ut Cic. Tusc. I, 1. *Iam illa, quae natura, non litteris assecuti sunt, neque cum Graecia, neque ulla cum gente sunt conferenda:* et ubivis apud Graecos Latinosque. *Μηδ' αὐδάσομεν* est *μηδὲ αὐδάσωμεν*: quodsi futurum esset *αὐδάσομεν*, debebat *οὐδὲ* dici. Cf. Thiersch. Act. Monac. T. I. F. II. p. 211.

Vs. 8 — 17. Transitus fit ad Hieronis laudes. *Olympia invitat, ut Iovem ludorum praesidem apud Hieronem celebremus Siciliae imperantem, apud virum et omnibus virtutibus principem et flore musicae ornatum, qua in convivio utimur.* *Ὅθεν*, ab Olympia: ut Olymp. III, 9. *τᾶς ἄπο θεύμοροι νίσσονται ἐπ' ἀνθρώποις ἀοιδαί*. Verba *ὅθεν ὁ πολύφατος* metri causa affert Triclinius ad Soph. Ai. 591. Sed maxime laboratur in dictione *ἀμφιβάλλεται ὕμνος σοφῶν μητίεσσι*. *Ἀμφιβάλλειν* est *induere, circumdare*, etiam *complecti*, ut ex Homero docent lexica: hinc cum dativo atque accusativo maxime de coronis dicitur capiti circumdandis, ut Olymp. III. 13. *ἀμφὶ κόμαισι βάλῃ γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας*, et Pyth. V, 31. At *μήτιας*, mentes coronari hymno, quem canant, durissimum est: neque id defenderis formulis aliquot, in quibus idem verbum liberius positum reperitur, qualis est ap. Eurip. Androm. 110. *δουλοσύναν στυγερὰν ἀμφιβαλοῦσα κάρα*. Expono: Hymnus ab Olympia *obiicitur, offertur, offunditur atque ita insinuatur* mentibus peritorum, ut Iovem canant (*ὥστε κελαδεῖν αὐτοὺς Κρόνου παῖδα*). Nam commode Heynius in novissima editione contulit Iliad. *κ*, 535. *ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει*, ubi, etsi non plane eodem sensu, aeque tamen bene ita inverti formula poterat: *ἀμφὶ κτύπος οὔασι βάλλεται*; ac similiter fere Heynius ad illum locum, Hom. T. VI, p. 628. nostrum *ἀμφιβάλλεται* explicat *Allabitur, adsonat.* Aliam Welckeri rationem vide apud ipsum. Glossa Par. A. (in nott. critt.) interpretatur *ἀναχρούεται*: quocum convenire aliquis putaverit Sopingii inventum ad Hesych. v. *ἀμφιάνακτα* (*ἀμφὶ ἄνακτα*), qui a prisco hymnorum exordio *Ἀμφὶ* derivatam vocem *ἀμφιβάλλεσθαι* mire explicat Latino *Ancipere*, quasi sit *incipere*, allatis in hanc rem glossis: *Ancipit, ἀμφιβάλλει, Anceps, ἀμφίβολος*: quum tamen barbarum verbum *ancipiendi* de ancipiti, non de incipiente vel incepta re dicatur. *Μῆτις* est mens ipsa, non solum cura, studium, consilium: ut Nem. III, 9. *Σοφοὶ* sunt cum poeta artifices chorum constituentes, qui ad Hieronem in coenaculum convenerant. *Ἑστία* proprie *focus* est, ubi culta olim Vesta: qui focus ara Vestae est et in arae formam constructus: apud Italos ibi Lares sunt. Fuit autem civitatis focus in prytaneis, ubi publica convivia; ita etiam in Hieronis domo sacrum quoddam tibi finge coenaculum fuisse, ubi agerentur convivia et focus esset regiae domus. Neque aliter, opinor, in privatis domibus: quo refer *ἑστίαν* patris Thrasydaei Pyth. XI, 13. Conferri potest sacrarium, quale describit Cicero Verr. act. II. lib. IV. cap. 2. etsi non idem id esse puto atque *ἑστίαν*: vides tamen inde, etiam in privatis domibus sacra cubicula fuisse. *Θεμιστεῖον σκᾶπτον* Scholia exponunt *δίκαιον, παρὰ τὸ Θέμις,*

ut Olymp. VI, 93. *καθαρῷ σκάπτῳ*; neque aliter Hesych. *Θεμίστεον* (*Θεμίστειον s. Θεμιστεῖον*), *δίκαιον*: sed uti *θέμιστες* iura et leges, *θεμιστεύειν* ius dicere legesque iubere, ita *θεμιστεῖον σκᾶπτον* magis placet esse sceptrum regis ius dicentis et leges iubentis. *Ἀμφέπει, διέπει* Olymp. VI, 93. *gubernat.* *Δρέπειν* dictum esse pro *δρέπεσθαι*, cum Schol. notat Eustath. ad Iliad. *θ*, p. 694. 41. Rom. cf. Pyth. I, 59. IV, 130. VI, 48. IX, 114. et ubivis, Hesiod. Opp. et D. 609. Post *δρέπων μὲν* mutata structura infertur *ἀγλαΐζεται δέ*: quae ratio vel in soluta oratione usitata, ut ap. Demosth. adv. Polycl. p. 1211 sq. (cf. Oecon. civ. Athen. T. I. p. 148.) Herodot. VI, 13. 19. 25. Pausan. II, 8, 3. Philippi epistola ap. Dem. de cor. p. 238. extr. *καὶ ὅσα μὲν ἑκουσίως προσετίθετο τῶν πολισμάτων, φρουρὰς εἰσαγηοχότας εἰς αὐτά, τὰ δὲ μὴ ὑπακούοντα κατὰ κράτος λαβόντες καὶ ἐξανδραποδισάμενοι κατεσκάψαμεν*, quae male reprehendit Wunderlich. Praef. p. XXII. Ipse poeta Fragm. Encom. 2. *πλεῖστα μὲν δῶρ᾽ ἀθανάτοις ἀνέχοντες, ἕσπετο δ᾽ ἀενάου πλούτου νέφος.* Olymp. II, 80. *τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ᾽ ἀγλαῶν δενδρέων, ὕδωρ δ᾽ ἄλλα φέρβει.* Adde Isthm. IV, 33 sqq. *Ἀώτῳ* non a neutro est, sed a masculino, quamquam de illo somniant grammatici: v. Eustath. ad Iliad. *ν*, p. 949. 1. Respicit huc idem ad Odyss. *α*, p. 1429. 15. *καὶ Πίνδαρος δὲ τὴν μουσικὴν ἐπιστήμην ἤτοι λυρικὴν μουσικῆς ἄωτον λέγει καὶ* (Olymp. II, 8.) *πατέρων ἄωτόν φησι καὶ ἄλλα τοιαῦτα.* *Οἷα, qualia, quemadmodum*, plane ut Fragm. inc. 103. *Κεκρότηται χρυσία κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς, οἷα τειχίζομεν ἤδη ποικίλον κόσμον αὐδάεντα λόγων*: adde Pyth. I, 73. II, 75. III, 18. Apollon. Rhod. I, 458. *Θαμὰ* h. l. est *subinde, frequenter*, etsi ne altera quidem significatio, quam stabilivi nott. critt. ad Olymp. VII, 11. aliena est. *Παίζειν* de cantu vel carmine illustrat Ruhnk. ad Tim. p. 222. Versus inde ab *ἀγλαΐζεται* usque ad *τράπεζαν* recitat Athen. I, p. 3. B. et ultima inde ab *οἷα* falso acumine pervertit Bern. Martinus V. L. II, 1. De Hieronis moribus, ad quos alibi redeundum, in universum v. Baylii Dictionar. Bremium Philol. Beitr. T. I. p. 167. et quos nominat Göller. Hist. Syrac. p. 25. Is quod vir insignis et potens fuit, etsi ambiguae famae, sufficiebat lyrico ut omnibus virtutibus praestantem diceret: deinde eum ait *ἀγλαΐζεσθαι μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ*, hoc est *ornari*, ut praeter lexica docet carmen ithyphallicum ap. Athen. XIV, p. 622. C. Quippe ornabatur a poetis, quibuscum versabatur, et in iis a Pindaro, qui ei et tres Pythias odas et scolium atque hyporchema scripsit: unde *ἀδυλόγοι νιν λύραι μολπαί τε γιγνώσκοντι*, Olymp. VI, 96. Cum eodem Simonidem vixisse Xenophontis Hiero docet, ad quem Schneiderus in prooemio p. 222 sq. de Hieronis et cum illo et cum Pindaro, Bacchylide, Epicharmo, Xenophane familiaritate disputat: quibus addendus Aeschylus. Aelianus, vilissimus scriptor, V. H. IX, 1. quidem simpliciter in Hierone laudat *τὸ τιμῆσαι παιδείαν ἀνδρειότατα*, sed IV, 15. id restringit ad tempus, ex quo morbo laborare coepit: *Ἱέρωνά φασι τὸν Σικελίας τύραννον ταπρῶτα ἰδιώτην εἶναι καὶ ἀνθρώπων ἀμουσότατον καὶ τὴν ἀγροικίαν ἀλλὰ μηδὲ κατ᾽ ὀλίγον διαφέρειν τῶ Γέλωνος· ἐπεὶ δὲ αὐτῷ συνηνέχθη νοσῆσαι, μουσικώτατος ἀνθρώπων ἐγένετο, τὴν σχολὴν τὴν ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας εἰς ἀκούσματα πεπαιδευμένα καταθέμενος· ῥωσθεὶς ἦν συνὴν Σιμωνίδῃ τῷ Κείῳ καὶ Πινδάρῳ τῷ Θηβαίῳ καὶ Βακχυλίδῃ τῷ Ἰουλιήτῃ*: ubi quod de Pindaro dicit, est etiam in Vit. Vrat. p. 10. nec huic poetae apud Hieronem commorationi obest apophthegma III. ante Schol. p. 10. Sed apud Xenophontem Hier. 6, 2. ante tyrannidem Hiero dicitur sese carminibus conviviisque et sodalium comissationibus libenter miscuisse: *Ἐγὼ γὰρ ξυνῆν μὲν ἡλικιώταις ἡδόμενος ἡδομένοις ἐμοί, ξυνῆν δὲ ἐμαυτῷ, ὁπότε ἡσυχίας ἐπιθυμήσαιμι, διῆγον δ᾽ ἐν συμποσίοις πολλάκις μὲν μέχρι τοῦ ἐπιλαθέσθαι πάντων, εἴ τι χαλεπὸν ἐν ἀνθρωπίνῳ βίῳ ἦν, πολλάκις δὲ μέχρι τοῦ*

www.libtool.com.cn

ᾠδαῖς τε καὶ θαλίαις καὶ χοροῖς τὴν ψυχὴν συγκαταμιγνύναι, πολλάκις δὲ μέχρι ποινῆς ἐπιθυμίας ἦμός τε κατ' ἐκείνων παρόντων quibus verbis non omnem denegaverim fidem. Ipsum musicae peritum fuisse Schol. tradit, et ob elegantiam ingenii vs. 104. καλῶν ἑρμᾶς vocatur.

Vs. 17 — 22. Poeta hortatur ad celebrandam Hieronis Pherenico partam victoriam. De Doria cithara v. Metr. Pind. III, 10. p. 256 sq. coll. III, 11. p. 259. neque enim probanda videtur nuper proposita docti sententia de Doria poesi explicantis. Ad morem citharae ex clavo suspendendae cf. Odyss. ϑ, 67. α, 440. et quae φόρμιγξ sit v. Metr. Pind. III, 11. p. 260. Hoc vero loco quum poeta hortetur, ut cithara de clavo sumatur, patet nunc tandem citharae cantum incipere, aut a verbis ὅτι παρ' Ἄλιν aut inde a voce Συρακόσιον. Cf. Dissen. ad Nem. III, 1 sqq. Πίσας καὶ Φερενίκᾳ χαρίς. gratia ex claritudine et victoria. Νοον ὑπέθηκε φροντίσιν, mentem tibi curis substravit. hoc est, curas menti indidit. Ἀκίνητον δέμας παρίσχων, ut ἀκίνητος ἵππος κελεύσματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχούμενος ap. Plat. Phaedr. p. 253. D. ἄνευ κέντρου θέων Homero. Ob imitationis praestantiam affert hunc locum Plutarchus Symp. Qu. IX, 15. alii alias ob causas, ut Suid. v. σύτο. Eustath. ad Iliad. p. 479. A. Rom. p. 604. med. Alludit Liban. Epist. p. 170. Addam etiam Schol. Lips. ad Iliad. ε, 366. quod Hermannus meo rogatu transcripsit: τὸ ἐκ ἀέκοντι ἀρετὴν ἵππων δηλοῖ· εἰ γὰρ κατα τὸν λυρικὸν ἀγαθὸς ἵππος ὁ σῶμα ἀκίνητον παρέχων, ὁ μαστιζόμενος ἐκ εὖ ἔχει. καὶ ὅμως ὁ τοιοῦτος, εἴπερ ἐκ ἀέκων θέει, ἀγαθός ἐστιν. Κράτει προσέμιξεν, ad victoriam adduxit, ut κράτει πέλασον vs. 78. quod genus dicendi Pindaro usitatissimum ab Homerico derivat Eustathius ad Iliad. p. 382. 38. ubi ad verba κονίσαι μιγείης: Ἰστέον ὅτι Πίνδαρος ζηλώσας νίκη μίγνυσθαι λέγει τὸ νικᾶν καὶ ἔργῳ μίγνυσθαι τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ ἕτερα τοιαῦτα: cf. eundem ad Iliad. p. 406. 5. p. 482. 14. p. 532. 10. p. 616. 7. ad Odyss. p. 1428. 34. Ἱπποχάρμας Hiero dicitur laudis causa, quod equos alere est nobilium et sumptus in gloriam erogantium virorum. Verba Συρακόσιον βασιλῆα (cf. Pyth. III, 70.) respicit Schol. Aristoph. Acharn. 61. indeque Suid. v. βασιλεύς: Ἱέρωνα μὲν βασιλέα Πίνδαρος καλεῖ τὸν Συρακουσίων τύραννον.

Vs. 23 — 35. *Claret Hiero in colonia Pelopis, quem Neptunus adamavit, postquam eum Clotho ex lebete protraxit. Quae tamen narratio deorum ingenio non conveniens et temere credita ad devitandam culpam rectius a me proponetur.* Sic aditus aperitur ad fabulam Pelopis exornandam, quae Olympicorum ludorum antiquitatibus et equestribus maxime certaminibus coniunctissima est. Ter vero Pindarus res Olympicas de industria exposuit, Olymp. I. III. XI. in hac quidem oda Pelopis et Oenomai fabulam, Olympio carmine tertio oleastri Olympici ab Hyperboreis reportationem, Olympio undecimo ludorum ab Hercule institutorum prima sollemnia. In quibus argumentis deligendis non sine ratione versatus est. Nam odae Hieroni scriptae optime conveniebat argumentum, ut ita dicam, regium, de Tantalo, Pelope, Oenomao, quum praesertim in Tantali exemplo Hieronem a nimia superbia dehortari poeta posset; tertio vero Olympio carmine, quae de Hercule et oleastro dicuntur, quamquam non necessaria, tamen aptissima esse, in introductione eius carminis monstrabo. Postremo Olympio undecimo, quod victoriae olim partae longo post tempore memoriam recolit, non male poeta primorum Olympicorum sollemnium memoriam simul pertractat, quippe in quibus constitutum fuerit, ut Olympicae victoriae carminibus praedicarentur (Olymp. XI, 80.) inde enim patet non ex arbitrio, sed antiquo more iubente, etsi multo tempore post, victorem celebrari: quod ipse poeta vs. 81. significat. Adde

www.libtool.com.cn

[illegible] Ganymedes ad Iovem pervenit. *Qui quum evanuisses, invidi vicini laniatum te esse [illegible] et dilaceratum, carniumque tuarum fructula comesa esse.* **Pelops filius Tan[illegible] ex [illegible]ia Amphithemantis vel Eurycassa Xanthi (cf. Schol. vs. 72. vulg. Schol. [illegible]. Orest. p. 11. Pherecyd. Fragm. p. 99. et ibi Sturz.). Nota δὲ** interposita vocem a [illegible]ntibus ereptum, ut Iliad. α, 282. β 314. 802. Aeschyl. Prometh. 3. Pyth. [illegible] ex Pindaro v. nott. critt. p. 428. ubi corrige Pyth. IV, 59. *Προτέρων*, maiorum generatim. *Κύνωσιν τον*, non filii caede cruentum. *Φίλων Σίτλον*, diis opi[illegible] etiam ita accipere ut φίλον ἦτορ dicitur et similia. De structura verborum χρύσειον ἂν ἵππον cf. nott. critt. *Χρύσειοι ἵπποι* sunt *quadrigae*, equi cum [illegible] aureis et aureaque equorum fraena et phalerae sunt, ἵππος dicun[illegible] Olymp. VI, 25. Olymp. VIII, 31. et formulam *ἀν' ἵππους τέτρασιν*, *super [illegible]* Olymp. XI, 72. atque ubivis. De Ganymede post Pelopem in caelum ascen[illegible] praestat tamen Pindaro Ganymedem Laomedontis filium habitum [illegible] cf. Cic. Tusc. I, 26. Eurip. Troad. 822. quamquam po[illegible] [illegible] dubius visus (v. Barnes. coll. Intt. Hygin. Fab. 271.): neque [illegible] etiam Ilo filium Ganymedem ferri (Tzetz. ad Lycophr. 34.). Pelopem vero [illegible] Olympo degentem etiam Epicharmus videtur fecisse ap. Athen. VIII, p. 338. D. ὁ Ζεὺς ὁ Λαομέδοντα Ἶλόν τ' ἐρανον ἐστιῶν. Lucian. Charidem. c 6. *Πέλοψ τε γὰρ [illegible] ἐπὶ τὴν τράπεζαν) χάριν τοῖς θεοῖς ἀμβροσίας μετέσχε καὶ Γανυμήδης ὁ τῆ Δαρδάνου ἔστε συνοικήσαντος θήρασι τὰ κάλλιστα ὑπάτῳ θεῶν* etc. *Ζηνὶ τοῦτ' ἐπὶ χρέος*, nempe quod [illegible] Pelopis, ita Ganymedis Iuppiter amasius: vide quae de turpi re collegi [illegible] Lexx. p. 106 sq. idque ipsum vox *χρέος* verecundius significat, ut [illegible] Hesiod. I, 737. χρέος λεχέων: ac de puerorum Venere cogitasse poetam [illegible] 72. *τίνα δύσαν Κυπρίας ἀγ' εἴ τι, Ποσείδαον, ἐς χάριν τέλεσσαι.* Simul [illegible] comprehenditur munus dilectis datum pueris; idque nobilibus pue[illegible] [illegible] Graecos, Aeolos maxime, sed etiam apud Athenienses, ut Romae, tri[illegible] [illegible] ad divinas quoque epulas translatum. V. Athen. X, p. 424. E sq. [illegible] Pelops pincerna? Philostratus Imagg. I, 17. p. 789. *οἶμαι δὲ ἀδὲ ἐν Ἴλιον ἀπωτέρω, ὡς Ποσειδῶν ποτε αὐτὸν ἠγάσθη τῆς ὥρας οἰνοχοοῦντα ἐν Ζηνὸς οἴκοις θεοῖς καὶ ἀμφοτέροις ἀνέθηκεν ἐς τιμὴ τὸ ἄθλημα μειράκιόν γε ἤδη ὄντα*: [illegible] tabulae pictae partem ad Pindarica adumbratam esse. Verba [illegible] ad χρέος citantur in Excerpt. e cod. Paris. ad calcem Gregorii Corinth. [illegible] Lege Pentecosto de vs. 59 sq. v. nott. critt. neque me a lectione *δεύματα* [illegible] [illegible] operae faciunt: hilarem enim Pindari Musam de tragica descen[illegible] [illegible] subinde iocari plura exempla docent. Vide, si dubites, Olymp. [illegible]

[illegible] *non ego tantineo diis maledicere, ut priores fecerunt malevola illa* [illegible] [illegible] *permissa. Igitur Tantalum contendo a diis maxime amatum esse, [illegible] [illegible] ferre, sed nectar et ambrosiam a diis ad divinas epulas [illegible] [illegible] communicatae: quod quum deos omnia perspicientes non latuisset, [illegible] [illegible] [illegible]

www.libtool.com.cn

ficat vs. 114. verbis *μηκέτι πάπταινε πόρσιον*, quibus Hieronem manifeste dehortatur, ne ut Tantalus plura appetat, quum summum consecutus sit. Atque illam ob causam etiam fabulam de Tantalo mutatam rectissime iudicat Dissenius, non ob solam religionem poetae.

Vs. 67 — 87. *Sed Pelops adolescentiae in flore constitutus Hippodamiam Oenomai ambiturus a Neptuno petiit, ut ipsum ab Oenomai hasta tutum praestaret et victoria donaret: se, quod nollet vitam silentio transire et pericula devitare, hoc subiturum certamen: modo ut Neptunus annueret. Quibus precibus deus commotus currum ei aureum equosque velocissimos dedit.* Hinc expressa imago ap. Philostrat. I, 30. p. 807 sq. In verbis *λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον* nota usum apud lyricos frequentissimum, ut alicui rei epitheton tribuant, quod ei tandem ex ea ipsa, quae significatur, actione accesserit: nam nondum *mentum nigrescebat*, antequam id lanugo coronaret. Annotat Schneiderus: „Winkelmannus Mon. antiq. Vol. II, p. 47. putat colorem nigrum hoc loco esse alienum a specie pulchritudinis iuvenilis, quam veteres mente conceperant. Nam flavus color omnium fuit gratissimus, ideoque Pluto contraria ratione *μελαγχαίτας* est ap. Eurip. Alcest. 438." Philostrato Imagg. I, 30. p. 807. in descriptione picturae hinc expressae Pelops dicitur *μειράκιον ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ*. *Ἑτοῖμον γάμον* bene explicat Schol. *ἐπεὶ πᾶσι παρέκειτο*: nec *γάμος* est de uxore, sed de matrimonio. De Oenomai, Hippodamiae, Pelopis fabula v. praeter alios Schol. h. l. Pausan. VI, 21. VIII, 14, 7. Schol. Iliad. *α*, 38. Schol. Apollon. Rhod. I, 752. Lucian. Charidem. 19. Tzetz. ad Lycophr. 156. ubi nonnulla ex Pindaro excerpta inde a verbis *ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχ.* cum variis lectionibus aliquot, quibus etiam in nott. critt. usus sum. Apud Pindarum Pelops, ut preces ad Neptunum equorum praesidem dirigeret, prope mare accedit, ut Iamus eundem invocaturus descendit in Alpheum Olymp. VI, 58. deinde pristinum deo amorem in memoriam revocat: *Si tibi*, inquit, *amabilia Cypriae dona grata sunt, „fuit aut tibi quidquam dulce meum"* (Virg. Aen. IV, 317.); *tum me quoque in amore adiuva. Δῶρα Κυπρίας*, ut Nem. VIII, 7. et ap. Hesiod. Scut. 47. *τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης*. De tredecim procis interemptis v. Schol. p. 41. et ibi not. et Fragm Thren. 6. ibique allatum Scholiastae Apollonii locum. Pindarica in usum vertit Philostratus Imagg. I, 17. p. 789. *οἱ μνηστῆρες ἐκεῖ ἐθάπτοντο, οὓς ἀποκτείνων ὁ Οἰνόμαος ἀνεβάλλετο τὸν τῆς θυγατρὸς γάμον ἐπὶ τρεῖς καὶ δέκα ἤδη νέοις*; et I, 30. p. 807. vide ne verbis his, *Κτείνων τῆς Ἱπποδαμείας ἐρῶντας*, agnoscat lectionem *ἐρῶντας*, de qua dixi in nott. critt. Sequitur sententia: *Imbellis sese numquam in magnum discrimen dat;* ego vero talis non ero: *quis enim inglorius delituerit, quum tamen mori omnibus fatale sit?* Cf. Iliad. *μ*, 326 sqq. Passim illo loco usi veteres sunt, Simplicius in Epictet. Enchir. c. 4. p. 42. C. Heins. *ὁ γὰρ κίνδυνος τοῦ ἀποπεσεῖν τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει κατὰ Πίνδαρον*: Damascius vit. Isidor. ap. Phot. Bibl. p. 1032. et plenius ap. Suid. v. *ἄναλκις* et v. *φῶτα*, Schol. Eurip. Phoen. 47. Stob. Serm. XLIX. p. 356. ed. Genev. *Γῆρας ἔψειν, vitam usque ad extremam senectam, vitato omni, quo mors immatura adduci queat, periculo per desidiam consumere*, Germanis *das Leben dumpf verbrüten*, ut si quis domi rebus suis insideat, velut gallina pullos excludens. Cf. Abresch. Anim. ad Aeschyl. p. 636 sqq. Ita Pyth. IV, 186. *τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μίνειν αἰῶνα πέσσοντ'*; Iliad. *β*, 237. *αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ γέρα πεσσέμεν, ignavo animo, simul intus condita malitia inertem donis insidere, über seinen Ehrengeschenken brüten.* Sic Niobe dolore enecta *κήδεα πέσσει* Iliad. *ω*, 617. *brütet über ihrem Schmerz:* cf. ibid. 639. et *δ*, 513. eodemque pertinere videtur magis iam ambiguus locus Iliad. *θ*, 513. Non placent

quae de hac formula scripserunt Köppen. ad Iliad. β, 237. Schneider. Vit. Pind. p. 110 sq. aliudque prorsus supra est ὄλβον καταπέψαι, aliud Iliad. α, 81. nec minus dispar Apollonii usus Argon. I, 283. Ὑποκείσεται, προβληθήσεται. Hesych. ὑποκείσεται, ὑποβληθήσεται. Vs. 84 sq. ita affert Schol. Victor. Iliad. σ, 126. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἄεθλος οὗτος ὑποκείσεται reliqua ex vs. 85. recitat Greg. Cor. p. 213. ed. Lips. Ἐφάπτεσθαι, *attingere, aggredi, experiri aliquid, admovere sese alicui rei*, sine discrimine significationis aut cum genitivo aut cum dativo: Olymp. IX, 13. οὗτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψεαι, Pyth. III, 29. ψευδέων ἅπτεσθαι, Olymp. III, extr. ἅπτεσθαι σταλᾶν, Nem. IX, 47. ἐφάπτεσθαι σκοπιᾶς; rursus vero Pyth. X, 78. ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα, Nem. VIII, 35. κελεύθοις ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, Isthm. III, 30. ἅπτεσθαι στήλαις, Pyth. VIII, 63. μαντευμάτων τ' ἐφάψατο συγγόνοισι τέχναις, ubi genitivus a dativo τέχναις pendet. Ita et θίγειν dativo iungi nonnisi indocti negant: v. Pyth. IV, 296. VIII, 23. IX, 43. Nem. IV, 35. etsi Nemeorum locum Dissenius aliter explicat. Ἀγάλλων, ornans, decorans, augens, nempe ἅρματι καὶ ἵπποις, ut cepit Philostrat. l. c. p. 807. Ποσειδῶν τε μειδιῶν εἰς τὸ μειράκιον καὶ ἀγάλλων αὐτὸ ἵπποις. Quibus equis nulla interpretis ars poterit alas resecare, quibus eos symbolica non loquendi sed cogitandi ratio instruxit vel ante Pindarum, quo essent velociores: nec curabat fabula portentosum esse certamen et contentionem imparem inter Pelopis alatos equos Oenomaique non alatos. Ita utrosque repraesentabat arca Cypseli Olympiae posita, de qua Pausan. V, 17, 4. Οἰνόμαος διώκων Πέλοπά ἐστιν ἔχοντα Ἱπποδάμειαν· ἑκατέρῳ μὲν δὴ δύο αὐτῶν εἰσιν ἵπποι, τοῖς δὲ τοῦ Πέλοπός ἐστι πεφυκότα καὶ πτερά: nec probo, quod doctissimus Böttigerus (Gr. Vasengem. T. I. p. 295.) et in arca Cypseli et apud Pindarum *currum alatum*, non equos alatos esse contendit, cui explicationi obest certa lectio a me reposita atque etiam in Pal. C. obvia. In eodem priscae artis opere Nereidum quoque rhedae equos aureis alis praeditos habuerunt (Pausan. ib. 19, 2.). Tales Pelopis equos etiam apud Philostratum l. c. deprehendisse sibi videbatur Schneiderus noster, ut Gedikius refert: καὶ εὐχομένῳ τῷ Πέλοπι, ille ait, ἥκει χρυσοῦν ἅρμα ἐκ θαλάττης· ἠπειρῶται δὲ οἱ ἵπποι καὶ οἷοι διαδραμεῖν τὸν Αἰγαῖον αὐχμηρῷ τῷ ἄξονι καὶ ἐλαφρᾷ τῇ ὁπλῇ (cf. poetam ap. Cic. Tusc. II, 27. et ἀθανάτους ἵππους Pelopis ap. Lucian. Charidem. c. 19.): ubi pro voce ἠπειρῶται corrigit ἐπτέρωνται, pulchre sane, neque tamen vere. Nam vulgatam tuetur ipse Philostratus Imagg. I, 8. p. 774. ubi itidem ἠπειρῶται ἵπποι iique et ipsi Neptunii, oppositi quippe *equis marinis*. Postremo ut in arca Cypseli ita etiam in aëtomate templi Iovis Olympiae Oenomai et Pelopis certamen expressum est (Pausan. V, 10.); ubi tamen Oenomai currui quattuor equi iuncti sunt. Sed hoc opus post Pindari hocce carmen factum. Pelopis currus ostendebatur apud Phliasios, tradente Pausania II, 14. extr.

Vs. 88 — 100. *Ita Pelops Hippodamia potitus ex ea subolem procreavit: nunc vero prope Alpheum sepultus honoratur, et illius in curriculis certaminibusque gloria Olympiadum late splendet, victoresque summa fruuntur et mansura felicitate.* Sex filios ex Hippodamia Pelops suscepisse dicitur, quorum nomina cum fabulae varietate v. ap. Schol. Addit Beckius: „In Apollodori Bibliotheca tribuuntur Pelopi filii Atreus, Thyestes (II, 4, 6.), Pittheus (III, 15, 7.), cuius non minus frequens memoria quam superiorum, Chrysippus (III, 5, 5.), Alcathous (III, 12. extr.) et Copreus II, 5, 1.". Plures habent Pelopis et Hippodamiae filios alii, ut Schol. Eurip. Orest. 5. Illi igitur sex filii ex altera lectione dicuntur μεμαότες ἀρεταῖσιν, fere ut Iliad. β, 818. μεμαότες ἐγχείῃσιν; ex altera, quam secutus sum, μέμαλότες Ἀρεταῖσι, Virtutibus tanquam

Nymphis nutricibus dilecti et ab iis quasi alti: ad quam sententiam appositissimi loci a Dorvillio collecti ad Charit. p. 555. ed. Lips. ut Maneth. IV, 507. *γυναῖκες Ἀξιοπιστοσύνη μεμελημέναι*, Nonn. Dionys. XXXVII, 1. et 136. ex nostro manifesto loco: *παντοίαις ἀρετῇσι μεμηλότες εἰσὶ μαχηταί*. XXXVII, 623. *Παλλάδι νικαίῃ μεμελημένος*, XXXVIII, 50. et 98. *μυστιπόλοις ἀόροισι μεμηλότα μῦθον Ὀλύμπου*. Cf. Huschk. Anal. crit. p. 98. Nec multum differunt talia: Pyth. X, 59. *νέαισίν τε παρθένοισι μέλημα*; Fragm. Parthen. 2. *σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν*; Ibyc. ap. Athen. XIII, p. 564. F. *Χαρίτων μελέδημα*, Pind. Fragm. inc. 24. *Εὐθυμίᾳ τε μέλων εἴην*. Adde quae collecta sunt ad Gregor. Cor. p. 182. ed. Lips. Nunc autem Pelops *ἐμμέμικται αἱμακουρίαις*, earum compos est. *Αἱμακουρίαι* sunt *ἐναγίσματα νεκρῶν, ἡρώων*, victimarum sanguine cruenta, Dorica et Boeotica voce: v. Schol. h. l. et Hesych. *αἱμακουρίαι, τα ἐναγίσματα τῶν κατοιχομένων*. Greg. Cor. p. 215. Lips. in Dorica dialecto: *αἱμακουρίας εἰώθασι λέγειν τὰ τῶν νεκρῶν ἐναγίσματα*. Plutarchus Aristid. c. 21. de *ἐναγισμῷ* a Plataeensibus iis facto, qui ad Plataeas occubuerant: *καὶ τὸν ταῦρον εἰς τὴν πυρὰν σφάξας καὶ κατευξάμενος Διΐ καὶ Ἑρμῇ χθονίῳ παρακαλεῖ (ὁ ἄρχων) τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν αἱμακουρίαν*. Etymon eximie docet Schol. quod *sanguine manes satientur:* contra, quae de flagellatione puerorum rec. Schol. affert, aliena sunt. Pelopi vero illae *αἱμακουρίαι* quotannis fiebant ariete nigro, Pausan. V, 13, 2. *Ἀλφεοῦ πόρῳ, παρὰ πόρῳ*, ubi tumulum habet, haud dubie in Pelopio *τεμένει* intra Altin: de quo Pausan. V, 13. coll. V, 26. extr. *ἀρχαῖον σᾶμα Πέλοπος* Olymp. XI, 25. ubi certamen instituit Hercules. Ille tumulus dicitur *ἀμφίπολος, ἀμφιπολούμενος, κύκλῳ περιπολούμενος* interprete Eustathio ad Hom. p. 642. 45. p. 394. C. non ob cursores et currus in stadio et hippodromo decurrentes: qui loci remotiores sunt: sed ob hominum in Alti et Pelopio frequentiam. Vicina est ara magna Iovis (Pausan. V, 13, 5.), *βωμὸς πολυξενώτατος*, quippe quod in ea ara peregrini plurima sacrificia offerunt, partim oraculi per Iamidas petendi causa (cf. Olymp. VI, 5. VIII, 2.), partim pietate aut quod certamen subituri Iovem student sibi propitium reddere. Fuit tamen etiam Pelopis ara ab Hercule condita (Apollod. II, 7, 2.). *Λέδορκε*, cernitur, splendet, ut Nem. III, 80. IX, 41. *Ὀλυμπιάδων*, quippe *πανηγύρεων*. *Πέλοπος* alii referunt ad *κλέος*: Dissenius meus iungit *κλέος τᾶν Ὀλυμπιάδων*, et deinde *δρόμοις Πέλοπος*, recte. *Κλέος τᾶν Ὀλυμπιάδων* est *gloria sollemnium et ludorum*, etiam victoriarum, quarum gloria comprehenditur gloriâ ludorum: speciatim tamen de victoribus demum vs. 97 sqq. dicit. *Δρόμοι Πέλοπος* sunt curricula, in quibus olim Pelops vicerat, quod paulo ante narratum est; ibi nunc etiam Hiero vicit. Addidit vero Pindarus haec *ἐν δρόμοις Πέλοπος*, quia his verbis nexus sequentium cum prioribus innititur: *Pelops Olympiae habet tumulum; in Pelopiis curriculis splendet gloria ludorum; his in ludis et curriculis tu vicisti.* *Ἄεθλων γ' ἕνεκεν*: quantum quidem certaminum victoriae praestare possunt, Olympici ludi victorem felicissimum per omnem vitam reddunt; *hoc vero summum homini bonum contingit, quod non fragile et fluxum est sed perpetuum ac proprium.* *Ἄεθλων γ' ἕνεκεν* dictum fere ut ap. Plat. Rep. I, p. 329. B. *εἰ γὰρ ἦν τοῦτ' αἴτιον, κἂν ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθη ἕνεκά γε γήρως*, ibid. p. 337. D. *ἕνεκά γε ἀργυρίου*, ubi multa collegit Astius; et ap. Pausan. IV, 35, 5. *τὸ ἀπὸ τούτου συμφορὰ σφισιν οὐδεμία ἀνέμων γε εἵνεκα ἦλθεν ἐς τὴν γῆν*. *Αἰεὶ* noli exponere *ἑκάστοτε*, sed *διὰ πάντα τὸν χρόνον*; *παράμερον* simpliciter est *praesens.*

Vs. 100 — 171. *Me vero oportet te, Hiero, cantu praedicare, te, quo neque cultior quisquam hac aetate est nec potentior. Deo curae res cordi sunt; qui nisi remittet, etiam*

www.liblool.com.cn

per Graecos omnibus locis sapientia insignis. Carmen et sententias poeta cum telo comparat, quia quasi tela ab arcu, ita illa ex mente poetae emittuntur ad certam quandam metam. Cf. Olymp. II, 90 sqq. IX, 5. XIII, 89 sqq. Nem. VI, 27 sqq. Isthm. IV, 52. etc. Non autem iungo *καρτερώτατον ἀλκᾷ*, pro quo exspectaverim *ἀλκὰν*, ut est in uno libro atque ut videtur in Schol. sed *ἀλκᾷ τρέφει, robore alit, auget.* Sententiam *τὸ δ' ἔσχ. κορ. βασ.* hinc refert Schol. Eurip. Hec. 555. Proxima ad quae cf. Olymp. III, extr. V, extr. Isthm. IV, 16. expressit Damascius vit. Isidor. ap. Phot. Bibl. p. 1033. *ὃς δὲ τοῦ Πλάτωνος ἐγεύσατο νοημάτων, οὐκέτι παπταίνειν πόρσιον ἠξίου, ὡς ἔφη Πίνδαρος.* De sententiae causa monui ad vs. 52 — 66. extr. ubi dixi hanc admonitionem eo pertinere, ut ne Hiero summum consecutus maiora semper appetat neve Tantali similis fiat fastidio sibi exitium contrahentis: leniter tamen hoc Pindarus attigit, et addidit preces pro futura Hieronis felicitate. *Τοῦτον χρόνον. per hanc vitam, donec fato fungaris.* Generalius hoc dictum est neque, opinor, *οὗτος χρόνος* opponitur alii vitae post obitum sortiendae secundum doctrinam de regeneratione, ut censebat Göttlingius noster ad Callim. p. 13. *Mihi vero*, inquit, *contingat haud minus cum victoribus vivere: τοσάδε* est *κατὰ τοσόνδε*, haud minus quam tu alte incedis. *Νικαφόροις*, cum victoribus, qualis tu es, quocum nunc Syracusis vivo. Ultima inde a *πρόφαντον* recitat Greg. Cor. p. 215. ed. Lips.

OLYMP. II.

Theronis Olympica haec victoria, quam Servius ad Virg. Aen. III, 704. tangit, curru parta est, secundum Schol. ad Inscr. Olymp. 77. idem tamen vs. 166. de Olympiade dubitanter: *ὁ δὲ Θήρων ος' ἢ οζ' ἐνίκησεν*; at confidentius ad vs. 168. *ἐνίκα οὖν ος'*, ubi v. not. Igitur diiudicandum argumentis est, Olymp. 76. an 77. Thero vicerit: nam quod recentior Scholiastes ad vs. 166. Olymp. 70. affert, id nihili esse sponte patet: verum autem numerum habendum Olymp. 76. finis huius introductionis docebit. Praeter hunc annum Thero Olympia numquam vicit: erratque Heynius ad Isthm. II. binas Theronis Olympicas victorias statuens; nam eadem est quae hac oda quaeque Isthm. II. memoratur: ubi ex vs. 23 sqq. Nicomachum tum currum duxisse discimus, qui et Theronis et fratris Xenocratis auriga fuit (Schol. Isthm. II, 28.), hoc est modo huic modo illi in sacris ludis operam praestitit. Quo loco oda cantata sit, certa ratione ex carmine colligi nequit: mihi tamen in Sicilia actam esse constat. Ne enim premam praeteritum tempus vs. 53, 54. *Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς γέρας ἔδεκτο*; universum argumentum tale est, vix ut extra Siciliam omnia recte intelligi potuerint: quum contra ubi Siculis et Agrigentinis auditoribus scriptum carmen fuerit, nihil sit accommodatius: nec dubito in comissatione odam cantatam esse Agrigenti ad celebrandam victoriam habita; quo refer verba vs. 52. *ἐγκωμίων τε μελέων λυσάν τε τυγχανέμεν*: pompae quidem destinatam non fuisse, ipsa odae indoles declarare mihi videtur. Universa vero pulcherrimi Epinicii interpretatio ex Theronis eiusque familiae rebus variisque fatis pendet: ex quo genere nonnulla delibavit *Camenzius* in *Specimine edendorum Pindari carminum*, quo hoc carmen complexus est. Uberius quidquid ad hanc odam explicandam ex historia tenendum est, commentatione

www.libtool.com.cn

mensis Februarii d. III. anni MDCCCXX. in Academia Borussica recitata explicui: quam hoc loco inseri res ipsa postulat.

Thero Agrigentinorum tyrannus originem deducebat ab Oedipode (Schol. ad Inscr. et vs. 82. extr. ac passim) retroque a Cadmo, idque secundum Schol. vs. 82. extr. qui grammaticum vel rerum scriptorem, stemmate a Theronis familia ipsa confecto usum, videtur secutus esse, per hos maiores: Laium, Oedipum, Polynicen, Thersandrum, Tisamenum, Autesionem, Theram, qui quum eius familia Thebis Spartam venisset, Lacedaemone in Theram coloniam deduxit; deinde Therae Aegidae filium Samum, Telemachum, Chalciopeum, Emmenidem, Aenesidamum, cuius filius Thero (vs. 51. Olymp. III, 9.): de quo stemmate v. ad Schol. l. c. coll. Schol. Olymp. III, 68. Schol. Pyth. VI, 4. ubi tamen variat narratio. Aliam genealogiam, in qua pro Polynice Eteocles habetur, praestat Schol. vs. 16. ad Pindari Encomia provocans: sed idem ad vs. 39. hoc tantum ex Pindari Encomio affert, a Cadmo Theronem originem repetere: neque ab Eteocle, sed a Polynice Pindarum Theronis familiam ortam iudicasse, hoc ipsum carmen docet vs. 47 sqq. cf. Schol. vs. 76. 80. 81. vulg. Thersander enim Polynice et Argia Adrasti filia natus inter Theronis maiores ibi censetur: Thersandri autem filium constat esse Tisamenum, huius Autesionem, qui oraculi iussu ad Dorienses transiit (Herodot. VI, 52. Pausan. III, 15, 4. IX, 5, 8.); Autesionis filius fuit Theras Therae insulae conditor, cuius soror est Argia altera a priori denominata, Aristodemi illa uxor, quae Proclem et Eurysthenem geminos peperit (Apollod. II, 8, 2. Herodot. VI, 52. IV, 147. Pausan. IV, 3, 3.). Utraque autem traditio ex Rhodo insula gentem Theronis derivat: Pindarus enim, qui a Polynice oriundam statuit, in Encomio diserte affirmat Rhodi eam olim habitasse; ex altera vero narratione ap. Schol. vs. 16. Eteoclis nepos Haemon exul Athenas venerat, unde eius posteri aliquot aetatibus post cum Argivis colonis Rhodum petunt, atque ex Rhodo profecti locos a Siculis obtinent duce Antiphemo Rhodio et Entimo Cretensi, qui in Rhodo Cretaque et Peloponneso colonos collegerint: contra Schol. vs. 82. ad Polynicen recurrens Sami filios duos fuisse tradit, quorum alter Clytius in Thera insula remansisse dicitur, alter Telemachus videtur Rhodum petiisse (*κατῴκει ἐν χώρᾳ*, ait Schol. in Rhodo opinor), unde deinceps in Sicilia locis potitus sit: cf. et Schol. vs. 17. nec dubitarim veriorem, quatenus in his rebus veritas cernitur, a Polynice et Argia Adrasti Argivi filia gentis originem esse. Argis, unde Rhodii prodierunt, Theronis genus etiam Didymus ad Olymp. III, inscr. repetebat.

Antiphemum origine Argivum et civitate Lindium fuisse ex fratre eius Lacio, Phaselidis conditore cognoscimus, qui Philostephano auctore ap. Athen. VII, p. 298. F. et Argivus et Lindius vocatus est. Is igitur Antiphemus cum Lindiis, assumpto Entimo Cretensi, item Teline ex Telo insula profecto, a quo Gelo et fratres descendunt (Herodot. VII, 153. et ibi Wessel.), Gelam condit Olymp. 22, 3. ex Gela autem Aristonous, a quo Aristonous Gelonis affinis (Tim. ap. Schol. Nem. IX, 95.) descendere videtur, et Pystilus Agrigentum Olymp. 49, 3. condunt (Thucyd. VI, 4.): quamquam temporum notae non plane certae sunt: hinc Agrigentini Rhodiorum coloni dicuntur (Polyb. IX, 27.). Iam vero Theronis maiores sunt qui dicant non Gelam ex Rhodo, sed statim Agrigentum venisse, ipso Pindaro in Encomiis et Timaeo auctoribus allatis, ut docet Schol. vs. 16. *Ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι οἱ τοῦ Θήρωνος πρόγονοι οὐδόλως εἰς τὴν Γέλλαν κατῆραν, ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν Ἀκράγαντα· ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος λέγει· Ἐν δὲ Ῥόδον κατῴκισθεν, ἔνθ' ἀφορμαθέντες ὑψηλὰν πόλιν ἀμφινέμονται* etc. Deinde: *καὶ τοῦτο ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πινδάρου σαφηνίζεται, ὡς καὶ Τι-*

fectum esse, non quod Van Goens statuit, Olymp. 76, ¾. ut adeo idem artem memoriae non Olymp. 76, 1. in Thessalia invenerit, sed ante illum annum. Ea vero tempestate, qua inter Hieronem et Theronem discordia fuisset, scriptum carmen esse, significant etiam Scholia locis supra allatis, ut ad vs. 173. *τὴν ᾠδὴν ταύτην ἔγραψεν ὁ Πίνδαρος τοῦ Θήρωνος πολεμοῦντος* etc. nec quattuor annis post Olymp. 77, 1. aptum videri poterat has res carmini immisceri, quae Olymp. 76, 1. aptissime a poeta commemorabantur: quo accedit, quod Olymp. 77, 1. incipiente non solum Thero iam defunctus, sed etiam filius Thrasydaeus tyrannide privatus erat, quamquam haec Diodorus in ipsum annum Olymp. 77, 1. retulerit (v. ad Olymp. XII.): ut proinde hoc et sequens carmen ante Olymp. 77, 1. compositum necessario sit. Ceterum Pindarum utrumque in Graecia scripsisse, non in Sicilia, inde liquet, quod Olymp. XIV. eodem tempore compositum non potest alibi nisi in Graecia scriptum esse: igitur quas res in Sicilia actas Pindarus hoc carmine tangit, eas a Theronis familiaribus, qui cum curru Olympiam profecti erant, narratas accepit. Superest, ut ex iis, quae hucusque exposui, singulae huius carminis partes et sententiae ordine deinceps illustrentur: unde vel me non monente carmen pulcherrime adornatum esse intelligetur.

Primum igitur, cur vs. 6. Theronis pia iustitia laudetur, ex iis intelligitur, quae de eius moribus Diodorus supra allatis locis narrat; simul autem eam Theronis indolem poeta nunc ideo maxime celebrat, quod tum et Hiero et Capys atque Hippocrates vincula hospitii, caritatis, necessitudinis non sine impietate ruperant. Atque hanc Theronis laudem poeta statim initio posuit, quia in hac summa carminis versatur. Vs. 8. *εὐώνυμοι πατέρες* maiores sunt inde a Cadmo; qui multis iactati laboribus in Rhodum devenerant et ex Rhodo Gelam, post hos casus autem Agrigentum tandem obtinuerunt: *καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ* vs. 9 sq. nam etsi in Agrigento condendo non multum malorum Gelenses perpessi sint auctore Artemone ap. Schol. vs. 16. tamen *οἴκημα ποταμοῦ* non alia nisi Agrigentinorum urbs esse potest, quam paulo ante vs. 8. poeta nominaverat, quaeque sola nunc praedicanda erat: nec dictum a Pindaro, in ipso *Fluvii domicilio* condendo illos, de quibus loquitur, labores a maioribus Theronis exantlatos esse. Dicit autem illos *καμόντας πολλὰ θυμῷ*, ut eorum exemplo Theronem consoletur. Sed inde ex ea aetate, qua Siciliam obtinuerunt, Pindarus ait, felicitas subsecuta est cum gloria et divitiis, quibus Theronis familiam floruisse etiam Encom. Fragm. 2. docet, ubi simul plurima ab illa diis dona dedicata esse dicuntur: cf. Olymp. III, 43. Theronemque ipsum opibus valuisse Hippostratus scribit ap. Schol. Olymp. II, 16. Et hic quidem gentis potentiam in summum fastigium evexit; sed pater Aenesidamus tamen iam antea, Hippocratis Gelae tyranni gratia adiutus, familiam non mediocriter auxerat, adeo ut vel ante Theronis tyrannidem Xenocrates Aenesidami f. Pythia curru vinceret (Olymp. 71, 3. v. ad Pyth. VI.), itemque Isthmia (Isthm. II.); haec quoque ante Theronis Olympicam victoriam. Iam vero quoniam Thero tunc ipsum in discrimen adductus erat, commodissime poeta precatur, ut Iuppiter Theronis familiae patriam terram Agrigentum servet: Theronem tamen exulem fuisse cave credas Scholiastae ad vs. 28. Mox, quia iam funesta acciderant, Polyzelus Damaretae maritus pulsus a fratre erat, Capysque et Hippocrates cum Himerensibus subditis et Hiero necessarii Theroni periculum attulerant, praeterea autem quia Gelonis sui obitu Damarete nuper erat afflicta ac moerore affecta, profugique et exulis Polyzeli iniquam sortem cum hoc ipso toleraverat, poeta vs. 17 sqq. tot malis solatium allaturus pergit: *Quod factum sit, non posse infectum reddi, sive iure sive iniuria sit effectum*: ac sane multa in illis tur-

www.libtool.com.cn

Parca, quae maiorum huius domus felicem antea sortem tenet, cum divitiarum data opulentia, quam Cadmidis largita erat, etiam damnum aliquod addixit (id est *addixit*) *alio rursus tempore certamen: ex quo Laium Oedipus fatalis filius occidit; quo facinore vix Erinnys ultrix hoc filium peremit: Polynici relictus est Thersander, Adrastidarum decus et columen: unde hi originem habent.* Vs. 41. inprimis ἐπάγει. Παλιντροπάζεσθαι est, quod facile retro convertitur et in fugam, ut παλιντροπάσασθαι recedere, retro converti: hinc παλιντροπία ap. Polluc. III, 132. inter vitia. credo de inconstantia; apud eundem VI. 171. habetur παλιντρόπιος, quod grammaticus utpote usitatae et eleganti dictioni minus conveniens βίαιον vocat ubi id Kuhnius recte exponere videtur *in contrarium verterunt.* Igitur locum ita intelligo, *Parcam referre etiam damnum*, ut Cadmidis inde a Laio; sed id ipsum esse παλιντροπάζειν ἄλλῳ χρόνῳ, *alio tempore recedere et refugere*, nempe inde a Thersandro: tum ἐξ οὗ pertinet ad primariam sententiam Μοῖρα πρὶν ἐπάγει, non ad appositum παλιντροπάζειν ἄλλῳ χρόνῳ. Χρησθὲν est pro substantivo χρησμόν, θέσφατον, ut Odyss. ν, 172. παλαίφατα θέσφατα. Ἔρινυς Tisiphone cur ὀξεῖα dicatur, incertum: potest enim de acri et violento animi corporisque motu intelligi, vel de acie oculorum: ex quibus praefero posterius ob additum βλοσυρά; Furiae quippe sunt *deae speculatrices et vindices facinorum et sceleris* Cic. N. D. III. 18. Vs. 46. σὺν ἀλιταινομίᾳ est ἐν ἀλι. De voce cf. Fragm. incert. 34. nostrae edit. ἀλιτηρόνους ἐπάξαντο λόγχας ἐπὶ σφίσιν αὐτοῖς, de Oto et Ephialte. Λιφθὴ δὲ Θέρσανδρος Ἀδραστιδᾶν θάλος ἀρωγὸν δόμοις, ut vindex paternae iniuriae; non solus tamen relictus est, sed cum fratribus, de quibus v. Schol. Ἐριπόντι novit etiam Apollonius Synt. III, p. 277. sed ipse mavult ἐριπέντι, idque libri aliquot habent, in his Pal. C. Atque hoc praeferendum esse alibi docebo. Νέοις ἐν ἀέθλοις, *in iuvenilibus certaminibus*, non bellicis, sed exercitationis causa vel in ludis deorum institutis: ut Eurip. Med. 48. νέα φροντὶς, *iuvenilis cogitatio.* Μάχος πολέμου partim ad Epigonorum bellum refer, cuius inter duces Thersander captis Thebis Adrastidarum domui auxiliator extitit (Pausan. VII. 3, 1. IX, 5, 7. Apollod. III, 7, 2. ibique Heyn.), partim ad alia et in his potissimum ad Troica, in quibus ille maxime excelluit. Pausan. IX, 5, 7. ὡς δὲ τοῖς σὺν Διομήδει ἐς Τροίαν στρατεύουσιν ἡ διαφορὰ τοῦ πλοῦ γένεται καὶ ἡ πλαγὴ περὶ Μυσίαν, ἐνταῦθα καὶ τὸν Θέρσανδρον κατιλαβεῖν ἀποβαντεῖν ὑπὸ Τηλέφου, μάλιστα Ἑλλήνων ἀγαθὸν γενόμενον ἐν τῇ μάχῃ. Proclus Chrestom. in argumento Cypriorum: Τήλεφος δὲ ἐκ βοηθείας Θέρσανδρόν τε τὸν Πολυνείκους κτείνει καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀχιλλέως τιτρώσκεται. Cf. Schol. h. l. Utraque vero laus et honoris ex ludis parti et bellicae gloriae convenit etiam Theroni Thersandri postero. *Adrastidarum domus* est eorum, qui Adrastide Argia nati erant; cave enim Ἀδραστιδᾶν pro feminino habeas: in quo erravit Bergler. ad Alciphr. p. 11. Ad formulam ἀρωγὸν δόμοις cf. Plat. Protag. p. 334. B. ἐπεὶ καὶ τὸ ἴδιον τοῖς μὲν φυτοῖς ἅπασίν ἐστι πάγχαλον καὶ ταῖς θρίξι πολεμιώτατον ταῖς τῶν ἄλλων ζώων πλὴν ταῖς τοῦ ἀνθρώπου, ταῖς δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἀρωγὸν καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι. Ἔχοντι, οἵδε vs. 40. Thero et propinqui: pro illa forma Hermannus nuper proposuit ἔχουσι, sic continuata oratione: ὅθεν αὐτοῖς σπέρματος ἔχουσι ῥίζαν πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου ἐπικω. τε μελ. λυρ. τε τυγχ. acute: si modo credere liceret lectionem ἔχοντι grammaticis Dorismi studiosis deberi, neque potius ex Scholiis pateret, antiquissima exemplaria ab Alexandrinis tractata habuisse ἔχοντι; neque ἔχουσι, quantum video, liber ullus offert, ut dicitur, sed tantum interpretationis causa adscriptum reperitur in Leid. A. Par. B. et Brunckii codice. Asyndeton vero non modo non offendit (cf. Olymp. VI, 71. 72.), sed egregiam vim habet, propterea quod nova incipiente sententia verba πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου magis in-

tionem minium sagacem; sed in tempore poeta ipse succurrit, tectum sententiis suis sensum inesse haud obscure significans vs. 91 — 94. *Πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ἀκὶς βέλη ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας φωνάντα συνετοῖσιν· ἐς δὲ τὸ πᾶν ἑρμηνέων χατίζει.* Vs. 95 — 97. Simonidem et Bacchylidem respici vetus est opinio; in quos quod Pindarus insolentius invehitur, in tanta veterum poetarum aemulatione ac contentione certaminibus publicis maxime aucta vix potest mirum videri: minorem tamen id offensionem habet, si quo tempore Simonides ab Hierone subornatus conciliare tyrannos studuit, Simonides ipse Theroni suspectus fuerit, Pindarusque quae Simonides egerat, non plane probaverit; et Pindarum quidem eo ipso tempore Thrasydaeo et Theroni magis quam Hieroni addictum fuisse colligas ex notula ap. Schol. Pyth. II, 131. *Θρασυδαῖος ἑταῖρος ἦν Πινδάρου, Ἱέρων δὲ ἐπεπολεμήκει Θήρωνι τῷ Θρασυδαίου πατρί*: adde Schol. Pyth. II, 97. ubi quae de Pindari et Bacchylidis simultate dicuntur, vera iudico, sed ab illo loco aliena. Idem censeo de nota Scholiastae ad Nem. III, 143. et Nem. IV, 60. Olymp. IX, 74. quo utroque loco de Simonide dicitur. Postremo vs. 101 — 105. et vs. 108 — 110. Theronis erga amicos benignitas praedicatur, quam quum Capys et Hippocrates, credo etiam Himerenses ex Pindari mente, eximie experti essent, tamen illius famae et fortunae apud Hieronem obtrectando obfuerunt: quod poeta significat vs. 105 — 108. Varia vides esse, quae in hoc carmine tanguntur: neque tamen ideo haec varia sine ratione composita in unum corpus sunt. Etenim omnia ad unam rem pertinent, ad dissensiones Theronis et eius partium cum Hierone, cum quibus rebus etiam ea, quae ad Damareten Gelonis quondam uxorem pertinent, artissime coniuncta sunt. Itaque nihil inest alieni, sed in rerum gestarum nexu indissolubili etiam carminis poetica, quam dicunt, unitas posita est. Haec in universum: quibus quum vis et nexus sententiarum maxima ex parte satis explicitus videatur, iam singula percurrenda sunt.

Vs. 1 — 17. Hymnis invocatis interrogat, quosnam cantare debeat, et ex diis Iovem Olympium, ex heroibus Herculem, ex hominibus Theronem ob rem ipsam celebrandos respondet; deinde paucis praemissis de Theronis maioribus preces fundit ad Iovem pro gentis salute. Initium expressit Horatius Carm. I, 12. *Quem virum aut heroa lyra vel acri Tibia sumis celebrare, Clio, Quem deum?* ubi Porphyrio: *Haec a Pindaro sumpsit.* Sed ut Horatii carmen arte factum est, Pindaricum vero quamvis artificiosum naturae debetur, ita hoc quoque Pindarus rectius et rei convenientius instituit, quod a deo incipiens per heroem ad hominem descendit. Huc respexit etiam Philo T. II. p. 404. *ἔπειτα ῥῆμάτος ὑπόπλεως ἀλόγου γενόμενος πᾶς ἀλαζὼν οὔτε ἄνδρα οὔτε ἡμίθεον μᾶλλον ἢ δαίμονα κατὰ τὸν Πίνδαρον ὑπολαμβάνων ἑαυτὸν*, ubi recte liber *ἡμίθεον. ἀλλ' ὅλον δαίμονα*. De locutione *ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι* cf. Metr. Pind. III, 11. p. 258. *Κελαδήσομεν, κελαδήσωμεν*, v. ad Olymp. I, 7. Vs. 4. *ἀκρόθινα* plurale est, ut etiam Olymp. XI, 59. pro vulgari *ἀκροθίνια*: huiusmodi enim vocabula plurali tantum numero usurpari solent, ut *ἀπαρχαί, primitiae, manubiae, spolia, Erstlinge*. Est autem de primitiis spoliorum Augiae: v. Olymp. XI. Apollod. II, 7, 2. Verba *ὅπιν δίκαιον ξεῖνον* de Hermanni coniectura constituta exposui in nott. critt. idem nuperrime correxit *ὅπι δίκαιον ξείνων*, in quo *ὅπι* placet, *ξείνων* non necessarium videtur; Theronem poeta *hospitem* dicit, ut Hieronem Olymp. I, 103. Pyth. III, 69. Vs. 7. Thero est *ἕρεισμ' Ἀκράγαντος*, ut in Dithyrambis Athenae *Ἑλλάδος ἕρεισμα*; cf. Hor. Carm. II, 17, 3. *columen rerum*: verba affert Schol. Ven. Iliad. *π*, 549. Vs. 8. spectat Schol. Hermog. p. 391. Liban. Epist. 291. p. 142. *Ὀρθόπολις*. Schneiderus notat non vocem a Pindaro factam esse, quae in antiquo no-

Parca, quae maiorum huius domus felicem antea sortem tenet, cum divinitus data opulentia, quam Cadmidis largita erat, *etiam damnum aliquod adducit* (id est *adduxit*) *alio rursus tempore cessurum: ex quo Laium Oedipus fatalis filius occidit; quo facinore viso Erinnys utrumque huic filium peremit: Polynici relictus est Thersander, Adrastidarum decus et columen: unde hi originem habent.* Vs. 41. iunge ἐπάγει. Παλιντράπελον est, *quod facile retro convertitur et in fugam,* ut παλιντροπάσασθαι *recedere, retro converti:* hinc παλιντραπελία ap. Polluc. III, 132. inter vitia, credo de inconstantia; apud eundem VI, 164. habetur παλιντράπελος, quod grammaticus utpote usitatae et eleganti dictioni minus conveniens βίαιον vocat: ubi id Kuhnius recte exponere videtur *in contrarium versatilis.* Igitur locum ita intelligo, *Parcam referre etiam damnum,* ut Cadmidis inde a Laio; sed id ipsum esse παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ, *alio tempore recedere et refugere,* nempe inde a Thersandro: tum ἐξ οὗ pertinet ad primariam sententiam Μοῖρα πῆμ' ἐπάγει, non ad appositum παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ. Χρησθὲν est pro substantivo χρησμὸν, θέσφατον, ut Odyss. ν, 172. παλαίφατα θέσφατα. Ἐριννὺς Tisiphone cur ὀξεῖα dicatur, incertum: potest enim de acri et violento animi corporisque motu intelligi, vel de acie oculorum: ex quibus praefero posterius ob additum ἰδοῖσα; Furiae quippe sunt *deae speculatrices et vindices facinorum et sceleris* Cic. N. D. III, 18. Vs. 46. σὺν ἀλλαλοφονίᾳ est ἐν ἀλλ. De voce cf. Fragm. incert. 34. nostrae edit. ἀλλαλυφόνους ἐπάξαντο λόγχας ἐνὶ υφίσιν αὐτοῖς, de Oto et Ephialte. Λείφθη δὲ Θέρσανδρος Ἀδραστιδᾶν θάλος ἀρωγὸν δόμοις, ut vindex paternae iniuriae; non solus tamen relictus est, sed cum fratribus, de quibus v. Schol. Ἐριπόντι novit etiam Apollonius Synt. III, p. 277. sed ipse mavult ἐριπέντι, idque libri aliquot habent, in his Pal. C. Atque hoc praeferendum esse alibi docebo. Νέοις ἐν ἀέθλοις, *in iuvenilibus certaminibus,* non bellicis, sed exercitationis causa vel in ludis deorum institutis: ut Eurip. Med. 48. νέα φροντὶς, *iuvenilis cogitatio.* Μάχας πολέμου partim ad Epigonorum bellum refer, cuius inter duces Thersander captis Thebis Adrastidarum domui auxiliator extitit (Pausan. VII, 3, 1. IX, 5, 7. Apollod. III, 7, 2. ibique Heyn.), partim ad alia et in his potissimum ad Troica, in quibus ille maxime excelluit. Pausan. IX, 5, 7. ὡς δὲ τοῖς σὺν Ἀγαμέμνονι ἐς Τροίαν στρατεύουσιν ἡ διαφθορὰ τοῦ πλοῦ γίνεται καὶ ἡ πλανὴ περὶ Μυσίαν, ἐνταῦθα καὶ τὸν Θέρσανδρον κατέλαβεν ἀποθανεῖν ὑπὸ Τηλέφου, μάλιστα Ἑλλήνων ἀγαθὸν γενόμενον ἐν τῇ μάχῃ. Proclus Chrestom. in argumento Cypriorum: Τήλεφος δὲ ἐκ βοηθείας Θέρσανδρόν τε τὸν Πολυνείκους κτείνει καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀχιλλέως τιτρώσκεται. Cf. Schol. h. l. Utraque vero laus et honoris ex ludis parti et bellicae gloriae convenit etiam Theroni Thersandri postero. *Adrastidarum domus* est eorum, qui Adrastide Argia nati erant; cave enim Ἀδραστιδᾶν pro feminino habeas: in quo erravit Bergler. ad Alciphr. p. 11. Ad formulam ἀρωγὸν δόμοις cf. Plat. Protag. p. 334. B. ἐπεὶ καὶ τὸ ἔλαιον τοῖς μὲν φυτοῖς ἅπασίν ἐστι πάγκακον καὶ ταῖς θριξὶ πολεμιώτατον ταῖς τῶν ἄλλων ζώων πλὴν ταῖς τοῦ ἀνθρώπου, ταῖς δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἀρωγὸν καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι. Ἔχοντι, οἵδε vs. 40. Thero et propinqui: pro illa forma Hermannus nuper proposuit ἔχουσι, sic continuata oratione: ὅθεν αὐτοῖς σπέρματος ἔχουσι ῥίζαν πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου ἔγκωμ. τε μελ. λυρ. τε τυγχ. acute: si modo credere liceret lectionem ἔχοντι grammaticis Dorismi studiosis deberi, neque potius ex Scholiis pateret, antiquissima exemplaria ab Alexandrinis tractata habuisse ἔχοντι; neque ἔχουσι, quantum video, liber ullus offert, ut dicitur, sed tantum interpretationis causa adscriptum reperitur in Leid. A. Par. B. et Brunckii codice. Asyndeton vero non modo non offendit (cf. Olymp. VI, 71. 72.), sed egregiam vim habet, propterea quod nova incipiente sententia verba πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου magis in-

signia redduntur, nec minus praecedentia *ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίζαν*: quae vis pe rit, ubi asyndeton sustuleris. Accedente autem cantu emphatico et sonis instrumen torum asyndeti pulchritudo magis credo illucescebat.

Vs. 50 — 62. Cadmidarum rebus usque ad Thersandrum deductis ad Theroni et fratris laudes pergitur: *Aenesidami filium illa ex gente oriundum decet nunc praedi care, qui et ipse vicit et fratrem victorem habet. Tales victoriae certaminibus partae cu ris liberant; eiusmodi autem ausis opportunitatem praebent opes virtutibus ornatae.* Verbi *Ὀλυμπίᾳ* usque ad *ἕδεκτο* vitiata affert Greg. Cor. p. 221. Lips. *Αὐτὸς* non est *μόνος*, sed *ipse* Thero oppositus fratri, qui tum iam Pythiam Isthmiamque quadrigis vi ctoriam nactus erat (v. Pyth. VI. Isthm. II. et quae ad ea carmina dicta sunt) Olympia quidem Xenocrates numquam vicerat, quod recte notat Schol. Isthm. II, 28 quamquam illius Olympicam victoriam ex Isthm. II, 22 sqq. demonstrare interpretun unus volebat. Ceterum cave Theronem *ipsum* putes *aurigam* egisse: Nicomachus cur rum duxit, ut docui in Introductione. Sed quod nostro loco Pindarus dicit: *Πυθῶνι δ' ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν Ἰσθμοῖ τε κοιναὶ Χάριτες ἄνθεα τεθρίππων δυωδεκαδρόμων ἄγαγον*, inde grammaticorum pars ap. Schol. collegerunt, Pythios Isthmiosque equos Xenocratem et Theronem communi sumptu misisse, ambosque in illis ludis esse victores renunciatos; aut utrumque Pythia et Isthmia separatim quadrigis vicisse immo ex Aristotelis *ἀναγραφῇ* vel hoc affertur, Theronem solum Pythionicam inscriptum esse: *κατὰ δὲ τὴν τοῦ Ἀριστοτέλους Πυθιονίκης μόνος ἀναγέγραπται*: rursum, quod fratres sint eiusdem domus, ex qua sumptus sit praestitus, ideo nonnulli utriusque victoriae honorem cum Therone communicatum perhibent. Ex quibus sententiis nullam veram iudico. Nam primum quod de communi sumptu in Pythiam Isthmiamque commissionem impenso cogitant et de communi Theronis atque Xenocratis renunciatione; carmina Pyth. VI. et Isthm. II. ad Thrasybulum Xenocratis f. scripta ne minimam quidem Theroni illarum victoriarum communionem tribuunt, quum tamen manifestum sit non alias iis odis victorias celebrari nisi has, quae in hoc carmine significantur: nam Isthm. II. post Xenocratis obitum compositum potissima ex sacris ludis parta huius decora complectitur: in quo quum una tantum Pythia unaque Isthmia victoria memoretur, liquet plures omnino non fuisse. Accedit quod eas victorias ut Xenocratis cecinerat Simonides (Schol. Isthm. II. princ.). De communi sumptu autem cogitari etiam ridiculum videtur: equos mittit unus, qui nomen profitetur; et is si vicit, victor renunciatur, vel alius, cui is victoriam concedere constituerit: qui sumptus praestiterit, nihil ad rem. Nec verisimile adeo parcos Aenesidami filios fuisse, ut communem sumptum facerent, quum tamen victoria nonnisi alterutrius nomini tribui potuerit. Neque vero Theronem separatim Pythia et Isthmia vicisse vel inde apparet, quod si hoc poeta voluisset, clarius haud dubie de ea re esset locutus. At quod Aristoteles soli Theroni Pythiam victoriam tribuisse fertur, id librarii debetur errori; nam ipsa orationis ap. Schol. series et certa Pindari auctoritas Pyth. VI. et Isthm. II. itemque Simonidis (l. c.), qui iis, ex quibus Aristoteles hausit, Pythionicarum catalogis haud dubie concinebant, satis evincit, in Scholiis illis nomina passim confusa praebentibus Theroni esse Xenocratem substituendum, ac proinde ita scribendum: *κατὰ δὲ τὴν τοῦ Ἀριστοτέλους Πυθιονίκης μόνος Ξενοκράτης ἀναγεγραπται. ἤτοι οὖν συλληπτικῶς εἴρηκεν. ἢ ἐπεὶ Θήρωνος ἵπποις ὁ Ξενοκράτης ἐνίκησε· διὸ καὶ συνανεκήρυξε Θήρωνα.* Nec quod *ex eadem domo* suppeditati sumptus sint, ideo arbitror victoriae honorem cum Therone communicari. quamquam ex fratre in fratrem aliquid decoris cedere non nego, quum vel gens et patria victoris non mediocrem inde

dixi; nam iste poeta ob foedam adulationem a me notatus et, si Pindaro conferas, sequioris aetatis homo, Theocrito et Callimacho antiquior est, quippe qui Olymp. 118, 2. scripserit.

Vs. 62 — 74. *Ita vero virtutibus iunctas divitias qui habet, non ignorat neque obliviscitur, apud inferos futuras maleficiorum poenas, bonorum autem hominum statum felicem;* ideoque a superbia, insolentia, scelere abstinet. Initio huius loci antiqua exemplaria omnia habuisse *ἔχων*, demonstravi in nott. critt. atque ad Schol.; idem offert codex Vindobonensis ex bibliotheca urbica in Caesaream translatus, Eustathioque iterum perreptato huc intellexi eius verba referenda esse ad Iliad. *ϑ*, 306. p. 714. *ἤτ' ἐνὶ κήπῳ καρπῳ βριϑομένη*] *τὸ δὲ ἢ ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριϑομένη ὀρϑῶς μὲν εἰπεῖν λείπεται τοῦ ἔστιν, ἵνα λέγῃ ὅτι ἥτις τῷ καρπῷ βαρουμένη ἐστί. τῶν τινες δὲ παλαιῶν ἠϑέλησαν τὸ βριϑομένη νοῆσαι ἀντὶ τοῦ βρίϑεται, εἰπόντες εἰλῆφϑαι μετοχὴν ἀντὶ ῥήματος καὶ σημειωσάμενοι τὴν λέξιν ὡς καινοσχήμονα. ἔχει δὲ ὁμοιότητα πρὸς τοῦτο καὶ τὸ Μῦϑος δ' ὃς μὲν νῦν εἰρημένος ἔστω, ἤγουν ὃς νῦν εἴρηται. ὅμοιον καὶ παρὰ τῷ Ὁμηρικῷ ζηλωτῇ Σοφοκλεῖ* (Oed. R. 159.) *τὸ Πρῶτά σε κεκλόμειος· ἢ γὰρ καὶ ἐκεῖ λείπει τὸ εἰμί, ἢ τὸ κεκλόμενος ἀντὶ τοῦ κέκλομαι εἴληπται. χρῆσις δὲ ὁμοία σεσημείωταί που εἶναι καὶ παρὰ Πινδάρῳ ἐν Ὀλυμπιονίκαις.* Itaque veteres *ἔχων* dixerunt esse *ἔχων ἐστὶ* vel *ἔχει*, de quo iam monui in nott. critt. Hermannus vero nuperrime per anacoluthon explicuit: „Volebat dicere: si quis opes virtutibus temperatas possidens sortem intuetur eorum, qui propter bene facta diis cari sunt, is ita utitur divitiis, ut hic Thero. Sed delatus ad descriptionem illius beatorum sortis, pro apodosi, quae sequi debebat, aliam liberius conformatam substituit vs. 160. (98.) *ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον*:" de qua ratione ut acuta ita admodum dura apud lectorem iudicium esto: ego interim verba ita explicui, ac si *ἔχει* verum esset. Attamen persuasum habeo universam sententiam esse prioribus iungendam et subesse vitium ex antiquissimis exemplaribus propagatum, idque una mutata littera sanandum. Pindarus *divitias* dicit *virtuti iunctas optimam rem homini esse, siquidem qui eas teneat, futurorum non sit immemor, quae post mortem homines maneant.* Scribe *εἴ γε μιν ἔχων*: nam *εἴ γε* etsi alibi apud Pindarum non reperio, hoc tamen loco commodissimum esse intelligi potest ex nota Hermanni ad Vig. p. 834. ed. nov. Dixi autem ex antiquissimis exemplaribus profectum vitium, quippe quod Alexandrini iam repererint. Hinc petenda emendatio: *γ* enim in antiquissima scriptura, Athenis quidem usque ad Euclidem, hac scribebatur forma *Λ*. Iam vides quomodo *ΛΕ* in *ΔΕ* mutatum sit, fere ut Pyth. VIII, 21. *ΠΑΡΝΑΣΙΔΙ* transiit in *ΠΑΡΝΑΣΙΑΙ*. Nam prout vitia antiquiora vel recentiora sunt, alii ductus alios errores crearunt: apud Pindarum autem in plurimis locis antiqua est scribendi ratio spectanda. Vs. 63. iunge *ἐνϑάδ' ἀπάλαμνοι*; *ἐνϑάδε* idem est quod *ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ in terra*, quam Iuppiter sortitus est. Plato Rep. I, p. 330. D. *ὡς τὸν ἐνϑάδε ἀδικήσαντα δεῖ ἐκεῖ* (*ἐν ᾅδου*) *διδόναι δίκην. Δικάζει τις*, iudex apud inferos. Iam vs. 67 sqq. poeta apud beatos continuum esse solem dicit, *ἴσον ἦλιον νύκτεσσιν* (quae apud nos noctes sunt), *ἴσα δ' ἐν ἀμέραις*, ubi adverbium *ἴσα* pro adiectivo infert. Cf. Thren. Fragm. 1. *τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου τὰν ἐνϑάδε νύκτα κάτω*, et paulo aliter de beatorum insulis narrantem Lucianum Ver. Hist. II, 12. Pro vulgato olim *νέμονται* formam a voce *δέρκεσϑαι* derivatam reponendam esse libri verisimile reddunt: neque tamen placet quod rescripsi *δράκησαν*, quo praestat utraque Hermanni coniectura *δεδόρκαντι βίον* et *δέδορκαν βίοτον*: nisi verum assecutus est unus ex Dissenii auditoribus, qui ex lectione optimorum librorum *δέρκονται* corrigit *ἑσλοὶ δέκονται*: in qua scriptura constructio

non illa erit quam in nott. critt. proposui, sed haec: *δέκονται βίοτον ἀπονέστερον, ἔχοντες ἄλιον* etc. Ibidem vero quod Schmidium secutus in Pal. C. dixi esse *δὲ δέρκονται*, non confirmant collationes in meum nuper usum factae. *Ἀπονέστερον* hinc laudat Eustath. ad Odyss. *β*, p. 1441. 16. *Χθόνα ταράσσοντες*, arando, fodiendo, metalla exercendo: *πόντιον ὕδωρ*, piscando, navigando. Verba *οὐδὲ πόντιον* usque ad *δίαιταν* vitiata profert Schol. Arat. Phaen. 110. *Τιμίους θεῶν* Schol. dicit esse Plutonem et Proserpinam, qui ipsi dii sunt, non deorum deliciae; Gedikius Aeacum, Minoem, Rhadamanthum intelligit: sed contrarium docet Pindarus vs. 83. Rhadamanthum in beatorum insulis collocans, de quibus nondum hic sermo est: hoc enim loco de probis quidem et felici statu utentibus dicitur, non tamen de iis, qui in illis beatissimis insulis sedem sortiti sunt. Ita quidem nihil superesse videtur, nisi ut *τιμίους θεῶν* bonos illos a diis dilectos dicamus, *qui vita iuste peracta prospera apud inferos condicione gaudeant:* apud inferos inquam: nam beatorum insulae non infernae sunt; illum autem, de quo poeta nunc dicit, locum sub terra esse, ex vs. 65. colligas; neque obest *sol ibi perpetuus*, qui, ni fallor, alius atque noster est: ut ex placitis Pythagoricis antichthon igni centrali perpetuo collustratur. Cui sedi quod nomen fuerit, nostra non refert; Gedikius *Elysii* eam appellatione ornat, quod Pindarum a beatorum insulis distinxisse nullo allato argumento contendit. Formam *ὀχχέοντι* ex nostro loco attingit Eustath. ad Odyss. *η*, p. 1577. 45.

Vs. 75 — 95. Hucusque Pindarus de inferiore beatorum ordine dixit; pergit ad eos, quibus aditus in beatorum insulas datus est, hoc est, qui in utraque vita, et terrena hac et ea, quae post obitum esse creditur, ter sine labe vixerint. Vs. 75—77. vitiose recitat Hermias ad Plat. Phaedr. p. 152. Triplex illa animarum migratio Pythagorismum vel mysticam, ex qua ille manaverit, doctrinam sapit; ex eodem fonte diversum quidem a Pindarico, sed tamen perinde triplex animarum iter duxit Plato Phaedro p. 249. A. *αὗται δὲ (αἱ φιλοσοφήσασαι ψυχαὶ) τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἑφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι τριςχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται:* quae verba in Timaeum p. 42. B. translata sunt. In numeris a Platone dissidet Pindarus Thren. Fragm. 4. nono anno reditum animis assignans. Quodsi haec vere Pythagorica sunt, unde illam disciplinam poeta haurire potuerit, docui ad Thren. l. c. cur autem hoc potissimum loco tali placito usus sit, ridiculum videtur exquirere; neque quidquam tribuo cuiusdam invento, ideo in hoc carmine de Pythagorica animarum migratione exponi, quod Siculo homini Pythagoricae disciplinae addicto scribatur: nam vel ante Pythagoram illud placitum late disseminatum erat. *Ἐτόλμασαν, ἔτλησαν*: vide, si tanti est, quae ad Plat. Min. et Legg. p. 142. contuli. Iam qui in insulas beatorum transferuntur, *ἔστειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν*: in quo *ἔστειλαν* est ab ignoto *τέλλω*. ut *ἔστειλαν* a voce *στέλλω*; explicatur autem verbis *ἐτέλεσαν, ἐτελείωσαν, ἤνυσαν*, ad quam interpretationem confirmandam quod addam non habeo, quoniam quod Astius ex Hesychio attulit, vanum est: grammaticus tamen in Excerptis Parisinis in calce Gregor. Cor. ed. Lips. p. 681. idem esse dicit quod *ἐστείλαντο*; v. notam Schäferi. *Iovis via* num ea sit, *ἣν ἔταξεν ὁ Ζεύς*, ut Schol. exponit, magnopere dubito: magis eo inclinaverim, ut *Διὸς ὁδὸν* putem reditum in Iovis dominationem, *εἰς τήνδε τὴν Διὸς ἀρχὴν*, ubi insulae beatorum in finibus terrarum sunt Oceano circumdatae: sed unice satisfacit Iovis viam dici iter ad beatorum insulas, quod in eas regiones Iuppiter soleat commeare et ibi habitare: unde in ea vicinia *Ζηνὸς μελάθρων κοῖται* ap. Eurip. Hippol. 749. Cf. J. H. Vossium *Alte Weltkunde* J. A. L. Z. 1804. T. II. p. XXIX. *Saturni regiam* sive arcem (*τύρσιν*, turrim, *τεῖχος*)

www.boobook.com.cy

gerit in Dioscurorum honorem agendis caneretur, quod illis victoria deberi videretur, et in aede Dioscurio habitam comissationem ibique forsitan etiam coronam esse detectam. Schol. vs. 10. *καὶ οὐκ ἀπιθάνως στοχάζονται, ὅτι ἴσως εἰς Διοσκούριον ὁ κῶμος ἦγετο καὶ ἡ κωμῳδία διὰ τὴν πρὸς Διοσκούρους τοῦ Θήρωνος οἰκειότητα.* Comissationi enim carmen scriptum fuisse vel una vox *ἀγλαόκωμον* vs. 7. docet: Dioscurorum vero Agrigenti fuisse sive civitatis publicum sive Emmenidarum gentilicium, licet Boeckhii Dorilii (Sic. p. 101 sq.) morosius iudicium, mihi haud ambiguum videatur. Imprimis hoc notandum, in Dioscuris venerandis maxime versari poetam: itaque vs. 1. ad eos redit vs. 36. facit enim hoc aliquoties, ut id quod ipsi maxime cordi sit explicare, in initio potissimum et fine collocet. Cf. quae dixi ad Pyth. I. extr. Ceterum aliis sollemnibus Olymp. II. destinatum fuit: in qua oda quae ne minima quidem Dioscurorum mentio est, inde magis certum fit, singularem eorundem fuisse causam, cur hoc carmen ad Dioscuros potissimum dirigeretur: neque dubitari in eo haeserit, quod utrumque carmen Agrigenti cantatum iudico; nam et Isocrephonti Corinthio duas odas poeta scripsit Corinthi, itemque Arcesilao bina Cyrenis canenda. Postremo eximium est, quod in hoc potissimum carmine Herculis ope ad Hyperboreos et oleastri apportationem poeta exponit, Herculis et Olympicorum conditoris, et Dioscurorum familiaris, et Aegidarum, a quibus Thero descendebat, propter beneficia posteris collata patroni, et patrii Agrigentinorum dei, apud quos praecipua tribus *Τληπολεμία* (v. ad Pyth. I, 58 sqq.), ac vel Ciceronis aetate sanctum et religiosum Herculis templum non longe a foro (Cic. Verr. act. II. lib. IV, c. 43.). Accedit quod corona Olympica in sollemnibus, quibus carmen inserviebat, haud dubie celebratur Thero: unde eius originem exponi omnino aptum est.

Vs. 1 — 9. *Castoribus et Helenae sorori precor ut placeam Theronis Olympicam celebranti victoriam: Mutaque mihi copiam faciat Dorii carminis rite pangendi, quod coronae matrices et Pisa a me postulant.* Διόξενοι Dioscuri appellantur, quod qui hospites delectantur, et ipsi hospitales sunt, ut Dioscuri in Theoxeniis Agrigentinis deos conviviales: atque ob Dioscurorum hospitalitatem homines hospitales Dioscurorum cultores habentur. Liban. Epist. 112. *τίς δ' οὕτω τοὺς Τυνδαρίδας ἐν τῇ περὶ τοὺς ξένους σπουδῇ τιμᾷ; Ὕμνον ὀρθώσαις, carmen erigens, excitans, constituens;* cui vix comparari potest *διορθῶσαι λόγον* Olymp. VII, 21. Hymnum poeta dicit *ἵππων ἄεθλον, florem et decus* ut Olymp. V, 1. VIII, 75. Vs. 4. *οὕτως* explicant Scholia partim *ἁπλῶς*, ut construatur *οὕτως ὥστε ἐναρμόξαι*, quod non satisfacere recte notavit Heynius; partim aliis utuntur rationibus etiam minus commodis: nec quidquam relictum videtur, nisi ut *οὕτω* voti vim habeat, qua optativo addi solet (v. Matthiae Gr. Gr. §. 513. extr.); ab optativo autem hac ratione nihil differt imperativus *παρίστα*, quem ob hanc causam recepi: nam in indicativo *παρίστα* non potest *οὕτως* illa uti significatione. Igitur ita accipio: *Οὕτως, ὦ Μοῖσα, παρίστα. ὡς ἐγὼ εὔχομαι Τυνδαρίδαις ἄθλιν.* Cui generi dicendi etiam illud *τοι* congruum est, ut Olymp. II. extr. *ἐπί τοι Ἀκράγαντι τανύσαις. Παρίστα* activum est, *παρίστασθι, ostende, doce, da facultatem*, ut novo splendente modo invento vocem comissationis ornatricem Dorio aptem numero. De Dorio *πεδίλῳ* v. Metr. Pind. III, 15. p. 276. Iam causam promit, cur Musae auxilio egeat: *ἐπεὶ χαίταισι μὲν* etc. ubi *χαῖται* non equorum sunt, sed comissantium et victoris: ut apud Nostrum locis omnibus. *Θεόδματον χρέος, debitum divinitus iniunctum*, per victoriam deorum beneficio datam. Ad vs. 8. cf. Metr. Pind. III, 11. p. 258. et Olymp. VII, 12. XI, 97. Nem. IX, 8. Isthm. IV, 30. Horat. Carm.

pro qua quum cerva supposita sit, vide ne haec quoque de Taygetae cerva narratio a poetis quamvis immutata abolitam humanarum victimarum religionem olim spectaverit. Ex vs. 33. paucula affert Greg. Cor. p. 220. ed. Lips. Vs. 34. si verum est *θαύμαινε*, quod non nego, cur *θαύμαινε* scriptum sit neque tamen *θάλλε*, causa haec est, quod illud trisyllabum est, hoc disyllabum. Forma *θαυμαίνειν* maxime Dorica est, ideoque reperitur etiam in Archytae reliquiis apud Galeum, ut apud alios Pythagoreos *ὀνυμαίνειν, μαλθαίνειν*: sive illa scripta genuina fuerunt sive ficta. Hesychius: *θαυμαίνει· θεωρεῖ, θαυμάζει.* Vs. 35. construe *τῶν ἵμερος ἔσχε φυτεῦσαι αὐτούς*, ut vel in soluta oratione. Plat. Tim. p. 23. C. *οὔτ' αὖ τινος ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν.* Rep. I, p. 542. B. *ἢ οὔτε αὐτῆς οὔτε ἄλλης προσδεῖται ἐπὶ τὴν αὑτῆς πονηρίαν τὸ ξυμφέρον σκοπεῖν.*

Vs. 36 — 48. *Et nunc Hercules ad haec sollemnia cum Dioscuris redit, quibus olim Olympiorum curam in Olympum profectus mandavit; cum Dioscuris inquam, qui Theroni et Emmenidarum genti Olympicae victoriae meo iudicio auctores extiterunt, quippe illorum ludorum praesides et equestri arte insignes: nam deorum sacra religiose observantes Emmenidae plurimis Dioscuros lectisterniis colunt. Quodsi aqua optima est aurumque bonorum praestantissimum, haud minus Thero extremam felicitatis metam et quasi Herculis columnas per Olympicam victoriam virtute insita consecutus est. Ultra quas nec sapienti neque imprudenti pervenire licet. Non ego ultra tendam: vanus enim fuerim.* Voce *βαθύζωνος*, qua Leda, ut nobiles puellae ac mulieres deaeque fere omnes, insignitur, cinctura non sub mammis, sed inferiori corporis parti aptata designatur, qua sinus vestimenti plenus et profundus redditur: quod pertinet ad Ionicum vestitum, quum contra Doricus, fibulis nexa veste, sinum non praeberet. Dioscuri, quibus aliqua in Olympiis pars, aram Olympiae ad hippodromum habuerunt: v. Pausan. V, 15, 4. *Ἀνδρῶν*, in stadio, pugilatu, lucta, similibus; *ἁρμαφόρητος διφρηλασία, quae veloci curru insignis est*, ut Sophocl. Oed. Col. 1062. *ἁρμαφορήτοις ἀμίλλαις*: cf. Spanh. ad Iulian. p. 257. b. Quod reposui *πάρ*, nunc video etiam Schneidero placuisse, acceditque libris in nott. critt. allatis Vrat. B Encliticam *πα* Scholia non exprimere olim dixi nondum vulgatis Vratislaviensibus, quae nunc attulerunt *ἐμὲ δέ πως*. De Emmenidarum in diis colendis liberali studio monui ad Olymp. II. Introd. ex Fragm. Encom. 2. nunc addo locum de Xenocrate Isthm. II, 39. Ad vs. 44 sqq. cf. Olymp. I. init. cum notis. *Ἀρεταῖς οἴκοθεν ἀπηρέφεται στήλ.* Ἡρ. *insitis genti virtuticus*, ut *γνησίαις ἀρεταῖς* Olymp. II, 12. Qui summa in felicitate positi siut, *Herculis columnas sive extremam navigationem attingere* dicuntur: cf. Pyth. X, 28. Nem. III, 19 sq. IV, 69. Isthm. III, 30. ubi simillima verba: *ἀνορέαις δ' ἐσχάτοισιν οἴκοθεν στάλοισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείοις.* Ulterius perveniri non posse, nota sententia, ut ibid. et Nem. III, 19 sq. *οὐκέτι πρόσω ἀβάταν ἅ·α πόντου ὑπὲρ Ἡρακλέος πυρᾶν εἰμαρές.* Nostro loco formulae usus eo convenientior, quod Herculis res paulo ante propositae erant ad Hyperboreos profecti, qui ab illis columnis prope absunt. In verbis *οὐ μὰν δώξω* enclitica redit ad *τὸ πόρσω*, ut recte Schol. vs. 75. 79. vulg. cepit. Hermannus retulit ad Theronem nam *τὸ ἔσχατον χορηγοῦσθαι βασιλεῦσιν* (Olymp. I. extr.), et accusativo *μὰν* ad *τὸ πόρσω* relato idem bis dici. At hoc loco poeta non de summo regis fastigio, sed de sola victoria loquitur, unde illud *νῦν γε*: neque vero idem bis dicitur, ubi *μὰν* ad *τὸ πόρσω* retuleris, neque ut alio referatur nexus sententiarum patitur, qui, quum de regia dignitate non sit quidquam significatum, non potest alius esse nisi hic: „Quae ultra Herculis columnas sunt, nemo assequi potest, nec sapiens neque imprudens; itaque in his consistendum est; qui enim

ultra procedere tentarit, vanus fuerit." Recte Beckius: „Pronunciavit, ut solet, de quae universe dicenda fuerant." Igitur quum ultima inde ab *οὔ μιν διώξω* admonitionis loco posita sint, ut Olymp. I, 114. *μηκέτι πάπταινε πόρσιον*; novi quid dicturus esse, quod ex prioribus collectum sit, satis patet. Ad *εἴην* supple *ἄν*, ut Olymp. extr. et passim apud poetas. Nam absurdum est quod in Scholiis habetur *κεῖνος εἴη*, *utinam ille sim*, quippe *ὁ τῶν δυνατῶν ἐφιέμενος*, de quo nihil dictum: ut taceam hac sententia dicendum fuisse *τοῖος εἴην*. Ex vs. 44. *αἰδοιέστατον* affertur ap. Eustath. ad Dionys. Perieg. 172. cf. Etym. M. v. *αἰδοιέστατος*.

OLYMP. IV.

Hoc carmen et Olymp. V. Psaumidi scripta sunt civi Camarinaeo, hospitalitate insigni (IV, 17.), quocum ipsum Pindarum, in Sicilia haud dubie, hospitium contraxisse, ex vs. 4. colligere licet. Utriusque odae tempus in Olymp. 82. definitur. Schol Olymp. IV. init. *Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Ψαύμιδι Καμαριναίῳ νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα τεθρίππῳ* (alii libri *ἵπποις*), *παιδὶ Ἄκρωνος*. Schol. Olymp. V init. *Γέγραπται ἡ ᾠδὴ τῷ αὐτῷ Ψαύμιδι τεθρίππῳ καὶ ἀπήνῃ καὶ κέλητι νενικηκότι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα.* Nihil tribuendum Scholio Vrat. A. ad V, 19. ubi quae a librario imperito ex alius codicis evanidis ductibus consarcinata habentur ex iis nihil historiae fidei innititur, et quod argumentis colligitur, inepte collectum est: *Ὅτι δὲ περὶ τὴν π΄ ἐνίκησεν Ὀλυμπιάδα ὁ Ψαῦμις τῇ ἀπήνῃ, οὕτω συνορᾶται· καταλύεται γὰρ αὐτῇ τὸ ἀγώνισμα περὶ ὀγδοηκοστὴν ε΄ Ὀλυμπιάδα, τῷ δὲ ἅρματι ἐνίκησε τὴν πβ΄ Ὀλυμπιάδα· ὥστε τὴν πα΄ ἐνίκησεν* [*ἐν*] *τῇ ἀπήνῃ ὁ Ψαῦμις*. Mularum quidem ludos Olymp. 82. adhuc floruisse et Olymp. 84. abolitos Olympiae esse ad Schol. p. 118. docuimus, ubi pro vitioso *Pyth. VI. init.* scribe *Olymp. VI. init.* nec morati sumus Schol. Olymp. V, 6. qui pro voce *δεκαετὴς* dicere voluerat *δέκα Ὀλυμπιάδων*, ne hoc quidem satis accurate: Camarinam vero a Gelone eversam Geloos Olymp. 79, 4. restituisse, explicitum ad Schol. p. 121. Quae quum Olymp. V, 8. *νέοικος ἕδρα* vocetur, victoria Olymp. V. celebrata paulo post acciderit necesse est. Haec autem si Olymp. 82. parta est, octo fere anni ab recens conditae Camarinae initiis usque ad eam victoriam effluxerant: quod intervallum nonnimis magnum est, praesertim quum non tyrannus, cuius imperio cito transigi res solent, sed lentiora liberorum civium studia urbem exstruendam curaverint: cui sententiae non obesse potest, quod Olymp. V, 13. de Hippari dicitur: *κολιᾷ τε σταδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον ἄλσος*. Quapropter Scholiorum auctoritati fides haud deneganda. Ceterum liberam tu Camarinam fuisse vel Olymp. IV, 18. docet.

Sed nonne hoc portentosum, eundem virum eadem Olympiade quadrigis equorum atque insuper mulabus et equo desultorio victorem haberi, neque tamen id miraculum disertius praedicari? Quae res quamquam interpretes advertit, eosque in eam opinionem adduxit, ut harum victoriarum aliam alio tempore contigisse putarent, tamen neque a ceteris neque ab Hermanno, qui de hac difficultate nuperrime ad Olymp. IV, 39. vulg. disputare aggressus est, talia allata sunt, quibus acquiescere possis. Rem paucis expediam. Olymp. V. rheda mularum neque ullis aliis ludis victori scri-

www.libtool.com.cn

esse, distincte testatur poeta vs. 3. *ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκεν Ψαύμιός τε ἵππῳ* quam victoriam Olymp. 82. contigisse ex Olympionicarum indicibus haud dubie grammatici didicerant. Eundem tamen *ἵπποις* et *κέλητι* vicisse, colligebant ex vs. 5 sqq. *βωμοὺς ἔξ διδύμους ἐγείραεν ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις, ὑπὸ βουθυσίαις ἀέθλων τε πεμπταμίροις ἀμίλλαις, ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε.* At his verbis Psaumidi non in ternis his ludis victoria tribuitur, sed unum illud mularum decus, de quo paulo ante dictum erat, paratum perhibetur inter *πεμπταμέρους ἀμίλλας ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε*; quod miror adhuc neminem vidisse, quum tamen versu tertio conferendo reperiri facillime potuerit. Sola igitur mulari rheda Psaumis vicerat: certaverat tamen simul quadrigis equestribus et desultorio equo; hinc addita haec, *ἵπποις* et *μοναμπυκίᾳ*: quod nisi his quoque certasset, non potuissent solae cum mulari rheda quadrigae equorum et desultorius equus nominari, sed aut haec omittenda aut cum iis stadium, lucta, pugilatus et cetera appellanda fuissent, inter quae Psaumis mularum reportasset victoriam. Iam valeant victoriae equestribus quadrigis et celete partae; quae ante mularem, quod Hermannus putabat, vel hanc ob causam non possunt contigisse, quod verba *ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε* ita coniuncta sunt, ut facile intelligas, quidquid illud sit, quod de tribus illis certaminibus dicatur, id uni et eidem tempori assignari. Olymp. V. igitur soli mularum victoriae scriptum est, neque alia in eo carmine memoratur: sed quam Olymp. IV. poeta celebrat, ea fertur *ἵπποις* sive *τεθρίππῳ* reportata esse, idque eadem, qua altera, Olymp. 82. Quod si verum sit, mirere profecto, mularum victoriam, quae iisdem diebus contigerit, in Olymp. IV. non memorari, idque in carmine, quod sub ipsam victoriam Olympiae cantatum sit: nam si paulo post scriptum fuisset, posset aliquis dicere, odam illam soli equestris ludi victoriae celebrandae compositam esse et omissam mularis mentionem, quod haec alio esset carmine praedicanda: cuius rei exemplum quamquam non plane indubium Pyth. X. habetur. Sed ut illud, quod dixi, mirari desinas, odam Olymp. IV. ante Olymp. 82. scriptam putes; id vero statuens non potueris aliud illi carmini tempus tribuere nisi Olymp. 81. propterea quod Camarina Olymp. 79, 4. demum post longam ruinam condita est, neque iam Olymp. 80. inter ipsos condendae urbis labores civis eius Olympiae certare potuit, quum praesertim equi mulaeque multo ante ludos Olympiam mittendi fuerint. At praeterquam quod tum a Scholiastae auctoritate recedendum est, qui Olymp. 82. iliam quoque, quae Olymp. IV. canitur, victoriam adscribit; si inscriptionem, quae ut omnes tituli incerta habenda, et inde tantum ductum Scholiastae vocabulum *τεθρίππῳ* vel *ἵπποις* exceperis, nulla prorsus causa est, cur equestribus quadrigis victori Psaumidi hoc carmen scriptum putemus. Nam primum siquis huius rei causa ad Olymp. V. provocare afferendis verbis *ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε* voluerit; non solum eo carmine de curuli victoria nihil contineri supra demonstratum est, verum etiam, si concederes posse ibi verbo *ἵπποις* talem Psaumidis fortunam significatam esse, ex addito *μοναμπυκίᾳ τε*, quo tum equi desultorii victoria deberet designata esse, nova oriretur consilii inopia. Etenim haec celete parta victoria, quod de illa nihil quidquam in Olymp. IV. relatum est, non posset una cum ea, quae putatur, curuli victoria Olymp. IV. celebrata contigisse: igitur si curulis Olymp. 81. comparata esset, celete Psaumis vicisset vel ante Olymp. 81. vel post Olymp. 81. quorum neutrum statuere licet: non illud, quod ante Olymp. 81. Camarinaeus Olympia vincere non poterat; non hoc, quod Olymp. 82. mularis victoria Olymp. V. celebrata iam contigerat, quae tamen illa celete parta deberet posterior esse. Deinde in Olymp. IV. de quadrigarum equestrium victoria nihil inest: nam

vs. 15 sq. *μάλα μὲν τροφαῖς ἑτοῖμον ἵππων* non ad victoriam pertinet, sed ad equestria Psaumidis studia, qui non solis mulabus, sed quadrigis quoque et celete Olympiae decertaverit: unde non magis quartum carmen curuli victoriae celebrandae scriptum esse collegeris, quam carmen quintum, quo quamquam certissimum est mulabus reportatam coronam ornari, tamen vs. 21. Psaumis dicitur *Ποσειδανίοισιν ἵπποις ἐπιστρεπόμενος*. Quae quum ita sint, in promptu est intelligere, utramque odam victoriae mularum celebrandae scriptam esse, falsumque habendum titulum *ἵπποις* Olymp. IV. inscriptum. Quod confirmat vs. 12. *Ψαύμιος γὰρ ἵκει ὀχέων*: *ὄχος* enim proprie rheda mularis, ut Olymp. VI, 24. ubi Schol. vs. 39. vulg. *τὸ δὲ ὄκχον κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τῶν ἡμιόνων τεθέασιν*. Hac rheda autem sive *ὄχῳ* et mulabus praestabant Siculi, ut Psaumidis et Agesiae (Olymp. VI.) itemque Hieronis (Fragm. Hyporch. 1 — 3.) victoria nummique Siculorum, in quibus frequens eius bestiae species, docent cum veterum locis compluribus, ex quibus simul vocis vis apparet. Pind. Fragm. Hyporch. 3. *Ἅρμα Θηβαίων ἀπὸ γᾶς ἀγλαοκάρπου· Σικελίας δ' ὄχημα δαιδάλεον ματεύειν*. Critias ap. Athen. I, p. 28. B. *εἶτα δ' ὄχος Σικελὸς, κάλλει δαπάνῃ τε κράτιστος*, ubi deinde ut apud Pindarum currus Thebanus distinguitur: *Θήβη δ' ἁρματόεντα δίφρον συνεπήξατο πρώτη*. Hesychius: *Ὄχος Ἀκεσταῖος· ἐπεὶ αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι σπουδαῖαι*, ubi v. intpp. *Ὄχον, ὄχημα, ἀπήνην* fere synonyma esse insignis monstrat locus Eurip. Iphig. Aul. 611 — 624. cf. ib. 147, 148. ubi cave credas *ὄχους* esse rotas, ut vulgo exponunt. Ceterum *ἀπήνην* nota nonnisi binas habuisse mulas. Pausan. V, 9, 2. *ἦν γὰρ δὴ ἀπήνη κατὰ τὴν συνωρίδα ἡμιόνους ἀντὶ ἵππων ἔχουσα*.

Iam horum carminum prius Olympiae et scriptum et cantatum esse poeta ipse docet. Praesentem sese testatur verbis *τεαὶ γὰρ Ὧραί μ' ἔπεμψαν ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων*, ubi etsi *μάρτυς ἀέθλων* poeta vocatur, quod carmine de certaminibus testimonium dicit, utpote victorum praeco; tamen nisi ipse affuisset, non potuisset sese ab Horis tempestatum praesidibus allegatum affirmare: statimque post victoriam compositum carmen demonstrant haec: *ξείνων δ' εὖ πρασσόντων ἔσαναν αὐτίκ' ἀγγελίαν ποτὶ γλυκείᾳ ἐσλοί*: unde odae brevitas excusatur (cf. nott. critt. ad Olymp. X.). Hinc quod nondum divulgata nec Camarinam delata victoriae fama est, vs. 12. 13. de Psaumide dicitur: *κῦδος ὄρσαι σπεύδει Καμαρίνᾳ*: neque obstat Aetnae vs. 7. iniecta mentio, quae Siculi patriae conveniebat, etiamsi carmen non in Sicilia caneretur. Postremo vs. 7 — 10. intelligitur, pompae et comissationi carmen inservisse, quae Olympio Iovi gratiarum agendarum causa haberetur; de quo more cf. Andocid. c. Alcib. p. 126 sq. ubi scribendum: *ὡς εἰς τὰ ἐπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας χρησόμενος*; Athen. I, p. 3. D sq. Pind. Olymp. VIII, 9 sq. et IX, init. ubi ad verba poetae, *Κρόνιον παρ' ὄχθον ἀγεμονεῦσαι κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρμόστῳ σὺν ἑταίροις*, perite Schol. annotat: *κωμάζει δὲ πρὸς τὸν τοῦ Διὸς βωμὸν ὁ νικήσας*: et, *ἔθος δὲ ἦν κωμάζειν τὴν νίκην ἔσπέρας τοῖς νικηφόροις μετ' αὐλητοῦ*; cf. Olymp. XI, 79. et de Pythiis insignem locum Nem. VI, 38. et ibi Schol. tum vs. 55. tum vs. 64. Adde Dissen. ad Nem. V, 37 sqq. At altera oda Olymp. V. in Sicilia cantata est, quum pompa Camarinam duceretur: hinc initio Camarina nympha invocatur, ut mularum et Psaumidis dona mente propitia excipiat: hinc vs. 9 sqq. Olympiâ redux victor Palladem et ceteros loci deos canere dicitur; postremo vs. 17. poeta cum choro ad Iovem preces dirigit, *ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι Λυδίοις ἀπύων ἐν αὐλοῖς*. Quibus in unum collectis conieceris supplicationi et pompae carmen scriptum esse, quae deduceretur in locum, ubi et Camarinae nymphae sacellum esset et Palladis templum Iovis patris vel statuae vel delubro vicinum; atque ad Palladis maxime se-

dem profectos eiusmodi choros docte Schol. Olymp. V, 22. tradit: *Καμαριναίων θεὸς ἡ Ἀθηνᾶ καὶ διὰ πλείστης τιμῆς παρ' αὐτοῖς οὖσα ἡ θεὸς, καὶ Ἀθήναιον ἐπίσημον ἐν Καμαρίνῃ. τούτῳ δὲ εἰώθει ὁ κῶμος ἄγεσθαι ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ ὕμνος ᾄδεσθαι.* Aliquid aliud addam initio illius carminis: nunc hoc adiicio, ubicunque carmen in pompa cantatum dico, non me definire, sitne a stante choro an a procedente cantatum: potest enim in pompa certis locis etiam subsisti; quod moneo ob ea, quae Dissenius in Introd. Nem. IV. observavit. Senectuti proximum Psaumidem hanc victoriam reportasse significat Olymp. V, 22. dictio *φέρειν γήρας* etc. eoque spectari Olymp. IV, 21 sqq. statim demonstrabitur. Postremo Psaumidis equestrem victoriam, quae nulla fuit, rei nummariae scriptores (v. Burmann. in Dorvill. Sic. p. 431. coll. Eckhel. D. N. T. I. p. 199.) in nummo Camarinaeo repraesentari putabant, in quo quadrigis vecto aurigae Victoria palmam porrigit, atque insuper inest cygnus, quem Dircaeum esse interpretantur, atque in altera parte Herculis caput. Imago Herculis spectat Rhodiam Gelensium ac proinde Camarinaeorum originem: Rhodiorum enim Heraclidae duces fuerunt: cygnus autem non Dircaeus est, frequens quippe etiam in aliis Camarinaeorum nummis, ob lacum haud dubie: neque ille currus Psaumidis est. Nam bigae et quadrigae mularesque rhedae adeo crebrae in Italica et Siciliensi moneta sunt, ut rideas quemquam de Psaumide cogitasse. Camarinaeos nummos duos vidi, qui easdem imagines, sed diverso typo expressas offerunt; item Messanium, in quo bigae mulabus, ut videtur, iunctae; Syracusium cum bigis et Victoria, similesque alios Messanios; Reginum cum bigis absque Victoria: affines formae in nummis Agrigenti, Catanae, Ennae, *Gelae*, Himerae, Leontinorum, Segestanorum, et in Siculis Carthaginiensium conspiciuntur.

Vs. 1 — 11. Iovem poeta invocat, ut Psaumidis pompam benigne accipiat. Iuppiter vocatur *ἐλατὴρ βροντᾶς*, ut *ἐλατὴρ ἵππου*, fictione poetica; neque ideo *βροντὴ* est Pegasus, ut erat qui putaret, etsi Pegasus *ὑφ' ἅρμαι' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ* (Eurip. Belleroph. Fragm. coll. Hesiod. Theog. 286.). Illo vero potissimum epitheto Iuppiter ornari putatur, quod in Aetnam fulmina deiicientem Pindarus in animo habuerit Siculum laudans; quod ex longinquo petitum videtur: eodem certe iure poetam de Ceraunio Iove, cuius Olympiae ara fuit (Pausan. V, 14, 5.), cogitasse dixeris: sed obversabatur potius potentia Iovis, cuius signum fulmen. *Ἐλασίβροντα καὶ Ῥέας* est Fragm. inc. 5. *Horae* deae sunt h. l. non tempestates simpliciter; nam *καὶ Ὧραι* dicuntur, quippe Iovis et Themidis filiae, atque *ἑλισσόμεναι*, quod est de saltatione: Gedikius quum *horas diei* intelligeret, nescivit hanc vocis *ὡρῶν* vim ea aetate nondum cognitam fuisse, quae utrum Platonis temporibus primum nata sit an postea demum, adhuc ambiguum est. Pindarus etsi tres Horas statuit, ut Phidias in summo Olympii Iovis solio Horas et Gratias ternas utrasque finxit (Pausan. V, 11, 2.), et quamquam poeta illas moralibus et nominibus et virtutibus praeditas cum plurimis refert (v. Olymp. XIII.); tamen illae primitivarum duarum, *Θαλλοῦς* et *Καρποῦς* (Pausan. IX, 35.), munere retento, anni praesides redeunte Olympicorum sollemnium tempore poetam Olympiam misisse dicuntur: easdem an etiam ideo Lyricus assumpserit, quod Camarinae colerentur, ut olim dixi, id nunc maxime dubium videtur, propterea quod Syracusarum, per quas Corintho Camarinam traductum Horarum cultum putabam, ab initio quidem Camarinaei coloni fuerant, sed Psaumidis aetate a Gelois condita Camarina erat (v. ad Schol. p. 121.): nisi dices adscitas pristinae urbis religiones esse. Ad usum particulae *γὰρ* in nott. critt. significatum cf. Plat. Legg. I, p. 626. D. p. 629. B. Herodot. I, 30. Eurip. Bacch. 519. 1327. Iphig. A. 909. Verba

www.libtool.com.cn

ad utrumque Pindari locum, Mich. Apostol. XI, 96. 98. Müller. Orchom. p. 302 sqq. Certamen cursus armati fuisse Noster docet: quod usitatum in ludis funebribus, ut in Peliae funebribus (v. ad Isthm. I, 14 sqq.), etiam apud Romanos vel Germanici Caesaris aetate. At cur Erginus a mulieribus derisus est? Cur illa res in carmine Psaumidem praedicante proponitur? Nuperrimum interpretem si audimus, Erginus fuit adolescens, qui derisus a mulieribus, quod inter armatos cursores constitisset, victor eas monuerit, posse aliquem etiam praeter aetatem validum et robustum esse; quae sententia sit verborum: *φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσιν πολιαὶ θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἀλικίας ἐοικότα χρόνον*: haec enim verba ipsi Ergino esse tribuenda, et quae de Ergini canis in Scholiis habeantur, ficta ex hoc loco esse, neque inesse comparationem cum Psaumide aetate provectiore. Quae nollem prolata esse, ne in refutandis otium terendum esset. Nam primum, si nulla omnino cum Psaumide comparatio inest, cur haec poeta nihil inepte molitus attulit? Scilicet, *quod Erginus inter Psaumidis maiores fuit*, vel *quod utrique praeter hominum exspectationem victoria contigit*, aiunt: quae pia, quod dicitur, vota sunt: poeta certe nihil eiusmodi significat, neque quidquam addit nisi de canitie, in qua comparationem Schol. recte quaesivit. Praeterea si adolescens exponere volet, *qui nondum vir esset, posse tamen virili robore instructum esse*; non ille dicet *etiam in iuvenibus viris canos nasci:* qui enim hoc dixerit, is ut demonstret *adolescentem posse robustiorem quam pro aetate esse*, eo usus argumento fuerit, ex quo potius colligi debeat *posse iuvenem virum aliquando etiam debiliorem quam pro aetate esse, quippe senili canitie affectum.* Postremo quale hoc est, mulieres ridere adolescentem virile certamen subeuntem? Quasi vero ridiculum sit, adolescentem virilia suscipere: quod potius generosi est animi: at si senex non iam validus iuvenum vel virorum aetate et viribus vigentium miscetur ludis, merito is ridetur; neque id faciunt nisi stolidi, inepti, fatui. Redeamus igitur ad eximiam notitiam de Ergini canis ap. Schol. traditam; quam non ex Pindari verbis confictam, sed ex fabulosa historia petitam esse vel inde conieceris, quod indidem alia narrantur, de quibus nihil Noster dixit, ut quod Boreadas Erginus vicisse perhibetur. Igitur Scholiasta auctore Erginus *natura canus* fuit iuvenis, ut Tarco Tyrrhenus et Cycnus heros Troicus inde a natalibus feruntur cani fuisse (Eustath. ad Iliad. *α*, p. 116. med. *β*, p. 167. med. ad Odyss. *ω*, p. 1968. 45.); vel certe praematuram et acceleratam florente aetate canitiem habuit. Libanius Epist. 303. *οὐχ ὅτι σοι τὸ τοῦ Ἐργίνου συμβέβηκεν, ἐν νεότητι πολιά.* *Ἐργίνου πολιαί* praeter rem inter proverbia relatae sunt ab Erasmo III, 3, 86. ubi vim dicti recte exposuit H. Stephanus, et ab Andr. Schotto in Proverb. metr. vs. 249. Iam vero Ergini exemplo usum poetam ideo Schol. putat, quod etiam Psaumis canus fuerit; et senectuti proximum fuisse supra notavimus: quam Scholiorum rationem qui Pindaro indignam habent, videntur mihi omnibus locis magnifica a Pindaro postulare, quum in hac certe Epiniciorum poesi ludicris et iucundis rebus subinde poeta non suo sed generis iure indulserit; quoniam encomiasticum poema mediam inter gravitatem et levitatem elocutionem postulat veteribus arbitris et ipsa monstrante re: quis enim in comissatione nihil nisi tragicam pompam spectare et audire cupiat? Quid quod ut Erginus, ita et Psaumis rideri poterat, si aetate provectior curulibus studiis dabat operam, quae ab adolescentibus maxime coli solebant, nec senectuti conveniunt? Calumniantibus igitur optime occurrit Ergini exemplum, quo docetur etiam sub canis aliquando iuvenilem vigorem reperiri. Et reprehensum esse Psaumidem ob ingens harum rerum studium, qui quidem et currum et equum desultorium et rhedam mularem Olympiam miserit, etiam

ob Olymp. V, 16. probabile videtur: v. ibi not. Haec hactenus. Vs. 25. nota στέφανον, etsi praemium *vestis* fuerit; cf. Dissen. ad Isthm. I, 14 sqq. Vs. 26. recitatur ab Apollonio de pronom. p. 332. C. qui recte coniungit οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι, non ut nonnulli οὗτος ἐγώ· ταχυτᾶτι χεῖρες etc. Οὗτος, τοιοῦτος, *talis*: „talis ego celeritate sum." Ἦτορ mihi non de pectore ad pugilatum necessario, sed de *animo* capiendum videtur; de pugile enim Ergino nihil scimus: ut Erginus sese dicat non solum *ludo stadii*, quo eum praestitisse Callimachi quoque versus ap. Schol. narrat, verum etiam *pugna* valere, ad quam *animo* et *manibus* opus est. Vs. 28 — 30. sive ex Ergini sive ex Pindari persona pronunciantur, physiologicam exhibent observationem, si modo hoc nomine vocanda est sententia, quae a canis iuvenis desumpto exemplo significet, saepe speciei imbecillitatis subesse robur: quapropter qui verbis Ergino tribuendis poetam ab ista, quam censet, physiologica annotatione eiusque ineptia liberare tentavit, nihil egit: quod enim Pindaro non convenire putat, multo minus conveniet heroi Ergino. Quis praeterea non senserit, incommode Ergino sententiosam hanc orationem tribui, quum contra pulcherrimum sit paucula haec sed gravissima verba ab Ergino pronunciari: Οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι· χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον? Neque apte opinor carmen Ergini dicto finitur: poetae ipsius desideratur epiphonema, in lyrico praesertim, cuius est ex rebus narratis praecepta et sententias colligere, quas iis, qui ab ipso celebrantur, accommodes. Sapienti sat.

O L Y M P. V.

De hoc carmine v. ad praecedens: hic iuvat addere, ternis id metricis periodis divisum totidem complecti preces vel deorum allocutiones, primam ad Camarinam (vs. 1 — 8.), alteram ad Palladem (vs. 9 — 16.), tertiam ad Iovem (vs. 17 — 24.): unde mihi suspicio nata est, tres has partes in eadem quidem pompa, sed tamen singillatim apud tria deorum delubra cantatas esse, quae non magno spatio distarent, huc illuc accedente choro. Pindaro hanc odam aliquis eorum, qui nostris diebus nimia sagacitate veterum operum auctores odorantur, abiudicare ob verba Scholiastae potuerit: αὕτη ἡ ᾠδὴ ἐν μὲν τοῖς ἑδαφίοις οὐκ ἦν (cf. Sallier. Mem. Acad. Inscr. T. X. p. 354.): mihi haec dubitandi causa non sufficit.

Vs. 1 — 8. *Benigna accipe, o Camarina nympha, virtutum et coronarum florem, rhedae mularis Psaumidisque dona, qui tuam augens urbem Olympiae sex illas geminas aras ornavit, tibique et patri et recens conditae sedi gloriam victor comparavit.* Ἄωτον ἀρετᾶν καὶ στεφάνων, pompam et carmen, quae mularum et Psaumidis dona sunt, quod illis victoria debetur: cf. Olymp. III, 5. c. not. Ὠκεανοῦ θυγάτηρ est Camarina, ut nympha lacus. Γελανὴς, hilaris, γαληνὸς, ut Pyth. IV, 181. θυμῷ γελανεῖ. *A* enim passim et maxime apud Aeoles in *E* mutatur, ut κράτος, κρίτος. Αὔξων, ambitione et gloria augens, quam parare certaminibus studet. De geminis aris sex v. Schol. et Apollod. II, 7, 2. c. nott. Heyn. Ἐγέραιρεν ἑορταῖς, ἐν ἑορταῖς, deorum, non unius Iovis, quia duodecim diis dedicatae arae erant; eas igitur aras in illis sollemnibus ornavit, sacrificiis ibi institutis et bobus mactatis, non solum victor post ludos, sed in ipsis etiam ludorum quinque diebus ad deorum benignitatem expetendam, ὑπ' ἀέθλων πεμπταμέροις ἀμίλλαις, quibus ille certavit, iisque ἀμίλλαις ἐν ἵπποις ἡμιό-

www.libtool.com.cn

[illegible] nam ἁμίλλαις pendere a praepositione ὑπὸ verborum docet [illegible] et ἵπποις et reliqui dativi ab ἁμίλλαις suspensi sunt, ut casu recto dicatur ἡ ἅμιλλα ἵπποις ἡμιόνοις τε μονοππυχίᾳ τε. Utraeque vero, βουδετᾶν τε ἁμίλλαι, coniunctae sunt, quod illae harum causa fiebant: eodem prope sensu [illegible] ἁμιλλῶν dici poterat. Ante ludos mactatas a certaturis hostias esse [illegible] videtur et visum est Corsino Diss. agon. I, 10. etsi locus Pausaniae [illegible] initium, ita est obscurus, ut vix quidquam inde colligi certa via [illegible] quod mihi haud ambiguum videtur, illo loco nonnisi *ludorum s. certaminum ordo* indicatur, quae ibi de victimis dicuntur, non possunt alio fine dicta esse, nisi ut ordine victimarum immolatarum designando ordinem certaminum describeret. Victimae quae ibi victimae commemorantur, erunt eae, quae ante singula certamina a certaturis immolabantur, ut cepit Facius. Quo posito locus omnino gravissimae emendationis adiuvandus erit. Ita enim nunc legitur: ὁ δὲ κόσμος ὁ πᾶς ἐπὶ τῷ ἀγῶνι ἑκ' ἡμῶν, ὡς θύεσθαι τῷ θεῷ τὰ ἱερεῖα, πενταθλου μὲν καὶ δρόμου ἑκάστου ἵππων ὑστέρα ἀγωνισμάτων, οὗτος κατέστη σφίσιν ὁ κόσμος Ὀλυμπιάδι ἑβδόμῃ καὶ ἑβδομήκοντα. τὰ πρὸ τούτων δὲ ἐπ' ἡμέρας ἦγον τῆς αὐτῆς ὁμοίως καὶ ἐφ' ἵππων καὶ ἵππων ἀγῶνα: ubi vel illud πενταθλου μὲν docet aliquid oppositum fuisse [illegible] tres certaminum partes distinguit Pausanias, equestria, pentathlum, [illegible] maxime pancratium; vide seqq. collato loco VI, 24, 1. et maxime adverte [illegible] τοῖσι μὲν δὴ ἐπετέτροπτο ἐξ αὐτῶν ὁ δρόμος τῶν ἵππων, τοσοῦτον δὲ ἐλάσσω ὑπόπτωσις εἶναι τοῦ πενταθλου· τοῖς δὲ ὑπολοίποις τὰ λοιπὰ ἦγον ἐν ἀγωνισμάτων. Ad cuius loci ductum sic ego priorem fere explendum [illegible] ὡς θύεσθαι τῷ θεῷ τὰ ἱερεῖα πενταθλου μὲν καὶ δρόμου τῶν ἵππων ὑπὲρ ἡμερησίων τὴν πρότεραν, ὑπὲρ δὲ τῶν λοιπῶν ὕστερα ἀγωνισμάτων, οὗτος κατέστη σφίσιν. Haec hactenus. Ludos ipsos per quinque dies actos esse a d. XI. mense Aagaeo ad d. XV. et sextodecimo data praemia, Schol. docet ad h. l. et Olymp. III, 22, 23. cf. Tzetz. ad Lycophr. 41. et Corsin. Diss. agon. Ceterum verba ἵππων ἡμιόνων τε μονοππυχία τε in Introd. ad Olymp. IV. notavi ideo esse addita, quod hic Pausanias certaverat: unde tamen non colligi potest per quinque hos dies omnia certamina equestria et mularia esse. At hoc apertum est per quinque dies [illegible] in qua re difficultatem video. Nam ex Xenophonte quidem H. Gr. VII, 4, 29. coll. Pausan. VI, 24, 1. patet equestria certamina et quinquertium eodem [illegible] esse: immo ex Pausan. V, 9, 3. videtur colligi posse omnia olim certamina [illegible] esse die octavo, post Olymp. 77. autem equestria quidem certamina cum quinquertio uno die acta esse, altero vero pancratiastas certasse: sed quomodo ceteris ludis quod superesset triduum expletum sit, fateor me ignorare.

Vs. 9 — 16. *Redux Olympia Psaumis te, o Minerva Polias, canit et patrium lacum ac flumina, in his Hipparin populo ita utilem, ut eum ab inopia ad felicitatem adducat: unde ibi est, qui sumptu et labore ad sacros ludos adspiret; et respondet successus.* Vs. 9. intellige Olympiam, non Peloponnesum; εὐήρατοι dicuntur σταθμοὶ ob gratiam victoriarum: cf. Nem. VI, 12. Νεμέας ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων. *Minerva*, quae apud Camarinaeos insigni cultu fuit (v. Schol.), Lindia est Gelâ translata: v. ad Olymp. II, 1 sqq. Hinc illa dea in nummis Camarinaeis conspicitur: v. Burmann. in Dorvill. Sic. p. 491. Eckhel. D. N. T. I. p. 200. 201. Ea ut Lindi Πολιὰς fuit, quippe in arce posita, ubi eius ἄλσος haud aliter ac Camarinae (Pind. Olymp. VI, 49.), atque ut in Agrigenti, Geloorum coloniae, colle templum habuit; ita etiam Camarinae Πολιοῦχος dicta est: ut adeo ex Lindia religione late propagatus Poliadis Minervae

www.libtool.com.cn

cu tus videatur. Praeter Lindiam celeberrima est Athenarum Pallas Polias: unde ea ad Ionas transiit Atheniensium colonos, ut ad Chios (Herodot. I, 160.) et Erythraeos (Pausan. VII, 5, 4.), item ad Prienenses, apud quos in titulo quodam memoratur ap. Choiseul-Gouffier et Chandler. Hi loci, Lindus et Athenae, videntur primi fuisse, ubi illius deae sacrum in Graecia innotuerat (v. Pind. Olymp. VII.): etsi paulatim etiam ad alias Graecorum gentes pervenit, ut Spartae *Πολιοῦχος*, quae alias *Χαλκίοικος* (Pausan. III, 17, 3.) et Tegeae *ἱερὸν Ἀθηνᾶς Πολιάτιδος* (Pausan. VIII, 47, 4.), item Trözene cultus Poliadis (Pausan. II, 30, 6.); tam Athenas autem quam Lindum Polias Minerva ex Aegypto videtur advecta esse una cum artis sculptoriae initiis; qua de re dixi ad Olymp. VII. Et Trözene quoque multa sunt Aegyptiarum rerum vestigia. *Hipparis* fluvius in mare exit per medium lacum Camarinaeum: eius effigies nummis Camarinaeis nomine adscripto imposita reperitur, capite iuvenili, turgente e fronte cornu, inter duos pisciculos: v. Eckhel. D. N. p. 199. 200. Huius *ὀχετοὶ* non canales videntur, sed *fluenta*, ut apud Euripidem *ὀχετοὶ Σιμούντιοι*, designatis tamen per pluralem variis flexibus, quibus deferebatur. Vetus poeta ap. Schol. a me editum:

Φήσω καὶ Καμάριναν, ἵν' Ἵππαρις ἀγκύλον ἕρπει.

Nonnus Dionys. XIII, 316.

Οἵ τ' εἶχον Καμάριναν, ὅπη κελάδοντι ῥεέθρῳ
Ἵππαρις ἀστήρικτος ἐρεύγεται ἀγκύλον ὕδωρ.

Cf. Dorvill. Sic. p. 221. Etsi Cluverius Sic. antiq. p. 196. ubi plura de Hippari advocatis etiam Ptolemaeo et Vibio Sequestre, non flexuosum Hipparin esse testatur, sed copiosis aquis per arenosum alveum plano in campo fluere: at fortasse alveum mutavit; quemadmodum lacus quoque mutationibus fuit obnoxius: unde notum illud oraculum in Anthologia, quod in proverbium abiit:

Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων·
Μή ποτε κινήσας τὴν μείονα μείζονα θείης:

ad quod tamen interpretandum alia afferunt veteres ap. Cluver. p. 194. Dulcem et salsam fluminis aquam fuisse Schol. narrat, salsam opinor ad lacum et mare: eodem auctore piscosus Hipparis, unde in nummis pisciculi. Iam quod Hipparis dicitur *κολλᾶν ταχέως σταδίων θαλάμων ὑψίγυιον ἄλσος*, non de limo intellige per Hipparin delato, sed de apportatis in fluvio lignis, quo ipsum deducit *ὑψίγυιον ἄλσος*. Neque enim hunc locum de Psaumide capiendum esse peritorum quisquam putaverit; ille enim, utpote civis, si urbem celeriter aedificare populumque ab inopia ad felicitatem adducere diceretur, ultra civilem evectus modum esset et quasi tyrannus civium invidiae obiectus: ut taceam si haec ad Psaumidem retuleris, hunc Olympia reducem videri Camarinam exstruere; quod absurdum est. Ut Schol. ita et Libanius recte de flumine cogitavit T. II. p. 386. B. Morell. *τὸ δὲ δὴ μέγιστον· οὐδὲ γὰρ ὃ μετὰ τὴν πόλιν εἰς θάλατταν ῥέων ἄπορον ναυσὶν ὑπὸ τῶν πετρῶν καθέστηκεν· ὃ δὴ καὶ τοῦ Νείλου τὰ πολλὰ πέπονθεν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἄχρηστον, ἀλλ' ἄξιον τῆς εὐημίας, ἣ Πίνδαρος εἰς τὸν Καμαριναῖον Ἵππαριν κέχρηται, ὅτι Κολλᾷ τε σταδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον ἄλσος, τοῖς ἁπανταχόθεν ξύλοις δι' αὐτοῦ παρέχων ὁλκήν.* Ita instituta interpretatione construe *ἀείδει τὸ τεὸν μὲν ἄλσος*, leviter transposita particula *μὲν*, cui respondet *τε* in verbis *ποταμόν τε Ὄανον*, ut solet (v. nott. critt. Olymp. VII, 11.); deinde noli iungere *οἷς τε κολλᾷ*: sed anacoluthon usitatissimo ex relativa structura in absolutam oratio transit. *Ἄρδει, ποτίζει. Ὑψίγυιον*, ob partes aedificiorum in altum exstructas; ut nos columnarum partes *membra* vocamus. Vs. 15, 16. non ad

www.libtool.com.cn
Camarinae exstructionem pertinent; sententia est generalis ad eum rediens, qui Palladem, lacum, fluvios canat, de quibus parenthetice ea dicta sunt, quae res ipsa postulabat. *Semper*, inquit, *labor et sumptus*, quibus opus est ad Olympicum certamen, *contendunt de virtutibus*, ut iis potiantur, *adversus opus periculo involutum*, qualis est Olympica commissio; cf. ad Olymp. VI, 9 sqq. *Πόνος* et *δαπάνη* in eadem re *ἀρεταῖς* iunguntur Isthm. I, 42. V, 9. Ex Pindaricis his *πόνους τε καὶ δαπάνας* affert Themistius Or. XXI. p. 246. ed. Hard. *Εὖ δὴ ἔχοντες, enimvero tum, tum igitur, ubi illi rem feliciter gesserunt, civibus etiam sapientes videntur*, qui fortasse ob nimios sumptus antea imprudentiores visi erant: quod haud sine causa additum arbitror. Psaumis enim, credo, qui et curru et equo desultorio et rheda Olympicam coronam ambierat (v. Introd. Olymp. IV.), ob haec studia videtur reprehensus esse (v. ad Olymp. IV, 19 sqq.). *Εὖ δὴ ἔχ.* adhuc iudico ferri posse: neque tamen displicet Hermanni coniectura *ἦϋ δ' ἔχ.* Coniunge *καὶ σοφοί*: v. nott. critt. Olymp. VII, 25.

Vs. 17 — 24. Ut Agrigenti (v. ad Olymp. II, 1 — 17.), ita Camarinae Minervae Lindiae ab eadem matre Gela traductae vicinum videtur Iovis templum vel signum fuisse; ad quem chorus preces dirigit, ut Camarinam urbem eximiis virtutibus ornet deus, atque ut Psaumis aetate iam provectus hilari perpetuo fruatur senectute: qui quum gloriam addiderit innoxius, maiorem felicitatem nequeat consequi. *Iuppiter Servator* hinc inde cultus fortasse Camarinae quoque hoc nomine venerationem habuit, ut ab eo urbs bis olim deleta (v. ad Schol. p. 121.) servaretur: cetera de Iove, in cuius ludis Psaumis vicerat, Eleas maxime religiones spectant, primum *Cronius collis*, deinde *Alpheus* Iovi imprimis carus (v. ad Olymp. II, 14.), etiam *Idaeum antrum*, si Demetrii Scepsii sententiam amplectimur, de qua v. Schol. et not. p. 125. et cf. Praef. Schol. T. II. p. XXII. Quamquam nuperrime in hanc denuo incidi suspicionem, Psaumidem ex Creta oriundum esse, non ita, ut Metr. Pind. III, 19. putabam, sed ea ratione, ut inter Cretenses cum Entimo Gelam condentes (v. ad Olymp. II. introd.) in illam urbem Psaumidis maiores profecti sint: Gelensem certe Psaumidem ante conditam Camarinam fuisse verisimillimum est. Immo ne Idaei antri mentionem miraremur, sufficiebat monuisse Gelensium Camarinae conditorum bonam partem origine Cretensem fuisse, indeque aliquid Idaei cultus potuisse etiam in Camarinam cedere: Gelenses enim Cretensium religiones retinuisse vel Minotaurus in nummis docet. Ex quibus rationibus siquis quaerat quaenam verior sit, equidem respondebo singulas quasque veras omnesque coniungendas esse. Idaei antri mentio grata Camarinaeis est, quod originem a Cretensibus ducunt; nec dissimile vero Psaumidem ipsum originem Creticam habuisse; et ipsi Iovis cultui apud Camarinaeos Creticum quiddam admixtum fuisse vix dubites. At ne sic quidem satis commoda Idaei antri mentio inter Alpheum et Cronium collem fuisset, nisi Olympicis rebus coniunctum esset Idaeum antrum: succurrit igitur Demetrius Scepsius Idaeum antrum etiam in Elide fuisse docens. Fuit autem id Olympiae haud dubie et ad ipsum opinor Cronium collem. Nam ex Eleorum traditione Olympiae olim fuit templum Saturni, ad Cronium haud dubie collem; Olympiae Iovem recens natum custodiebant Idaei Dactyli sive Curetes ex Ida Cretae eo profecti, inter quos est ipse Hercules (Pausan. V, 7, 4.). Adde narrationem de Clymeno Cretensi, Herculis Idaei postero, qui ludos instaurasse dicitur (Pausan. V, 8, 1.), et de Idaeo Hercule arae Olympicae conditore (Pausan. V, 13, 5.). Hactenus de antro Idaeo. De *Lydiis tibiis*, *Λυδιστὶ ἡρμοσμέναις*, v. Metr. Pind. III, 11. p. 259. ad quas carmen attemperatum est, quod supplicationi inserviebat: v. ibid. III, 15. p. 277. Vs. 21. ad *δαιδάλλειν* intellige *σὲ* (*τὸν Δία*), et hinc

www.libtool.com.cn

ad seq. σέ τε mente repete notionem verborum αἰτήσαν Δία. Mox vide ne ex Schol. vet. restituendum sit Ποσειδανίαισιν; et coniunge γῆρας εὔθυμον, quae voces meo iudicio dirimi nullo modo queunt: *senectutem hilarem usque ad mortem*, ita ut nulla superveniat calamitas. De Psaumide aetate provectiore vide ad Olymp. IV. introd. et ad eiusdem odae vs. 19 sqq. Ἄρδειν bene ab Heynio explicitum proprie est πο-τίζειν, *rigare*, quodque plantae rigatae aluntur, iam est αὔξειν, *alere, fovere;* quo verbo poetae utuntur pro voce ἔχειν adiuncta magnitudinis et amplitudinis notione, ut Isthm. VI, 29. μέγιστον κλέος αὔξων. Ὄλβος, h. l. *beatitas vitae externa*, quae duabus constat rebus, altera ut *opibus* abundes, quod inest verbis ἐξαρκεῖν κτεάτεσσιν, *abunde sibi divitias habere*, ἐξαρκεῖσθαι, ut recte Schol. notat, etsi hoc Graecum esse nuper aliquis negaverit; altera ut *gloria* adiuncta sit: haec tamen beatitas tum demum perfecta, ubi est *innoxia* nec scelere parta; igitur ὑγίεντα ὄλβον poeta dixit, cui contrarius ὄλβος νοσῶν. Prior fere idem est qui ὀλβος σὺν θεῷ φυτευθείς Nem. VIII, 17. Ὑγιὴς, *sanus*, dicitur de *vero* et *probo:* omitto exempla notissimi usus ab aliis collecta praeter unum, quod Heynius notavit, Aeschyl. Eumen. 522. δυσσεβείας μὲν ὕβρις τέκος ὡς ἐτύμως· ἐκ δ' ὑγιείας φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος καὶ πολύευκτος ὄλβος. Notabilis autem forma ὑγίεντα; et disputatum est sitne ὑγίεντα an ὑγιέντα signandum, de quo v. Schol. Choeroboscus fol. 116. ap. Bekker. παραφυλαττόμεθα παρὰ τῷ Πινδάρῳ τὴν αἰτιατικὴν λεγομένην ὑγιέντα (ὑγίεντα opinor) ὡς ἀπὸ τοῦ ὑγίεις. Redeo ad sententiam. Illa igitur beatitate qui gaudeat, is *ne studeat deus fieri:* summam assecutus est hominis felicitatem, neque poterit maiore potiri. In simili condicione aliis alias formulis poeta utitur: Isthm. V, 11. ἐσχατιὰς ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγκυραν θεότιμος ἐών: Pyth. I, extr. στέφανον ὕψιστον δέδεκται: Isthm. IV, 16. μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι: Pyth. X, 27. ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔποτ' ἀμβατὸς αὐτῷ. Heynius contulit etiam Isocr. Epist. III. extr. οὐ γάρ σοι λοιπόν ἐστιν ἢ θεὸν γενέσθαι. Nota vox Laconis ad Diagoram ap. Cic. Tusc. I, 46. *Morere, Diagora; non enim in caelum ascensurus es*, prorsus similis loco Pyth. X, 23 — 27. et in simili occasione pronunciata.

O L Y M P. VI.

Agesias Sostrati f. non Stymphalius, ut erant qui putarent (Schol. inscr.), sed Syracusius (vs. 18. 6. 92 sqq.), victor fuit mulabus (vs. 22.), quibus nonnisi tredecim Olympiae vicerant ab Olymp. 70. usque ad Olymp. 84. (v. ad Schol. p. 118.) ita quidem, ut Olymp. 80. hic ludus nondum actus, sed institutus videatur, et Olymp. 84. qua abolitus est, nullus victor renunciatus sit. Agesias quando vicisset, ipsi videntur veteres ignorasse: Schol. Vrat. ad inscr. ἄπορον δὲ, τὴν ποστὴν Ὀλυμπιάδα ἐνίκησεν. Quum tamen quo tempore ille victoriam nactus est, Hiero Syracusarum imperium tenuerit (vs. 92 sqq.), victoria Olymp. 76. vel 77. vel 78. necesse est contigerit (cf. Introd. Olymp. I.): ex quibus Corsinus F. A. T. III. p. 178. sine causa medium delegit numerum. Et Olymp. 76. quidem mihi excludenda propterea videtur, quod quum Hiero Iovis Aetnaei sacerdos vs. 96. dicatur, probabile est carmen post conditam Olymp. 76, 1. Aetnam (v. Introd. Olymp. I.) scriptum esse: Olymp. 77, 1. autem in Sicilia Pindarus apud Hieronem fuit (v. ibid.), neque credibile hoc carmen,

www.libtool.com.cn

quod in reditu pompae Olympia Syracusas in Peloponneso cantatum est, ex Sicilia potuisse tempestive mitti: immo si vs. 85 sq. Pindari verba premenda sunt, Thebis carmen compositum est. Relinquitur igitur Olymp. 78. qua et victoria reportata et oda scripta sit.

Agesias fuit ex gente Iamidarum, qui Olympiae in ara Iovis maxima oraculi praesides vatesque hereditario iure fuerunt: quod etiam eos, qui peregre abiissent, retinuisse inde collegerim, quod vs. 5. Agesias *βωμῷ μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ* vocatur. Oraculum erat *πυρομαντείας* ex *ἐμπύροις* (v. Olymp. VIII, 2 sq. et nott. Schol. Olymp. VI, 7. 111.), crematis femoribus (nott. vs. 57 sq.): de eo egerat Heraclides *περὶ χρησμῶν* (Schol. vs. 111.), quem, ut in Praefatione Scholiorum dixi, Ponticum esse monstrat Plutarchus de Is. et Osir. c. 27. Eiusdem libri mentio est apud Choeroboscum fol. 92. ut ex Bekkeri schedis cognovi. Cf. de Iamidarum oraculo etiam Schol. Olymp. I, 150. et haec Philostrati Vit. Apoll. Tyan. V, 25. p. 208. *οἱ δὲ Ἰαμίδαι, εἶπε, καὶ οἱ Τελλιάδαι καὶ οἱ Κλυτιάδαι καὶ τὸ πᾶν τῶν Μελαμποδιδῶν μαντεῖον ἐλήρησαν, ὦ λῷστε, τοσαῦτα μὲν περὶ πυρὸς εἰπόντες, τοσαύτας δὲ ἀπ' αὐτοῦ συλλεξάμενοι φήμας.* Ad hanc *πυρομαντείαν* pertinet etiam locus Herodoti VIII, 134. Sed illius gentis origo deducebatur ab *Iamo* filio Apollinis et Euadnae, quae Pitanae, a qua Laconica ad Eurotam Pitana vocata fertur, ex Neptuno est filia habita et ab Aepyto Phaesanae Arcadicae rege educta. Iamo igitur quum Apollo pater vaticinium et Olympicum oraculum donasset, Iamidarum per Graeciam fama inclaruit (vs. 71.); quae Noster in hac oda Iamidae Olympico victori scripta aeque apte atque insigniter exposuit. Quid enim aptius esse potest vati Agesiae, quam eius rei expositio, qua factum est, ut eius gens vaticinii virtute insignis esset? Quid aptius Olympico victori, quam demonstrare, gentis auctorem tum, quum Hercules ludos conderet, oraculum ibidem constituisse? Sed hoc enucleatius exponere putidum fuerit. De ipsis Iamidis, ad quos redeo, apponam etiam Pausan. VI, 2, 3. *Οἱ δὲ Ἰαμίδαι καλούμενοι μάντεις γεγόνασιν ἀπὸ Ἰάμου· τὸν δὲ εἶναι παῖδα Ἀπόλλωνος καὶ λαβεῖν μαντικὴν φησιν ἐν ὄσματι Πίνδαρος.* Cf. de iisdem Cic. de Div. I, 41. Victor. V. L. XIII, 15. Neque vero Iamidae Olympiae et in Eliaca terra omnes manserunt, sed late sparsi vatum functi munere sunt, maxime apud Spartanos aliosque Dorienses et Arcades. Monimentum Spartae situm *τοῖς ἐξ Ἴλιδος μάντεσι, καλουμένοις δὲ Ἰαμίδαις* refert Pausan. III, 12, 7. Lacedaemoniisque vates fuit *Tisamenus* Eleus Iamida ipsa Pindari aetate ante Plataeensem pugnam, quem *πείθουσι μετοικήσαντα ἐξ Ἴλιδος μαντεύεσθαι Σπαρτιατῶν τῷ κοινῷ*, ut ex Herodoto IX, 33 sqq. dicit Pausanias III, 11, 6. Is tum civis factus Spartae cum fratre *Agia:* Herodotus, ut nunc est, Tisamenum vocat *γένεος Ἰαμιδέων Κλυτιάδην*, quod ferri non posse vidit Valckenarius; Clytiadae enim a Melampode sunt (v. Leopard. Emend. IV, 18.). Tisameni ex *Agelocho* filio nepos fuit *Agias*, quo vate Lysander usus est (Pausan. III, 11, 5.). Etiam prius *Eumantin* Iamidam Eleum in Messeniam Cresphontes adduxerat, a quo descendens *Theoclus* Messeniis secundo bello Messeniaco vaticinatus est (Pausan. IV, 15. extr.). Immo si fides esset titulo Fourmontiano (Mem. Acad. Inscr. T. XV, p. 396.), de quo alibi exponam, etiam Spartae iam sub Theopompo rege vixisset *Damonacus Iami* filius lochagus, quem cum patre pro Iamida habendum censerem. In alio titulo Fourmontiano, quem edidit doctus vir Raoul-Rochette in binis ad Aberdeenum epistolis tab. IV. extr. habes etiam *Iamum Damonaci* Spartanum. Et Heraclidae quidem Iamidas potissimum sibi adiunxisse videntur, quod Iamus, quo tempore Hercules Olympia condidit, oraculum apud Olympicam aram instituit (Pind. vs. 67 — 70.): accedit,

www.libtool.com.cn

quod Spartanis vel ob Pitanam Iami aviam propriores Iamidae erant. Similis eorum cum Arcadibus coniunctio ab Aepyto: Mantinensibus quidem Arati Achaeorum ducis aetate vaticinatur *Thrasybulus Aeneae* filius Iamida Eleus (Pausan. VI, 2, 2. VIII, 10, 4.). Iidem mature in Siciliam Italiamque pervenerant; ante Pindari tempora *Callias* Eleus Iamida vates Telyi Sybaritarum tyranno, mox Crotoniatis operam praestiterat (Herodot. V, 44. 45.); atque ex *Agesiae* maioribus unus ab Archia Corinthio Syracusas condente comes adscitus est, quod ex Pindaro vs. 6. recte colligit Schol. Vrat. p. 131. *συνοικιστήρ τε, ὅτι οἱ πρόγονοι αὐτοῦ σὺν Ἀρχίᾳ παρεγένοιτο ἐν Συρακούσαις οἱ Ἰαμίδαι, ἀφ' ὧν εἰκὸς παραλαβεῖν τινας* (τὸν Ἀρχίαν). Sed de hoc postea. Praeterea Iamidae etiam post Agesiam sacrorum ludorum victoriis celebres facti, ut *Satyrus Lysianactis* filius, ex ea gente Eleus, quinquies Nemeae, Delphis bis atque Olympiae quoque bis pugilatu vicit circa Olymp. 114. (Pausan. VI, 4, 3.). Thrasybuli Iamidae filius videtur Eleus *Agathinus*, cui Olympiae statuam posuerunt Pellenenses (Pausan. VI, 13. extr.).

Videamus nunc ubi cantatum carmen sit. Vs. 103. quum felicem Agesiae navigationem poeta apprecetur, nondum Syracusas reversum Agesiam esse constat: neque vero Olympiae est, sed Stymphali in Arcadia, unde chorus in Siciliam rediturus erat, vs. 98 sq. *Ἀγησία δέξαιτο κώμον οἴκοθεν οἴκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων τειχέων ποτινισσόμενον, ματέρ' εὐμάλοιο λείπουτ' Ἀρκαδίας.* Ibi igitur in comissatione vel pompa cantatum carmen, unde multa Arcadicarum rerum mentio (vs. 77 — 91.): quo-quamquam Thebis missum esse probabile fit, cave tamen eum audias, qui verba vs. 28. *πρὸς Πιτάναν δὲ παρ' Εὐρώτα πόρον δεῖ σάμερόν μ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ*, non de solo carminis argumento, sed de misso ad loca Pitanae vicina carmine intelligenda esse narrat; quis enim Pitanam Stymphalo vicinam dixerit? Neque illa in via est neque Olympiâ Stymphalum neque Thebis: si forte dixeris vel chorum, qui carmen iam Olympia attulerit, vel carmen Thebis missum Pitanam pagum attigisse. Sed hoc Hermannus eximie monuit, *Aeneam* (vs. 88.) non esse Pindari chorodidascalum, ut fabulatur Schol. indeque Tzetz. ad Lycophr. 433. Sane choro praeest Aeneas, sed ut Agesiae cognatus; qui ad Pindarum missus erat, ut carmen Stymphalum apportaret, ubi ab Agesiae choro caneretur: unde vs. 90. vocatur *ἄγγελος ὀρθὸς* et *σκυτάλα Μοισᾶν*, quippe quasi in scytala Laconica carmen mandatum perferens. Ab Agesiae tamen, non a Stymphaliorum Iamidarum choro oda cantata: certe Agesias vs. 18. dicitur *κώμου δεσπόταις*, et cf. vs. 98. Sed Aeneam Agesiae cognatum et Iamidam Stymphali colentem esse aperte nominis ratio testatur: Aeneam Thrasybuli patrem, Iamidae Elei illius, qui Arato imperante Mantinensium vates fuerit, supra nominavi: etiam tum igitur in Arcadia habitabant Iamidae Elei. Quid quod *Aeneam Stymphalium* circa Olymp. 104. Arcadum ducem ap. Xenoph. Hist. Gr. VII, 3, 1. tenemus? quem recte Casaubonus Aeneam Tacticum esse censet, cuius scriptum superest. Et Agesiae ipsius Stymphalus altera patria est (vs. 99 sqq.); haud dubie quod ibi quoque civis fuit: omitto ambiguum locum vs. 77 sqq. ubi sub Cyllene monte materni Agesiae avi habitasse dicuntur, qua de re v. nott. Immo ille Agesiae parens, qui cum Archia Syracusas concessit, ex ipsa Stymphalo urbe Corintho vicina arcessitus fuerit. Archias ut Bacchiada, Heraclidarum de stirpe est: v. Thucyd. VI, 3. Diod. VII, p. 14. ed. Bip. Pausan. II, 4. Heraclid. Polit. 5. et Strab. VI, p. 414. A. Alm. quem non aliter ac ceteros, Archiam et sodalem Chersicratem Corcyrae conditorem Heraclidis annumerare patet: quapropter Archias Iamidam vatem praetulit, ut Crotoniatae, post Achaicam coloniam Sparta oriundi, non alium peregrinum nisi Calliam Iamidam

www.libtool.com.cn

in bello Sybaritico adsciscere voluerunt (Herodot. V, 44.). Ceterum Agesias ob Stymphalios propinquos noluit brevissima navigatione in Siciliam reverti: sed Stymphalum profectus deinceps Corinthum, ni fallor, Syracusarum matrem adiit, per sinum Corinthiacum Syracusas petiturus. Postremo ille Hieronem rebus fortiter gerendis et vaticinando adiuvisse dicitur (Schol. vs. 30.), quod Pindarus ipse Agesiae et Amphiarai comparatione significare videtur: igitur defuncto Olymp. 78, 2. Hierone et sublata mox Olymp. 78, 3. tyrannide interemptus fertur. Schol. Vrat. vs. 165. *ὅτι φίλος Ἀγησίας Ἱέρωνος καὶ μάντις, ὃς ἀνῃρέθη Ἱέρωνος καταλυθέντος.* Haec in universum. De metro superest monere, str. vs. 5. in fine nullum esse silentium admittendum, prorsus ut in aliis exemplis, de quibus v. Metr. Pind. I, 11. p. 77. Ita excusatur logaoedica clausula a Dorio carmine aliena (cf. ibid. III, 16. p. 281.):



hoc est, continuato per binos versus numero:



Vs. 1 — 9. *Ut aedes magnificae vestibulo columnis ornato augentur, ita carminis exordium splendidum facientes Agesiam Olympicum dicimus victorem, Syracusarum a maioribus cum Archia eo profectis conditorem et vatem Pisaeum: quapropter nullus hymnus maior quam pro illo est.* Ad initium cf. Fragm. inc. 103. *κεκρόκηται χρυσέα κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς, οἷα τειχίζομεν ἤδη ποικίλον κόσμον αὐδάεντα λόγων.* Apte Victorius V. L. XXIII, 15. contulit Cic. Orat. 15. *Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet illustres*, et Plutarch. Solon. 32. de Platone Critiam scribente: *πρόθυρα μὲν μεγάλα καὶ περιβόλους καὶ αὐλὰς τῇ ἀρχῇ περιέθηκεν, οἷα λόγος οὐδεὶς ἄλλος ἔσχεν οὐδὲ μῦθος οὐδὲ ποίησις. Πάξομεν, πήξωμεν.* De dictione *ὡς ὅτε* cf. nott. critt. ad Olymp. X, 1. Hermann. ad Viger. p. 919. ed. nov. *Ἀρχομένου δὲ* est pro vulgari *ἀρχ. γάρ.* Initium passim spectant veteres, Etym. M. p. 514. extr. Plutarchus l. c. in Appendice T. I. P. II. p. 581. extr. Gregor. Naz. Or. XX, p. 330. Epist. 128. T. I. p. 859. Themist. Or. IX, p. 84. D. Liban. Epist. 1066. p. 507. Eustathius ad Odyss. *α*, p. 1381. 3. qui cum Plutarcho lectionem *ἀρχομένου* agnoscit. Contra ut Lucianus, sic Iulianus Or. IX, p. 116. A. fortasse lectionem *ἀρχομένους* secutus erat; huius enim verba haec sunt: *ἐπειδὴ τὴν τοῦ γήμαντος εὔνοιαν τηλαυγέστατον πρόσωπον κατὰ τὸν σοφώτατον Πίνδαρον ἀρχομένη τῶν ἔργων ἔθετο.* Mox construe: *ἐν βωμῷ Διὸς μαντείῳ ταμίας*, hoc est *διοικητὴς*, qui ut quaestor aerario, ita oraculo praesit: neque tamen ideo putes Agesiam ipsum Olympiae sacerdotio functum esse, nisi quod Olympiae praesens de certaminis eventu ipse haud dubie deum interrogare, nullo alio Iamidarum adhibito potuit: sed Iovis Olympii in ara sacerdos vocatur ob ius gentis, ut deinde *συνοικιστὴρ Συρακοσᾶν* ob parentes, a quibus tamen certa quaedam praerogativa ob conditas Syracusas etiam ad posteros propagata fuerit. *Φεύγειν ὕμνον, hymnum defugere, ut hymnus eum consequi non possit.* Nempe illum consequitur hymnus, in quem quadret: cui non conveniat, eum defugit. Ad participium *ἐπικύρσαις* supple *τῷ ὕμνῳ*, et verba *ἀφθόνων αὐτῶν* suspende ab *ἀοιδαῖς*: „*quemnam ille hymnum defugerit ipsi oblatum?*" *In hoc calceo*, inquit, *Soetrati filius pedem magnificum habet*, id est, sors illius magnifica convenit huic condicioni, quam dixi, ut et Olympiae vicerit et Iovis ibi sacerdos sit et Syracusarum conditores maiores habeat. Formulam *ἐν τούτῳ πεδίλῳ πόδα ἔχειν* quasi proverbialem

www.libtool.com.cn

eximie Schneiderus ex iis illustrat, quae Casaub. ad Theophrast. Char. 4. collegit: quae enim conveniunt, dicuntur *περὶ πόδα* esse; unde *περίπους, ἁρμόζων*. Minus accurate *πεδίλῳ* explicatur *βάσει*. Nota structura *ἴστω ἔχων*: cf. tamen *ἴστω λαχὼν* Nem. IX, 45. *ἴστω αὔξων* Isthm. VI, 27 sqq. *ἴστω πορεύσας* Eurip. Alcest. 445.

Vs. 9 — 21. *Non sane haec Agesiae gloria sine periculo parta est Olympicis certaminibus coniuncto: sed ipsa pericula prae tutis laudantur facinoribus. Tu vero, Agesia, et fortis es et vates; ut in te conveniat Adrasti de Amphiarao dictum: quod ut de te pronunciem, Musae mihi concedent et addicent.* *Παρ' ἀνδράσιν, ἐν τῇ γῇ*, ut H. in Apoll. Del. Hom. 142. *νήσους τε καὶ ἀνέρας*, ubi v. Hermann. Videntur autem apud Pindarum maxime pugnae terrestres et navales respici. *Πονηθῇ, cum labore effectum sit:* cf. Metr. Pind. III, 18. p. 291. *πονῆσαι* quippe intransitivum est *laborare*, *πονᾶσαι* transitivum *labore efficere*, ut Pyth. IV, 236. ubi v. nott. critt. et IX, 96. Ceterum Agesiam, quod fere Schol. censet, plus quam alios laborasse probabile est: etsi sufficere interpretationi solitum Olympicis victoribus laborem dixeris: praestat tamen prior sententia, ne quid dicat Pindarus, quod in unoquoque victore dicere potuerit. Labor autem significatur *ipsius certaminis*, non exercendorum equorum: nam dictio *καλὸν εἴ τι πονηθῇ* manifeste ad certaminis successum pertinet, qui labore perfectus fuerit. Quantus vero subinde labor exantlandus esset victori, et quam periculosa res, ipse poeta optime docuit Pyth. V, 46 sqq. Iam quae de Adrasto et Amphiarao dicuntur a Tzetza Chil. X, 738. hinc desumpta, bene Asclepiades notat ex cyclica fluxisse Thebaide, de qua v. Schellenberg. Antimach. p. 23. et in illo quidem carmine Adrasto, ut apud Homerum Nestori, insignis videtur eloquentia tributa esse, unde hoc ad alios transiit, ut olim notavi in Plat. Min. et Legg. p. 143. collato etiam Pindari hoc loco. V. Plat. Phaedr. p. 269. A. et Tyrtaei verba p. 108. ed. Klotz. *Οὐδ' εἰ Ταντάλιδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη, Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι.* *Ἀπὸ γλώσσας* antiquo more additum, ut Pyth. III, 2. *Φαιδίμας ἵππους, candidos equos*, quales in tabula hanc rem repraesentante pictor finxit ap. Philostr. Imagg. I, 27. p. 802. Vs. 15. poeta addidit *ἔπειτα*, quod aliquo post Amphiarai necem tempore caesorum corpora cremata sunt, Theseo auxilium ferente. Et cave iungas *τελεσθέντων πυρᾶν*: tales enim formas qualis est *τελεσθέντων* p. *τελεσθεισᾶν*, nonnisi metro urgente adscitas reperies, ut Nicandr. Ther. 329. *καταψυχθέντος ἀκάνθης*, ibid. 129. *ψολόεντος ἐχιδνης*, Orph. Argon. 263. *ὑλήεντι κολώνῃ*, Aeschyl. Agam. 558. *δρόσοι τιθέντες ἔνθηρον τρίχα*: neque enim conferri possunt quae Matthiae Gr. Gr. p. 605. collegit. Dubium est exemplum Homeri Iliad. *β*, 561. *ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον*, ubi *ἀμπελόεντα* pro feminino esse speciose contendit Steph. Byz. v. *Ἐπίδαυρος*. Igitur iunge *νεκρῶν τελεσθέντων ἑπτὰ πυρᾶν, consumptis corporibus septem rogorum:* septem autem rogi fuerunt non septem ducum, qui neque omnes ceciderant neque omnes sepulti sunt, sed septem cohortium exercitus: in qua re quum veteres laborarent, *χ'* appositum est. Cf. Nem. IX, 24. *ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεογυίους φῶτας*. Illos ad Thebas Pindarus sepultos statuit; Athenienses Eleusine conditos dicebant, Pausan. I, 39, 2. Eurip. Suppl. 755. et Eleusine ostendebantur monimenta: sed locum prope Thebas fuisse, cui nomen *Ἑπτὰ πυραὶ* a septem rogis vel illorum heroum vel liberorum Niobae inditum, Schol. vs. 23. ex scriptoribus refert, in his ex Armenide, de quo praeter Praefat. T. II, p. XXIII. vide potissimum Fiorill. ad Herod. Att. p. 116. Ad *στρατιᾶς ὀφθαλμὸν* cf. nott. Olymp. II, 1 — 17. ad cetera Homericum *Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής*. Ipsum de Amphiarao dictum optime Agesiae conveniebat, si veteres ap. Schol. vs. 30. verum narrarunt: *φασὶ γὰρ τὸν Ἀγησίαν μετ' Ἱερω-*

www.libtool.com.cn
νος στρατευσάμενον πολλοὺς πολέμους κατωρθωκέναι μαντείᾳ καὶ ἀρετῇ. Quod haud dubie non confictum. Et illam laudem, quae periculosae victoriae mentioni artissime connexa est, Agesiae tribui posse, iureiurando se contendere poeta affirmat, idque *etsi minime sit rixosus:* postremis quippe additis significatur, rem esse extra contentionem et dubitationem positam, ut optime Hermannus monet. Ἐπιρρίψοντι, non iusiurandum, ut in Scholiis est, sed testimonium de virtute Agesiae.

Vs. 22 — 35. *Sed veniamus ad maiores Agesiae et gentis Iamidarum, ad quos canendos viam monstrant mulae, quod Olympica victoria parta hanc carmini materiam ministrarunt. Igitur hodie Pitanam Laconicam, Iamidarum parentem accedamus et celebremus; quae quum ex Neptuno Euadnam peperisset, Aepyto Elati f.* (fratri Stymphali, nepoti Arcadis Pausan. VIII, 4.) *Phaesanae Arcadicae regulo recens natam misit, ubi educata ab Apolline compressa est Iamumque peperit.* Primam sententiam ita extulit poeta: *Sed o Phintis, auriga Agesiae, mulas mihi iunge, ut ad gentem Agesiae perveniam: nam illae potissimum Olympiae victrices viam monstrare possunt: mature vero me hodie Pitanam accedere oportet.* Lusum hunc esse recte Heynius notat, quique in hoc carminum genere lusibus omnino nullum locum esse putant, ii mihi Pindarum non nosse videntur: neque tamen incommoda lyricus imagine lusit, qui sese Agesiae rheda carminis materiam praebente ad laudes maiorum evehi fingat, ut alibi curru vel rheda Musarum utitur, ὀχήματι ἀοιδᾶν Fragm. Scol. 3. Considera imprimis Isthm. II. init. οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε, φῶτες, οἳ χρυσαμπύκων ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον, et Olymp. IX, 87. Pyth. X, 65. Isthm. VII, 62. Simonides in Anthologia T. I. p. 73. ed. Iac. prior. ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς. *Curru Musa* utitur etiam apud Propertium. *Phintis* Siculum est aurigae nomen, Φίλτις, ut Φιντίας, Φιντύλος: cf. Eustath. ad Odyss. κ, p. 1648. 5. χ, p. 1934. 29. Valck. ad Adon. p. 412. A. et in Praef. ad Epist. Phalar. p. XXIII. Lennep. Etym. p. 1064. Cave tamen Phintin putes rhedam in ludis rexisse: fecit hoc ipse Agesias, vir bellicosus et fortis, ut vidimus: quodsi alius pro Agesia rhedae in certamine rector fuisset, vacaret locus de periculo vs. 9 — 11. Ὁδὸς καθαρά, *via expedita, regia:* expedita vero via est, quia Iamidarum et Agesiae splendor eam expeditam poetae praestitit. Ὁδὸς καθαρὰ semitae silvestri opponitur: Gallimachus Epigr. in Theaetet. Ἦλθε Θεαίτητος καθαρὴν ὁδόν· εἰ δ' ἐπὶ κισσόν Τὸν τεὸν οὐχ αὕτη, Βάκχε, κέλευθος ἄγει. Sic ἐν καθαρῷ de loco *vacuo, aperto* Iliad. φ, 491. ψ, 61. Aristoph. Eccl. 343. Olymp. XI, 47. Simul tamen *conspicua* est via, quia expedita via conspicua est: cf. Isthm. IV, 25. θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαράν. Nota vero poetam primum dixisse βάσομεν, de se et Phinti, deinde ἵκωμαι de se solo. Καὶ pertinet ad γένος: cf. nott. critt. Olymp. VII, 25. *His igitur mulabus debemus carminis portas aperire Olympiae victricibus,* ut iis in carmine admissis vehamur. Verba στεφάνους δίξαντο recte Schol. vs. 44. vulg. de coronis et floribus cepit, quibus ipsae mulae ornatae essent: ἐπειδὴ καὶ αὗται (scribe αὐταὶ) αἱ ἡμίονοι τοῖς στεφάνοις ἐβάλλοντο καὶ τοῖς ἄνθεσιν. Ὕμνων πύλας, ut Bacchylides ap. Clem. Alex. οὐδὲ γὰρ Ῥᾴστον ἀῤῥήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν, quae contulit Wessel. Obss. I, 21. p. 85. sed haud recte explicuit. *Pitana* heroina ponitur ad Eurotam, quod ibi est pagus urbis Spartae ab illa nympha Eurotae filia denominatus. Vs. 30. ἰοβόστρυχος Euadna, ut Musae alibi ἰοβόστρυχοι et ἰοπλόκαμοι, ob nigrum colorem: nam *Nigrae violae sunt et vaccinia nigra* Virg. Bucol. X, 39. Παρθενία ὠδὶν puellae est viro non nuptae, ut Παρθενίαι ex innuptis nati. Ὠδίν, fetus ipse, quem dolores parturientis enituntur: ut Hesychio ὠδίνει inter alia est ἐγκυμονεῖ; item ὠδίνων, κυημάτων: Nicander notante in Lexico Schneidero ovum vocat ἀπαλὴν ὠδῖνα

www.libtool.com.cn

ὄρνιθος. Aeschyl. Agam. 1410. ἔθυσεν αὐτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ ὠδῖνα. Eurip. Ion. 45. λαθραῖον ὠδῖν' εἰς θεοῦ ῥίψαι δόμον. Cf. locum nostrum ob id vocabulum afferentem Grammaticum in calce Etym. Gud. p. 644. Κύριος μὴν, mensis natura constitutus, in quo discrimen rei positum. Oppian. Cyneg. III, 156. πρὶν τοκετοῖο μολεῖν ὥρην, πρὶν κύριον ἦμαρ νηδὺν ἐξέθλιψε. Herodot. V, 50. ἐπεὶ δέ τε ἡ κυρίη ἡμέρη ἐγένετο τῆς ἀποκρίσιος. Idem VI, 129. ἡ κυρίη τῶν ἡμερέων, qua definitur, cui procorum puella, quam ambiunt, in matrimonium detur. Δόμεν πορσαίνειν, ut Pyth. III, 45. πόρε διδάξαι, Pyth. IV, 115. τράφεν δῶκαν. Vocem Φαισάνᾳ male tentavit B. Martinus V. L. IV, 8. Elidisne fuerit Phaesana an Arcadiae, in Scholiis disputatur: unde colligas haud procul eam a confiniis fuisse, ad superiorem Alpheum, cuius fontes prope Aseam, vel si vis prope Phylacen sunt (Pausan. VIII, 54. Strab. VIII, p. 527. B. Alm.); ibique in meridionali Arcadia Aepyti regnum fuisse etiam ex Pausania intelligitur: certe fluminum et terrarum tractus docet ibi esse γῆν Αἰπυτίδα (non Αἰγυπτίδα) ap. Pausan. VIII, 34, 3. et in eadem regione sunt oppida, quae idem VIII, 27, 3. in terra Aepytiorum (non Aegyptiorum) ponit: quamquam Aepytum ab aliis in septentrionalem prope Cyllenen Arcadiam transferri videbimus ad vs. 72 sqq. Ceterum incertos antiquitus Elidis et Arcadiae fines fuisse etiam aliunde constat.

Vs. 36 — 47. *Sed Aepytus Euadnam gravidam esse perspiciens pressa iracundia Delphos proficiscitur deum de ignominioso hoc casu consulturus: quo absente Euadna facili partu clam uterum deposuit in dumeto; ibique relictum filium Iamum melle nutriunt dracones.* Χόλον πιέσαις, *recondens, concoquens,* χόλον καταπέψας Iliad. α, 81. De illo περ' ἀτλάτου v. nott. critt. et adde quae dixi ad Fragm. inc. 23. Κάλπιδα ἀργυρέαν, qua instructa exierat quasi ad aquam hauriendam pro prisca morum simplicitate: *argenteum* vas ad augendam opulentiae specie puellae regiae dignitatem dicitur, ut Amymonae tributa κάλπις χρυσῆ ap. Philostr. Imagg. I, 8. p. 775. et apud Propertium, ad cuius locum de aquae hauriendae negotio principum filiabus dato et de aureis argenteisque apud poetas vasis disputatur in Obss. Misc. T. V. p. 306 sqq. Taceo de sordibus allegoricis Loniceri, Aretii, Benedicti ibidem exagitatis. Ὑπὸ σπλάγχνων, *ex utero matris*, ut Nem. I, 35. Aliter cepit Grammaticus in calce Etym. Gud. l. c. Ὑπὸ ubi Germanice vel Latine expresseris, duplici videri sensu dictum non offendit. Ὑπ' ὠδῖνος ἐρατᾶς, *partu iucundo*, quem quippe Apollo, Lucina, Parcae leniverant. Nempe Lucina et Parcae coniunctam operam praestant: illa Parcis assidet, πάρεδρος Μοιρᾶν βαθυφρόνων Nem. VII, 1. cf. Böttigerum Ilith. p. 10. 18. a Gurlitto citatum et Dissen. ad Nem. l. c. Parcarum vero auxilio simul significatur, claram fore Iami sortem. Tot diis autem auxilium ferentibus quid mirum partus dolores esse in iucunditatem versos? Immo non abhorreo ab iis, quae de pariendi voluptate vernaculus poeta in tragoedia Nioba scripsit a magistellis nostris frivolo risu accepta. Κνιζομένα, *anxia et sollicita* materno affectu, quod recens natum puerum non liceret in patris domum secum auferre, ut ap. Eurip. Ion. 959. Creusa prolem in specu relinquit οἰκτρὰ πολλὰ στόματος ἐκβαλοῦσ' ἔπη. Γλαυκῶπες δράκοντες, ut Pyth. IV, 249. Pindaricam vocem tangit Eustath. ad Iliad. χ, p. 1279. 17. Dracones puerum nutrire omen est de futura vaticinandi dote; quo pertinent Melampodis dracones (Schol. Pyth. VIII, 64. etc.). Terrigenae enim dracones sunt; et Tellus mater ex profunda alvo mittere vaticinia olim visa est; unde Tellus ante Themidem Delphici oraculi praeses, ex cuius antro etiam Pythia divino furore impletur: et ibi quoque draco fuit ab Apolline interemptus: hinc etiam Trophonii antrum et similia. Sed horrenda monstra tenellum puerum sollicita cura affecti (κεδόμενοι) alunt ἰῷ μελισσᾶν. Ἰὸς

www.libtool.com.cn
proprie est *missile;* hinc id quod ore vel aculeo animalia emittunt, quod in serpentibus venenum, in apibus mel; quia vero draconum ἰὸς solet perniciosus esse, oxymoro sibi usitatissimo Pindarus addidit ἀμεμφεῖ et μελισσᾶν. Ceterum mos Graecorum respici videtur, de quo Schneiderus: „In Graecia infantes primum melle alebantur, quod ex Paulo et Aëtio monstrat Is. Vossius ad Barnabae Epist. p. 311. cui rei ollulam cum spongia adhibuerunt. Hinc *Μέλισσαι* Iovis nutrices. Bacchum melle nutrit Macris nympha ap. Apollon. Arg. IV, 1136." Apte autem idem mellis usum etiam ad vaticinium spectare animadvertit, quod colligi potest ex Hom. Hymn. in Mercur. 556 sqq. et videndum numne *μέλισσα Δελφὶς* Pyth. IV, 60. et mysticae Melissae, de quibus ad Fragm. inc. 26., aliqua ex parte huc referri queant. Contra quae de mellis viribus contulit Creuzerus noster Symbol. T. IV. p. 119. huc pertinere non videntur.

Vs. 47 — 57. *Pythone redux Aepytus quaerit de filio, quem Euadna peperisset, utpote Apollinis prole: ille vero in fruticetis latebat. Repertum et protractum mater Iamum vocat a violis, quibus tectus iacuerat.* Primo versu nota ἐπεί in fine positum: quod in huiusmodi particulis fit summa cum elegantia, maiorem inde vim recipiente sententia, ad quam eâ particulâ transitur, quia vox aut subsistit paululum aut certe attollitur. Sic ἐπεὶ Nem. IV, 31. X, 51. 57. ὅτι Pyth. II, 31. VI, 20. X, 69. Nem. V, 3. 46. ἐπεί τοι Isthm. II, 45. ἦλθέ τοι Nem. VI, 11. ποτὶ κέντρον δέ τόι Pyth. II, 94. ἀλλά τοι Pyth. III, 19. εἰ δέ τοι Nem. IV, 79. τὸ διδάξασθαι δέ τοι Olymp. VIII, 59. *Μοῖσά τοι* Nem. VII, 77. ἀτὰρ Nem. IV, 47. Vs. 49. γεγάκειν p. γεγακέναι illustrat Buttmannus in Comm. Lat. Mus. Ant. Stud. T. I. F. I. p. 244 sq. ubi allatis ex titulo Agrigentino ap. Gruter. p. CCCCI. et Sapphone exemplis adde ἐπιτεθεωρήκην in Cumaea inscriptione ap. Caylus. Rec. d'Ant. T. II, tab. 56. lin. 18. 19. et Greg. Cor. p. 621. ed. Lips. c. intt. Hinc indicativus et coniunctivus γεγάκω. Hesychius: γεγάκω, γεγενημένος ὦ, ubi v. intt. Notae formae Pindaricae, Homericae, Hesiodeae, Theocriteae πεφρίκοντας, κεχλάδοντας, κεκλήγοντες, πεφύκω, δεδοίκω. Vs. 50. construe μαντιν περιέσεσθαι θνατῶν, ut Odyss. α, 66. Mox Eustath. ad Iliad. β, p. 351. extr. cum libris compluribus exhibet βατείᾳ. Vs. 55. *violarum radii* sunt *flavi et plane purpurei;* radii violis tributi non ob solem in rore violis innatante resplendentem, sed ob fulgorem colorum lucidum, flavi quidem et purpurei: dicitur enim de *viola Martii*, quae proprie ἴον et μελάνιον vocatur. Cf. Voss. ad Virg. Bucol. II, 47. Etiam quod *irrigatum* radiis corpus est, cave ad rorem referas: βρέχω enim ab aquis humum replentibus derivatam notionem *tegendi et obruendi* accepit, quod quodammodo iam in dictione Olymp. VII, 34. usurpata cernitur, βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσείαις νιφάδεσσι πόλιν, et sine ambiguitate in formula σιγᾷ βρέχεσθαι, de qua v. Fragm. inc. 166. ὁ. not. Vs. 56. τὸ est διό. Iamus fertur ab ἴοις vocatus, lusu poetico ad nostrum sensum, at serio, ubi id ad veterum rationem spectaveris: scite enim Gurlittus notare mihi videtur, frequens hoc poetarum fabularumque etyma captandi studium ex quadam esse religione natum, quod in nomine omen quaesitum sit: cf. simile etymon Isthm. V, 51. Aliqua ex parte conferri potest etiam Odyss. τ, 409. Nomen indit *mater*, quia pater non inter mortales est, idque *immortale*, quod perenne et clarum Iami cum genere nomen.

Vs. 57 — 71. *Sed adultus Iamus Neptunum avum et patrem Apollinem precatus, ut imperium ipsi aliquod darent, ab Apolline ad Cronium collem adducitur, ubi interim patris voci auscultans vaticinaretur, quando vero Hercules Olympicos ludos instituisset, in ara Iovis conderet oraculum. Ex quo tempore Iamidarum gens per Graecos celeberrima.*

www.libtool.com.cn

Vs. 57. *Ἥβη χρυσοστέφανος*, ut Pyth. IX, 113. Hesiod. Theog. 17. cuius fructu maturitas significatur. *Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβάς, in medium ingressus Alpheum*, Neptunum precaturus (de ritu cf. Olymp. I, 71.); non Epidauri, ut in Scholiis est, sed prope Phaesanam. Neptunum *εὐρυβίαν* hinc habet Cornutus Nat. Deor. c. 22. ubi male *εὐρυβόαν*. Vs. 60. *τιμὰν* est *ἀρχὴν*, ut passim vel in soluta oratione: sed pro civili imperio sacrum Iamo munus datum est. *Ἀρτιεπὴς* a Schol. exponitur *ἀληθὴς καὶ ἀψευδής*; sed rectius Scholium nuper editum: *σαφὴς καὶ μηδὲν ἔχουσα ἀποκεκρυμμένον, ὥσπερ οἱ σεισμοί.* *Diserta vox*, ni fallor, opponitur ominibus obscuris, qualia sunt terrae motus, fulmina, similia. Isthm. IV, 51. *πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων κελαδέειν.* Eodem significatu Musas *ἀρτιεπείας* Hesiodum Theog. 29. dixisse contextus docet. Hinc *ἀρτιεπὴς* apud Homerum etiam in deteriorem partem *versutus et loquax*. V. Hesych. v. et intt. De dictione *μετάλλασέν τέ μιν* v. nott. critt. neque Hermanno assentior ad Viger. p 936. ed. nov. ab Apolline filium quaeri putanti: quem praesentem praesens deus cur quaerere debeat, non perspicio. Olympia vocatur *πάγκοινος χώρα* ob futuros ibi frequentissimos conventus. Ad vocem *ἠλίβατος* cf. Heyn. ad Iliad. o, 273. *Τόκα, interim, per aliquod tempus.* *Φωνὰ ψευδέων ἄγνωστος* est Apollinis ipsius, voce sua interim Iamo oraculum praebentis, per inspirationem et vatis enthusiasmum, ut Delphis Pythiae sacerdoti. De structura particulae *εὖτ' ἂν* cf. Thiersch. Act. philol. Monac. T. I. F. I. p. 218. *Τεθμὸν μέγιστον ἀέθλων* illustrat Nem. X, 32. Ara Iovis, de qua dicitur, est maxima (v. ad Olymp. I, 88 sqq. extr.), in qua fuit oraculum *δι' ἐμπύρων* (cf. Introd. et nott. critt.). Oraculum autem in summa ara fuisse notatur ex rei veritate: quum enim ea ara, quam alii ab Hercule Idaeo, alii ab heroibus indigenis duabus aetatibus post conditam ferebant, ingentis fuerit molis, quippe XXII pedes alta et duabus partibus constans, quarum inferior (*πρόθυσις*) ambitum habuit pedum CXXV, ut tradit Pausanias V, 13, 5. facile intelligitur, si in summa parte ex flamma oraculum fuit, *ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ* dictum esse, ut illa pars accuratius definiretur; ut si Homerus dicit *τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, in summa mole sepulcrali* (cf. nott. critt.). Ita vero fuisse ex eodem Pausania patet. Nam inferiori parti impositum minus altare fuit, cuius, ut ille ait, *περίμετρος ἑκάστου* (*ἐσχάτου* Buttmannus corrigit recte) *πόδες δύο καὶ τριάκοντα*: ibique cremata esse femora indeque oracula edita, docent quae adduntur: *αὐτὰ μὲν δὴ τὰ ἱερεῖα ἐν μέρει τῷ κάτω τῇ προθύσει καθέστηκεν αὐτοῖς θύειν· τοὺς μηροὺς δὲ ἀναφέροντες ἐς τοῦ βωμοῦ τὸ ὑψηλότατον καθαγίζουσιν ἐνταῦθα. ἀναβαθμοὶ δὲ ἐς μὲν τὴν πρόθυσιν ἄγουσιν ἐξ ἑκατέρας τῆς πλευρᾶς λίθου πεποιημένοι· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς προθύσεως ἐς τὸ ἄνω τοῦ βωμοῦ τέφρας παρέχεται ἀναβαθμούς. ἄχρι μὲν δὴ τῆς προθύσεώς ἐστιν ἀναβῆναι καὶ παρθένοις καὶ ὡςαύτως γυναιξίν, ἐπειδὰν τῆς Ὀλυμπίας μὴ ἐξειργωνται· ἀπὸ τούτου δὲ ἐς τὸ ἀνωτάτω τοῦ βωμοῦ μόνοις ἐστὶν ἀνδράσιν ἀνελθεῖν. Χρηστήριον* Valck. ad Ammon. III, 19. p. 235. volebat *victimam* esse, non *oraculum*: quod eo minus probandum, quum victimae non in summa ara, sed in inferiore parte mactatae sint. *Κέλευσεν* leni anacoluthia dictum, quum *ἀκούειν* pendeat a voce *ὤπασε*. Postremo Hermannus coniungit *γένος Ἰαμιδᾶν ὄλβος ἅμ' ἕσπετο*, comparato ad structuram loco Nem. X, 37. ubi tamen v. Dissen. Eadem ratio Scholiastae est, in quo lin. 2. (vs. 120. vulg.) scribe *εὐδαιμονία* absque *I* subscripto: at ferri etiam asyndeton potest et oratio abrupta. Nam lyrica dictio quamquam maiorem sermonis ambitum non defugit, concisas tamen amat sententias, quales in simili re Olymp. II, 10 sqq. sunt.

Vs. 72 — 81. *Simul Iamidas felicitas secuta est, qui virtutibus conspicuam viam*

www.libtool.com.cn

incedunt: id quod omnes eorum res declarant: nec mirum si aliorum excitas invidiam: nam *qui curru vel rheda victores inclaruerint, invidis obnoxii sunt. Tua tamen felicitas secura videtur, quam, si materni tui maiores sub Cyllene monte Mercurium coluerunt, ipse hic deus ludorum praeses una cum Iove Olympiorum deo tutatur et perficit.* Sic poeta apte ab Iamidarum rebus ad Arcadicas res transgreditur. *Virtutibus conspicuus* nunc etiam Agesias, Olympicus victor et bellica laude insignis. Iunge *χρῆμα ἕκαστον*, ut Olymp. IX, 112. nam *χρῆμα* pro *re ipsa*, *αὐτῷ τῷ πράγματι* hac quidem ratione poni insolens est, ideoque *ἑκαστον* non potest ab eo dirimi; quod faciunt qui exponunt: *Res probat quemque.* Quae de invidia addit poeta, quis crediderit sine causa addita? Necesse est fuerint, quibus invisus esset Agesias. Nec diu quaerendum, qui illi fuerint: cives fuerunt Syracusani, qui eum triennio post occiderunt, iam antea irati. V. introd. *Μῶμος δ' ἐξ ἄϊλων* est etiam in Pal. C. sed in eodem est *πρῶτον*, non ut putabam *πρώτοις*. Iunge *περιέλαυν. Ποτιστάζει χάριν*, quasi unguentum pretiosum formam pulchriorem reddens. *Ἐδώρησαν, ἐδωρήσαντο*: v. Schol. et Antiatticistam Bekkeri p. 90. *Λιταὶ θυσίαι, supplicia sacrificia*, ut *λιταὶ ἐπαοιδαί* Pyth. IV, 217. In seqq. Mercurium intellige *ἐναγώνιον*, qui etiam Olympiae aram habuit (Pausan. V, 14, 7.): *is* nunc etiam ideo memoratur, quia Agesiae victori videbatur favisse. Sed quinam sunt Agesiae *μάτρωες*? De patre quidem matris Agesiae, quae Arcadica fuerit, cogitari non potest: nam de remotis ac fabulosis temporibus agi, ex quibus nonnisi obscura fama supersit, indicant verba *εἰ δ' ἐτύμως* etc. eandem vero ob causam *μάτρωες* non possunt *avunculi* esse. Pindaro *μάτρως* quidem etiam *avunculus* est (v. Dissen. ad Nem. IV, 73 sqq.); sed hic ut alibi *μάτρωες avi materni* sunt, matris pater et maiores cum propinquis: *Πίνδαρος δὲ οὐκ ἀδελφοὺς, ἀλλὰ γονέας μητρὸς μάτρωας ἔφη*, notat Eustath. ad Iliad. *β*, p. 316. 15. quod etiam de Euripide observat Pollux III, 16. ex Herc. fur. 43. Igitur quum de ipso patre matris Agesiae locus intelligi nequeat, superest ut aut prisci homines intelligantur, ad quos mater Agesiae originem gentis retulerit ex Arcadia repetitam, aut materni avi sint parentes Euadnae, quae Iamidarum gentis mater est: qua ratione Metopa paulo post poetae *ματρομάτωρ* sive avia vocatur, quia Theben poeta matrem suam agnoscit. Priorem sententiam amplexus, ut Agesiae maiores coniicio Stymphali ad Cyllenen olim habitasse, ita ibi Iamidam dixeris Arcadicam uxorem duxisse; a qua ii sint Iamidae, qui Syracusas venerint: neque refutari haec opinio potest, etsi ea nullo queat argumento firmari. Nam quod apud Scholiasten uno et altero loco legitur, maternum Agesiae genus Arcadicum fuisse, ex solo Pindaro collectum est. Sed ubi Euadnae maiores intellexeris, quoniam haec ex Neptuno et Pitana Laconica nata est, naturales parentes non possunt in censum venire, sed ad Aepytum recurrendum est, qui Euadnam educasse dicitur, atque ad illius patrem Elatum cum cetera stirpe. Et profecto Aepytus, etsi a Pindaro (vs. 34.) ad superiorem Alpheum in meridionali Arcadia collocatur, ab aliis prope Cyllenen montem dicebatur sedem habuisse, ubi etiam eius pater habitaverat: nam Elatum tenuisse Cyllenen tradit Pausan. VIII, 4, 2. eiusque inter filios Cyllen est, a quo monti nomen, et Stymphalus, a quo Stymphalus vicina urbs (Pausan. ibid. 3.): postremo ipse Aepytus post Azanis filium Clitorem Arcadum rex factus in venatione periit in monte prope Pheneum versus orientem, haud procul a Cyllene (Pausan. VIII, 4, 4. VIII, 16, 2.), ubi fuit eius tumulus longe clarissimus, *ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος αἰπὺ, Αἰπύτιον παρὰ τύμβον*, Iliad. *β*, 604. Has igitur Aepyti eiusque patris et propinquorum sedes in priscis fabulis et apud ipsum Homerum traditas respexerit Pindarus, non tamen sine dubitatione, quae inest verbis *εἰ δ' ἐτύμως*, pro-

www.libtool.com.cn

pterea quod ipse, fortasse etiam Iamidarum gentiliciae traditiones Aepyti sedem Phaesanae reponerent.

Vs. 82 — 91. Ad Arcadicam Agesiae originem delatus poeta *Stymphaliis*, apud quos carmen canitur, *sese non alienum sed propinquum praedicat: Metopae enim Stymphaliae Theben filiam esse.* Igitur *Aeneam Stymphalium hortatur, ut primum Stymphaliam Iunonem canat, deinde ut ostendat, num poeta vetus Boeotorum opprobrium de sue declinare possit* carmine suo auditoribus probando: mox *Aenea laudato* etiam ad Syracusas memorandas hortatur. Dictio lyricae plena audaciae, sed prorsus eximia est. *Δόξαν ἔχω ἀκόνας λιγυρᾶς ἐπὶ γλώσσᾳ*, hoc est, *δοκεῖ μοι εἶναι ἐπὶ γλώσσῃ ἀκόνη λιγυρά*, quae mihi linguam acuat et ad dicendum id, quod dicturus sum, excitet. Cos dicitur *λιγυρὰ, acute sonans et stridula*, qualis sonus editur, ubi ferrum in cote acuitur. Neque vero *ἀκόνη* sed *δόξα περὶ ἀκόνης, species illa et cogitatio, quae poetae quasi cos linguam acuere videtur, adrepit ei haud invito sub dulcibus carminis et instrumentorum sonis, ἐν καλλιρόοις πνοαῖς. Πνοαὶ* maxime de tibiis dicuntur, ut Nem. III, 76. *Αἰολῆσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν*. Recte Heynius: „Ut in tropum cotis incideret, facit hoc quod Graeci dicunt *γλῶσσαν ὀξεῖαν* et *ὀξύνεσθαι γλῶσσαν, στόμα*": neque aliter nos dicimus et Latini, ut Cicero. Addit Heynius, in pedestri quoque sermone dici: *Mentione Arcadicae originis παροξύνομαι πρὸς τὸ λέγειν*; nec male confert Pyth. I, 86. *ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν*, simplicioremque notat dictionem esse Olymp. XIII, 11. *τόλμα τέ μοι εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνυει λέγειν*. Sequitur ea sententia, ad quam proferendam cos, quae ad linguam esse videtur, acuit et excitat: *aviam suam esse Metopam Stymphaliam, Thebes matris suae matrem.* Fabulam illustrant Schol. h. l. indeque Etym. M. (v. Praef. Schol. T. II, p. XXV.): cf. Schol. Nem. IV, 36. Schol. Isthm. I, 1. Pind. Isthm. VII, 37 sq. vulg. et ibi Schol. Herodot. V, 80. Pausan. V, 22, 5. Apollod. III, 12, 6. et Dissen. ad Nem. IV, 9 — 32. Metopam rivum Arcadiae esse Callimachus ap. Schol. docet; alii lacum vocabant: situm nemo, quod sciam, definivit: Pindarus quum Stymphaliam vocet, necesse est Metopa Stymphaliorum in finibus fuerit. Vocem *μητροπάτωρ* ex hoc loco annotat Pollux III, 17. *Θήβη πλήξιππος* dicitur heroina, translatis in eam civium moribus (cf. de Pindaro metonymiae studioso Eustath. ad Iliad. τ, p. 1175. 3. ad Odyss. τ, p. 1875. 37.), ob Thebanorum etiam copiis equestribus insignium studia curulia; *πολυάρματος* Sophocl. Antig. 149. *εὐάρματος* Antig. 836. ubi v. Musgrav. item apud Pindarum Fragm. inc. 104. ubi notatum etiam *χρυσαρμάτους* a Pindaro Thebas dici ut *εὐαρμάτους*. Cf. de curru Thebano Introd. ad Olymp. IV. *Φιλάρματος πόλις* Thebae Isthm. VII, 20. *Φιλάρματοι Θῆβαι* Eurip. Herc. fur. 467. Neque hinc alienae *λεύκιπποι ἀγυιαὶ Καδμείων* Pyth. IX, 86. et Iolai laus curulis et equestris, cf. Isthm. I, 16. VI, 9. itemque Amphitruonis Pyth. IX, 84. Iam apud Homerum Iliad. δ. 391. sunt *Καδμεῖοι κέντορες ἵππων*. Adde hippodromum Thebanum ap. Pausan. IX, 23, 2. Neque incommode poeta nunc hanc Thebes gloriam extulit, quippe quum in victoria cursu rhedae parta versetur. *Τᾶς ἐραστεινὸν ὕδωρ πίομαι, cuius aquam bibo, quod ad eam habito*, nihil aliud nec subest allegoricus sensus, qualis habetur Isthm. V, extr. *Πίομαι* manifeste hic praesens est. *Ἀνδράσιν αἰχματαῖσι*, qualis etiam Agesias bellica laude insignis, si vere Schol. vs. 30. retulit; simul possunt Arcades, gens bellicosissima, intelligi, apud quos carmen canitur. *Iuno Parthenia* est Stymphalia, ubi illi *παῖς* nomen ut virgini, *τελεία* ut matronae, *χήρα* ut ab Iove segregatae (Pausan. VIII, 22, 2.). Schol. quidem ad Parthenium Arcadiae montem refert; sed Pausanias certe Iunonis ibi cultum ignorat, et remotior ille mons a Stymphaliorum finibus Tegeaeque propior, ut praeter

www.libtool.com.cn

Strabonem docet Pausanias VIII, 54, 5. VIII, 6, 2. quamquam eum Stymphalo admovet Cellar. N. O. A. T. I, p. 992. Neque tamen ideo negaverim etiam in illo monte olim Iunonem cultam esse; illud vero nemo credet, hoc loco Partheniam Iunonem aut Euboicam esse aut Samiam ad Imbrasum flumen pertinentem, de qua v. Schol. et ll. cc. in nott. coll. Pausan. VII, 4, 4. Iunonem potissimum cur praedicari poeta velit, obscurum est: res liquida erit si veram putaveris eorum sententiam, de quibus Scholium nuper editum: *τινὲς δὲ τὸν Ἀγησίαν φασὶν ἱδρύσασθαι ἄγαλμα Ἥρας*: quae non ex hoc videntur loco ficta. Mox *γνῶναι* manifeste causativum est *apertum facere*, ut *γνώσομαι* Olymp. XIII, init. et verbum *ἀναγιγνώσκω*. Eodem significatu prisci sermonis sectator Pausanias dixisse videtur I, 28. extr. *τάδε μὲν οὖν εἰρήσθω μοι τῶνδε εἵνεκα, γνῶναι ὁπόσης μέτεστι σπουδῆς εἰς τὰ δικαστήρια*, etsi locus ambiguus. Notum proverbium *Βοιωτία ὗς* et Boeotorum *ἀναισθησία*, ob quam illud haesit: v. Schol. h. l. et qui ibi afferuntur p. 151. Fragm. Pind. Dithyr. 9. Larcher. Nott. in Etym. M. in Comm. Acad. Inscr. T. XLVII, p. 145. intt. Aelian. V. H. XIII, 25. F. A. Wolf. ad Dem. Lept. p. 327 sq. Mus. Att. T. I. P. II. p. 342. item Erasmum Adagg. De Hyantibus dixit Strab. VII, p. 494. extr. IX, p. 615. Alm. Pausan. IX, 5. Plin. H. N. IV, 12. Schol. Apollon. III, 1242. ubi etiam de proverbio, Tzetz. ad Lycophr. 433. qui nostri loci meminit. Eundem tangunt Plutarch. Es. carn. I, 6. Gen. Socr. c. 1. et Eustath. ad Iliad. *ν*, p. 954. 32. Versus 90. 91. Aeneam chori moderatorem fuisse docent: ad praefecti munus deducunt etiam superiora verba *ὄτρυνον νῦν ἑταίρους*. Is a Pindaro Thebis instructus poetae mandata pertulit, *bonus internuncius*; is animo consignatos carminis modos tenet, et quomodo miscendi et temperandi sint, novit. Vide de eo, quae monui in Introductione. De dictione cf. nott. critt. p. 471. et *σκυτάλην* eo refer, quod ut in litteris carmen attulit: nam *σκυτάλῃ* Spartani mittebant mandata; cf. Nepot. vit. Pausan. 3, 4. et intt. Gellium N. A. XVII, 9. *Crater dulcis*, ob vini dulcedinem; vini enim potui poema comparatur, ut Olymp. VII, 7 sqq. Isthm. V. init. item mellito potui Nem. III, 74 sq.

Vs. 92 — 100. *Iube porro illos Syracusarum mentionem facere et Ortygiae, quam administrat Hiero, iustus rex et sacerdos, celebratus lyris et carminibus, qui precor ut incolumis sit et Agesiae pompam ex patria Stymphalo in patriam Syracusas revertentem benigne excipiat.* Ortygia Syracusarum insula prae ceteris urbis partibus memoratur plures ob causas. Nam primum quod ibi arx fuit, Hieronis tyranni ibidem haud dubie iam tum regia erat, ut postea (v. Göller. Hist. Syrac. p. 45. 48. et universe de Ortygia vetustissima urbis parte atque imprimis frequenti p. 39 sqq.): hinc Schol. Pyth. II, 9. *ἐν τῇ Ὀρτυγίᾳ ἦν τὰ ἱπποτροφεῖα Ἱέρωνος*: quod cur neget Schol. Nem. I, 1. difficile dictu: alii eodem ibidem auctore id ipsum affirmarant. Cf. etiam poetam Pyth. II, 6. III, 69. omitto enim Nem. I, init. unde nihil ad hanc rem colligi potest. Deinde quod ibi primi conditores habitaverant, Agesiam quoque illic domum habuisse probabile est, quippe qui a primis colonis originem duxerit. Ibidem fuisse coniecerim templum Cereris et Liberae, in quo sacra peragebantur Hieroni gentilicia a Teline propagata: de quibus v. Scholia nuper edita et nott. ad Schol. Pyth. II, p. 314 sq. Accedit quod Gelo ex Punica praeda *κατεσκεύασε ναοὺς ἀξιολόγους Δήμητρος καὶ Κόρης*, quae Diodori XI, 26. verba sunt. Iovis Aetnaei sacerdos Hiero haud dubie inde ab Aetna condita. Quae sacra Hieronis munera poeta commemorasse videtur, ut iustitiae iunctam *pietatem sacerdotalem* significaret: quod etiam aptius in carmine vatem celebrante, qui religionibus plurimum tribuit. *Φοινικόπεζαν* Cererem ob pedes ab artificibus minio pictos dici Winkelmannus censet Hist. art. T. III,

www.libtool.com.cn

p. 23. ed. opp. nov. quod ut concedam in aliis diis ob nullam esse insigniorem causam factum, tamen in Cerere et talem morem et epitheti rationem symbolicam notionem includere non negaverim: atque ut Thetis *ἀργυρόπεζα* ob aquam dicta videtur, ita recte Ceres ob segetis maturae colorem illo epitheto ornata ab interpretibus dicitur: sic ap. Virg. Georg. I, 297. seges matura est *rubicunda Ceres:* eodem pertinet *ξανθὴ Δημήτηρ* Iliad. *ε*, 500. Libera *λεύκιππος* vocata, Scholiaste iudice, quod candidis equis iuncto curru ad Iovem patrem vehatur: ceterum diis ad principum morem candidos esse equos datos res ipsa docet (cf. ad Pyth. IV, 117.); etiam Cereris calathum albi equi vehunt: *χὠς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι Τέσσαρες*, Callim. in Cerer. 121. Ob singularem causam, diei splendorem, *Ἡμέρα* est *λευκόπωλος* ap. Sophocl. Aiac. 671. Proserpinam *λεύκιππον* ob formam vocabuli respicit Eustath. ad Odyss. *ζ*, p. 1562. 37. Eiusdem *ἑορτὴν* Schol. vult esse *Ἀναχαλυπτήρια*, de quibus v. ad Olymp. II, 1 — 17. sed etiam *Θεογάμια* et *Ἀνθεσφόρια* Sicula Proserpinae sollemnia sunt: v. Polluc. I, 37. De Hierone a poetis cantato dixi ad Olymp. I, 8 — 17. *Θραύσοι* futurum quum offensionem praebeat, Hermannus coniicit *θραύσαι*: possis etiam *θράσσοι*, ut Isthm. VI, 39. Prius si verum est, metaphora fuerit a curuli certamine desumpta, ut Eurip. Herc. fur. 776. *ἔθρανυε δ' ὄλβου κελαινὸν ἅρμα*: quod aptissimum huic odae, quum praesertim Pindarus formulas dicendi petere ab argumento carminis soleat. Ad formulam proverbialem *οἴκοθεν οἴκαδε* cf. Olymp. VII, 4. et nota tum hinc tum ex vs. 100 sqq. colligi, etiam Stymphaliam civitatem habuisse Agesiam. At longe obscurissimum, qua ratione *Stymphalus*, vel ut Plinius H. N. IV, 10. cum Schol. vs. 129. vulg. vocat, *Stymphalum*, *mater Arcadiae ovibus praestantis* dicta sit. Civium matrem Heynius interpretatur, ut Opus Pindaro est Locrensium mater: sed *Ἀρκαδίας* non est *Ἀρκάδων*. Contra Gedikius et Hermannus *Arcadicam Agesiae matrem sive patriam* intelligunt: in qua sententia, ni fallor, esse debebat *Ἀρκαδίαν* vel *Ἀρκάδα* et *εὔμαλον*. Nihil igitur superest nisi ut dicamus matrem Arcadiae Stymphalum dici ut metropolin, quae Scholiastae ratio est; credo ob antiquitatem: etsi Lycosura Arcadicarum urbium vetustissima habita (Pausan. VIII, 38, 1.). Nempe in talibus rebus discrepant fabulae; Pindarus nunc id elegit, quod Stymphaliis, apud quos carmen canitur, gratissimum auditu.

Vs. 100 — 105. *Nam quod duplicem ille patriam habet, Siculam et Arcadicam, id vero commodissimum est: ut in tempestuosa nocte apprime utiles sunt duae ancorae. Utramque autem precor ut deus servet, Neptunoque supplico ut felicem Agesiae pompaeque reditum praebeat et carminum meorum honorem precibus his auscultando tueatur.* Vs. 100. tangit Eustath. ad Iliad. *π*, p. 1078. 1. (p. 1102. 35. Bas.) *χρῆσις δὲ τοῦ σκίμπτω καὶ παρὰ Πινδάρῳ, ἔνθα φησὶν ἀγαθὸν εἶναι τῇ δύο ἀγκύρας ἀπεσκίμφθαι*: item ad Iliad. *ρ*, p. 1114. 20. Simile Epicteteum illud ap. Stob. Serm. CX. *οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον*. Cf. Propert. III, 14, 41. ed. Lachmann. Altera ancora ex prora, altera ex puppi defigi solebat. Sententia ipsa prudentissima: non multo post in Sicilia interemptus Agesias est, qui bene fecisset, si altera esset ancora Arcadica usus. Hoccine igitur poeta auguratus fuerit? Minime vero: sed invidia pressum Agesiam vidit apud cives Syracusanos (v. ad vs. 72 sqq.), ob Hieronis haud dubie amicitiam eique praestitam operam; hac de causa haec Pindarus addidit. Vs. 102. vide ne *τῶνδε* servandum sit, quia carmen apud Arcades canitur, qui adsunt. Neptunus advocatur ut maris dominus idemque Agesiae gentis auctor (vs. 29.): simul poeta occasionem inde capit, ut suis quoque carminibus honorem precetur, sicuti Olymp. VII, 88. *Χρυσαλάκατος Ἀμφιτρίτη*, ab *aurea colo*. Quod Diana *χρυσηλά-*

www.libtool.com.cn

κατος dicitur Iliad. π, 183. υ, 70. Odyss. δ, 122. Sophocl. Trach. 637. inde quidem grammatici putarunt esse *aureis telis instructam:* v. Hesych. Apollon. Sophist. Schol. Iliad. π, 183. Etym. M. p. 424. 47. et Eustathium: sed Pindarus Amphitriten, Latonam, Nereidas, Meliam hoc attributo ornat (v. nott. critt. p. 535. ubi quod de Melia Encomium citavi, nunc primus Hymnus est), quibus tela non conveniunt; nec sufficit excusatio ap. Schol. Nem. VI, 59. Pindarum gnatae epitheton in genitricem Latonam transtulisse. At colus illis omnibus congrua est, Amphitritae praesertim et Nereidibus, nymphis *Milesia vellera carpentibus* (Virg. Ge. IV, 334. ubi v. Voss.): quod intellexerunt Palmerius ad Hesych. Villoisonus et Tollius ad Apollon. Sophist. Atque hic etiam Eustathii errorem confutavit ἠλάκατα *tela* dicentis: sed idem Eustathius certe Amphitritae colum auream tribuendam concedit ad Odyss. δ, p. 1488. 31. Πίνδαρος δὲ ἐθαῤῥησε συνθετως ἐντεῦθεν χρυσηλάκατον Ἀμφιτρίτην εἰπεῖν, οὐ κατὰ τὴν Ἄρτεμιν· αὕτη μὲν γὰρ χρυσᾶ ἠλάκατα ἔχει, ὅ ἐστι τόξα, Ἀμφιτρίτη δὲ χρυσῆν ἠλακάτην ὁμοίως τῇ Ἑλένῃ. Postremo quamquam per se consentaneum est, ἠλακάτην posse et telum ac sagittam ex calamo factam designare, ut ἄτρακτον, et sceptrum, quod alii putabant, et hastile ac teres quodvis lignum; tamen ne Diana quidem χρυσηλάκατος alia est nisi colo aurea instructa, utpote virgo, quod Vossius notavit. Auctor ipse Homerus, qui Odyss. δ, 122. Ἀρτέμιδι χρυσηλακάτῳ conferat Helenam, atque huic vs. 131. χρυσέην ἠλακάτην, *auream colum* tribuat: ubi neminem fore puto, quem Eustathii argutiae, quas transcribere taedet, de simplici ratione demoveant. Immo si fabularum causas ultra Homericam aetatem rimari licet, Helena eadem est quae Diana: ut adeo utrique idem epitheton eodem significatu tributum esse necesse sit. Addo etiam Minervam Poliadem Erythris in utraque manu ἠλακάτην habuisse (Pausan. VII, 5, 4.). Cf. praeterea de voce χρυσηλάκατος Buttmann. in Comm. Acad. Berol. a. 1818. Diss. de Electro. Ceterum Amphitritae mentionem non esse temere iniectam, iuxta cum Gurlitto censeo: sed quod hic Neptunum a Pindaro quasi comem et tranquillum patrem familias repraesentari dicit, quia mitem nunc illum poeta esse velit, ideoque putat Amphitriten appellari colo instructam, id mihi deum nimium civilem et familiarem effingere videtur. Sufficit credo, Pindarum Neptuni animum carissimae coniugis iucunda commemoratione facta, ipsamque Amphitritam, quo Agesiae propitia esset una cum marito, voluisse demulcere.

OLYMP. VII.

Diagoram Rhodium Olymp. 79. pugilatu vicisse docet inscriptio in libris pluribus, etiam Ald. Rom. νικήσαντι τὴν οθ' Ὀλυμπιάδα: quam notulam ex Vrat. D. A. inter Scholia recepi. Misisse se hoc carmen Pindarus testatur vs. 8. ubi premere vocem πέμπων non dubito: in Rhodoque insula cantatum esse etsi ex vs. 30. colligi non potest, quia τᾶσδε χθονὸς etiam ea de terra dici poterat, de qua ageretur, ut Olymp. VIII, 25. tamen id ex universa carminis ratione patet: ac videntur Eratidae ob victoriam Diagorae vel pompam vel convivium instruxisse vel utrumque, in quibus carmen hoc caneretur: eo quidem retulerim vs. 93. Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν ἔχει θαλίας καὶ πόλις. Initium tamen carminis vs. 1 — 10. in quo omnia a symposio de-

www.libtool.com.cn
sumpta sunt, verisimile reddit carmen esse in convivio cantatum, sed in publico gentis dominatricis Eratidarum, haud dubie sacro quodam loco, vel in ἑστιατορίῳ publico. Urbs ipsa non Rhodus est Olymp. 93, 1. demum condita: dubitaveris tamen sitne Ialysus an Lindus: de Camiro disputare non opus est. Nam de Lindia Minerva a vs. 35. dicitur, item de Iove Atabyrio vs. 87 sqq. cuius sacrum in Atabyrio monte Lindi vicino; atque hoc carmen teste Gorgone Rhodiacorum auctore in Minervae Lindiae templo aureis inscriptum litteris erat: unde possis arbitrari, ad Lindum maxime hoc carmen pertinuisse. Sed haec argumenta non sufficiunt: nam Lindiae Minervae Iovisque Atabyrii religiones a ceteris Rhodiis non alienae sunt: et tabula, cui poetae versus inscripti erant, haud dubie non Lindi, sed post Rhodum urbem conditam Rhodi in templo Lindiae Minervae posita erat. Contra Ialysi odam cantatam esse inde liquet, quod illa est Diagorae patria urbs: quae causa est, quare vs. 74. Ialysus heros ut fratrum natu maximus imprimis extollatur.

In Rhodum coloniam deduxisse Argivos notum est; ei coloniae ducendae *Tlepolemum* Herculis f. praefuisse fabulabantur Rhodii, quibus Pindarus eadem narratione exponenda gratificatur: etiam Homericus catalogus Rhodium Tlepolemum inter belli Troiani duces retulerat ex Rhodiorum rumoribus, eiusque mortem alius Iliadis locus proponit: et fuere apud Rhodios Tlepolemia sacra. Sed si rerum veritatem quaesiveris, post reditum demum Heraclidarum tertia a *Temeno* aetate *Althaemenes* Argivus ex regia Heraclidarum a Temeno stirpe in Cretam et Rhodum colonos duxit: cf. collectanea Meursii Rhod. I, 5. et maxime Müllerum Aeginet. p. 41 sq. Illos constat tria occupasse oppida, regulis Heraclidis parentia: Heraclidarum autem ea gens (*γένος*), quae Ialysi imperabat, necesse est fuerit *Eratidarum*, ex qua Diagoram esse poeta extremo carmine significat; neque vero illa ab Eratide appellata est, sed ab *Erato*, quem ex regia Althaemenis Argivi progenie fuisse ipsum nomen testatur. *Eratum* quippe Argivorum regem octava fere ab reditu Heraclidarum aetate tenemus ap. Pausan. II, 36, 5. ubi accentu mutato lege Ἔρατος. Ita Diagoras Heraclida est: quapropter vs. 20 sqq. de late potenti Herculis progenie poeta disserit. Sed in Ialysiorum Heraclidarum gente, quae Eratidarum nomen consecuta est, ea familia, cui regia dignitas hereditario iure competebat, parentem habuit *Callianactem*; hunc inter Diagorae maiores memorat poeta vs. 93. atque Eratidam fuisse ipse contextus docet: redit nomen in Diagorae genero ex eadem haud dubie, unde socer, familia oriundo. Ab illo necesse est descenderit *Damagetus* Ialysi rex, qui Olymp. 28. circiter Aristomenis Messeniorum ducis tertiam filiam uxorem duxit (Pausan. IV, 24, 1.): fuit autem etiam Aristomenes Heraclida sive, ut tum Messeniorum regia familia vocabatur, Aepytida (Pausan. IV, 15, 2. coll. IV, 3, 5.). Ex quo matrimonio genitus *Dorieus*, cuius fertur filius esse *Damagetus* Diagorae nostri pater (Pausan. IV, 24, 1. VI, 7, 1. extr.). Ac sane *Damageti* filius Diagoras (v. vs. 17.), sed alius haud dubie recentioris, quoniam a Damageto Aristomenis genero plures necesse est usque ad Diagorae nostri patrem aetates intercesserint, quum praesertim Olymp. 79. quo tempore hoc carmen scriptum est, Damagetus adhuc superstes sit: quod ex ipso patet carmine. Nemo tamen ex illa familia clarior hoc *Diagora*, cuius tot victorias poeta inde a vs. 80. persequitur, quibus adde Pythiam ex vs. 10. 17. ap. Schol. memoratam. Is Olympiae statuam habuit, ex qua ingens cognoscebatur statura; v. Schol. Diagorae tres inclaruerunt filii, natu maximus *Damagetus*, Olympiae victor et statua ibi posita insignis (Schol. insor. Pausan. VI, 7, 1.), alter *Acusilaus*, et natu minimus *Dorieus*, iisdem ornati honoribus (Schol. et Pausan. ibid.): cum Damageto et Acusilao quando Olympiam Diagoras ve-

www.libtool.com.cn

nerat, Graeci eum beatum praedicarunt humerisque portarunt: quae res a scriptoribus varie narratur et pervertitur (Pausan. VI, 7, 1. Cic. Tusc. I, 46. ubi v. Davis. Gell. N. A. III, 15. Plutarch. Pelop. c. 34. Schol. inscr.). Celebrior fratribus Dorieus, quem Pausanias praeter alias plurimas victorias tres Olympiadas continuas post fratres vicisse testatur: sed Thucydide auctore (III, 8.) pancratio Olympiae iterum vicit Olymp. 88. igitur duae reliquae victoriae a Scaligero (Olymp. descript.) recte in Olymp. 87. et 89. relatae sunt. Cf. Corsin. F. A. T. III, p. 227. qui tamen tum in Fast. Att. tum in Catal. Olympionic. (ad calcem Diss. agon.) Acusilai et Damageti Olympicas victorias mira ratione in Olymp. 86. posuit. Dorieum ut Olympicum victorem nominat etiam Aristot. Rhet. I, 2. Sed Dorieus et propinqui, quippe optimates, patria Rhodo expulsi ab Atheniensibus erant atque ad mortem condemnati: igitur ille cum sororis filio Pisirrhodo Thurios concessit, estque etiam in ludis Thurius renunciatus: hinc cum navibus Thuriis in Rhodum regreditur et tumultum sedat, ac deinceps pro Spartanis dimicat: mox Olymp. 93. ab Atheniensibus captus et honoris causa dimissus est: postremo illum Spartani capitis poena affecerunt. V. Pausan. VI, 7, 2. Thucyd. VIII, 35. 84. Xenoph. Hist. Gr. init. et I, 5, 19. Diod. Sic. XIII, 38. 42. In tempore caedis Dorici falluntur Lens. ad Fragm. Androt. ea accidit Olymp. 96. circa tempus Cyrilli proelii. Praeterea duo Diagorae ex filiabus nepotes Olympia vicerunt, alter est Callipatirae ex Callianacte natus *Eucles*; alter *Pisirrhodus*, quem puerum ipsa mater, post mariti obitum, gymnastae indita habitu Olympiae exercitavit (Pausan. VI, 7, 1. cf. V, 21, 3.). Sed Pisirrhodi mater non Callipatira est, neque huiusce matri Callipatira puerum Olympiam deduxit: etsi Schol. inscr. Pisirrhodum Callipatirae filium perhibet, nec Pausanias (V, 6, 3.) ab hac opinione plane alienus est: textum quem in vulgatis Scholiis erat in Vratisl. A. p. 158. not. 5. ubi in verbis Διαγόρειοι Καλλιανακτίδαι locet Εὐκλῆς τοῦ *Καλλιανακτος*: qui quidem Eucles Callipatirae et Callianactis filius varii aetate Olympiae certavit (Pausan. VI, 7, 1. VI, 9, 1.). Immo novae Callipatirae fuit, quae Pisirrhodum puerum Olympiam comitata est. Pherenicen non ut colligi certissime ex Pausania quamvis fluctuante (V, 9, 1.) potest. De Pherenice idem narrant Plinius H. N. VII, 42. ubi ex vulgari ratione Berenice audit. Valerius Maximus VIII, 15. ext. 4. qui tamen filium male Eucleen vocat. Iohannes V. H. X, 1. ubi cf. Iunt. Ita quidem expedita difficultas est, quum familiae Callipatirae et Pherenices memoria, itemque Euclis et Pisirrhodi obiisse haud exiguum. Addo Pherenices filio nomen fuisse non *Πεισίῤῥοδος*, ut in Scholiis est, nec Ἐπιῤῥόδιος, quod vulgo apud Pausaniam habebatur, sed *Πεισίῤῥοδος*, quae scriptura simplici tamen littera P. in libris Pausaniae antiquis deprehenditur. Universum de hac de Diagorae familia digressionem ad Pindari res non pertinere putavi ex iis quae hucusque disputavi, diiudicari potest, quid de Sophista Athenaeum mentitum habendum sit, qui Epist. IV, p. 669 sqq. eandem illam historiolam de muliere ex Diagorae familia Olympiae versante ad Pindarum auctorem retulerit. Nempe ille haec in interprete Pindari legerat, ut Tzetzes Chiliad. I, 593 sqq. eundem cum suo Sophista errorem errans: et Tzetzam certe Scholiorum narrationes quae paullo turbatiores dicet aliud exemplum ex hac ipsa oda de montis Atabyrii bobus v. ad 71 sqq. Pindarus quidem si illam rem in deperdito carmine narrasset, quod in fragmentorum collectione ante nos memorabatur, apud inferos id cecinisset, ut hominum in Proserpinam narrant. Nam Pisirrhodus illius mulieris filius ut Dorieus Thurius in Olympia vincitatus erat (Pausan. VI, 7, 2.): Thurii autem quum Olymp. 84, 1 conditi sint, non potuit id ante Olymp. 85. fieri: immo multo post Thurios

www.libtool.com.cn

conditos eo Pisirrhodum cum Dorieo commigrasse inde certum est, quod Thuriis ab initio Athenienses imperabant: quos quum Diagoridae fugerent, necesse est tum tandem Thurios migrasse Diagoridas, quum Thurii ab Atheniensibus defecissent. Hoc tamen quando factum sit ignoro: Olymp. 88. quidem Thucydide auctore (III, 8.) Dorieus videatur adhuc Rhodius fuisse necdum Thurius renunciatus. Sed huic argumento non confido: potius Dorieus eo iam tempore videtur Thurios concessisse, neque illa aetate puto Thurios paruisse Atheniensibus: a quibus illos plus semel defecisse crediderim; prima tamen, quam relatam novi, defectio est illa, quae ante Olymp. 91, $\frac{3}{4}$. acciderat, quo anno Thurii Atheniensibus restituti sunt (Thucyd. VII, 33.): altera accidit paulo post, devictis in Sicilia Atheniensibus (Dionys. vit. Lys. p. 82. 9.), Olymp. 91, 4. Quodsi Dorieus et propinqui iam ante hoc tempus Thuriis fuerint, necesse est saepius eos inde excessisse, quoties Atheniensium vicisset factio: stabilis tandem ibi eorum habitatio fuit inde ab Olymp. 91, 4. Postremo ut redeam unde digressus sum, post Dorieum, Olymp. 87. primum victorem, Pisirrhodum vicisse narratio docet, quandoquidem mater deprehensa *trium* fratrum Olympionicarum auctoritate sese tutata esse dicitur. Quae quum ita sint, diu ante obierat Pindarus, cuius mortem post Olymp. 84, 3. haud facile quisquam posuerit. Tantum de hac re: adde de historiola celeberrima Choricium Sophistam ap. Villois. Anecd. Gr. T. II, p. 23. At post illos plures ex Diagorae familia innotuerunt, non iam Ialysii, sed Rhodo ex urbe Olymp. 93, 1. condita, in quam quum Rhodii collecti essent, videtur ibi nova gens *Diagoridarum* constituta esse, quam a nostro Diagora appellatam tradit Pausan. IV, 24, 1. qui Euclem quoque *οἴκου τοῦ Διαγορίδων* dicit VI, 6, 1. In his praeter Diagorae filios et nepotes, quos supra diximus, est *Diagoras* classi Rhodiae simul cum Timarcho praefectus, Olymp. 93, 4. cum Lysandro victor ad Aegospotamos (Pausan. X, 9, 4.). Et si Sophistae Aeschinearum epistolarum auctori fides in hac quidem re est, *Ariphron* et *Cleocrates* ex illa familia Aeschinis aetate floruerunt. His recentior *Diagoras*, Lyncei Samii, Theophrasti discipuli, amicus et hospes, a maiorum virtute, ut videtur, degener, ad quem ille Peripateticus convivalem scripsit epistolam Athenaeo passim laudatam: Rhodium fuisse intelligas ex Athen. III, p. 109. D. VII, p. 285. E. XIV, p. 654. A. adde XI, p. 469. B. Si non Diagorida, certe Heraclida fuit *Hyllus* Rhodius, Olympiae, Nemeae, in Isthmo victor ap. Pausan. VI, 14.

De Diagora adiri potest etiam Baylius Dict. h. v. Pindari quidem pessimus iudex: nam hoc carmen, quod ob digressiones reprehendit, ita pulchre adornatum est, ut nihil vituperari queat. Quippe post prooemium convivio, quod agebatur, attemperatum statim vs. 13. poeta consilium suum aperit, se Rhodum cantare velle Solis amicam, ut laudet Diagoram: ita ex patriae et victoris laude compositum carmen est. Tum igitur Diagoram paucis praedicat eiusque patrem civitatis rectorem (vs. 15 — 19.): deinde quae de Tlepolemo habentur vs. 20 sqq. ea et patriam civitatem a Tlepolemo conditam et gentem victoris et proinde ipsum victorem celebrant: id vero ita fecit poeta, ut a gentis auctore Tlepolemo rursus ad universae civitatis decora pervenerit, eaque antiquissima (vs. 34 — 76.), lyrico more non temporum ordinem servans, sed a recentioribus rebus ad antiquiores rediens. Atque in hoc quoque id tenuit temperamentum, ut desineret in narratione de tribus Rhodi urbibus conditis, et maxime in Ialyso, quam ut patriam urbem Diagorae maxime extollit. Deinde vs. 77. recurrit ad Tlepolemum, a quo exorsus erat, et ab hoc ad Diagoram, a quo ad Tlepolemum pervenerat, atque ad parentes et familiam et gentem. Ita ipse finis cum principio connexus est. Et singula quoque satis coniuncta sunt. Nam Tlepolemo

www.libtool.com.cn

datum oraculum deducebat ad natales Minervae, quod Apollo illum miserat in insulam, ubi olim aurum Iuppiter pluerit: natales Minervae autem deducebant ad Rhodi origines, quoniam Sol et filii Solis in natalibus Minervae explicandis appellati erant; hasque origines illustrare eo aptius fuit, quod statim initio vs. 14. poeta dixit se canere Rhodum Solis amicam; ex quo amore Heliadae Rhodii nati erant. Ceterae partes ut connexae sint, non opus est exponere. Quomodo vero et Tlepolemi res et Minervae natales sententiis interpositis tractaverit, in fine carminis notabimus. Nunc hoc unum addam, de industria poetam in mythicis sese continuisse. Nam haec carmina sacra sunt; nec convenire visum veteribus in talibus carminibus hominum, qui nuper vixissent, res enucleatius exponere, nisi si peculiares id rationes suaderent. Quare licet eximiam materiam praeberet Aristomenes Messenius, tamen de hoc nihil.

Vs. 1 — 12. *Ut si quis filiae sponso phialam propinet, ita ego nectareum carmen Olympiis Pythiisque victoribus mitto eosque ea re exhilaro. Etenim felix est, quem fama celebrat: quod alio tempore aliis Gratia* victoriarum effectrix *praestat.* Phialâ vino plenâ datâ in convivio, amicis simul vocatis, desponderi filiolae generis solebant: exemplum de barbaro rege narrat Chares ap. Athen. XIII, p. 575. D. ubi pater dicit filiae in convivio: *Λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασα δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι· τούτου γὰρ κεκλήσῃ γυνή:* v. ibi Casaubonum Pindari haud immemorem. Simile habet Aristoteles ibid. p. 756. A. Apud Nostrum pater puellae phialam, quam altera manu tenet, altera ipse comprehendit (*ἀπὸ χειρὸς ἑλών*) et sponso propinat, eamque spumantem vitis rore, *ἔνδον ἀμπέλου καχλάζουσαν δρόσῳ*, ut legendum docui concinente Athenaeo XI, p. 503. F. qui et *νεανίᾳ*. *Τὴν οἴνου πλήθουσαν φιάλην* interpretatur Schol. Hermog. p. 391. *Δωρήσεται, δωρήσηται*: cf. Thiersch. Act. phil. Mon. T. I. F. II, p. 211. deinde mutatur structura in aoristum indicativum *ϑῆκε*, quia data phiala generum pater iam *designavit*. *Γαμβρὸς* est futurus gener, *sponsus*, *νυμφίος*, (cf. Serv. ad Virg. Ge. I, 31.), Pyth. IX, 120. adeo *procus:* cf. Spanh. ad Iulian. p. 72. neque aliter Latini *generum* pro sponso dicunt. Nem. V, 38. *γαμβρὸς* etiam de affini est; alia praebent lexica. *Propinando* fit *donatio;* unde *προπίνειν* est *donare*, atque adeo *prodere:* v. Schol. et ibi allata. Exemplum talis propinationis simul ac donationis praebet Demosth. *π. παραπρεσβ.* p. 384. 10. *μετὰ ταῦτα ἐν ϑυσίᾳ τινὶ καὶ δείπνῳ πίνων καὶ φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτοὺς ὁ Φίλιππος ἄλλα τε δὴ πολλὰ, οἷον αἰχμάλωτα καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τελευτῶν ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔπινεν αὐτοῖς. Οἴκοϑεν οἴκαδε*, ex familia in familiam: cf. Olymp. VI, 99. Profecerunt hinc a Schneidero notati Iulianus Epist. p. 428. Libanius Epist. 149. p. 74. et Epist. 358. p. 175. item Opp. T. II, p. 582. Agathias Hist. Praef. *Συμποσίου χάριν τιμάσαις, convivii gratiam et hilaritatem hac re augens.* *Ἐν* non ad *ϑῆκε* pertinet, sed adverbiale est, *ἐν τούτῳ, hac ipsa re;* nisi quis dixerit esse *ἐν συμποσίῳ παρεόντων*, quod improbo. Ut causa pateret, cur invidendus gener esset, additum *ὁμόφρονος*: cf. Odyss. ζ, 155 sqq. Vs. 7. poema potui comparatur, ut Nem. III, 74. sed deorum potui nectari, quod poeta a Musis habet. *Νέκταρ χυτὸν* Schol. et Aristid. T. I. p. 255. explicant *αὐτόχυτον*: sed nihil est nisi *fluidum*. Vs. 9. *ἱλάσκομαι* cum dativo est *libationem offero*, qua dii alias, hoc loco victores exhilarantur et in eum, qui obtulit, propensiores redduntur. Plutarchus Poplicol. c. 21. *ἱλασάμενος τῷ Ἅιδῃ*. Libatio autem fit fluido, ut hic nectare sive vino, id est carmine. Ex proximis et vs. 17. patet Diagoram etiam Pythia vicisse, etsi in recensu victoriarum Diagorae versus finem carminis Pythia omittuntur hanc ipsam ob causam, quod ea iam in hoc initio memorata sunt: statim hoc loco autem una cum Olympico decore Py-

www.libtool.com.cn

thium poeta nominat, aut quod hoc post Olympicum nobilissimum est aut quod ante Olympicam victoriam novissimum. *Χάρις ζωθάλμιος*, vitam vigentem reddens gaudiis et hilaritate: hanc enim affert victoria danda, quae multis locis ad Gratias refertur (ne plura, v. ad Olymp. II, 50 sqq.), et poetarum carminibus provocandis. Vocem *ζωθάλμιος* illustravit Schneiderus in Lex. allato etiam Hesychio et Nonni dictione *ζωθάλπιδας Ὥρας* et similibus vocibus. *Πάμφωνος* proprium est tibiarum epitheton: tibiae enim, quod satis ex Platone aliisque constat, sunt *πολύφθογγοι* et *παναρμόνιοι*. Cf. Pyth. XII, 19. Isthm. IV, 30.

Vs. 13 — 19. *Et nunc cithara ac tibiis instructus cum Diagora*, quem nunc ipsum Gratia victorem et carminis laude insignem praestitit, *descendi ad Rhodum celebrandam et laudandum Olympicum et Pythium victorem patremque eius Damagetum, qui Rhodum tenent cum Argiva manu.* Ad Rhodum insulam poeta descendit non navigatione eo profectus, sed carmine animum ad Rhodum appellens occasione a Diagora oblata. Cf. Olymp. VI, 22 sqq. Rhodus nympha et simul insula intelligenda; utramque enim rationem lyrici de industria confundunt et miscent: estque illa hoc loco filia Veneris, ex Neptuno opinor, ut tradiderat Herophilus ap. Schol., ob luxum atque opulentiam mercaturae coniunctam ut alibi, ita Corinthi et in Rhodo. In qua genealogia Pindarus videtur Rhodiam esse fabulam secutus: aliis Rhodus Neptuni filia est et Haliae Telchinum sororis (Diod. VI, 51. et Wess.); secundum alios Amphitrita Neptuni coniuge genita erat, ut est ap. Schol. et Apollod. I, 4, 5. ubi, ut ap. Tzetz. ad Lycophr. 953. Rhode audit. Nec alia videtur Rhodia Thethyis et Oceani filia ap. Hesiod. Theog. 351. cf. Epimenidem ap. Schol. h. l. qui aut Genealogus est aut qui Dorice de Rhodo scripsit (Diog. L. I, 115.). Rursus ap. Schol. Odyss. *ρ*, 208. Solis amica est Rhode Asopi filia. Alia, partim confusa, vide ap. Schol. unde simul intelliges fuisse etiam qui Rhodum Veneris et Solis filiam haberent; quod Pindaro obtrudebant, qui coniungebant: *παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοιό τε*. Eadem fabula ex male intellecto Pindari loco arrepta videtur apud poetam nescio quem, qui praeterea tres, a quibus urbes denominatae, fratres non Cercaphi filios esse putavit et de aurea pluvia aliud atque Pindarus tradit. Versus, si integri sunt, minime elegantes servavit Natalis Comes Myth. V, 17.

Κύπριδος Ἡελίου τε Ῥόδος θῆ τοὔνομα νήσῳ.
Τρεῖς τούτων παῖδες πόλεσι τρισίν. ἡνίκα κοίτην
Εἰσανάβησε θεᾶς, σταγόσιν θεὸς ὕσατο χρυσοῦ,
Πλεῖστα ῥόδ' ἤνθησαν φοινίκεα καὶ κρίνα λευκά.

Πελώριος Diagoras dicitur ob *staturam*, de qua v. Schol. h. l. et ad Inscr., *quattuor ulnarum et quinque pollicum:* idem est *εὐθυμάχας, recta in adversarium tendens*, sine metu vel ambagibus, Homero *ἰθὺς μάχεσθαι*. Nota *στεφανώσασθαι* passiva vi, ut vs. 81. Olymp. XII, 19. Nem. VI, 19. Cave autem iungas *στεφανωσάμενον πυγμᾶς ἄποινα*, etsi structura haec legitima est, ut Nem. l. c. *ἔρνεα στεφανωσάμενος*, ap. Philostrat. *στεφανοῦσθαι τἀριστεῖσι*, ap. Aristoph. Eqq. 653. *εὐαγγέλια στεφανοῦν*: coniungendum potius *αἰνέσω πυγμᾶς ἄποινα*, ut carmen sit praemium victoriae. Isthm. VII, 3. *κῶμον ἀνεγειρέτω νίκας ἄποινα*. Pyth. II, 14. *ἐτέλεσσεν ὕμνον ἄποιν' ἀρετᾶς*. Isthm. III, 7. *εὐκλέων δ' ἔργων ἄποινα χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐσλὸν*, hoc est *ὥστε εἶναι ἄποινα*, vel *εἰς ἄποινα*, ut vulgo hoc genus dicendi explicatur, quamquam minus bene. Locum de Damageto respicit Sophista in Aeschin. Epist. IV, p. 667 sq. p. 669. Damagetus ob iustitiam dicitur *ἀδὼν Δίκᾳ*: fuit enim haud dubie Prytanis, tradito a maioribus regiis hereditario munere: nam regibus ea aetate Rhodios non iam paruisse arbitror. Prytanes posteris temporibus Rhodiorum magistratus fuisse docet Meursius

www.libtool.com.cn

Rhod. I, 19. Cf. Paulsen. de Rhodo p. 56. *Ἀσία εὐρύχορος, late patens:* est idem quod *εὐρύχωρος*, sed epicus usus necessitate coactus penultimam corripuit. *Ἔμβολον Peraeam Cariae* intellige, cunei forma in mare exeuntem: nam quo minus de *Embolo* sive *Triere* Lyciae loco cogites, tum additum *Ἀσίας εὐρυχόρου* impedit, tum quod is locus prope Arycandam mediterraneus fuit. Multo minus Rhodi ipsius locus nominari poterat; Chelidoniae autem insulae, de quibus alter Schol., nimium remotae sunt. Est etiam Trieres Phoeniciae inter Tripolin et Berytum in ora maritima, quam significari in Scholiis putes, ubi Carmelum nominant, longo tamen intervallo a Triere Phoeniciae remotum.

Vs. 20 — 31. Poeta transit ad Diagorae et Damageti, qui habebantur, maiores Rhodi conditores canendos. *Quibus Heraclidarum ad gentem pertinentibus communem narrationem proferam, inde a generis auctore Tlepolemo repetens. Nam paterna origo a Iove est, materna ab Amyntoris filia Astydamia*, cuius filius Tlepolemus. Iam a Tlepolemi facinore exorsurus hoc ipsum sententia excusat: *Sed quemadmodum innumeris erroribus mortales ab recto deducuntur, ita ut ipsis impeditum sit optimum eligere, et dispicere, quid non nunc solum, ubi impetu animi abrepti sint, sed et praesenti et futuro omni tempore conducat; ita et Tlepolemus piaculum ipsi perniciosum commisit, quod ei causa exilii fuit. Patruum ille Licymnium occidit. Nempe mentis perturbatio et ira, quae etiam sapientem virum de recto demovere potest, Tlepolemum ad eam caedem impulerat: quae ut expiaretur, quid sibi faciendum esset, deum consuluit.* Notabile futurum *ἐθελήσω*: sed vide ne *ἐθελήσω διορθῶσαι* sit *διορθώσω ἐθέλων, haud invitus. Τοῖσιν* est *οἷσιν*, quod postponi posse notum: v. nott. critt. p. 418. Ad *τοῖσιν* in appositione est *Ἡρακλέος εὐρ. γέννᾳ*, Rhodiis Heraclidis, genti olim regiae. In ceteris construe: *διορθῶσαι λόγον ἐξ ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου: ξυνὸς λόγος* est communis omnibus Heraclidis Rhodiis. *Διορθῶσαι, διελθεῖν* cum notione *τοῦ ὀρθοῦ, recta via deducere et exponere: ἀγγέλλων* ut hic ita loco plane simili Pyth. IX. init. additum est. De *Astydamia*, quam Pindarus ex Rhodia haud dubie fabula Tlepolemi matrem praedicat, vide Scholia doctissima: Apollodoro II, 7, 8. est ea Ctesippi Herculis filii mater; idem ibid. et II, 7, 6. ubi v. Heyn. Tlepolemum Astyocha Phylantis filia natum dicit, in patris nomine Pherecydem ap. Schol. h. l. secutus. De Tlepolemo Licymnium vel ira vel casu caedente et de illius in Rhodum fuga v. Meurs. Rhod. I, 5. Heyn. ad Apollod. II, 8, 2. Beckmann. ad Aristot. Mir. ausc. p. 239. Mox ad *τυχεῖν* non supplendum *αὐτοῦ*, sed *ὅ,τι* pendet ab illo verbo: v. exempla nott. critt. p. 436. *Μιδέας*, matris, non oppidi: etsi Midea oppidum ab illius matre appellatum Licymnii sedes fuit ut Oeoni filii (v. Olymp. XI, 69.). Argis Licymnium et Tlepolemum habitasse nonnulli tradiderant: v. Diod. IV, 58. Ceterum huc haud dubie spectat Eustathius, non satis tamen apte, ad Iliad. τ, p. 1175. 35. *ὅτι δὲ Ἀργεῖος ἀνέκαθεν ὁ Ἡρακλῆς διὰ τὴν μητέρα Ἀλκμήνην Μιδεάτιν οὖσαν, ἱστορεῖ πρὸς ἄλλοις ὁ Πίνδαρος.* Ultima *αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλ. καὶ σοφὸν* per sententiam enunciant, quod de Tlepolemo narrare poeta vult: sententiam hinc habet Stob. Serm. XCVII. p. 539. ed. Genev. consentiens in lectione *παρέπλαγξαν*. Recte contulit Heynius Iliad. ι, 553 sq. Sententiam cur poeta praetulerit, infra apparebit.

Vs. 32 — 53. *Apollo igitur Delphicus remedium dedit iusso Tlepolemo in exilium ire haud infaustum. In Rhodum illum misit insulam, cui Iuppiter auream pluviam demisit tum quum Minerva esset genita, quam primos colere filios Sol iussit. Providentia quidem hominum fortunam, virtutem quippe et felicitatem, auget: sed vel providos subinde oblivionis nubes obumbrat. Sic Rhodii Solis filii etsi non improvidi coluerunt qui-*

www.libtool.com.cn

dem Minervam, sed quod sine igni illi sacra fecerunt, non omnem inde retulerunt fructum. Aurum tamen illis Iuppiter largitus est, Minerva artem: unde ibi statuae, unde gloria: neque eorum sapientia est dolosa. Nomen Apollinis *Χρυσοκόμας* tangit Athen. XIII, p. 604. B. Cf. Isthm. VI, extr. Oraculum Tlepolemo Rhodum non nominat, sed ut solet per ambages significat, insulam dicens, ubi olim Iuppiter aurum pluerit in Minervae natalibus: unde poeta rem hanc patriae victoris honorificentissimam narrandi occasionem capit. Cave enim putes *βρέχοι* dicendum fuisse, si hoc verbum ad oraculum referendum sit. Directe inferuntur verba oraculi: quae a vs. 35. adduntur, poetae sunt. Aurea pluvia priscam significat Rhodi opulentiam vel ante Doriensem coloniam: eius fabulae ex Rhodia opinor fama ductae etiam in Catalogo navium, sed versu dubio, vestigium est: ubi Schol. Villois. p. 80. *ὅτι Πίνδαρος κυρίως δέδεκται ὕσαι τὸν χρυσὸν, Ὁμήρου μεταφορᾷ κεχρημένου διὰ τοῦ κατίχευε πρὸς ἔμφασιν τοῦ πλούτου.* Pindaricum de aurea pluvia locum respiciunt Strab. XIV, p. 967. C. Aristid. T. I. p. 546. Liban. Opp. T. I. p. 114. A. coll. Epist. 351. p. 172. Eustath. ad Iliad. *β*, p. 317. Cf. Meurs. Rhod. I, 17. De Minervae ortu pervulgata omnia: vide tamen Schol. h. l. et Hymnum Homericum IX. in Minervam, Philostratum Imagg. II, 7. p. 852 sq. qui in imagine ex Pindaro expressa describenda usus hoc carmine est, item Fragm. Pind. Hymn. 5. et ibi not. deinde Etym. M. v. *Ἐρεχθεύς*, Hemst. ad Lucian. T. I. p. 226 sq. et quos Schneiderus ad Fragm. annotaverat, Fogginium in Diss. Acad. Corton. T. II. p. 93. Heynium in Comm. Soc. Gott. T. IV. p. 82. Winkelmannum Mon. ined. T. I. p. 4. *Πόλιν, insulam, regionem, terram,* non unam aliquam trium urbem: de quo vocis usu v. Strab. VIII, p. 546. A. ibique Casaub. Adde Dissen. ad Isthm. IV, 49 sqq. *Ὑπεριονίδας* Sol Rhodiorum h. l. dicitur (cf. huc spectantem Eustath. ad Odyss. *α*, p. 1383. 37.), etsi fabularum periti Hyperionis filium secundum Solem dixerunt, Rhodiorum deum Solem quartum (Cic. N. D. III, 21. ubi cf. intt.). *Μέλλον χρέος, proxime futurum debitum seu officium:* nempe Sol filiis dicit, mox futuro Iovis partu primos eos debere Minervae sacra facere. *Παῖδες φίλοι,* Rhodii tum Heliadae: Soli enim Rhodum sacram fuisse notissimum est; quod ex Pindari hoc loco refert Eustath. ad Odyss. *ε*, p. 1527. 59. *μ*, p. 1721. 27. *Προμαθέος αἰδῶ* habet, qui providentiam non spernit, ut leves homines, sed maxime curat et reveretur. Et Rhodii quidem non spreverant; aliquid tamen obliti sunt, ut solet fieri vel apud prudentes. *Σπέρμα φλογὸς* sive *πυρὸς* est unde flamma incenditur, fomes et similia: ut de carbonibus ap. Hom. l. c. in Schol. Virgilius *semina flammae* dixit, sed sensu aliquantum diverso, de scintillis lapidi inclusis; atque scintillam *σπέρμα* vocat etiam Pindarus Pyth. III, 37. ut videtur. Rursus aliter Ovidius Metam. XV, 347. dixit *Materiam habentem semina flammae.* Narratio de sacris absque igni peractis nititur ritu Rhodiaco, ut Minervae Lindiae *ἱερὰ ἄπυρα* fierent. Schol. vs. 170. *διὰ τοῦτο δέ φασι τοὺς Ῥοδίους ἄπυρα θύειν, ὥσπερ οἱ πρῶτοι τῇ Ἀθηνᾷ ἔθυσαν.* Schol. vs. 86. *ἄπυρα δὲ μέχρι νῦν οἱ Ῥόδιοι θύουσιν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἀρχῆς τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ ποιητής φησιν* (in *Ῥόδου κτίσει* carmine) *ἄπυρα τοὺς Ῥοδίους ἱερὰ θύειν διὰ τὴν πρὸς Ἥφαιστον ἔνεκα τῶν γάμων ἔχθραν, ὅτι ἐπεδίωξε τὴν Ἀθηνᾶν βουλόμενος συμμιγῆναι:* nam cetera, quae adduntur, non curanda. De libidine Vulcani nota res: cf. Etym. M. v. *Ἐρεχθεύς*, Hemst. ad Lucian. Dial. Deor. 8. Scholiis adde Philostratum Imagg. l. c. *καὶ θύουσιν ἤδη τῇ Ἀθηνᾷ δῆμοι δύο ἐπὶ δυοῖν ἀκροπολέοιν, Ἀθηναῖοι καὶ Ῥόδιοι, γῇ καὶ θαλάττῃ, ἄνθρωποι γηγενεῖς, οἱ μὲν ἄπυρα ἱερὰ καὶ ἀτελῆ, ὁ δὲ Ἀθήνησι δῆμος — πῦρ ἐκεῖ καὶ κνίσσαι ἱερῶν, ὁ καπνὸς δὲ οἷον εὐώδης γέγραπται καὶ μετὰ τῆς κνίσσης ἀναῤῥέων· ὅθεν ὡς παρὰ σοφωτέρους ἀφι-*

www.libtool.com.cn

κιτο ἡ θεὸς καὶ θύσαντας εὖ. Diodor. V, 56. Ἀνδρωθεῖσι δὲ τοῖς Ἡλιάδαις εἰπεῖν τὸν Ἥλιον, [ὅτι] οἵτινες ἂν Ἀθηνᾷ θύσωσι πρῶτοι, παρ' ἑαυτοῖς ἕξουσι τὴν θεόν· τὸ δ' αὐτὸ διασαφῆσαι λίγεται τοῖς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦσι. διὸ καί φασι τοὺς μὲν Ἡλιάδας διὰ τὴν σπουδὴν ἐπιλαθομένους ἐνεγκεῖν πῦρ καὶ ἐπιθεῖναι τότε τὰ θύματα· τὸν δὲ τότε βασιλεύοντα τῶν Ἀθηναίων Κέκροπα ἐπὶ τοῦ πυρὸς θύσαι ὕστερον. διόπερ φασὶ διαμένειν μέχρι τοῦ νῦν τὸ κατὰ τὴν θυσίαν ἴδιον ἐν τῇ Ῥόδῳ, καὶ τὴν θεὸν ἐν αὐτῇ καθιδρύσθαι. Cf. Meurs. Rhod. I, 16. Lectionem καὶ τοὶ γὰρ firmant libri Vindobonenses quattuor. Ἀκρόπολις est Lindiorum: v. Meurs. I, 6. Quamquam autem ob sacra a Rhodiis minus recte facta maluit Athenis habitare Minerva, tamen illos arte conspicuos reddidit, qua claram posteris temporibus Rhodum fuisse nemo ignorat: ex Pindaro patet vel ipsius aetate signorum elaborandorum peritia insignes esse Rhodios habitos: nam qui de pictura Rhodiaca dixit Anacreon XXVIII, 3. is Anacreonte vero ac Pindaro longe est recentior, quorum aetate perfectior quidem pictura neque in Rhodo neque usquam in Graecia floruit. Neque vero illa fabula de Minerva et Rhodiis atque Atheniensibus omni veritate destituta est. Rhodus olim Telchinum arte celebris fuisse fertur: quaeque ibi est Minerva Polias Lindia, ea ut Attica videtur Aegyptia fuisse (v. ad Olymp. V, 9 sqq.): certe huc fabulae deducunt a rerum scriptoribus relatae et Amasidis Aegyptiorum regis auctoritas dona in eius templum mittentis; cf. Meurs. Rhod. I, 6. Thiersch. Epoch. d. Kunst d. Gr. Diss. II, p. 55 sqq. et in contrariam partem discedentem Müllerum Orchom. p. 116. Cui cultui inde a remotissimo tempore artium adhaesit exercitatio in gentibus quibusdam, qualis Athenis fuit Daedalidarum. Hinc Minervae artes apud Rhodios et Athenis debentur: estque etiam in Rhodo locus *Δαίδαλα*. Sed Athenienses Vulcani, ignis dei, cultum addiderunt, eoque magis aut prius profecisse in artibus visi sunt: nam haec quoque religio opificia quaedam adiuncta habuit certis gentibus propria, qualis gens Athenis Hephaestiadarum: contra Rhodii Vulcanum aspernabantur, ut docet Apollonius Rhodius sp. Schol. Rhodii tamen industriae praemium opulentiam ex mercatura retulerunt. Sic explicanda re paulo propius ad sensum fabulae accessimus quam Birg. Thorlacius in opusc. acad. T. I. p. 103 sqq. cuius sententia nimium laxa est. Postremo hinc lucem accipit epigramma Cyzicenum ap. Iacobs. Anthol. T. I, p. 297. n. 342. ed. nov. ad quod intelligendum hoc teneri debet. Ut inter insulas Rhodus et in Graecia Athenae, ita in Asia Athenarum neptis Cyzicus, quae ob architecturae et operum organicorum peritiam cum Rhodo apud Strabonem (XIV, p. 965. C.) componitur, per Milesios Atheniensium colonos tradita Minervae religione, ab hac sibi dea donatam artis facultatem gloriata est, quod primum illi in Asia templum exstruxisset: quamobrem Cyzicenis, quibus deam favisse ex Plutarcho notavit Iacobsius, *triangularem* illa *cippum* dedit, *primae sculptoriae artis signum*, quippe quod ex cippo natae statuae sunt. Ecce epigramma, prout id olim cum Buttmanno constitui:

Ἄθρησον Χαρίτων ὑπὸ παστάδι τᾷδε τριήρη
Στυλίδα· τᾶς πρώτας τοῦθ' ὑπόδειγμα τέχνας.
Ταύταν γὰρ πρώταν ποτ' ἐμήσατο Παλλὰς Ἀθήνη,
Τάνδε πόλει στάλαν ἀντιδιδοῦσα χάριν,
Τοὔνεκεν ὑψίστᾳ Τριτωνίδι νηὸν ἔτευξεν
Κύζικος ἄδ' ἱρᾷ πρῶτον ἐν Ἀσιάδι·
Δεῖγμα δὲ καὶ πλίνθων χρυσήλατον ἤγαγεν ἄχθος
Δελφίδα γᾶν, Φοίβῳ τάνδ' ἐνεποῦσα χάριν.

Redeo ad Rhodios. Hi igitur opera elaborarunt et in viis publicis posuerunt quasi

www.libtool.com.cn

viva et gradientia, diductis pedibus, non vinctis: et fuit eorum ars nullo dolo infamis. Posterius significatur sententia: *δαίντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει*, cuius tamen valde ambigua structura est. Aut enim coniunges: *δαίντι δὲ καὶ μείζων οὖσα σοφία τελέθει ἄδολος*; aut *δαίντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἐστὶν, ἄδολος οὖσα*. In priori structura sensus hic est: *Doctus et exercitatus in aliqua arte etiamsi maiorem habet prudentiam, tamen sine fraude eam habere potest, nec debet praestigiator videri: disciplina enim et exercitatione artem didicit;* in altera vero hic: *Docti et exercitati maior sapientia est, si sine fraude est.* Praefero priorem ut simpliciorem: utramcunque tamen amplectare, patet vetus Rhodiorum opprobrium averti, quo ob Telchinas laborabant artibus quidem insignes et primos simulacrorum numinis divini formam referentium fabricatores, sed veneficio et praestigiis infames. De Telchinibus v. Meurs. Rhod. I, 4. et 6. et de magicis eorum artibus Diod. III, 55. Strab. XIV, p. 966. B. Cf. Thiersch. l. c.

Vs. 54 — 76. Ab Heliadis poeta ad enarrandam originem Rhodi eorum patri Soli debitam pergit, altius repetens insulae originem et eius res deducens usque ad conditam Ialysum. *Tum enim, quum dii inter se terram distribuerent, Rhodus nondum ex mari processerat; quum autem absenti Soli provinciam dii non dedissent, ille iteratam sortitionem institui noluit, sed Rhodum, quam suborientem videbat, sibi depoposcit: ex quo illam Sol tenet. Ibi Rhodo nymphae consociatus septem genuit filios, ex quibus unus tres illos heroas suscepit, a quibus urbes nominatae sunt, atque in his Ialysus,* patria victoris urbs: in qua re consistitur, quod eo tendebat omnis haec narratio. Rhodiam hanc fabulam esse ante Pindarum a nemine poetarum narratam docet Schol. Divisio haec orbis terrarum Heynio notante diversa est ab ea, quae post Titanum bellum ab Iove facta est, munerum et provinciarum divinarum partitione sp. Hesiod. Theog. 390. sqq. *Μνασθέντι, mentionem rei facienti*, notione vocabuli usitatissima. Sol autem postulat, ut Lachesis Parca, tamquam sacerdos et fatidica aureo diademate redimita (*χρυσάμπυξ*, quo epitheto poeta etiam Musas ornat), cuius est sortes singulis distribuere, manibus sublatis (*ἐπιχειροτονίᾳ*) ipsi confirmet et una cum Iove addicat Rhodi possessionem; quod illa facere debet iureiurando maximo interposito eoque vero. *Ἐκέλευσε Λάχεσιν θεῶν ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν*, hoc est, iussit Lachesin iurare per Stygem atque ita, ut ne peieraret. Nam *θεῶν ὅρκος μέγας* est Styx (Hesiod. Theog. 404.); cf. Schol. *παραφάναι* autem est *decipere, fallere*, ut *παρειπεῖν* apud Homerum: hinc *παραφάναι ὅρκον* est *peierare*, ut Latini dicunt *fidem, promissum, Iovem fallere.* Hesychius: *παρφάμεν, παραβῆναι ἅπαντα* (scribe *ἀπατᾶν*), quod huc pertinet. Idem: *πάρφασις, παραίνεσις, συμβουλία, παρηγορία ἢ ἀπάτη*, quae glossa est Pindarica ex Nem. VIII, 54. vulg. ubi cf. Schol. et Hesych. v. *παραίφασις*. *Παρφάμεν λόγον* similiter atque hic dictum reperitur Pyth. IX, 44. Cf. etiam *παρφαμένα* Nem. V, 32. *Ἐτελεύτησαν λόγων κορυφαὶ ἐν ἀληθείᾳ πεσοῦσαι, eventum habuere dicta praeclara, quae vera ceciderant ab ore divino. Λόγων κορυφαὶ*, ut Pyth. III, 80. Mox *γενέθλιος πατὴρ ἀκτίνων* est *pater radiorum, quos gignit.* De Rhodo ex mari enata cf. Meurs. Rhod. I, 2. de Heliadis v. Creuzer. ad Cic. N. D. III, 21. imprimis vero Schol. h. l. Diodor. V, 55. et 57. ubi eb *σοφώτατα νοήματα* nota haec: *οἱ δ' Ἡλιάδαι διάφοροι γεγονότες τῶν ἄλλων ἐν παιδείᾳ διήνεγκαν, καὶ μάλιστ' ἐν ἀστρολογίᾳ· εἰσηγήσαντο δὲ καὶ περὶ τῆς ναυτιλίας πολλὰ, καὶ τὰ περὶ τὰς ὥρας διέταξαν.* Filii Rhodi praeter eos, qui propter Tenagis caedem exulatum abierunt, habitarunt in urbe Achaia: Cercaphus ex Ochimi filia suscepit Ialysum (*Ἰάλυσον* sive *Ἰαλυσόν*), Lindum, Camirum, qui Diodoro narrante *διεῖλοντο τὴν χώραν, καὶ ἕκαστος ἑαυτοῦ πόλιν ὁμώνυμον ἔκτισεν.* Hinc

www.libtool.com.cn

illa, *ἀπάτερθε δ' ἔχον* etc. Cur Ialysum natu maximum fuisse poeta notet, in Introductione notavi. Ad dictionem *διαδασσάμενοι τρίχα* cf. Iliad. *β*, 665. Ipsa divisio Heliadis tributa, si rei veritatem spectes, fuit Doria: Dores enim sunt *τριχάϊκες*, et in potissimis rebus quibusque tripartitam secuti divisionem sunt. *Πατρωΐαν* non ad *μοῖραν* pertinet, sed ad *γαῖαν*, ut recte Schol. nam *ἀστέων μοῖρα* non *πατρωΐα* fuit, quippe quum non paternas urbes illi tres heroes distribuerint, sed ipsi illas urbes primi condidisse ferantur: at insula fuit *πατρωΐα*, utpote *regnum Cercaphi*; nam qui de *dei terra* loquitur, festinabat quum illa scriberet. Accedit usus sermonis et ipse aptî pulchrique sensus: nam *πατρῴα γῆ* dictio usitata est, eaque hoc loco eo commodior, quod non simpliciter *terram*, sed *patriam rem* (*κλῆρον*) diviserant filii.

Vs. 77 — 87. Poeta nexu orationis artificiosissimo redit ad Tlepolemum, a quo exorsus erat; in cuius funebribus ludis quum Diagoras bis vicisset, viam inde ad huius victorias recensendas Pindarus sibi paravit. Similes victoriarum enumerationes sunt in ll. cc. nott. critt. p. 389 sq. *Συμφορὰ οἰκτρὰ* est caedes Licymnii et exilium, quae Tlepolemo compensantur *appenso quasi redemptionis pretio* (*ἰσταμένῳ λύτρῳ*): compensantur autem Tlepolemo, ab Herculis patria Tirynthiorum duce appellato, *sacris Tlepolemiis*, quae ultra herois honores tanquam deo acta pompâ et sacrificiis ac ludis celebrabantur. De Tlepolemiis dixit Meursius in Graecia feriata ex Scholiis, in quibus h. l. et vs. 36. de illis dicitur. Et erant inter veteres, qui Pindarum mendacii arguerent, quod Solis ludos ad Tlepolemum retulisset, satis opinor impudenter et ridicule: quis enim credat poetam falsa dicere inter Rhodios de Rhodiorum, quae tum erant, certaminibus potuisse? Illud tamen credibile, Tlepolemi honorem post Heraclidarum deminutionem et ipsum minutum esse, translatis in Solem ludis. Sed Pindari aetate illi ludi agebantur Tlepolemo ad Troiam a Sarpedone occiso (Iliad. *ε*, 655 sqq.). De iisdem adde Tzetzam ad Lycophr. 911. qui iis, quae in Scholiis nostris leguntur, alia nonnulla admista habet: *Ἐν δὲ ταῖς Πινδάρου ἱστορίαις εὗρον, ὅτι οἱ τοῦ Τληπολέμου ἀπεσώθησαν εἰς Ῥόδον τὴν αὐτῶν πατρίδα· καὶ ἡ γυνὴ Τληπολέμου Φιλοζώη* (*Polyxo* Pausaniae dicitur III, 19, 10.) *μεγάλα δακρύουσα ἀγῶνας ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἀνδρὸς ἔθετο, καὶ παῖδες ἠγωνίζοντο, καὶ οἱ νικῶντες λευκῆς φύλλοις ἐστέφοντο.* Ubi *Πινδάρου ἱστορίαι* nec Scholia vetera esse possunt, quibus id nomen non convenit, neque eae *ἱστορίαι*, quae recentiorum Scholiis post Tzetzas scriptis insertae leguntur: etsi ad vs. 142. extat talis historia, cui tamen non magis quam veteribus Scholiis de Tlepolemi uxore quidquam inest: quapropter alias Tzetzes historias Pindari habuisse videtur, ex plenioribus antiquorum Scholiis excerptas. Quae nunc habentur historiae, a recentioribus illis grammaticis, de quibus in Praefat. Schol. T. II. dixi, in ordinem redactae sunt, adhibitis antiquis et Scholiis et fortasse historiis illis. Earundem tamen historiarum et ceterorum, quae recentiorum vocantur, Scholiorum Müllerus Cizensis, vir doctissimus, ad Schol. Lycophr. 174. p. 430. Ioannem Tzetzam, et in Praef. p. XXXIX. Isaacum auctorem facit: qua de re quid censerem, in Praef. Schol. Pind. T. II. p. XXVIII. significavi. Sed redeo ad interpretationem. *Κρίσιν* intellige *contentionem*: v. Dissen. ad Nem. X, 23. alia ratio Olymp. III, 22. ubi addito *ἀγνὰν* formulae potestatem poeta mutavit. *Ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ* recte Schol. explicat *geminatas duas*, nulla interiecta Nemeade. *Athenis* Diagoras quibus in ludis vicerit ignoramus, nisi quod non in Panhelleniis, de quo v. ad Schol. p. 180. In quibus possit vicisse, bene docet Schol. vet. Ceteros ludos illustrant Scholia et ibi notata p. 181. 182. unde nihil repeto. *Ἐν Ἄργει χαλκὸς, clypeus*, quo insignis Argivorum ars, in Hecatombaeis sive Heraeis datus: hinc is ludus *ἀγὼν χάλκεος* Nem. X, 22. ubi v. Dissenium no-

www.libtool.com.cn

strum; cf. Schol. Olymp. XIII, 148. IX, 132. Schol. Nem. X, init. Pausan. II, 24, 2. et Meursii Graec. fer. in Heraeis et Hecatombaeis. Ἐξ Ἄργους ἀσπίδα ostendunt aliquot tituli lapidei, quos Index Thesauri nostri Inscriptionum Graecarum demonstrabit: Corsinus vero Diss. agon. III, 16. sine ullo idoneo argumento diversos ludos fuisse putat Heraea et τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα: quod repetit et demonstrare conatur in Diss. IV. post Nott. Gr. p. LXXVII. At argumentatio docti viri concidit, ubi tenueris proverbialem dictionem ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα παθελὼν vel ἢ ἐν Ἄργει ἀσπὶς ad ludos non pertinere, sed ad alium Argis quodam loco maxime arduo affixum clypeum, qui esset pro insigni civitatis, isque ita affixus, ut revelli omnino non posse videretur: unde id proverbium. De proverbio vide paroemiographos, Suidam, Zenobium VI, 52. Plutarchum Prov. Alex. 44. Ita quidem spectata re sublatus etiam est ludus iste rudis et barbarus, quem praeter alios Creuzerus Symbol. T. II. p. 384. ed. pr. Böttiger Mythol. Iunon. p. 131. in eo positum putabant, ut certantibus clypeus affixus revellendus esset. Sed praeter proverbium a ludis plane alienum passim, ut dixi, reperitur ἢ ἐν Ἄργει ἀσπὶς ut praemium victoris ex ludis Argivis: atque haec eius commemoratio adeo aliena a clypei, quam putabant, revulsione est, ut non solum in lucta et pugilatu nominetur, sed etiam citharoedus vicisse τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα dicatur in lapide Smyrnaeo Marm. Oxon. VII. Ille autem mos clypeum pro praemio dandi a Lynceo et Abante derivatur ap. Hygin. Fab. 273. verior causa est, quod clypeus et Iunonis et Argivorum insigne est. Diversus ab illis clypeis clypeus Diomedis Argis in pompa circumlatus (Callim. Lavacr. Pallad. 35.). Neque ad Argivos ludos retulerim certamen, in quo clypeus suspensus iaculo petitur, quod Welckero notante repraesentatur in vase ap. Millin. Vas. ined. T. I. tab. 45. Hactenus de clypeo Heraeorum. Sed Corsinus Diss. IV. post Nott. Gr. l. c. etiam Heraea et Hecatombaea falso distinguit, quod illa in urbe acta sint, haec ante urbem: prius verum est (Pausan. II, 24, 2.), alterum fictum. Ceterum ex Schol. Vrat. A. ad vs. 152. collegeris, etiam tripodes et lebetes et crateres in Argivis illis ludis datos esse; sed huic loco non confido, quod illa verba non ad sola Argiva certamina, sed simul ad cetera, quae Pindarus addit, referenda videntur. *Arcadiae* ludos plures commemorant Scholia, quorum notissima *Lycaea* Olymp. XIII, 104. IX, 102 sq. Nem. X, 48. significata: cf. Schol. Olymp. IX, 143. vulg. Pausan. VIII, 2, 1. VIII, 38. 4. Quantum ex Scholiis et Nem. X, 45 sqq. intelligitur, in Lycaeis aheneum vas sive tripus victori datus est. Ἔργα accipio *artis opera*, de praemiis, ut antea χαλκὸς praemium erat: Astius *certamina* sive *ludos* interpretatur, ut deinde ἀγῶνες sequuntur: ac sane ἔργα quodammodo sunt certamina, sed nonnisi ea ratione, ut *facinora victorum in certamine* sint; *ludi*, in quibus certatur, ἔργα dici non possunt: neque hoc ullo loco reperies, ne Olymp. XIII, 37. quidem; ceterorum vero locorum nubes ab Astio excitata ne unum quidem idoneum exemplum offert. Porro tales ludos, in quibus ahenea vasa praemiorum loco fuerunt, etiam *Clitore* et *Tegeae* Arcadiae celebratos esse docet ipse poeta Nem. X. l. c. Scholiastes praeter Lycaea nominat *Tegeae* acta *Aleaea* Minervae Aleae sacra (Pausan. VIII, 23, 1.), item Κόρεια in Proserpinae honorem *Clitore* (v. Dissen. ad Nem. X, 37 sqq.); *Hermaea* (Pausan. VIII, 14, 7.), haec apud *Pheneatas*. *Thebis* intelliguntur *Heraclea s. Iolaia*, in quibus aheneus tripus datus: cf. Schol. h. l. Pindarum Olymp. IX, 105. Isthm. IV, 35. et Schol. Olymp. IX, 148. vulg. Schol. rec. Olymp. XIII, 148. Schol. Pyth. IX, 156. Schol. Nem. IV, 32. et Schol. Isthm. I, 11. 79. Sed cave Scholiis ad Isthm. III, IV, 114. 117. credas Pindarum Isthm. III, 79 sqq. de Heracleis s. Iolaiis dicere: illud enim, de quo ibi Pindarus,

www.libtool.com.cn

certamen apud Electrides portas actum, Heraclea ad Proetides, ubi Iolai gymnasium et stadium. Fuerunt enim Thebis monimenta Iolai, de quibus praeter ll. cc. vide Pausan. IX, 23, 1. *Θηβαίοις δὲ πρὸ τῶν πυλῶν ἔστι τῶν Προιτίδων καὶ τὸ Ἰολάου καλούμενον γυμνάσιον καὶ στάδιον*: et deinde, *ἐνταῦθα δείκνυται καὶ ἡρῷον Ἰολάου*: prope abest hippodromus, in quo Pindari monimentum. Adde nott. Nem. IV, 20. *Legitimi et ordinarii*, qui dicuntur, *Boeotorum ludi* apud Schol. recensentur hi: *Thespiis Erotidia* (v. ad Schol.); *Plataeis Eleutheria* (Cors. F. A. T. II, p. 331.); *Oropi Amphiaraia*; apud *Delium* Apollini sacrum *Delia*; *Lebadeae Trophonia s. Basilia* (Polluc. Onom. I, 37.): sed Trophonia s. Basilia huc non pertinent, quippe post pugnam Leuctricam demum instituta (Diodor. XV, 53.). Haec autem Lebadeae acta Basilia distinguenda sunt ab Euboicis, de quibus Schol. Isthm. I, 11. nam quod ibi pro *Εὐβοίᾳ* Müllerus Orchom. p. 151. voluit *Λεβαδείᾳ* rescribere, prohibet Pindarus Isthm. I, 57. Ceterum ex ludis hucusque allatis plures nominantur in titulo Megarico apud Sponium (in Itinerar. et Misc. erud. ant. X, 102. p. 364.), Whelerum, Pocockium, Meletium, Muratorium, ubi inter alia, quae omitto, habes *Παναθήναια ἐν Ἀθήναις, Ὀλύμπια ἐν Ἀθήναις, Ἐλευσίνια ἐν Ἀθήναις, Ἡράκλεια ἐν Θήβαις, Τροφώνεια ἐν Λεβαδείᾳ, Ἐλευθέρεια ἐν Πλαταιαῖς, τὴν ἐξ Ἄργους ἀσπίδα*. Apud Caylus. Rec. d'Ant. T. VI, tab. 58. praeter Erotidia s. Erotidaea occurrunt *Ἐλευθέρια* et *Λύκαια*. De *Pellenensibus* sollemnibus et ludis dicetur ad Olymp. IX, 104. hoc loco notis criticis addo, ut Pindarus *Πέλλαναν* dixit ultima brevi, ita, apud Pausaniam non Achaicum quidem, sed Laconicum oppidum *Πέλλαναν* vocari, etsi in editionibus habeatur paroxytonum, quum tamen ipsa terminatio doceat debere proparoxytonum esse. V. III, 1, 4. III, 29, 2. *Aeginetici* ludi sunt *Aeacea*, *Delphinia*, *Heraea* (Müller. Aeginet. p. 140.): omitto *ἀμφορίτην ἀγῶνα*, utpote cursorum. Lectionem *Αἰγίνᾳ τε* probat nunc etiam Hermannus, necdum credo *Αἰγίνην* ultima longa dici: nam Hymn. Hom. in Apoll. Del. 31. reducenda antiqua scriptura *Αἴγινα*, productâ per vim caesurae ultimâ. De *Megaricis* ludis v. Schol. h. l. et Olymp. XIII, 155. Affert *Dioclea*, *Pythia*, *Nemea*: de Pythiis cf. Schol. Nem. V, 84. Philostrat. Vit. Soph. I, 24, 3. et nota Apollinis Pythii cultum et statuam Megaris (Pausan. I, 42, 5.): de Diocleis insignis locus est Theocriti XII, 29 sqq. ubi v. Schol. et Warton. At Theocritus nihil de gymnicis ludis habet; osculandi certamen in Diocleis propositum docet, quo nescio annon insignis Diagoras fuerit: nisi tamen Scholiastae plane hallucinantur, gymnici quoque ludi in Diocleis instituti sint necesse est. Et ex Theocrito quidem vere primo acta esse Dioclea constat; quo retulerim etiam verba Schol. Pind. Nem. III, extr. Sunt etiam Megarensium *Ἀλκαθοΐα*, quae quantum scio nonnisi ap. Schol. Nem. V, 84. et apud Pindarum ipsum Isthm. VII, 67. commemorantur: dicata fuerunt Alcathoo Pelopis filio, qui leonem Cithaeronium interfecit et Apollini ac Dianae eam ob causam templum posuit (v. Pausan. I, 41. Dieuchidam Megaricorum scriptorem ap. Schol. Apollon. I, 517.): unde Pythia et Alcathoïa pro iisdem haberem, nisi Apollo ille esset *Ἀγραῖος*, non *Πύθιος*, et Diana *Ἀγροτέρα*. Ceterum ex Alcathoo etiam altera Megarensium arx, quam ille exstruxerat, denominata est (Pausan. I, 42.), antiquis insignis religionibus, Apollinis etiam; et heroum Megaris Alcathous habuit (Pausan. I, 43, 4.), ad quod vide an hi ludi sint habiti. Postremo hi Megarensium ludi potissimum pugilum, luctatorum, pancratiastarum videntur fuisse: v. praeter nostrum locum Nem. III, extr. Nem. V, 46. Isthm. VII, 67. Pyth. VIII, 82. Sed Olymp. XIII, 105. Pyth. IX, 94. cursorum certamina Megaris significantur. Ibidem victorum nomina columellae inscribebantur, ut aliis locis multis, cuius generis haud pauci su-

www.libtool.com.cn

persunt lapidei tituli: hinc *non aliud lapidea sententia*, hoc est, de iudicum sententiis inscriptum lapidi decretum, *ibi ostendere* dicitur.

Vs. 87 — 95. Oda terminatur invocando Iove Atabyrio, ut et poetae carmen et Diagoram honoret, qui ob iustitiam et aequitatem laudatur, in viro tanta virtute, tanta corporis vi, tanta nobilitate, gloria, opulentia instructo maxime praedicandam; item ut Callianactis familiam universam ne deserat, quum praesertim, ubi genti Eratidarum, inter quos illa familia censebatur, grati quid acciderit, universa civitas simul cum Heraclidis urbis praesidibus sollemnia agat: eo magis autem Iovis auxilio opus esse, quanto magis fluxa et fragilis esset rerum humanarum condicio. *Iovem* potissimum Pindarus precatur, quod ille et Olympiorum deus et Heraclidarum parens (*πατρῷος θεός*), eumque *Atabyrium*, ob Rhodium cultum. De monte Atabyrio tum Rhodi tum Siciliae, in quam ex Rhodo nomen delatum, v. Meurs. Rhod. I, 8. et quos nominat Göller. Hist. Syrac. etc. p. 294 sq. Vox a Graecis ad suam orationem accommodata fert etymum a Pauwio prolatum (v. nott. critt.): orientale tamen *Taboris* nomen subesse probabile etiam mihi. Quae de bobus aheneis eo in monte positis Scholia praebent, a Callimacho et Pindaro narrari perhibet homo negligens Tzetzes Chil. IV, 390. dicens: *Πίνδαρος καὶ Καλλίμαχος γράφει τὴν ἱστορίαν. Τίμα μὲν ὕμνου τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν*, sine te hoc carmine placari idque benigne respice et preces exaudi. Mox poeta: *Tenet Diagoras*, inquit, *quae bonorum patrum rectae mentes monuerunt et edixerunt*, hoc est, quae iusti et probi parentes, Damagetus et propinqui, domestica eum disciplina docuerunt, quasi aliquod oraculum senili prudentia puero et adolescenti praecepta morum dantes. Iunge *ἐξέχραον*. *Κοινὸν σπέρμα ἀπὸ Καλλιάναχτος, familiam Callianactis, ab eadem stirpe eodemque patre oriundam.* Callianax est unus ex Diagorae maioribus, ut bene Schol. monuit, isque auctor familiae, Eratidarum gentis unus (v. introd.): quis enim cum Heynio de Diagorae genero Callianacte cogitaverit? Quod qui faceret, is *κοινὸν σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάναχτος* deberet de Diagorae ex Callianacte nepote intelligere, qui tum credo ne natus quidem erat; atque ut natus fuerit, cur de hoc potissimum infante poeta dixerit, de tribus Diagorae filiis et de cetera familia tacuerit? Itaque de universa prytanum familia dicitur; cf. introd. *Hanc igitur stirpem*, inquit, *noli occultare et minuere detrahendis honoribus.* Additur paulo post: *Ἐν δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὔραι. Αὔραι* pertinent ad fortunae vicissitudines, ut Pyth. III, 104. *ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετᾶν ἀνέμων*: ad sententiam cf. Olymp. II, 37. et not. Quam hoc loco additam Schol. putat ad consolandum Diagoram de nupero quodam familiae detrimento, cui successuram novam felicitatem poeta auguretur: sed vide ne ideo addita sit, quod tum Diagorae familiae, quae civitati praeerat, auctoritatis imminutio vel aliquod discrimen immineret; possisque huc ipsum illud, quod praemissum est, referre: *Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν ἔχει θαλίας καὶ πόλις*, hoc est, *ubi Eratidae*, ut nunc, *celebrant sollemnia ob recens gaudium, etiam civitas simul laetatur, et convivia habet vel choreas agit:* quasi his verbis simul admonere Rhodios poeta voluerit, ne gentem minui sinerent, quacum ipsorum felicitas artissime coniuncta esset. Nam post auctam Atheniensium dominationem optimatium potestatem abrogari in promptu erat: nec dissimile vero, iam tum et Rhodiorum et Atheniensium aliquos consensu de eripiendo Heraclidis Rhodiis imperio cogitasse: et populare imperium sub Atheniensium potestate, quibus etiam Rhodii posthac paruerunt, institutum esse notum est. Quid quod Diagorae filii et propinqui postea ab Atheniensibus eiecti et capitis damnati sunt? V. introd. Haec qui accurate consideraverit, non opinor nobis oberit, si eodem referemus preces illas:

www.libtool.com.cn

Μὴ κρύπτε κοινὸν σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνακτος, quam ad domum regnatricem referri debere demonstravi. Precatur enim Iovem ne id accidat, quod accidere iamiam poterat, ut familiae eriperetur potestas. Neque tamen ideo poeta mala auguratur, sed tantum anxius de secundarum rerum stabilitate, ne in summa felicitate positi nimium insurgant et deorum ultionem adducant, vicissitudinum fortunae admonet ambigua sententia, quae mihi haec videtur: *Noli, o Iuppiter, Heraclidarum hanc familiam minuere, familiam inquam ex ea gente, cuius gaudiis etiam ipsa civitas laetetur: tua sane opus est benignitate: fortuna namque instabilis, ut nunc possit ex prosperis adversa afferre, nunc ex adversis prospera, velut venti vel in uno temporis articulo hinc illinc flare solent.* Imprimis vero in fine carminis rerum humanarum fragilitatem in memoriam revocare amat, sed tectius et per preces, ut Olymp. VIII, extr. Pyth. V, 120. quo pertinet etiam illud *εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι θεὸς* Olymp. I, 108. Postremo his spectatis video plura in hoc carmine rerum, quae tum fuere, rationi pulcherrime accommodata esse, licet ea sint eiusmodi, ut etiam per se sua placeant elegantia. Nam si qui erant Rhodiorum, qui pro illius aetatis ingenio inviderent Damageto et eius familiae imperium tenenti, nihil magis agendum poetae erat, quam ut Rhodios admoneret, ne quid inconsideratius statuerent imminuenda Heraclidarum potestate. Quod in hoc carmine sane effectum videtur. Nam vs. 93. Eratidarum sive Heraclidarum gaudiis etiam civitatem laetari dicit: nempe eadem imperantium et civium utilitas: „Eratidae non tyranni sunt, quibus vos debeatis infensi esse, ait; mite exercent imperium, cui cives non obtrectent." Obtrectabant tamen, ut conieci; nempe erant sane aliquot, qui novas res molirentur, optimatibus infesti cives, qualis Athenis Pericles: hi plebem abalienare ab Eratidis studebant; plebs tamen adhuc fida, certe eatenus, ut qui Eratidis faveret, civitatem Eratidarum gaudiis laetari potuerit dicere: talia enim nulla aetate et in nulla civitate ita dicuntur, ut plane vera sint et nemo, qui aliter censeat, reperiatur. Deinde huic etiam fini consentaneum, quod non modo fortitudo, sed etiam iustitia familiae celebratur: ut intelligant Rhodii, quam iustum sit imperium. Igitur non modo vs. 17. Damageti celebratur aequitas, sed etiam Diagoras commendatur civibus et peregrinis, utpote recta via incedens et a superbia (*ὕβρει*) alienus: idque ex bona patrum disciplina habere dicitur: ut perspicere potuerint, non solum hos homines bonos esse sed universae familiae instituta et consilia esse iustissima. Porro quid magis commendare Eratidas potuit, quam quod illis debeatur Doria in Rhodo colonia? Quod vs. 20 sqq. exponitur. Ipse ab Hercule ortus, immo a Iove ipso (vs. 23.), insignem illis auctoritatem conciliat. Et Tlepolemi quoque, a quo originem repetunt, divinus cultus (vs. 77 sqq.) dignitatem posteris affert. Denique quod supra dixi, ab inconsultis consiliis Rhodios dehortari poetam, id ipsis potest sententiis comprobari, quae vs. 24. 30. 43 sqq. positae sunt. Nam hae quidem rerum narratarum rationi aptatae sunt, idque commodissime: sed ipsa affinium dictorum crebra repetitio attentum interpretem eo deducere debet, ut non sine causa haec identidem inculcata sint, sed de industria fabulis narratis, quibus conveniebant, interposita, ut Rhodii admonerentur, *errores innumeros mortalibus insidiari; quod et nunc et posthac optimum esset, haud facile inveniri; animi perturbationes etiam prudentem errori implicare; providentiae reverentiam bona hominibus afferre; nubem oblivionis obrepere latenter, et rectam rerum agendarum viam subducere mentibus.* Haec enim summa est Graecorum verborum: *Ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων φρασὶν ἀμπλακίαι ἀναρίθμητοι κρέμανται. τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν, ὅ,τι νῦν ἐν καὶ τελευτᾷ φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν: Αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαγξαν καὶ σοφόν: Ἐν δ' ἀρετὰν ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώποισι*

www.libtool.com.cn
προμαθέος αἰδώς. ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ λάθας ἀτέκμαρτα νέφος, καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρθὰν ὁδὸν ἔξω φρενῶν. Haec adeo cumulata quis arbitretur poetam positurum fuisse, nisi peculiaris suasisset ratio? Atque haec omnia etsi etiam Eratidis possunt dicta esse, quibus et ipsis cavendum erat, ne quid inconsultius facerent neve superbius et iratius agerent, tamen quod poeta potissimum pro Eratidis sibi caris scribit, maxime ceteris Rhodiis proposita videntur. Non tamen reluctabor, siquis has sententias et ad populum et ad imperantes retulerit: modo teneas, Pindarum, quum Rhodiorum statum vidisset lubricum et ambiguum esse, admonere eos voluisse, *ne quid incaute, imprudenter, cupide, iracunde facerent, cuius postea poeniteret.* Ne quis vero haec et durius a poeta dicta et male ominosa esse putet, duo tenenda sunt. Alterum hoc est, *errores* et Tlepolemi et Rhodiorum haud ambigue *excusari* tum sententiis tum ipso deorum exemplo, qui et ipsi oblivione peccaverint; licet posterius poeta religiosus lenioribus verbis percurrat: attamen id non sine causa vs. 58 sqq. significari, apertum est; nam eadem oblivio, idem error deorum proponitur, qui antea in Tlepolemo et Rhodiis demonstratus est. Alterum tene hoc, *errorum eventus prosperos designari* et in Tlepolemo et in Rhodiis et in diis ipsis; unde quidem nunc quoque ad prosperitatem verti posse infelices errores poterant audientes augurari.

O L Y M P. VIII.

Carmen scriptum Alcimedonti Aeginetae puero, ex gente Blepsiadarum (vs. 75.): φυλὴν vocat Schol. vs. 97. sed melius alter φατρίαν, intellige πάτρην sive πατρίαν; ibidem quod eam a Blepsiade appellatam ferunt, probabile non est, debebatque potius Blepsias auctor gentis dici. Ante Alcimedontem frater Timosthenes Nemeae vicerat (vs. 15.): cum utroque laudatur magister Melesias (vs. 54.); magistri enim laudes in carminibus puerorum victoriae destinatis, si cursores exceperis, raro omittuntur, quod accidit Olymp. X. Nem. VII.; etiam patris vel avi memoria, ut in hoc carmine, ita in reliquis, quae pueris scripta sunt, addi solet. Victoria contigit Olymp. 80. (Schol. inscr.): oda Olympiae cantata est, quum instituta comissatio esset et pompa, qua corona in Altin deferebatur; quae est στεφανηφορία vs. 9 sq. cf. ad Olymp. IV. introd. Errat Schol. vs. 66. vulg. (51.), quum chorum in Aegina versari putat ob vocem δεῦρο, de qua v. not.

Vs. 1 — 18. Pindarus invocat *Olympiam, matrem certaminum*, quod ibi ludi habentur, et *dominam veritatis*, ob vaticinia: *ubi apud Iamidarum oraculum Iuppiter consulitur de certantibus, an successum habituri sint; et pietatis in gratiam precibus satisfacit deus fausto responso.* His positis nulla alia interiecta sententia priori invocationi altera quasi per appositionem additur ad *lucum Altin* directa, *ut pompam accipiat; cuius luci decus qui consecutus fuerit, eius magnam esse gloriam: aliam quidem aliis felicitatem diis adiuvantibus contingere; sed Timosthenem et Alcimedontem Iovem esse genitalem patronum nactos, qui summam illis praebens fortunam alterum Nemeae, Olympiae alterum victorem praestiterit.* De Iamidarum oraculo v. ad Olymp. VI. init. alios duos locos de Olympico Iovis oraculo supra de industria omissos commodius nunc addam, Strab. VIII, p. 353. Xenoph. H. Gr. IV, 7, 2. Id haud dubie etiam Alcimedontis

www.libtool.com.cn

p. 674. 14. *Ἁλιερκέα χώραν*, non ob solum mare, sed etiam ob cautes asperas mari iniectas, quibus undique cincta difficilem praebet aditum: quas Aeacus, quo tutiorem insulam praestaret, mari immersisse ferebatur: v. Pausan. II, 29, 5. *Ὑπέστασε* proprium de columna, ut Olymp. VI, princ. *Ὁ δ' ἐπαντέλλων χρόνος τοῦτο πράσσων μὴ πάμοι* optantis est et precantis poetae semper de futuris solliciti; huic loco simillimus Olymp. VI, 97. Ac sane tum de Aeginetis iam potuit aliquis sollicitus esse ingravescente indies Atheniensium superbia: cf. ad finem carminis. *Ταμιευομέναν, administratam, gubernatam.* Sed in verbis *ἐξ Αἰακοῦ* haereo, quae dixeris esse *post Aeacum*; nam Dorienses Epidaurii, qui Aeginam tenuerunt, longo post Aeacum intervallo accesserunt: at *ἐξ Αἰακοῦ* ex usu sermonis non est *post Aeacum*, sed *inde ab Aeaco*. Igitur temporis notam praepositioni illi non inesse arbitror, sed explico: *tenuerunt eam Dorienses traducto ad illos ab Aeaco imperio.* Tamen quoniam Dorienses ex Epidauro post Heraclidarum demum reditum Aeginam occuparunt, haec non ita intelligenda sunt, quasi ab Aeaco ipso, nullo interiecto temporis spatio, translatum ad Dorienses imperium sit: sed traducitur ab aliquo ad aliquem imperium etiam tum, ubi priore illo possessore defuncto cessaverit imperium et postea ab alio occupetur. Atque hac ratione traditur Triaco Argivus, qui idem Epidaurius, vacuam Aeginae possessionem invasisse: v. Schol. coll. Müller. Aeginet. p. 43 sq. Ceterum in voce *Δωριεῖ* insigni loco positâ laus inest insignis; v. Dissen. ad Nem. III, 3. coll. not. ad Pyth. VIII, 1 — 21. extr.

Vs. 31 — 52. *Quem Aeacum*, Blepsiadarum, ut coniecimus, parentem fabulosum, *Apollo et Neptunus in condendis Ilii moenibus adiutorem adsciverant, quod capi ea fatale erat:* id quod fieri non poterat, nisi dii mortali opera usi essent. *Moenibus perfectis autem ex portento Apollo intellexit, qua parte Aeacus operatus esset, huius posterorum ope ea casura esse. Post quod omen Apollo Xanthum et Amazones Istrumque petiit, Neptunus vero Isthmum, Aeacum simul in Aeginam deducens.* De Aeaco moenium Troiae sub Laomedonte condendorum adiutore eximie disputatur in Scholiis nuper editis: fabulam ante Pindarum a nemine expositam ex Aeginetarum vel ipsorum Blepsiadarum narratione poeta desumpsisse videtur. Ipsa rei narratio etiam novitate placens excusatione non eget: quid enim Blepsiadis splendidius, quam gentis auctorem deorum fuisse socium? Divulgare igitur Olympiae Aegineticam de Aeaco fabulam poeta voluit, ad Blepsiadas, quibus ille gentilicius heros, maxime pertinentem. Attamen alia quoque videtur et interior causa fuisse, cur hanc potissimum ex Aeaci fabulis partem nunc prompserit. Nam oda incipit a praedicando oraculo: non sine causa, ut dixi: quippe de Alcimedonte quoque oraculum editum esse non opinor temere conieci. Huic igitur initio carminis etiam Aeaci haec fabula accommodata est, quae omen de Aeacidarum maximeque Telamonis et Neoptolemi felicibus adversus Troiam expeditionibus captum continet. Quae sententia ut lectori etiam magis probetur, hoc videtur addendum, poetam et in Aeaci rebus et in prooemio carminis Alcimedonti attemperato Iovem ut oraculi auctorem commemorare. Vs. 2. enim habes: *ἵνα μάντιες ἄνδρες ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι παραπειρῶνται Διός, εἴ τιν' ἔχει λόγον* etc. mox vs. 43. Apollo dicit: *ὤ; ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός.* De industria igitur poeta ex Aeaci rebus id delegit, ex quo pateret, ut nuper Alcimedontis, ita olim Aeacidarum praeclara facinora Iovis, qui utrisque genitalis erat, significatione esse praedicta. Apud Pindarum enim vix quidquam est quod vacet. Et ad huius loci interpretationem conferri potest ea, quam Dissenius eximia sagacitate excogitatam de loco Isthm. V, 17 sqq. proposuit. Dicam nunc de singulis. *Εὐ-*

www.libtool.com.cn

ρυσίων maxime Neptuni cognomentum est. Hesych. *Εὐρυμέδων, Περσεὺς ἢ Ποσειδῶν*: omitto reliqua hinc aliena. *Νιν* non ad Ilium refer, sed ad *τεῖχος*: nam hoc quoque flamma vastatur; cf. Fragm. inc. 81. nec *τεῖχος* de *castello*, Pergamo, intellexerim, quamquam hic usus sit admodum vulgatus. Mox *νέον* pertinet ad verbum *πίσθη*, quum *recens* condita esset turris. *Ἀτυζομένω, ταρασσομένω, conturbati, perculsi, attoniti*; v. Schol. et Apollon. Soph. Lex. Hom. p. 173. ed. Toll. cuius explicatio pertinet ad Iliad. ζ, 38 sqq. ubi *ἵππω ἀτυζομένω*: et conveniunt Hesychianae glossae plures, ad quas v. intt. cf. Pyth. I, 13. Mox construe: *ἔννεπεν Ἀπόλλων εὐθὺς ὀρμαίνων ἐντίον τέρας, explicuit et edixit Apollo statim prodigium adversum conjectans*; *ὀρμαίνων* est *στοχάζων, ὀρμαίνων ἐνὶ φρεσί*. Fabula rem videtur ita finxisse: *binos dracones in parte turris a binis diis exstructa ingredientes periisse, tertium in Aeaci opere impetu facto superstitem fuisse*: igitur Apollo ea parte, qua Aeacus operatus esset, Ilium captum iri divinavit. Aeaci ipsius posteros primos et quartos in expugnanda Troia operam praestituros, non ex prodigii interpretatione addit deus, sed quod haec ut vates animo videt. Qui periere serpentes, *Aiax* et *Achilles* sunt; qui intravit, est potissimum *Neoptolemus*: *boatus* (non sibilus) victoris clamorem et paeanem significat. *Αἰσχύνεται* praesenti Apollo utitur ut augur, qui futuram rem tanquam in omine praesentem conspicit: cf. nott. critt. p. 462. ubi tamen locus Isthmiorum aliter nunc explicitus non erat afferendus. *Ἀμφὶ τεαῖς, ἥρως, χερὸς ἐργασίαις*, hoc est, *qua parte tu moenia exstruxisti*. Significatur haud dubie ea pars, quam designat Andromache Iliad. ζ, 431 sqq.

Ἀλλ' ἄγε νῦν, ἐλέαιρε, καὶ αὐτοῦ μίμν' ἐπὶ πύργῳ,
Μὴ παῖδ' ὀρφανικὸν θείης χήρην τε γυναῖκα·
Λαὸν δὲ στῆσον παρ' ἐρινεόν, ἔνθα μάλιστα
Ἄμβατός ἐστι πόλις καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος.
Τρὶς γὰρ τῇ γ' ἐλθόντες ἐπειρήσαντό γ' οἱ ἄριστοι,
Ἄμφω Αἰαντε δύω καὶ ἀγαυλιτὼν Ἰδομενῆα,
Ἠδ' ἀμφ' Ἀτρεΐδας καὶ Τυδέος ἄλκιμον υἱόν·
Ἤ που τίς σφιν ἔνισπε θεοπροπίων εὖ εἰδώς,
Ἦ τε καὶ αὐτῶν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει.

Cf. ibi Heyn. Hanc igitur moenium partem, utpote minus firmam, ab Aeaco aedificatam esse Aeginetica fabula videtur dixisse; atque etiam oraculi vestigium in Homericis inest: quorum verbis his adaptata de Apollinis vaticinio traditio videtur. Ium Pindarus vel potius Apollo, *a primis*, inquit, *et quartis incipietur Troiae excidium*, ita quidem, ut in quartis etiam exitum habeat. *Primos* vocat *primam ab Aeaco aetatem*, *Telamonem* et *Peleum*; nam Peleum quoque tum in Amazonibus petendis tum in Ilieca expeditione Herculi socium addit Pindarus Fragm. inc. 55. idemque de posteriore bello tradit Euripides l. c. ap. Schol. sed in eadem re solus Telamon memoratur Isthm. V. 25 sqq. Nem. III, 55. (ubi certe in Amazonibus vincendis Peleum a nonnullis addi docet Schol. vs. 64. vulg.), Nem. IV, 25. (ubi Schol. vs. 36. vulg. adimit Peleum): cf. Apollod. II, 6, 4. et ibi Heyn. *Quartis* significantur *Neoptolemus Achillis filius*, Peleï nepos, et *Epeus* Panopei Phoco gnati, equi Troiani fabricator, qui tamen nonnisi annumerato Aeaco in quarta reperiuntur aetate: at Peleum et Telamonem deus non numerato Aeaco primos dixit. Mire sane: sed oraculorum verba eadem minus concinna esse amantque ambiguitatem. Utriusque aetatis facinora comprehendantur Isthm. IV, 38 sqq. Vs. 47. ad Σαπέδον et Ἀμαζόνας repete ex sqq. &c. Nemeam Lyciae Apollinem nunc adire non est probabile, sed una profectione deus

www.libtool.com.cn
locos, ubi ipse aut soror coleretur, videtur stringere: itaque recte Heynium arbitror Xanthum Troadis intelligere, ubi equi Apollinis relicti pabulum carpserint, ut sp. Hom. Tum deus ad Amazonas sororis cultrices in Ponto ad Thermodontem (cf. ad Schol. p. 100.) indeque in septentrionem ad Hyperboreos ipsius ministros apud Istri fontes (Olymp. III.) pergit. Neptunus vero in dilectum proficiscitur Isthmum (cf. Nem. V, 37 sq.), domum simul deducens Aeacum. *Δεῦρο, in Aeginam:* neque tamen ideo carmen in Aegina cantatum est; sed Graeci *δεῦρο* etiam de eo loco dicunt, de quo sermo sit, etsi qui loquitur alio sit loco. Sic in Platonis Phaedone, qui tamen Phliunte peroratur, de navi Deliaca dicitur p. 58. B. *πρὶν ἂν εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται τὸ πλοῖον καὶ πάλιν δεῦρο,* Athenas. Ceterum poeta nunc abrumpit narrationem, quoniam id perfectum est quod voluit, ut oraculum ab Apolline de Aeacidis editum et Alcimedonti nunc aptatum publice audiretur. Hoc unum mireris, cur tot verbis vs. 46 — 52. explicitum sit, quo se Troiâ reduces Apollo et Neptunus contulerint. Potest hoc factum esse, ut digno exitu ornaretur narratio: sed memorabile est quod in Corinthiis Neptuni sollemnibus oratio terminatur. Vide igitur ne Alcimedon vel Timosthenes reportatis Olympica et Nemeaea victoriis in Isthmiis certare constituerit, et poeta illi ex Neptuni Isthmiorum praesidis in Aeacidas favore prosperum eventum auguretur. Tale quiddam, sed apertius significatum habes Nem. V, 37 sqq. ubi vide eximiam Dissenii notam, collata interpretatione ad Isthm. V, 1 sqq. Hoc loco res incertior. Sive tamen vera mea coniectura sive falsa, patet quo se Apollo converterit, nonnisi ideo exponi, ut ea quae de Neptuno dicuntur, haberent quod responderet.

Vs. 53 — 66. Post Aeginae laudes a victoris quidem rebus non alienas sed tamen longius evagatas poeta ad victoriam ipsam rediturus orditur a sententia, indeque Melesiae aliptae et Alcimedontis praeconium agit: „Haec igitur Alcimedontis in gratiam cecini: *sed nullum gaudium omnibus par et commune esse potest neque erit; ut si nunc* Alcimedontem laudans *Melesiae ego ex pueris imberbibus gloriam excito, aliorum hoc animum perstringet: sed ne me insectetur invidia; nam Nemeaeum quoque eius decus ex puerili certamine et deinde in virili pancratiastico partum dicam. Quippe Melesias talis alipta est, qui et ipse certamen expertus sit: is vero facilius docet, qui periculum fecerit. Nam stultum est, quae docere velis, non ipsum te antea didicisse et expertum esse: inexpertorum enim mentes quam expertorum sunt leviores. Contra qui ut Melesias periculo facto didicerit, rectam rationem docere potest. Et nunc Melesiam ornat Alcimedontis victoria, tricesima earum, quas illius discipuli consecuti sunt.*" Primae sententiae vix potuerit alius sensus esse nisi hic, nullam rem iucundam posse inter homines parem omnibus et communem esse; igitur sese, dum Melesiae et Alcimedonti gratificatur, aliis officere, et maxime victis: unde prope collegerim, haud sine multorum invidia Melesiae discipulum victoriam parasse, quippe qui ἔφεδρος aliis iamiam partam quodammodo gloriam eripuerit, et ipsum magistrum odio laborasse ceterorum, qui victos pueros quattuor deduxerant, magistrorum. Quamquam Melesiam omnino invidia apud Aeginetas ipsos flagrasse ex Nem. IV. extr. recte colligit Dissenius, et ipse collegi nott. critt. p. 524. Praeterea noto hanc sententiam, *τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσασται οὐδέν,* et ad praecedentia et ad sequentia referendam esse, ut Olymp. XIII, 13. *ἅμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος*: talis est enim ratio interpositarum sententiarum, quae nexui orationis inserviant; nisi enim ad ambas, quae coniungendae sint, partes pertineant, hae partes non coniunctae erunt. Igitur sensus hic est: „Quae ego in Alcimedontis laudem cecini, non omnibus probabuntur; neque enim eadem omnibus

www.libtool.com.cn

Vs. 67 — 76. *Qui Alcimedon quattuor vicit pueros eoque avo quasi robur inspiravit: nam felicitas mortis oblivionem affert. Sed etiam universae Blepsiadarum genti me oportet memoriam facinorum repetere, qui iam* hac victoria addita *sextam ex ludis coronam reportarunt. Τύχᾳ δαίμονος, deo adiutore,* fere ut Pyth. VIII, 55. Nem. VI, 25. IV, 7. *Τέτρασιν παίδων γυίοις (τεσσάρων π. γ.)* significat quattuor fuisse paria, quibus Alcimedon *ἔφεδρος* successerit, quaternos vincens deinceps victores. *Γυῖον* est corpus, ut Nem. VII, 73. Victus habet *νόστον ἔχθιστον* et *ἀτιμοτέραν γλῶσσαν* et *ἐπίκρυφον οἶμον*: postremum in nott. critt. explicui *vitam s. vitae viam obscuram.* Eustath. ad Iliad. *θ*, p. 713. 18. *φῶς δὲ κἀνταῦθα (Ὅμηρος) τὴν νίκην λέγει ὡς τῶν ἡττωμένων ὑπὸ σκότει δοκούντων εἶναι, καθὰ καὶ Πίνδαρος φράζει σαφῶς*: et ad Iliad. *ζ*, p. 621. extr. *ζητητέον δὲ ἐνταῦθα καὶ τὰ τοῦ Πινδάρου περὶ τῶν ἡττωμένων, οἷς ἐπίκρυφον οἶμον ἐκεῖνος εἶναί φησι διὰ τὸ κεκρύφθαι καὶ ὀκνεῖν ὑπὸ φωτὶ ζῆν ἐν τῷ αἰσχύνεσθαι τοὺς ὁρῶντας*; quae explicatio accuratissima est. *Ἀτιμοτέρα γλῶσσα* non *aliorum sermones* designat, sed *ipsius victi*, quod oratio eius minus gloriosa est, quippe quae gloriari nequeat. Et *ἐπίκρυφον οἶμον* et *ἀτιμοτέραν γλῶσσαν* comprehendit sententia Fragm. inc. 149. *Νικώμενοι γὰρ ἄνδρες ἀργυξίᾳ δέδενται οὐ φίλων ἐναντίον ἐλθεῖν*: hinc victor Pyth. IX, 95. dicitur *σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών*. Postremo ab omni parte similis locus Pyth. VIII, 85 sqq. *τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν Σωμάτεσσι κακὰ φρονέων· Τοῖς οὔτε νόστος ὁμῶς Ἐπαλπνος ἐν Πυθιάδι κρίθη Οὐδὲ μολόντων πὰρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως γλυκύς Ὥρσεν χάριν· κατὰ λαύρας δ' ἐχθρῶν ἀπάοροι Πτώσσοντι, συμφορᾷ δεδαιγμένοι*. Superest, utrum de se removisse obscuritatem, an quattuor eam pueris imposuisse Alcimedon dicatur. Posterius, quod Schol. amplectitur, etsi invidiosius dictum est et in victos calamitate perculsos etiam superbius, tamen a Pindari ingenio minime abhorrere docet potissimum locus ex Pythiorum octavo allatus: prius placuit Heynio et firmatur maxime verbo *ἀπεθήκατο, a se removit,* ut Olymp. XI, 41. *νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ' ἄπορον*. Sed additum *ἐν τέτρ. π. γ.* significat *simul a se remotum infortunium aliis eum imposuisse, ἐναπεθήκατο τέτρ. π. γ.* ut fere in Scholiis est: itaque utrumque poetae verbis inesse Astio facile largior. *Avum* deinde memorat, quod pater defunctus est; et illi nepos *senium* producit: quod quomodo fiat ut intelligatur, addit Pindarus, *certe Orci oblivisci, cui laeta contigerint.* *Ἄρμενα πράξαις, εὖ πράξας, felicia adeptus,* ut *ἀντία πράξει* Pyth. VIII, 54. est *κακῶς πρ.* *Μναμοσύναν ἀνεγείροντα* tam eo pertinet, quod etiam priores victoriae in memoriam revocantur, quam quod hymno dicato gloriam Blepsiadarum poeta tutatur, eaque ne delitescat et consopita iaceat, efficit. *Χειρῶν ἄωτον ἐπίνικον, florem et decus manuum,* quibus luctantes vicerunt, *victoriae celebrandae causa oblatum: ἐπίνικος* enim adiectivum est. Igitur hymnus dicitur *ἄωτος*; cf. ad Olymp. III, 1 sqq. *Βλεψιάδαις* refer ad *φράσαι*. *Ἀγῶνες* sunt *φυλλοφόροι,* quod frondes iniiciebantur victoribus: v. Pyth. IX. extr. c. not.

Vs. 77 — 88. *Neque vero soli superstites victoria fruuntur: etiam ad defunctos pars gloriae pertinet. Itaque Iphion nuncio accepto dicet Callimacho, quod ipsorum genti Iuppiter decus dederit: qui utinam eam porro augeat et tutetur, atque una civitatem.* *Ἔστι τι μέρος θανόντεσσι,* nempe victoriae et laudum; *ἐρδόμενον κατὰ νόμον, quod tamquam inferiarum honos mortuis persolvitur rite,* ut bene Heynius; nec multum abludunt Scholia. *Κατὰ νόμον* spectat ritum sacrorum: igitur nihili est coniectura *ἐρδομένων, facinorum, quibus victoria parata est,* in quo *κατὰ νόμον* sensu cassum est. *Nam terra,* inquit, *non occultat cognatorum decus; non obest sepulcrum, quominus gloria cognatorum rescisci a defunctis possit.* Quae nunc poeta dixit, quod ad patrem Alcime-

www.libtool.com.cn

culo Pythiadum recte instituendo ad Olymp. XII.): sed in priori Scholio Pythia victoria, non Olympica, ut vulgo statuunt, in Olymp. 73. refertur. Quae quum inter se pugnare Hermannus videret, numerum corrigendum esse recte iudicavit, scripsitque ἑβδομηκοστῇ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι, ut Olympias secundum Scholiastae computationem, quam falsam esse alibi docui, Pythiadi tricesimae responderet; verum postquam Pythiadem tricesimam tertiam ex Vratislaviensi attuli, in promptu est corrigere: καὶ Πύθια τριακοστῇ τρίτῃ Πυθιάδι, quae coniectura non solum in tantis Scholiorum vitiis non audax est, sed etiam certa: Olympiadis enim aliena in Pythia victoria mentio est. Praeterea multo probabilius est in altera lectione τὴν τριακοστὴν periisse vocem τρίτην, atque emendandum esse aut τρίτην καὶ τριακοστὴν aut τὴν τριακοστὴν τρίτην, quam in altera illud γ' (τρίτην) male additum esse. Quae quum ita sint, non aliud statui potest nisi Pyth. 33. Olymp. 80, 3. Epharmostum Pythia vicisse: Olympica igitur victoria probabili ratione Olymp. 81. assignabitur. Carmen non Olympiae sub ipsam victoriam cantatum esse, docet initium: immo liquet id Opunte esse cantatum in convivio, unde aptior iocus de veteri vino vs. 52. Convivium autem actum post coronatam Aiacis Oilei aram: v. ad extr. Oda a Pindaro missa est ob aliquam hospitii coniunctionem: qua de re v. ad vs. 89.

Vs. 1 — 15. *Archilochi carmen Olympiae cantari solitum tum, quum Epharmostus sub ipsam victoriam ad collem Cronium comissationem celebraret, ei suffecit; nunc vero domi et Iovem et Olympiam cane, ac Pythonem simul tange: neque enim nihil ages citharam pulsans ob huius ex Opunte viri luctas.* De comissatione Olympiae post victoriam instituta dixi ad Olymp. IV. init. Ibi quibus musicae operae deficerent, iis chorus canebat Archilochi hymnum in Herculem, ex quo duo supersunt iambici (v. ad Schol. p. 208.), ita quidem ut ter interponeretur ephymnium Τήνελλα καλλίνικε, cuius priorem vocem chori canebat praefectus, succinente choro vocabulum καλλίνικε, ut accurate narraverat Eratosthenes de antiqua comoedia ad versus Aristophanis in Schol. p. 207. citatos. Ipse hymnus *Callinicus* dictus est, isque *triplex* ob triplex ephymnium: ceteras veterum sententias plane improbandas v. in Scholiis; cf. intt. Hesych. v. τήνελλα. Vox τήνελλα sonos instrumentorum imitatur, ut in Aristophanis Pluto θρεττάνελο ex Philoxeno dithyrambico; et memorabile est quod iam Schmidius notavit: „Vox τήνελλα etiam ad nostros per tot saecula transiit; hinc apud musicos celebratum est illud, *Ronda Ronda Tinella.*" Ceterum καλλίνικος in eo carmine erat Hercules, ex usu vulgato: v. intt. Hesych. v. καλλίνικος, Fabri Agonist. II, 22. Sic ὁ καλλίνικος Ἡρακλῆς in versu ap. Theodoret. Gr. Aff. Cur. VI, p. 853. ed. Schulz. omitto alia. Sed apud Pindarum suppletur ὕμνος, ut Nem. IV, 16. Nostrum locum spectat Tzetz. Chil. I, 686.

Ὡς τοῦτο τοῦ Παρίου δὲ τοῦ Ἀρχιλόχου μέλος
Ἐν ᾧπερ καὶ νενίκηκεν ἅσας ἐν Ὀλυμπίᾳ,
Μόνῳ τῷ στόματι λαλῶν ὡς τῆς χορδῆς κοπείσης,
Ὅπερ καὶ Πίνδαρός φησι τοῦτον ὑπερθαυμάζων.
Τὸ μέλος δ' ἄκουε λοιπὸν αὐτοῦ τοῦ Ἀρχιλόχου,

ubi deinceps versus Archilochi ex Schol. afferuntur. Voci κεχλαδὼς non solam *sonantis* inesse notionem vel inde intelligitur, quod iam praecessit φωνᾶεν: varia de hoc vocabulo in Obss. Misc. Nov. T. I, p. 75. collecta sunt; hoc loco est πληθύων, de *pleno et quasi turgente cantu:* v. Schneider. Lex. Gr. Sic de corporibus iuvenili vigore luxuriantibus Pyth. IV, 179. κεχλάδοντας ἥβᾳ. Hinc coniuncta notio τοῦ τρυφεροῦ, luxuriei: unde χλιδὴ, χλιδάω, χλιδαίνω: atque ipse cantus Olymp. XI, 88. χλι-

www.libtool.com.cn

citur, cui et ipsi Gratiae victoriae decus dederunt, viro quippe forti et arte luctae etiam sapienti. Quam sententiam veram esse collatis vs. 30. et vs. 118. apertius fit. Nam ibi dicit: *ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντ'*: at vs. 118. idem Epharmosto tribuitur: *τόνδ' ἀνέρα δαιμονίᾳ γεγάμεν εὔχειρα* etc. Ceterum ultima vs. 30. sententia hinc utitur Aristid. T. II, p. 28.

Vs. 31 — 44. Iam sine diis magna facinora, quale Epharmosti, a fortibus viris perfici non posse, Herculis demonstratur exemplo Olympiorum praesidis et summi luctatoris, quem Epharmosto ipsi comparari vult poeta, quum Herculis exemplo utitur in illius rebus; et fuit opinor Herculea vir indole, quippe *δαιμονίᾳ εὔχειρ, δεξιόγυιος, ὀρῶν ἀλκὰν* vs. 118. *Nam quomodo*, ait, *nisi a diis adiutus potuisset Hercules Neptuno et Apollini et Orco adversarius pugnare?* Sed religiosa mens aversatur narrationem de Hercule deorum adversario, nec sapientis esse putat hominum vires in deorum detrimentum supra modum extollere: non ista ab ore suo audiri vult, sed Opuntis antiquas res. Vulgares de Herculis adversus deos pugnis fabulas tradunt Scholia, in quibus etiam de ea difficultate monetur, quod tres diversas pugnas in unam poeta coniunxit. Dicas eum illas non commiscuisse, sed per zeugma et breviloquentiam de tribus pugnis ita locutum esse, quasi una fuerit; at putida ratio est. Recte grammatici unam ex Pindari mente pugnam statuunt: etiam Eustath. ad Iliad. *α*, p. 97. pr. bene Pindarum intellexit, ubi secundum illum Apollinem ad Pylum una cum Neptuno dimicasse statuit. Nempe ad Pylum Nelei Neptunus Herculi adversarius fuit; ad Pylum Eliacam Orcus, non tum quum Hercules Cerberum arcesseret, sed alio, ut nonnulli fabulabantur, tempore (Pausan. VI, 25, 3.): utrumque in unam fabulam abiit eo facilius, quo minus constabat, quaenam Nelei Pylus esset: quam ad Homeri mentem Triphyliacam fuisse recte Strabo demonstravit, Pindarus autem et recentiores Messeniacam habuerunt (Pyth. VI, 33. et Schol.), rursum vero alii Eliacam. Igitur non opus est, ut Pindarum ob verba Homerica Iliad. *ε*, 397. *ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι* pugnam cum Orco et alteram ad Pylum confudisse dicamus: quamquam iam in illo Homerico loco aliquid in fabulis turbatum esse conieceris. Accedit quod ad Pylum tum, quum Neleus et filii interimerentur, Orcum ab Hercule vulneratum Apollodorus II, 7, 3. tradit, et secundum grammaticos in Schol. Villois. ad Iliad. *λ*, 689. Neleo auxilium tulerunt Neptunus, Iuno, Orcus: ibi igitur vulnerata statuebatur etiam Iuno, de qua Iliad. *ε*, 392. Immo etiam Mars ibidem percussus ab Hercule videbatur (v. Heyn. ad Apollod. l. c.). Quidni igitur Apollo quoque eo convenerit? Quem et ipsum ad Pylum dimicantem facere fabula eo maiore specie potuit, quo minus de loco, ubi de tripode Delphico cum Hercule decertasset, priscae consentiebant narrationes. Sed Herculi ad Pylum Minerva auxilium tulit (Pausan. l. c.): igitur non humanis ibi viribus proeliatus est, sed *κατὰ δαίμονα*. Ceterum Trachinius, ob cuius caedem expiari a Neleo Hercules voluit (v. Schol.), est Iphitus Euryti Oechaliae regis filius: v. Diod. Sic. IV, 31. *Ῥάβδον* cave *hastam* putes: rectum vidit Schol. *Οὐδ' Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον, etiam Orcus adversus illum baculum movit*, quo defunctos in ditionem suam compellit, ut alias Mercurius. *Ἀγυιὰ κοίλα θνασκόντων*, in urbe Orcina; ut *κοίλα χθὼν* in Threnis. *Ὑποκρέκειν μανίαισιν* est *praeludere insaniae*, dictione a musicis rebus desumpta (v. Schol.); eodem redit, quod in Scholiis est, *ἐνδόσιμός ἐστι μανία*: nam *ἐνδόσιμον* est *τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς κιθάρισμα*; v. Hesych. c. nott. et cf. intt. Hesych. v. *ἀβλήδην*. Ambiguus est locus Plutarchi de adul. et amic. discr. c. 16. *ὅθεν ὥσπερ ἁρμονικὸς ὁ φίλος τῇ πρὸς τὸ καλὸν καὶ συμφέρον μεταβολῇ τὰ μὲν ἐνδιδοὺς, τὰ δ' ἐπιτείνων, πολλάκις μὲν ἡδύς, ἀεὶ δ' ὠφέλιμός ἐστιν· ὁ δὲ κόλαξ ἀφ' ἑνὸς*

www.libtool.com.cn

διαγράμματος ἀεὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πρὸς χάριν εἰωθὼς ὑποκρέκειν, οὔτ' ἔργον οἶδεν ἀντιτεῖνον οὔτε ῥῆμα λυποῦν, ἀλλὰ μόνῳ παρέπεται τῷ βουλομένῳ, συνᾴδων ἀεὶ καὶ συμφθεγγόμενος; ubi ὑποκρέκειν, etsi res non plane certa, magis tamen de *accinendo* citharâ quam de *praeludendo* dictum videtur. Adde Suidam: ὑποκρεκόντων· χρονόντων, ἐγγιζόντων. Ipsam Pindari sententiam respicit Plutarch. de laude sui c. 1. Ἔα χωρὶς ἀθανάτων, *seiunctam a diis sine* pugnam, hoc est *seiunge et remove*.

Vs. 44 — 60. *Potius ad urbem Protogeniae Opuntem te convertas, quae et ipsa,* ut Epharmosti virtus, *divino consilio condita est; ubi Iovis fato Pyrrha et Deucalion primum post diluvium posuerunt domicilium, et sine lecto ex lapidibus progeniem nacti sunt:* Unde homines nati, durum genus. *Illis igitur novum procude carmen: nam illorum, quum aqua, quae terram texerat, absorpta esset, vestri maiores fuerunt posteri, ex Iapeti et Saturni gentibus prognati, reges Opuntis perpetuo.* Γλῶσσαν φέρειν, ut Μοῖσαν φέρειν Nem. III, 27. De Protogenia v. nott. critt. p. 399. hoc loco intellige Deucalionis et Pyrrhae filiam (Apollod. I, 7, 2. Schol. Odyss. ϰ, 2. Mai.); ea cum parentibus Opunte, ubi Deucalionis et Pyrrhae sedem Pindarus ponit, habitavit et generis, de quo dicitur, auctor facta est. Opuntis filiam Protogeniam vix quisquam hic quidem intellexerit, quum vulgata fabula de Protogenia Deucalionis filia unicuique audientium debuerit in his verbis obversari, praesertim ubi Pyrrham et Deucalionem statim post memorari viderit, addita hac quoque traditione, Opunte illos primam posuisse domum. Et ipsum nomen *Primogenitae* maxime illorum convenit filiae, a qua altera posthac appellata sit. De verbis αἰολοβρόντα Διὸς αἴσᾳ vide coniecturam ad Olymp. XI, 81 sqq. propositam. De diluvio nota omnia: reconditiora quaedam afferunt Scholia. Vs. 47 — 50. mutilos recitat Eustath. ad Iliad. α, p. 23. extr. ubi de etymo vocis λαὸς disputatur et quaedam ex Scholiis Pindari excerpta sunt, ut illa de Cecrope. Σφὶν, Πρωτογενείας πολίταις, Opuntiis. Verba αἶνει δὲ παλαιὸν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων iocose dicta sunt, sed accommodate ad compotationem: novos hymnos poeta promittit, quod quum in praegressis notam rem de Deucalione et Pyrrha incepisset, nunc sese revocat ad reconditiorem necdum carmine celebratam Opuntiorum fabulam de Protogenia, quam dico, secunda, Opuntis filia, Locri coniuge, Opuntis alterius matre. Sententiam de veteri vino Athenaeus I, p. 25. E. Eubuli insuper loco addito affert: Athenaeum compilavit Eustath. ad Odyss. α, p. 1422. 46. Quae de contraria quodammodo Simonidis sententia Schol. profert, ita intellige. Simonides novam quandam fabulam vituperans dixerat: Ἐξελέγχει δ' ὁ νέος οἶνος οὐ τὸ πέρυσι δῶρον ἀμπέλου· ὁ δὲ μῦθος ὅδε κενεόφρων: ita enim scribendum, in hunc sensum: *Hornotinum vinum non vincit neque ut deteriorem redarguit progeniem vitis superiore anno natam; sed est nova haec fabula vana:* cui sententiae adversari Pindaricam Scholiastes putat, quae vinum quidem vetus, sed carmina nova laudet. Nec dissimile veri Thebanum poetam, quum haec scriberet, Simonidea in animo habuisse; modo ne credas carpi Simonidem multis annis ante defunctum. Mox construe: ἄμπωτις εἶλε τὸν ἄντλον, *aestum aquarum absorpsit recessus undae et exsiccatio.* Ἄμπωτις est fluidi ὑποχώρησις εἰς βαθύ: v. Foës. Oecon. Hippocr. Igitur Callimachus Del. 130. siccitatem dixit ῥοάων διψαλέην ἄμπωτιν. De vs. 57 — 60. v. nott. critt. ad quas melius intelligendas nota, voci κείνων, qua Pyrrha et Deucalion Iapetidae comprehenduntur, per appositionem addi accuratiorem definitionem κορᾶν Ἰαπετιονίδος φύτλας: *Maiores vestri posteri erant illorum, quippe puellarum ex illa stirpe Iapeti,* et Saturniae gentis a patre. Τμέτεροι recte Schol. ad familiam Epharmosti refert, quae

www.libtool.com.cn

videtur olim regia fuisse. *Χαλκάσπιδες* spectet bellicam gloriam priscorum Locrorum, quae etiam in posteris conspicua erat. De *Κρονίδαις* v. ad Pyth. II, 25.

Vs. 61 — 85. Nunc quo pacto ex Iapeti et Saturni gente reges Opuntiorum descenderint, demonstratur. Etenim *Iuppiter Opuntis filiam ex Elide raptam et gravidam factam Locro adduxit, qui eius filio Opunti regnum tradidit. Ad quem praeter alios hospites, qui eo confluxerunt, venit etiam Menoetius: ex quo natus Patroclus solus cum Achille in Mysia Telepho restitit, indeque semper iuxta Achillem dimicavit.* Sic ad laudes Opuntii Patrocli transitur, qui singulari de causa assumitur. *Πρίν* manifeste est *olim*, ut cepit Schol. ita passim Homerus et Pindarus Isthm. VII, 68. Filia Opuntis Scholiastis est eadem Protogenia, quae alias Deucalionis habetur: sed diversas esse conieci nott. critt. p. 399. neque opus est, ut ob hunc locum hanc Opuntis filiam eandem putemus esse Protogeniam, quae vs. 44. appellata est. Immo Protogenia Deucalionis, quae cum parentibus Opunte habitaverat (vs. 44 sqq.), secundum fabulas pervenit in Elidem, ubi ex Iove genuit Aëthlium Endymionis patrem et avum Paeonis, Epei, Aetoli, (Pausan. V, 1. Apollod. I, 7, 2. et 5. cf. Schol. vs. 86. Schol. Apollon. IV, 57.). Eadem videtur Opuntem antiquiorem in Elide peperisse secundum aliam fabulam: Opus quidem ille prior Elidis rex est, quem Aristoteles dicitur Cambysen vocasse (Schol. vs. 86.). Huius filiam rapuit ex Elide Iuppiter, gravidamque Locro dedit, qui Pindaro auctore compressam ante a Iove uxorem duxit, ut recte proponit Schol. vs. 88. Scholia tamen passim dicunt, Locro Opuntem Iovis filium suum esse filium visum, quasi Locrus eius matrem iam ante Iovis consuetudinem in matrimonio habuisset: quod et ipse putabam nott. critt. p. 399. Iam filia Opuntis maioris genuit Opuntem minorem, ex avo dictum: et verisimile est maioris Opuntis filiam et ipsam ex avia Protogeniam dictam esse. Quamquam vulgata fabula ap. Schol. vs. 79. unam tantum Protogeniam unumque Opuntem agnoscebat. Et haec quidem de Opuntis minoris genealogia, per quem Locrorum Opuntiorum regiae stirpi ab Iapetidis gentis mulieribus et Iove origo est. Sed nota Opuntios Locros omnino cum Elide generis coniunctionem habuisse; unde fabula de Opunte priore Eleo: ipse poeta ad Opuntem minorem Pisatas in Locridem venisse perhibet, suntque etiam alia propinquitatis vestigia. Strabo IX, p. 651. B. Alm. *λέγεσθαι δ' Ὀπουντίους τινὰς καὶ ἐν τῇ Ἠλείᾳ φασίν, ὧν οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι, πλὴν ὅτι συγγένειαν αὐτῶν ἀνανεοῦνται τοῖς Ὀπουντίοις ὑπάρχουσαν.* Elidis oppidum Opuntem memorant Diod. XIV, 17. Steph. Byz. v. et Opuntem heroem Eleum, a quo Locrica Opus, habes etiam ap. Schol. Apollon. I, 69. Ceterum Locrus ipse Iapetida est ex Amphictyone: v. Schol. vs. 96. ad quem quidem notes Amphictyonem non Iovis, sed Deucalionis filium dicendum fuisse. Huius autem Locri antiquissima memoria extat in Hesiodeis ap. Strab. VII, p. 496. A. Alm. ut Lelegum ducis, quos Iuppiter Deucalioni dederit. Postremo notabilis tum propter genealogiam tum propter Opuntem secundum, cui ex Pindari mente Locrus regnum tradidit, Eustathii locus ad Iliad. β, p. 277. *Ὀποῦντος γάρ φασι Κῦνος. οὗ Ὀδοιδόκος, οὗ Ὀϊλεύς. οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ ταῦτα· Ἀμφικτύονος καὶ Χθονοπάτρας ἀπόγονος Φύσκος, οὗ Λοκρός· ὧν ἀπὸ μὲν Φύσκου Φύσκοι πρώην, ἀπὸ δὲ Λοκροῦ Λοκροὶ οἱ αὐτοὶ ὠνομάσθησαν. Λοκροῦ δὲ Ὀποῦς, πρὸς ὃν διενεχθεὶς ὁ πατὴρ Λοκρὸς ἐᾷ μὲν ἄρχειν ἐκεῖνον, αὐτὸς δὲ οἰκεῖ τὰ πρὸς ἑσπέραν τοῦ Παρνασσοῦ, ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν τοὺς ἐκεῖ, οἳ Ἑσπέριοί τε καὶ Ὀζόλαι ἐκαλοῦντο* etc. *Θετὸς υἱὸς* est *ποιητὸς*, *adoptivus*, *θέσει* non *φύσει* filius: is cognominis avo materno (*μάτρῳ*). *Thebanos* advenas poeta memorat affinitatis suae extollendae causa; *Arcadum* mentio memorabilis propter Maenaliam Iovis cum Opuntis filia consuetudinem (vs. 63.); de *Pisatis*

www.libtool.com.cn

dictum supra. Haec vero omnia aptissime coniunguntur, ut Opuntis incolis variis gratissima memorentur: imprimis vero Eleorum propinquitas in Olympico victore praedicando extollenda erat; unde dixit *οἱ δὲ καὶ Πισᾶται*. De *Actore* Phthiota et Opuntio et Aegineta eodem, qui cum Aegina Menoetium genuit, v. Müller. Aeginet. p. 12 sqq. *Menoetius* Opunte ex Sthenela vel secundum alios ex Philomela (v. Mezir. ad Ovid. Heroid. T. II. p. 39 sqq.) suscepit *Patroclum*, qui ex patria Opunte in Phthiotidem pervenit ad Peleum (Iliad. *ψ*, 85. cf. *σ*, 326. et Mezir. l. c. p. 41.). Patroclus autem una cum Achille in Mysia pugnaverat ad Caïcum adversus Telephum; de qua re quae hic narrata sunt, ex Cypriis fluxisse recte notatum est, docentque id Excerpta ex Procli Chrestomathia. Ex eodem Antehomericorum fonte manarunt, quae de Telepho Graecos fugante Io. Tzetza Antehom. 268 sqq. retulit. Cf. etiam Isthm. IV, 46. ubi v. Dissen. et Isthm. VII, 50. *Telephus* fuit Herculis filius ex Auge, Minervae Tegeaticae sacerdote, quam cum puero in cista, qua pater incluserat, ad Mysiae oras delatam in matrimonium duxit *Teuthras*: ab hoc vocata *Teuthrania*, h. l. *Τεύθραντος πεδίον*. Nam vera lectio est *Τεύθραντος*, etsi *Τεύθρανος* non barbarum dicendum mihi erat, quippe quum etiam apud Homerum sit *Τευθρανίδης*, et *Τευθρανία* illa regio vulgo omnibus dicatur; utraque tamen haec forma epici metri necessitati debetur, quae quum in formis *Τεύθραντος*, *Τεύθραντι* etc. non esset, hae non videntur in usu fuisse. Vs. 80. nota *δεῖξαι* p. *δεῖξαι ἑαυτόν*, ut Schneiderus in Lex. Gr. iam attulit dictionem *ἔδειξαν ὄντες*, hoc est *ἔδειξαν ἑαυτοὺς ὄντας*. Structura igitur haec est: *Πατρόκλου βιατὰς νόος ἐμφρονι ἔδειξεν* (*ἑαυτὸν πρὸς τὸ*) *μαθεῖν*. Hinc iam *spectatam ob virtutem* Achilles Patroclum sibi semper adiunctum vult; similia huic ille ad Ilium praecipit Iliad. *π*, 89. *Σφετέρας, ἑᾶς*. Patroclum cur poeta potissimum delegerit, Aiacem Locrum omiserit, mireris; non tamen sine ratione hoc factum esse, qui Pindarum norit, sibi persuadebit. Et certe in fine Aiacis mentio iniecta est. Ampliorem vero huius laudem ideo dixeris poetam declinasse, quod pervulgatae eius apud Locros res essent. Ego tamen in Patroclo aliquid subesse reconditius vel ideo crediderim, quod pergitur: *Εἴην εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ* etc. quibus verbis haud obscure poeta significat, velle se nonnisi apta invenire; unde colligere licet, illa quoque rebus praesentibus aptata et audaciâ orationis Epharmosto accommodata esse; addit enim etiam haec: *τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἕσποιτο*; tum statim ad Epharmostum et Lampromachum transitur. Nonne igitur ex hoc ipso transitu explicanda Patrocli et Achillis commemoratio? An Epharmostus et Lampromachus ut Achilles et Patroclus *una steterunt*? Non in ludis quidem, etsi in his uno vicerant die (vs. 90. 91.); nam in his non potest alter alterum adiuvare; sed in bello haud dubie, ut Achilles et Patroclus.

Vs. 86 — 101. Finita fabularum serie transitur ad victorem eiusque familiam. *Utinam*, inquit, *poetica facultate gaudeam ad canendos victores: ex quibus inter Opuntios, quos nunc celebro, Lampromachus una cum Epharmosto in Isthmiis coronatus est, Epharmostus autem ipse duas praeterea Isthmias victorias, item Nemeaeas aliasque plures retulit*; quae deinceps enumerantur. *Εἴην εὑρησιεπὴς ὥστε πρόσφορος ἀνηγεῖσθαι ἐν Μοισᾶν δίφρῳ, utinam sim carminum novorum peritus inventor, ut possim in Musarum curru scite atque convenienter vehi et procedere: inventioni autem iuncta sit audacia orationis et vis dicendi.* De Musarum curru v. ad Olymp. VI, 22 sq. *Ἀνηγεῖσθαι* est *curru vectum procedere*, nec proprie hoc loco de narratione accipi debet, ut Nem. X, 19. sed dum canit, dum narrat, *procedit curru Musarum*. *Προξενίᾳ τ' ἀρετᾷ τε*, hoc est *διὰ προξενίαν καὶ ἀρετήν*: quae *ἀρετὴ* quum sit Lampromachi, necesse est *προξενία*

www.libtool.com.cn

eiusdem sit. Igitur coniunctio inter Pindarum et Opuntiam hanc, de qua agitur, familiam eo nititur, quod Lampromachus *Thebanorum proxenus* est, quo munere a Thebanis illi delato simul Pindaro Thebano conciliatur. Scite hoc perspexit Schol. *πρόξενος ἦν Θηβαίων Λαμπρόμαχος, δι' ὃν ἔγραψε τὴν ᾠδὴν ταύτην* (etsi deinde falsa adduntur): alii fortasse non perspicient, quod *προξενίας* vim ignorant: nam quae hucusque de *προξενίᾳ* disputata sunt, etiam a Valckenario, rem uberrimam exiliter proponunt. Partim ob hanc Lampromachi *προξενίαν* partim ob Thebanos colonos (vs. 73.) Pindaro Opus cara urbs est (vs. 23.). Ipsum Lampromachum patet Epharmosti propinquum vel fratrem esse. Uterque vero eodem die in Isthmiis vicerat, non alter in Isthmo, alter Olympiae, quod fieri non potuit per temporis ludorum diversitatem. Verba *ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μίτραις* de hoc ipso intellige carmine, in quo Lampromachi laus obiter posita est: *per carmen hoc adsum decus afferens Isthmiae Lampromachi victoriae.* Mitris significantur Isthmiae coronae, quae illis imponi solebant. Hinc Isthm. IV. extr. *λάμβανέ οἱ στέφανον, φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν*, unde simul intelligitur mitram ex lana confectam esse. Adde Schol. *τὴν ταινίαν τὴν ἐξ ἐρίου ξανθοῦ τοῖς στεφάνοις προσπλεκομένην.* Pausan. VI, 1. extr. in descriptione statuae Polyclis Olympici et Nemeaei Isthmiique victoris: *ἡ δὲ εἰκὼν ἐπὶ τῇ χειρὶ ἔχει οἱ τῇ δεξιᾷ ταινίαν· παρὰ δὲ αὐτῷ παιδία δύο, τὸ μὲν τροχὸν κατέχει, τὸ δὲ αἰτεῖ τὴν ταινίαν.* Adde Schol. h. l. ad quod quae ex Etym. M. addidi, iis fere congrua Eustathiana haec sunt l. c. ad Schol. *ἐξ ὧν ὁρμώμενοί τινες ταινίαν ἡρμήνευσαν ἁπλοϊκῶς οὕτω τὸν στέφανον. φασὶ δέ τινες καὶ αὐτὸ τοῦτο, στεφάνους εἶναί ποτε καὶ μίτρας, φάμενοι ὅτι μίτραι κυρίως οἱ ἀπὸ φασκίων καὶ ὡραρίων στέφανοι· γυναικεῖοι δὲ ἴσως καὶ οἱ τοιοῦτοι. Ὡράριον* Latinum est, *orarium.* Etym. M. p. 804. 23. v. *φώσσων: λέγεται δὲ οὕτω καὶ ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται ὡράριον.* Vs. 92. ad dictionem *ἐγένοιτο χάρμαι* ex sqq. intellige *Ἐφαρμόστῳ. Κατὰ Νεμέας κόλπον, in convallibus Nemeae.* Ceterum ex hoc loco inde a verbis *ὅτ' ἀμφότεροι* et ex Scholiorum nugis, in quibus Epharmostus et Lampromachus eodem die alter Olympia, alter Isthmia vicisse dicuntur, ac rursus eodem die Isthmia et Nemea, prorsus praeter mentem Pindari, Corsinus Diss. agon. IV, 3. 4. partim praeeunte Dodwello male collegit, Nemea et Isthmia eodem quo Olympia die XI. Hecatomb. acta esse. De Argivis et Atticis ludis v. ad Olymp. VII, 77 sqq. et Scholia. Vs. 95 sqq. dicitur de *Heracleis Marathoniis:* v. Schol. h. l. et Schol. rec. ad Olymp. XIII, 148. qui ludi non confundendi sunt cum aliis Athenis et in Attica celebratis: v. Corsin. F. A. T. II, p. 335 sq. Marathone fuit *τέμενος* Herculis, de quo Herodot. VI, 108. Ibi igitur Epharmostus certavit *συλαθεὶς ἀγενείων, modo ereptus pueris*, quippe quod admodum adolescens Marathone vicit, non puer inter viros: nam qui puer re vera esset, ei licuisse in virile certamen prodire, non est probabile: sed quod ceteri aetate validiores essent, ideo dicitur *μένειν ἀγῶνα πρεσβυτέρων. Οἷον* admirantis est, ut deinde *ὅσσα.* In Marathoniis ludis *argenteae phialae* dabantur victoribus: *ἀργυρίδες, χρυσίδες* maxime Atticis dicuntur phialae argenteae, aureae; v. Schol. vs. 134. et de vocis *χρυσίδος* usu Thom. M. p. 922. Moer. p. 412. et intt. item Inscript. Att. ex Chandlero editam in Oecon. civ. Ath. T. II. p. 273 sqq. ac de utraque voce Polluc. VI, 98. postremo de abusu, ex quo etiam *ἀργυρὶς χρυσῆ* dicitur, Athenaeum XI, p. 784. A. Adde etiam Schol. rec. ad Olymp. XIII, 148. De vs. 98 — 101. v. Scholia: *κύκλος* est *ambitus areae*, in qua lucta fuit, hoc est palaestrae Herculi Marathonio dicatae; *βοὴ acclamatio spectantium* ob victoriam adolescentuli inter robustiores viros, quos *arte promptissima, quae eum cadere non sivit* (*ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἁπτῶτι*), vicerat.

www.libtool.com.cn

Vs. 102 — 106. Pergitur in enumerandis Epharmosti victoriis. *Τὰ δὲ, ex alia parte*, ut Olymp. XIII, 53. Pyth. VIII, 29. Isthm. III, 11. cf. nott. critt. ad Pyth. VIII, 29. p. 490. id est, *quod attinet ad alias eius victorias.* Apud Parrhasiorum populum celebrantur *Lycaea:* v. ad Olymp. VII, 77 sqq. *Pellanae Achaicae* sollemnia esse *Theoxenia* et *Hermaea* Apollini ac Mercurio dicata docet Schol. vet. similia habet rec. qui tamen priora cum vetere ad Olymp. XIII, 155. male Philoxenia vocat. De iisdem Pausan. VII, 27, 2. *ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος Θεοξενίου Πελληνεῦσιν ἱερόν· τὸ δὲ ἄγαλμα χαλκοῦ πεποίηται· καὶ ἀγῶνα ἐπιτελοῦσι Θεοξένια τῷ Ἀπόλλωνι, τιθέντες ἀργύριον ἆθλα τῆς νίκης· καὶ ἄνδρες ἀγωνίζονται τῶν ἐπιχωρίων*: porro v. de Theoxeniis Pellanensibus Schol. Olymp. VII, 156. Schol. Nem. X, 82. ubi alius interpres etiam *Δίϊα. Iovialia* Pellanensium sollemnia nominat: sed non solum haec a Theoxeniis diversa sunt, verum etiam Hermaea (Schol. Olymp VII, 156.). Theoxenia quidem proxime Apollini dicata sunt, ut docet Pausanias de Pellanensibus eidem sacra *Θεοξένια* habes ap. Hesych. v. eatenus tamen etiam ad ceteros deos pertinebant, quatenus omnes in iis epulari putabantur, unde Hesych. *Θεοξένια· κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς.* Eiusdem Apollinis sacra celeberrima fuerunt Delphica Theoxenia, mense Theoxenio (Cyriac. Inscr. p. 31. n. 207.) acta inde denominato; quibus, ut par est, affuit etiam Latona: ex epulis divinis hominum quoque uni et alteri portio data; v. Athen. IX, p. 372. A. Plutarch. S. N. V. c. 13. Ex quo loco Corsinus F. A. T. II. p. 338. male Thebana exsculpsit Theoxenia, non recordatus illum Plutarchi dialogum Delphis peroratum fingi: neque quod *ξενικοὶ θεοὶ* Athenis culti sunt, quos Theoxeniis coniunctos perperam putat Fungerus Hesychii interpres T. I. p. 1696. ideo Attica Theoxenia statui debebant a viris doctissimis Casaubono ad Athen. l. c. Corsino l. c. Creuzero Symbol. T. I. p. 270. ed. pr. Contra Agrigentina Theoxenia fuisse non negaverim (v. ad Olymp. III. init.). Diversa fuisse videntur heroum *ξένια* apud Delphos, de quibus vide ad Nem. VII, 17 sqq. Redeo ad Pellanensium ludos. Apud quos in Theoxeniis indigenas certasse et praemium argentum datum esse Pausanias docet: quod si antiquis quoque temporibus obtinuerit, hic et alii Pindari loci non possint ad Theoxenia referri: quippe quum Pindarus laenam praemium fuisse significet. Sed statuendum potius laenarum praemia obsolevisse; olim vero putaverim in omnibus Pellanensium ludis data fuisse: ac tum non tantum indigenae sed etiam exteri ibi certabant. Strabo XIV, p. 593. A. *ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ αἱ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς καὶ ἆθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν*: neque ut illud praemium ad sola Hermaea restringamus, cogit Photius: *Πελληνικαὶ χλαῖναι, διάφοροι· καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Ἑρμαια ἐδίδοντο,* et Suidas v. *Πελλήνη* cum Schol. Aristoph. quem Suidas compilavit, Av. 1421. emendato a Ruhnk. ad Tim. p. 216. qui tamen rei rationem plane non perspexit. Adde de laenis his praemio datis Hesych. v. *Πελληνικαὶ χλαῖναι,* Polluc. VII, 67. Pindarus de Pellanensibus ludis partim indefinite dicit, Olymp. VII, 86. XIII, 105. partim cum laenae mentione, ut h. l. et Nem. X, 44. *ἐκ δὲ Πελλάνας ἐπιεσσάμενοι νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις*: ad quos locos Scholia passim de *χλαίνᾳ ἀγκάφῳ* hac dicunt, ad Olymp. VII, 156. XIII, 155. Nem. X, 82. vulg. Nostro loco addunt ob hiemem datam esse, quo tempore Theoxenia celebrata sint; sed aliam causam afferunt ad Nem. X. *δυσχείμεροι δὲ οἱ τόποι*: mihi tamen neutra vera videtur. Dederunt Pellanenses, quod habuere, optimum, quia laenae apud ipsos pulcherrimae fabricatae sunt: ut Lemniae mulieres Argonautis certaminum praemium *vestem* proposuerunt (Pyth. IV, 253. Simonides ap. Schol. ib. vs. 450. vulg.), quippe quam mulieres conficiunt. Laenam poeta vocat *εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν,* hoc est *χλαῖναν ἀλε-*

www.libtool.com.cn

ξάνεμον (Hom. l. c. ap. Schol.). Hipponax ap. Schol. Lycophr. 855. χλαῖναν δασεῖαν ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγεος. Quintus Smyrnaeus IX, 359. de veste: περὶ χροΐ χείματος ἄλκαρ λευγαλέου. Sequitur Epharmosti Thebaica et Eleusinia victoria. De ludis *Heracleis s. Iolaiis* ad Iolai tumulum habitis v. Schol. h. l. et cf. nos ad Olymp. VII, 77 sqq. *Eleusinia* duplicia nemo ignorat: maiorum septimo die ludi acti; atque hos ludos pro antiquissimis habitos esse tum ex Schol. tum aliunde certum est. Praeterea *Demetria* Eleusine acta Schol. affert tum h. l. tum ad Olymp. XIII, 155. vulg. ubi Pindarus Eleusinios ludos commemorat: de iis v. Corsin. F. A. T. II, p. 321 sqq. eaque Eleusiniis iuncta fuisse conieci Oec. civ. Athen. T. II, p. 252 aq. Adde de Cereris ludis Schol. Isthm. I, 81. Sed quae Schol. addit τῇ Δήμητρι εὐχαριστήρια, Athenis acta post fruges conditas, huc pertinere non videntur. Postremo hoc quidem loco nota luctae certamen Eleusine institutum, sed Olymp. XIII. extr. pertinet ad cursus ludum, de quo Schol. ad h. l. estque apud me inscriptionis Eleusiniae ineditae exemplum, antiquissima scriptura exaratae, quae stadii (δρόμου) in eo loco, ubi reperta inscriptio est, ab Alciphrone aedificati meminit. Ἀγλαΐαισιν non ut Schol. voci αὐτῷ iungendum censeo, sed lenior videtur haec explicatio: *decoribus* ibi partis patrocinatur *illi* Iolai tumulus et Eleusis.

Vs. 107 — 120. Post victorias enumeratas non studio sed natura eximium luctatorem Epharmostum extitisse docetur. *Quidquid naturâ cuique contigit, optimum est, etsi hominum multi virtutibus doctrina comparatis excellere student. Sed quod sine diis susceptum est, aeque bene taceas quam praedices: igitur quum multae viae sint, quarum alia alium longius provehat, neque idem studium omnes augere et ornare queat artesque omnino arduae sint, debet quisque id agere, ad quod natura comparatus sit: id quod Epharmostum facere intelligas.* Sententia vs. 107 sqq. posita utuntur Libanius Opp. T. II, p. 488. Aristides T. II, p. 28. Schol. Hermog. p. 377. eaque usitata est non solum Nostro (cf. Olymp. II, 94 sqq. c. nott.) sed etiam aliis. Vs. 115. reducendum nunc iudico σοφίαι, ut vs. 42. μανίαισιν, et Nem. XI. extr. μανίαι. Vs. 116. ἄθλον est *hymnus praemium victoris*, quod illi poeta affert, qui verbo ὄρνυσαι suo more sese exhortatur; idem simul hac voce pronuncianda canentium quisque facit. Lectionem δαιμονίᾳ firmat Schol. Ven. ad Iliad. β, 367. γνώσεαι δ' εἰ καὶ θεσπεσίῃ] Λείπει τὸ βουλῇ, ὡς Πίνδαρος: ubi Schol. Victor. ap. Heyn. T. IV, p. 688. addit: τὸν δὲ ἄνδρα δαιμόνια γεγάμεναι. Formam γεγάμεν huc respiciens explicat Etym. M. h. v. De postrema sententia v. nott. critt. et de voce Ἰλιάδης a patre Ileo adde Etym. Gud. v. Ἰλεύς Hesiodeum praebens locum iam olim excerptum a Ruhnk. Epist. crit. I. p. 108. Ipsam sententiam Schol. ideo additam censet, quod in Aeanteis vicerit Epharmostus; quae Αἰάντεια memorat etiam titulus agonisticus ap. Caylus. Rec. d'Ant. T. VI, tab. 58. sed verisimile non est post enumeratas supra Epharmosti victorias nunc singillatim de hac re dici. Rectius Heynius *victorem Olympia reducem ex more victorum sollemni sacra fecisse heroi indigeti, Aiaci Oilei f. et coronam deo consecrasse* dicit: nisi quod corona Aiaci ipsi consecrata videtur. Nempe sollemnis haud dubie comissatio ad aram Aiacis habita est, in qua ara ipsa coronata: post illum ritum Pindaro praedictum carmen in convivio cantatur.

www.libtool.com.cn

OLYMP. X.

Agesidamus Archestrati f. Locrus Epizephyrius auctore Schol. vet. vulg. vicit Olymp. 74. vel secundum Schol. Vrat. A. Olymp. 76. V. Schol. p. 238. Sed aliis deficientibus argumentis in vulgatorum Scholiorum testimonio consisto, quum Vratislaviensia nimium corrupta sint. Puerum pugilatu Agesidamum vicisse patet collatis locis X, 12. XI, 16 sqq. 104 sqq. Carmen Olympiae festinatum esse monui Nott. critt. p. 405. quod integrum manet, etiamsi *ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων* et *πιστὸν ὅρκιον* vs. 5, 6. non de pignore intelligantur, quo interposito aliud promittatur carmen: vel sic enim constat, hac exigua oda maiorem polliceri poetam, quae apud Locros cantanda sit: v. vs. 13 sqq. coll. Olymp. XI, init. atque ex illo *ἁφίξεσθαι* Olymp. X, 19. insuper patet, nondum in patriam rediisse Agesidamum, sed Olympiae adhuc versatum esse, quum hoc scriberetur carmen. Postremo ipsum poetam in victoria Agesidami Olympiae praesentem fuisse docet Olymp. XI, 104 sqq.

Vs. 1 — 8. *Alias aliis indigemus, ventis nonnumquam, nonnumquam pluviis; sed siquis victoriam laboribus consecutus sit, hymnis eget, qui insequentis gloriae et laudantium sermonum, quibus ab hominibus celebretur, fundamenta sunt et pignora magnarum virtutum. Haec vero hymnorum laus maxime Olympicis victoribus parata est.* Ad sententiam cf. Nem. III, 6. *διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου· ἀθλονικία δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ.* Ventis maxime indigent nautae, pluvia agricolae: pluvias vero poetice, non mythologice filias *Nubis* Pindarus dixit: persona enim *Nephela* est: nisi personam voluisset, dixisset *νεφελᾶν*. *Σὺν πόνῳ εὖ πράσσει, felix est cum laboribus;* nam sine labore et pluvere raro victoria paratur, Agesidamo vero maximo labore victoria constiterat (Olymp. XI, 15 — 24.). *Ὑστέρους λόγους* bene explicant Scholia; sunt *ἀγαθαὶ φῆμαι*, ut Noster alibi, quae tanto magis victori contingunt, si celebratus a poeta et carmine notior factus est: simul hymni sunt *πιστὸν ὅρκιον ἀρεταῖς, pignora, quibus virtuti victoris et praeclaris facinoribus fides firmissima accedat.* Ita explicate Dissenii mei monitu hoc loco periit id quod in nott. critt. p. 405. his quoque verbis alius carminis pollicitationem inesse dixi. *Ἀφθόνητος*, quod Olymp. XIII, 24. est *non invidens*, a Schol. recte hic explicatur *supra invidiam positus.* Lectionem hanc servat etiam Pal. C.; idem cum cod. Brunck. *ἔγκειται*. *Ἄγκειται* est quasi de donario: *ἀνάθημα* enim *ἀνάκειται*.

Vs. 8 — 21. *Equidem hanc Olympici victoris laudem tibi praestabo; deo enim favente sapientia pollent poetae et ego ipse: itaque ego Olympicam coronam carmine exornabo, Epizephyriorum Locrorum gentem curae habens. Apud quos ut futurae comissationi adsint, Musas precor: non enim ille populum inhospitalem accedet nec pulcharum rerum expertem, sed et sapientissimum et fortissimum natura, quam migrare non licet.* *Τὰ μὲν, τοῦτον τὸν αἶνον. Ποιμαίνειν, pascere*, hinc *gubernare, curare, fovere, administrare*, ut Isthm. IV, 14. Haec vero ad longius, quod promittitur, carmen pertinent, quo ducit etiam proximum *κελαδήσω* et sqq. ac nisi ita haec intelligenda essent, nihil tanto hiatu dignum poeta protulisset, quippe quum paucissimi addantur versus: postremo sic minus incommoda gloriatio est in verbis, *ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ*

www.libtool.com.cn

ἐσαεὶ (hoc est simpliciter ἀεὶ) πρ. quae quamvis generatim enunciata tamen ad poeticam Pindari facultatem referenda sunt. *Κόσμον*, ipsum hymnum; deinde iunge *ἐπικελαδήσω, quasi per acclamationem accinam coronae hymnum, illius ornamentum. Χρυσῆν ἐλαίαν*, ut Nem. I, 17. *Ὀλυμπιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν χρυσέοις*, in quibus haesit Faber Agonist. II, 22. sed ne putemus coronam fuisse ex aureis foliis oleam imitantibus, qualem coronam vocarunt *στέφανον θαλλοῦ χρυσοῦν* et *ἐλαίας χρυσοῦν* (v. Oecon. civ. Ath. T. II, p. 318 sq.), obest Olymp. III, 13. *γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας*: nec siquis dixerit coronam oleaginam auro ornatam fuisse, expedietur difficultas, quia folia ipsa aurea dicuntur. Patet igitur olivam auream poetice dici ob dignitatem et caritatem. Alia sed similis dictio Nem. XI, 28. *ἀνδησάμενός τε κόμαν ἐν πορφυρέοις ἔρνεσιν*: nam ne ibi quidem, ubi ipsa *ἔρνεα* purpurea dicuntur, de purpureis cogitaverim ornamentis s. lemniscis, ut cepit Heinrichius noster ad Hesiod. Scut. 95. Adde *δάφνην χρυσῆν* Pyth. X, 40. *Ἀλέγων, fovens*, de poeta carmine aliquid celebrante dixit etiam Alcaeus ap. Schol. Vs. 17. *μὲν* ad Agesidamum pertinere monui in nott. critt. vulgatam tamen interpretationem Hermann. ad Vig. p. 937. ed. noviss. sequitur. Musae ad *comissationem* advocantur, quia *carmine* fit, quod simul canebatur et saltabatur. Postremo *Locri Epizephyrii* laudantur propter *hospitalitatem*, qua fretae virginales deae bono possint animo accedere, item propter *sapientiam et elegantiam*, quod ad musica maxime pertinet, postremo propter *virtutem bellicam;* quae decora respicit Eustath. ad Iliad. *β*, p. 277. med. *οὓς Πίνδαρος ἐπαινεῖ ὡς εὐγνωμονουμένους καὶ λογίους καὶ μαχίμους*. Et hospitibus quidem ut Aeginetas, ita Locros Epizephyrios minus infensos fuisse ob bonas leges putes, quae a Zaleuco repetuntur: *νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν*, Olymp. XI, 13. cf. de Locrorum Epizephyriorum institutis Heyn. Opusc. T. II, p. 12 sqq. De musico Locrorum studio dicere longum est: testis ipse Pindarus Olymp. XI, 14. *μέλει τέ σφισι Καλλιόπα*. Huc pertinet *Xenocritus* Locrus, poeta musicus Pindaro antiquior, *ὃς Ἰταλὴν ἐφράσαθ' ἁρμονίην* (Callimach. ap. Schol. Olymp. XI, 17. vulg.): cf. Plutarch. ll. cc. de metr. Pind. p. 279. Ab hoc maxime culta harmonia *Λοκρισὶ*, qua nonnulli Pindari et Simonidis aetate utebantur (v. metr. Pind. p. 225. coll. p. 212. p. 241.). Indidem prodierunt *Λοκρικὰ ᾄσματα* molliora et amatoria, de quibus v. Clearchum ap. Athen. XIV, p. 639. A. adde p. 697. B. Praeter Xenocritum in ea civitate poeta fuit *Erasippus:* Heraclid. Polit. 29. *Ἐγένετο Λοκρὸς Ξενόκριτος τυφλὸς ἐκ γενετῆς ποιητὴς, καὶ Ἐράσιππος*: atque ex Epizephyriis Locris videtur etiam *Theano* fuisse. Suid. *Θεανὼ Λοκρὶς λυρική· ᾄσματα λυρικὰ καὶ μέλη*. Eustath. ad Iliad. *β*, p. 327. 10. ubi de vetustis mulieribus lyricis: *ὡς δὲ καὶ Θεανώ τις γυνὴ Λοκρὶς λυρικὴ ἦν, ἱστοροῦσιν οἱ παλαιοί*. Postremo vide ne huc pertineat *Mnaseas Locrus* vel Colophonius, ob *Παίγνια* Salpe dictus, ap. Athen. VII, p. 321. F. quem Epizephyrium Locrum fuisse eo probabilius est, quod ut Locrica carmina Sapphicis Anacreonticisque comparantur, atque ut Aeoliae harmoniae Locrica eandem divisionem habet, ita et *Παίγνια* illa Aeolicae et Lesbiae poesi videntur affinia fuisse; certe Nymphodorus Syracusius ap. Athen. l. c. Lesbiae Salpae generis inventionem tribuit, etsi etiam in Botryn Messenium translatam. Etiam Pyth. II, 19 sq. musicae apud Locrenses cultus significari alicui videatur: sed quae ibi dicuntur, potuerunt etiam de aliis dici, quibus non insignius fuerit musicae studium. Haec igitur musices cultae gloria in voce *ἀκρόσοφον* maxime inest; philosophiae et naturae studium an eodem verbo comprehendatur, dubium: *Timaeus* quidem Locrus, qui eo excelluit, Pindaro recentior est. Virtus bellica Locrorum etiam Olymp. XI, 15. repetitur: v. de rebus per eos gestis Heyn. Opusc. T II,

www.libtool.com.cn

27, 7. Apollod. II, 7, 7. Diod. IV, 37. Achilles quando Patroclum hortatus sit atque hic illi gratias egerit, nescimus: commodius tamen de pugna adversus Telephum cogitaveris (Olymp. IX, 75. c. not.), quam de re Iliad. π, 39 sqq. narrata, quo referunt Scholia: nam apud Homerum Achilles Patroclum quidem cohortatur, sed hic illi gratias non refert et insuper occiditur. Patrocli autem exemplum eo est aptius, quod ille Locrensis heros est; nec dubito a Locris in Graecia proprie dicta habitantibus etiam ad Locros Epizephyrios Patrocli indigetis herois venerationem transiisse. Postremo de ultima sententia v. Hermann. in nott. critt.: qui vero pauci illi sint, qui sine labore talem gloriam adepti fuerint, ut illa prae quibusvis praeclare factis vitam illustret, nescio. An sunt qui *sine pulvere* vincunt, quod ita iam clari et metuendi sunt, ut nemo cum illis in certamen descendere audeat? An reges sunt ad imperium nati? Immo illi videntur esse, quos natura ita instruxit, ut maxima quaeque sine labore et quasi ludibundi peragant: quibus sane beneficium contigit ipsis praeclaris facinoribus maius, quae non sine labore solent perfici: nam maxima sine labore consequuntur, prorsus ut dii summam felicitatem ipsis magnis facinoribus maiorem consecuti sunt. *Βιότῳ φάος* illustrat Döderlinus noster Spec. Sophocl. p. 65. noto illo *θήραμα κάλλιστον βίῳ* in paeane Aristotelico.

Vs. 25 — 44. Post Agesidami et Ilae laudem *Olympici certaminis origines* poeta cantat, *quod Hercules post Euryti et Cteati caedem condidit apud Cleonas ab ipso interfectorum, ut deinde ab Augia mercedem pactam exigeret: quibus exstinctis non multo post urbs Augiae vastata ab Hercule et ipse Epeorum ille rex occisus est.* Vs. 25. *θέμιτες* minuscula initiali littera scribendum notavi in Append. T. I. Iunge *θέμιτες Διός.* Sensus hic: *Aequitas, quae a Iove est, ut omnia iura et imprimis mores et instituta Olympica, postulat ut canam Olympicum certamen;* sive, *aequum est a me nunc Olympia celebrari;* imperat hoc *ἐγκώμιος τρόπος*, si non in quovis victore, certe in uno et altero, in quo id potissimum commodum videatur; atque ita simul victor celebratur, quem canendum ex antiquo more esse notat poeta vs. 79 sqq. cum hoc principio connectens finem, et deinde ulterius pergens. Ita enim solent ingeniosi scriptores, tam poetae quam philosophi. De prisco Pelopis tumulo v. ad Olymp. I, 88 sqq. Vs. 26. ut coniectaveram, ita nunc video *βωμὸν ἐξάριθμον* esse in Pal. C. De Cteato et Euryto filiis Moliones et Neptuni vel Actoris Phorbante nati v. Pausan. II, 15, 1. V, 2, 1. Apollod. II, 7, 3. c. nott. Fragm. Pherecyd. p. 191. Plutarch. Pyth. orac. c. 13. quos prope Cleonas oppressit Hercules ad Isthmios ludos per inducias proficiscentes ex patria Elide: illi enim antea Herculi causa fuerant infausti exitus expeditionis adversus Augiam susceptae; quibus sublatis iterum copias contra Augiam Hercules ducit: igitur eos sustulit, ut melius mercedis exactio procederet. Construe: *μισθὸν λάτριον ὑπέρβιον, superbam mercedem,* utpote *ingentem et superbe postulatam a superbo viro Hercule. Καὶ κείνους,* hos quoque quamvis validos, ut alios plurimos et in his Augiam. *Ἐφ' ὁδῷ,* in via, quum ex Elide patria Corinthum commearent. Vs. 34. *ἥμενον* retinui: probavi tamen Heynianum *ἥμενοι*, neque improbo Thierschianum *ἡμένω* in Act. philol. Monac. T. II. F. III. p. 426. quorum alterutro admisso Molionidae Herculi insidias struxerint; ac sane, quamvis diversa Pausaniae narratio sit, de insidiis dicit Schol. rec. vs. 28. hic tamen solus. *Μολίονες* sunt *Μολιονίδαι*, ut *Μολίονι* Iliad. λ, 750. ubi cf. Eustath. p. 882. *Τέκνα Μολιόνας* vocat Ibycus ap. Athen. II, p. 58. A. qui locus est de Hercule illos occidente. De voce *ξεναπάτης* v. Eurip. Med. 1392. et ibi Barnes. ac lexica. Proxima sententia *νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ' ἄπορον*, ad quam cf. Nem. X, 72. non sine ratione Agesidami dicta est,

www.libtool.com.cn

quem et ipsum adversarius demovere non potuerat, etsi ut Hercules Molionidis et Augiae, Agesidamus primum cesserat. Mox ὕστατος regit secundum casum ἀλώσιος, ut ὕστερος: ἀντάσαις est de Augia Herculi obviam eunte. *Ἀβουλίᾳ ὕστατος ἄντασεν, consilii inopia post captam urbem obviam ivit Herculi:* quum aliud, quod faceret, non haberet.

Vs. 45 — 62. *Igitur Hercules Pisae contractis copiis et praeda, patri Iovi lucum dicavit, Altin finibus circumscribens et circumiectum campum epulis destinans: collem autem Saturnium appellavit. Et adstitere Parcae cum Tempore, quod solum veritatem probat, in primis illis conditorum ludorum sollemnibus: id ipsum vero progrediens rei memoria servata declaravit, quomodo tum Hercules selectas et exemptas ex cetera praeda manubiarum primitias diis sacrificasset, et primo cum Olympico conventu et victoriis instituisset sollemnia:* quibus verbis poeta sibi viam parat ad primos in ludis ab Hercule factis victores. Σταθμᾶτο putes ad demensionem pedibus factam referendum esse, quemadmodum fama fuit Herculem Olympici stadii curriculum esse pedibus metatum, auctore Plutarcho ap. Gell. N. A. I, 1. Altin septo munivit Hercules, ut Iovi sacer locus (ἄλσος) esset; circumiectum campum quasi deversorium hospitibus fecit, ubi illi habitarent et epularentur: fuerunt enim ibi hospitia, ut recte Schol. notat, partim advenis excipiendis exstructa, partim sacris epulis destinata, οἰκήματα sive σκηναί, quales habuerunt, qui Olympiae certabant. Plutarchus de Alcibiade Olympiae degente (vit. Alcib. 12.): σκηνὴν μὲν γὰρ αὐτῷ κεκοσμημένην διαπρεπῶς ἔστησαν Ἐφέσιοι, τροφὰς δὲ ἵπποις καὶ πλῆθος ἱερείων παρεῖχεν ἡ Χίων πόλις, οἶνον δὲ Λέσβιοι καὶ τὴν ἄλλην ὑποδοχὴν ἀφειδῶς ἑστιῶντι πολλούς. Gemina praebet Athen XII, p. 534. D. Rem confirmat vox Aeliani V. H. IV, 9. Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἐν Ὀλυμπίᾳ συνεσκήνωσεν ἀγνῶσιν ἀνθρώποις, quod recte explicuit Perizonius. Etiam ap. Diodor. XIV, 59. Dionysii σκηναὶ Olympiam missae memorantur: sed ibi aliquis cogitet de theatralibus scaenis: ego tamen tum aliam ob causam tum quod de pluribus scaenis dicitur, ibi quoque tabernacula intelligo: sed in uno ex illis videntur etiam poemata acta esse. Quum autem magna saepe convivia instructa sint (cf. Athen. I, p. 4. E.), patet illa in illo circum Altin loco habita esse vel sub dio, vel quod magis probabile, sub tentoriis deversoriorum in modum apparatis. Δόρπου λύσιν noli de persolutis in deorum gratiam epulis accipere, etsi diis epulae dicatae fuerunt, sed ut veteres ceperunt, λύσις est κατάλυσις, *hospitium, deversorium, locus ubi epulantur.* Notat Perizonius l. c. pro tentoriis, quae olim in sacrorum ludorum locis erant, iis, qui in Isthmo decertarent, a Romano demum homine, a P. Licinio Prisco domos exstructas esse: v. titulum ap. Spon. Misc. erud. ant. X, p. 363. et ab aliis editum, ubi diserte: καταλύσεις τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παραγενομένοις ἀθληταῖς. Ceterum Ἅλτιν restituerunt Aristodemus, Leptines, Dionysius Phaselita: hos sequitur Pausan. V, 10, 1. τὸ δὲ ἄλσος τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς παραποιήσαντες τὸ ὄνομα Ἅλτιν ἐκ παλαιοῦ καλοῦσι· καὶ δὴ καὶ Πινδάρῳ ποιήσαντι ἐς ἄνδρα Ὀλυμπιονίκην ἅσμα Ἅλτις ἐπωνόμασται τὸ χωρίον. Adde eundem V, 11, 5. Xenoph. H. Gr. VII, 4, 29. Cf. Dorvill. Sic. p. 75. *Ἐν καθαρῷ, ἐν ψιλῷ χωρίῳ, loco arboribus non consito;* cf. ad Olymp. VI, 22 sqq. Postea ibi oleae, Olymp. III, 22 sqq. Τιμάσαις πόρον Ἀλφεοῦ pertinet ad sacra Alpheo facta: duodecim autem dii, quibuscum Alpheus honoratur, illi sunt, quibus Hercules sex aras geminas posuisse dicitur; inter illos tamen notes unum ipsum Alpheum esse Dianae, Alpheoae puta, σύμβωμον: v. Schol. Olymp. V, 8. Apollod. II, 7, 2. et ibi Heyn. Igitur μετὰ δώδεκα θεῶν non est *cum duodecim diis*, sed *inter duodecim deos*, quod patitur usus dicendi. Quod vero ap. Schol. est, ὁ δὲ ἐν

www.libtool.com.cn
Ὀλυμπία βωμὸς οὐ δύναται ἐξ ἄλλου ὕδατος γενέσθαι, εἰ μὴ ἐκ τοῦ Ἀλφειοῦ, ubi Heynius perperam corrigebat ῥαίνεσθαι, id proprie quidem huc non pertinet, sed verum est. V. ad Olymp. II, 1 — 16. extr. Cronii collis nomen a cultu antiquo desumptum esse colligas ex Pausan. V, 7, 4. et verno aequinoctio in summo culmine collis sacrificia Saturno fieri docet idem VI, 20, 1. Eundem primum ab Hercule appellatum nomine esse Pindarus perhibet: contrariam fabulam servavit Schol. rec. et scriptor Plutarcheus de Fluviis 19, 3. quem vide et cf. Etym. M. v. Ἦλις. Pindarus eum antea nomine caruisse his verbis significat: πρόσθε νώνυμνος βρέχετο πολλᾷ νιφάδι, nempe quod nives in eo fuerunt: *nomen non habens irrigabatur nivibus*, id est, *ille nivibus irrigatus collis nomine carebat.* Nugatur Schol. τὸ βρέχεσθαι νιφάδι de obscuritate loci vel infamia ob Oenomaum capiens. Ἄς est ἕως, *quamdiu, dum, quo tempore:* v. eximiam notam Koenii ad Greg. Cor. p. 188 sq. ed. Lips. De Parcis et Tempore v. Schol. de illis cf. Olymp. VI, 42. de Tempore adde Menandreum in *Γνώμαις μονοστίχοις*: Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος, et nott. ad Olymp. I, 33. Ὅπα non de loco accipio, sed de modo, ut idem sit quod seq. ὅπως, pro quo ὅπα scripturus fuisset Pindarus, nisi hiatum devitare praestitisset. Ceterum verbis ὅπα usque ad νικαφορίαισί τε explicatur τὸ σαφανές: *tempus rei veritatem perspicue declaravit, quomodo illae res olim actae essent;* hoc est, tempore servata et probata est antiqua de illis rebus fama: nam falsa opinionum commenta delet dies, vera perdurant. Quae sententia fortasse ideo quoque a poeta addita est, quod ipse Agesidami victoriae celebrationem diutius distulerat, nunc tandem post longius tempus eam illustraturus.

Vs. 63 — 80. *Quinam igitur illas victorias in variis ludorum generibus tum primi reportarunt? Nempe stadio vicit Oeonus Licymnii ex Midea oppido, luctа Echemus Tegeata, pugilatu Doryclus Tirynthius, quadrigis Semus Halirrhothii Mantinensis, missili hasta Phrastor, disco Eniceus. Quibus certaminibus peractis vesperâ lunae fulgore illustratâ comissantium cantu resonabat sacer locus.* Vocem ποταίνιον hinc laudat Etym. M. plura collegerunt intt. Hesych. h. v. Abresch. ad Aeschyl. p. 531 sq. Ἀγώνιον εὖχος θέμενος ἐν δόξᾳ, *famam ex certaminibus sibi parans cum gloria*, σὺν δόξῃ, gloriose. Ἔργῳ καθελών, quippe τὸ ἀγώνιον εὖχος, *opere et certamine perficiens et consequens:* v. Schneider. Lex. ex quo appono Plutarch. Pompei. 2. πάντας ἀγῶνας καθελόντος, Herodot. VII, 50. μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι. Cf. Pyth. V, 21. εὖχος ἵπποις ἑλών. De Oeono Licymnii filio v. Diod. IV, 33. Apollod. II, 7, 3. et ibi nott. Pausan. III, 15. Is habitavit Mideae in oppido ab eius avia appellato (cf. Olymp. VII, 29.). De Echemo Tegeata v. Pausan. I, 41, 3. VIII, 4. extr. 5. init. 53, 5. Diod. IV, 58. Apollod. III, 10, 6. de Semo Halirrhothii filio dixi in nott. critt.: ceteri heroes ignoti. Vs. 75. receptam lectionem firmat Etym. M. v. δίσκος p. 279. 23. Πίνδαρος οὕτω παρετυμολογεῖ· Δίκε πέτρῳ χεῖρα κυκλώσας. Συμμαχία, socii Enicei, exercitus vs. 69. Fabulosa haec omnia esse liquet: observanda tamen poetae diligentia in certo quodam ludorum ordine tenendo. Nam *stadium* primo loco posuit, deinde *luctam, pugilatum, quadrigas, iaculum, discum:* stadium enim omnium ludorum fuit celebratissimum, atque inde a prima Olympiade obtinuerat; unde a stadii cursoribus Olympiades denominatae: cetera certamina simili ex causa hoc ordine enumerari verisimile est, etsi singula erui nequeunt, quoniam ludorum ordinem, de quo Corsinus Diss. agon. I, 8. disseruit, haud satis cognitum habemus. Quinquertium et pancratium recte omittuntur, quippe recentioris originis. Varia de singulorum certaminum antiquitate et dignitate disserit Plutarchus Qu. symp. II, 4. et 5. unde tamen nihil huic loco lucis affunditur, nisi quod stadii ludos Olympiae anti-

www.libtool.com.cn

quissimos fuisse etiam ex illo, ut aliis ex scriptoribus cognoscimus. Diversa plane de primis Olympiadum sollemnibus narrat Pausan. V, 8. Vs. 75. scribendum esse *ὑπὲρ ἁπάντων* in nott. critt. docui; nunc etiam exempla in promptu sunt, Nem. IX, 54. *ὑπὲρ πολλῶν*, Isthm. II, 36. *ὑπὲρ ἀνθρώπων*. Vs. 78 — 80. verborum nexus hic est: *σελάνας δὲ φάος ἐνέφλεξεν ἕσπερον*, *illustravit vesperam luna* in plenilunio: v. ad Olymp. III, 18 sqq. Similiter dictum *ἐπιφλέγειν* Olymp. IX, 24. Pyth. V, 45. ubi v. not. Neque omittam locum a Schneidero comparatum, etsi non plane geminum, Sophocl. Ai. 671. *ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανὴς κύκλος τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν. Τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον*, *secundum modum* laudantium victores *carminum comissationi adhibitorum.*

Vs. 81 — 100. *Quemadmodum vero in primis initiis factum est, ita nunc quoque ad victoriam celebrandam cantu utemur, Iovisque ludorum praesidis potentiam celebrabimus, tibiis iuncto carmine; quod sero quidem provenit Thebis, sed ut filius seni patri desideratissimus est, ne hereditas in alienam domum cedat, ita vir fortis desiderat ante obitum carmen, quo si careat, frustra impenso studio laboribus magnis breve sibi gaudium comparaverit. At tibi nunc lyra et tibia gratiam affundit; tuam gloriam Musae augent et propagant.* *Κελαδησόμεθα* sitne futurum an coniunctivus, dubium est: coniunctivum praefert Thierschius noster Act. philol. Monac. T. I, F. II, p. 211. *Χάριν ἐπωνυμίαν* non pendet a verbo *κελαδησόμεθα*, quod alios accusativos sibi adiunctos habet, sed est *ὥστε εἶναι χάριν*, ut *cantato carmine gratia victori sit*, absolute posito casu quarto, ad quem ne *εἰς* quidem supplendum est. Usum etiam apud Latinos receptum paucis optime explicuit F. A. Wolfius ad Tac. Ann. I, 3. et prius I. F. Gronovius ad Hist. I, 44. Igitur ille accusativus non appositio est ad *βροντὰν* etc. ut fuit, qui crederet, sed si modo ita loqui licet, per appositionem iungitur toti sententiae *κελαδησόμεθα βροντὰν* etc. quod clarius perspicitur ita conformanda oratione: *βροντῇ Διὸς κελάδημα ποιησόμεθα, χάριν ἐπωνυμίαν νίκης*, id quod etiam Schol. rec. vidit. Ita et Pyth. XI, 10. estque eadem structura quae in illo *αἰνέσω πυγμᾶς ἄποινα*; v. ad Olymp. VII, 13 sqq. Genitivus *νίκας ἀγ.* pendet ab adiectivo *ἐπωνυμίαν*, ut Pyth. I, 30. nempe *χάρις* est *gratia carminis et sollemnium victoriae*, atque adeo *carmen et sollemne ipsum gratiosum*; id vero est cognomine victoriae, utpote *victoriale*, victoriae celebrandae destinatum. *Ἐπωνυμίαν χάριν* autem poeta carmen et sollemne eo aptius vocat, quod non recens victoria celebratur, sed longo post partum decus Olympicum tempore sollemnia, quibus carmen inservit, *in memoriam* rei aguntur: *ἐπωνυμία χάρις* igitur est *carmen et sollemne, quod ab ea, quae celebratur, victoria nomen Olympici victorialis carminis et festi sortitum est.* *Πυρπάλαμον* obscurum est: sed ut in voce *πυρπαλάμη* et *πυρπαλαμᾶν* inest notio *πανουργίας* et *τοῦ κακοτεχνεῖν*, ita vide ne *πυρπάλαμον* quoque notionem artificii, atque eius quod Vulcano et Cyclopibus proprium est igni operantibus, contineat, ut fulmen dicatur *igni fabrefactum artificiose*, quemadmodum ap. Eurip. Orest. 818. ensis dicitur *πυριγενὴς παλάμα*. Ceterum fulmen potissimum nunc praedicari quis non miretur? Ecce vero in nummis Locrorum Epizephyriorum fulmen repraesentatur (v. Eckhel. D. N. T. I. p. 175.): unde facilis coniectura est, Iovis fulmen, Locrorum insigne, eo loco propositum fuisse, ubi carmen cantandum esset, et fulminis venerandi mentione iniecta Pindarum Locris gratificari. Ac commune hoc omnium Locrorum videtur insigne fuisse; vide de Opuntiis ad Olymp. IX, 6. Causa latet: credo tamen fabulae eam alicui deberi, quae tradiderit, fausto Iovis fulmine significatum Deucalioni diluvii finem esse; quo facto hic primam in Opuntiorum terra domum aedificaverit. Huc certe referre possis illa verba:



www.libtool.com.cn

ἴν' αἰολοβρόντα Διὸς αἰσα Πύῤῥα Δευκαλίων τε Παρνασσοῦ καταβάντε δόμον ἔθεντο πρῶτον, Olymp. IX, 45. Mox iunge ἐναραρότα (ἐνηρμοσμένον) ἅπαντι κράτει, *summae potentiae Iovis aptatum:* Iovis est enim summa potentia, cuius manui fulmen, velut ensis capulus manui mortalis viri, inhaeret et insidet ac quasi infixum est, ut violentius vibretur, ἐμπεφυκὸς χειρί. Iliad. γ, 338. εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει; π, 139. εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε, τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει. Ἅπαν κράτος, *summa s. omnis potentia*, ut αὐγαὶ ἅπασαι Nem. IV, 83. ἅπας κίνδυνος et alia, de quibus v. Dissen. ad Nem. VIII, 18 sqq. Adde πᾶν τέλος Nem. X, 29. Ἀντιάξει recte Schol. deducit a verbo ἀντιάζειν, quod interpretum nonnullos fefellit. Vs. 90. ἀλλὰ respondet praegresso μέν, hoc sensu, ut verba ἀλλ' ὥτε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ ποθεινὸς etc. sint pro simplicibus ἀλλὰ ποθεινά γε: sed novâ ad hoc exornandum sententiâ inceptâ et explicationis causa additis versibus 92 — 94. iam ad ipsum illud ἀλλ' ὥτε παῖς etc. infertur apodosis vs. 95. καὶ ὅταν καλὰ ἔρξαις etc. Sic illud ἀλλ' ὥτε παῖς etc. inter praecedentia et inter apodosin καὶ ὅταν etc. ambiguum pendet; quae forma dicendi haud rara est. Illud quidem καὶ ὅταν etc. continere apodosin comparationis, usus sermonis ita mihi videtur demonstrare, ut hac una ratione aliam quamvis interpretationem excludendam iudicem. Vs. 91. τὸ πάλιν νεότητος est *contrarium iuventutis*, senectus. Cf. nott. critt. et Eurip. Herc. fur. 773. ed. Herm. item Hippol. 388. et ibi Valck. Ibidem facilis coniectura μάλα δέ οἱ, cui tamen nihil tribuo, quum τοὶ h. l. insignem vim habeat. Ad sqq. apte Schmidius comparat Menandrea:

Ὀδυνηρόν ἐστιν εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ
Ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν·
Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες,

ex quibus duos priores versus habet Clericus Fragm. inc. 130. Ceterum illa parenthesis id quoque effecit, ut apodosi καὶ ὅταν καλὰ ἔρξαις etc. non hanc sententiam poeta tribuerit: *ita et victori desiderabile carmen est quamvis sero missum*, sed aliam: *ita etiam qui carmine non ornatus ex vita decesserit, brevem habet hilaritatem*, propterea quod felicitas eius non ad posteros propagatur ideoque minor est, quemadmodum patri sine successore opes minus gratae sunt, quippe quae non in familia maneant, sed dissipentur. Vs. 98. ἀναπάσσειν Scholia recte explicant ἀναποικίλλειν, nec multum differt alterum ἐνστάζει, ad quod cf. Olymp. VI, 76. ποτιστάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.

Vs. 101 — 110. *Sed ego simul manum admovens Locros celebro et Agesidamum, quem vidi olim Olympiae victorem, pulchrum tum et puerili venustate praeditum, quae res non minima est: quippe quae simul cum Venere*, qua efficiente Iuppiter eum amavit, *Ganymedem morti exemptum superis miscuerit.* Συνεφαπτόμενος σπουδᾷ, *una cum Musis*, quas poeta modo nominavit, *industriam navans:* σπουδᾷ enim haud dubie a verbo ἐφάπτεσθαι pendet, ut σπουδῇ ἐφάπτεσθαι sit σπουδὴν ποιεῖσθαι: cf. modo ad Olymp. I, 67 — 87. Ἀμφέπεσον Λοκρῶν ἔθνος, περιέβαλον ἀμφαγαπάζων, studio et amore complexus sum; de aoristi usu v. ad Olymp. VIII, 53 sqq. Melli comparat carminis laudes: cf. ad Olymp. VI, 82 — 91. extr. et VII, 7. De Olympica ara v. ad Olymp. I, 88 sqq. Ὥρᾳ κεκραμένος, μιχθείς, *venustate maturitatis puerilis praeditus:* de dictione cf. Pyth. X, 41. Schneiderus comparat etiam Sophocl. Antig. 1311. δεδαλαῖ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ. Adde Schwenk. ad Aeschyl. Coeph. 707. Venerem Ganymedi iunctam in antiquo monimento agnoscere sibi videtur Winkelmannus Mon. ined. T. I. p. LVII. Tract. praelim. ed. Ital.

www.libtool.com.cn

OLYMP. XII.

Ergoteles Philanoris f. Himeraeus, dolicho victor Olympiae, Cnosi Cretae civis fuerat, intestina mox seditione pulsus; vide vs. 17 sq. et Pausan. VI, 4, 7. ex quo simul perspicitur notum hominem etiam aliunde fuisse: *Ἐργοτέλης δὲ ὁ Φιλάνορος δολίχου δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ τε καὶ Νεμείων ἀνηρημένος, οὐχ Ἱμεραῖος εἶναι τοξαρχῆς, καθάπερ γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησι, Κρὴς δὲ λέγεται Κνώσιος· ἐκπεσὼν δὲ ὑπὸ στασιωτῶν ἀπὸ Κνωσοῦ καὶ ἐς Ἱμέραν ἀφικόμενος πολιτείας τετύχηκεν· ᾧ καὶ πολλὰ εὕρετο ἄλλα ἐς τιμήν· ἔμελλεν οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, Ἱμεραῖος ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀναγορευθήσεσθαι.* Virum igitur eximium fuisse cognoscimus, fuitque haud dubie etiam Cnosi optimatium unus, quorum plures apud Cretenses subinde expulsos esse docet praeclara Aristotelis auctoritas Polit. II, 7, 7. ed. Schneid. Is tempore fere eo, quo Gelo et Hiero Siciliam turbabant, in Siciliam pervenerat. Schol. vet. inscr. *καὶ καταλαβὼν πάλιν τὰ ἐν Σικελίᾳ πράγματα στασιαζόμενα πρὸς Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος*, quae verba ad dissensionem fratrum pertinere videntur, de qua v. veteres ap. Schol. Pyth. I, 91. Gelo autem Gelam cepit Olymp. 72, 2., Syracusas Olymp. 73, 4. Hiero Gelae praefectus est Olymp. 73, 4. et Syracusis potitus defuncto Gelone Olymp. 75, 3. (v. ad Olymp. I. introd.): igitur inter Olymp. 72—75. Ergoteles necesse est in Siciliam venerit; atque adeo ante Olymp. 72, 3. Ergotelem esse Siciliensem factum, infra apparebit. Illud dubium est, quo is tempore civitate Himerae donatus sit; quod tum tandem factum conieceris, quum una et altera victoria iam esset nobilitatus; immo possit aliquis statuere Himerensibus eum tum tandem adscriptum esse, quum Doriensibus maxime colonis Thero Himeram traderet, Olymp. 75, 4 — 76, 1. (Diodor. XI, 49. et introd. ad Olymp. II.): neque ab hac coniectura ut recedas, Pausanias cogit, quem non constat id voluisse, omnibus in ludis ac vel ante Olymp. 76. Himeraeum esse Ergotelem renunciatum. Civitate autem donatum esse et Pindarus docet et cum Pausania Schol. l. c. testatur. Victoriam hanc, de qua poeta dicit, Olymp. 77. contigisse consentiunt Scholiastae omnes, qui huiusmodi notitias a grammaticis traditas acceperunt Olympionicarum tabulas tractantibus, item inscriptio odae in manuscriptis et Aldina, etsi in his male legitur *Ὀλύμπια καὶ Πύθια καὶ Ἴσθμια νικήσαντι οζ' Ὀλυμπιάδα*. Neque ulla de numero Olympiadis dubitandi causa est. Sed constat ex Pausania, alia quoque Ergotelem Olympica victoria potitum esse itemque Nemeaea una alteraque; quae tres in hac oda non memorantur: hae igitur post Olymp. 77. acciderunt. Apud Pindarum vs. 20. Isthmia insuper nominatur vel altera vel utraque: bis enim Isthmia quoque vicerat (v. Pausan.): *καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος Ἰσθμοῖ τ'*; igitur in Isthmo iam ante Olymp. 77. Ergoteles victor fuerat. Superest, quo tempore Pythia vicerit. Bis id ei contigisse docet cum Pindaro Pausanias; alterutram victoriam, eamque, ut mox docebo, secundam in Pyth. 29. Scholia conferunt, quorum ob ipsam verborum rationem summa in hac re fides est. Ecce Scholium primum: *ὃς ἠγωνίσατο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα καὶ τὴν ἑξῆς Πυθιάδα εἰκοστὴν ἐνάτην*: ac similiter fere alterum; in quibus verbis nihil turbatum esse, docet id, quod post Olymp. 77. ex calculo Scholiastae satis aliunde noto,

www.libtool.com.cn
quem recentiores secuti sunt, proxima omnino Pyth. 29. est. At Pindarus in hac ipsa oda, quae tamen non multo post Olympicam victoriam scripta est, utramque Pythiam commemorat: igitur Ergotelis victoria, quae Pyth. 29. accidit, non videtur in hoc carmine Olymp. 77. scripto commemorari potuisse. Rursus autem necessarium est, eam ipsam, quae Pyth. 29. contigit, esse a Pindaro commemoratam. Nam ex certissimo Pausaniae testimonio Ergoteles non saepius quam bis Pythia vicit; neque id Pausanias ex Pindaro hausit, sed ex aliquo rerum scriptore vel ex eo, quod dicit, epigrammate, unde alia quoque praeter ea, quae Pindarus dicit, refert: utramque autem hanc victoriam quum Pindarus nominet, necesse est hanc, quae Pyth. 29. fuit, binis a Pindaro allatis comprehendi, propterea quod tertia Ergoteles non potitus est. Quodsi Pyth. 29. prior Ergoteli victoria parata statuetur, augebitur difficultas: sed certe illa posterior fuit. Prior quidem Pyth. 25. contigerat, auctore Schol. Vrat. de quo numero in nota ad Schol. dubitavi, quod per tantum temporis spatium a Pyth. 25. usque ad Olymp. 77. atque etiam ultra cursu quemquam excellere potuisse non esset verisimile: nam etiam post Olymp. 77. Ergotelem bis Nemeae et semel Olympiae vicisse constat: sed in viam me reducit praeter Leonidam Rhodium (Paus. VI, 13.) Chionis Laco, qui primum Olymp. 28. quartum post Olymp. 32. ideoque aut Olymp. 33. aut etiam postea stadio vicit, per viginti vel plures annos; quae res nota est ex Pausania et partim ex Eusebio, etsi huius calculi differant. Vel sic tamen, ubi *secunda* Ergoteles victoria Pyth. 29. potitus est, quis non nodum intricatissimum dixerit? Eum tamen solvam, et simul vera Pythiadum computatione, quam nonnulli olim chronologi et cum illis Schmidius secuti sunt nec tamen a dubitatione tutam praestiterunt, certis rationibus firmata temporum doctrinae aliquid afferam lucis.

Nam post Ios. Scaligerum (Emend. temp. I, p. 52.), Dodwellum (de cyclis V, 1.), Corsinum (Diss. agon. II, 1—5. F. A. T. III, p. 83 sqq.) plerique omnes sibi persuaserunt, primam, quae numerata est, Pythiadem in Olymp. 49, 3. incidisse: quae sententia ut idoneis argumentis subnixa est, ita nunc monstrabo aliam usitatam fuisse Pythiadum computandarum rationem, quam inter aequales unum Guilelmum de Humboldt, virum excellentissimum, probasse intellexi ipso monente et commonstrante. Hic computus cum altero commistus illam, quae nos in Ergotele tenet, difficultatem genuit; qua expedita, quibus Olympiadibus Pythiades in Pindaricis Scholiis nominatae assignandae sint, simul patebit. Veteribus chronologis tradentibus Pythiorum *χρηματίτης ἀγὼν* institutus est Archonte Athenis Simone sive Simonide Olymp. 47, 3. V. Schol. Pyth. Argum. p. 298. init. atque iterum p. 298. extr. Marmor Parium epoch. 38. *Ἀφ' οὗ Ἀμφικτύονες ἐνίκησαν ἑλόντες Κύρραν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς* (debebat esse *μουσικὸς*) *ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων, ἔτη ΗΗΗΔΔΓΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμωνος*: ubi ab Olymp. 47, 3. incipiente usque ad Olymp. 129, 1. quo marmor usque decurrit, recte computantur anni 327. Sed ab illo initio veterum nemo Pythiadum deduxit numeros. Post sex fere annos, ut Scholiastes putat, Damasia Athenis Archonte institutus *ἀγὼν στεφανίτης*, auctoribus iisdem. Is Damasias, si Scholiastes recte annorum numerum edidisset, deberet Archon Olymp. 49, 1. fuisse: eundem tamen Corsinus in Olymp. 48, 3. retulit, ex quo hanc Olympiadis notam ad Schol. p. 298. adscripsi. Scholiastae quidem quamvis incorrupto fidem adhibere in sex, quos computat, annorum spatio, putidum fuerit, si ab illo annorum numero recedere argumentis cogamur: neque tamen Corsinus id effecit, ut Damasiam Archontem Olymp. 48, 3. statuere debeamus, quippe rationibus prorsus inanibus usus, qualis haec est, quod quoniam Periander Olymp. 48, 4. mortuus sit, debeat Damasiae magistratus ad

www.libtool.com.cn
priorem annum revocari, quia sub hoc Archonte Septem promulgati Sapientes sint. Quis enim ex tali fabella, etiamsi Demetrii *ἀναγραφῇ* firmetur (Diog. L. I, 22.), temporum constituerit notas, praesertim quum Periandrum veterum multi Septem Sapientum numero exemerint? Sola superest Marmoris Parii gravissima auctoritas, quod et Damasiam Archontem ad Olymp. 49, 3. revocat, et coronarium Pythiorum ludum eo anno institutum dicit, epoch. 39. *Ἀφ' οὗ στεφανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη ΗΗΗΔΓΙΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου*, hoc est Olymp. 49, 3. a quo usque ad Olymp. 129, 1. anni sunt 318. Et ex tali chronico etiam Eusebius Pythiadum initium in Olymp. 49, 3. definit; eademque epocha Pindari Scholiastes in Pythiadum atque Olympiadum comparatione utitur. Igitur ad nostram odam Pyth. 29. ponitur in Olymp. 77, 3. Item ad Pyth. III. init. p. 327. haec habes: *Ἱέρωνι Πύθια νικήσαντι τὴν κζ Πυθιάδα γέγραπται· μέμνηται δὲ καὶ τῆς πρὸ ταύτης Πυθιάδος, ὥστε ἐπὶ ταῖς δύο νίκαις τὴν ᾠδὴν συντετάχθαι. συνάδει δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν χρόνων. ὡς γὰρ ἤδη βασιλεύοντός φησιν· Ὅς Συρακόσσαισι νέμει βασιλεὺς πραΰς ἀστοῖς. καθίσταται δὲ ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος τῇ προκειμένῃ Ὀλυμπιάδι συγχρόνου οὔσης, ὥστε πάντῃ τε καὶ πάντως μετὰ τὴν ὕστερον Πυθιάδα, ἥτις γέγονε περὶ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα συντετάχθαι τόνδε τὸν ἐπίνικον.* Recurremus ad haec in introd. Pyth. III. nunc sufficit observasse Pyth. 28. et Olymp. 76. conferri, initio Pythiadum ab Olymp. 49, 3. ducto. Affertur tertius Scholiorum locus ex Pyth. IV. init. ubi Olymp. 80. post Pyth. 31. ponitur: quo tamen nihil efficitur. Eusebii igitur et Scholiastae his auctoritatibus Scaliger, Dodwellus, Corsinus Pythiadum initium ab Olymp. 49, 3. deducunt: nunc demonstrabo in Pythionicarum catalogis, qui soli genuini huiusmodi rerum fontes sunt, Pythiades ab Olymp. 48, 3. numeratas esse. Nam Pausanias post memoratam Pythiadem Olymp. 48, 3. celebratam, cuius ludos recte pecuniarios putat, eam, quae proxime secuta est, *secundam* diserte appellat X, 7, 3. *τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες, κιθαρῳδίας μὲν, καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν· ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεφαλλήν τε ὁ Λάμπου καὶ αὐλῳδὸς Ἀρκὰς Ἐχέμβροτος, Σακάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· ἀνείλετο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἑφεξῆς ταύτης Πυθιάδας. ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον, τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ πλὴν τεθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες δολίχου καὶ διαύλου παισὶν εἶναι δρόμον. δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο* etc. Haec omnia ex Pythionicarum catalogis desumpta manifeste sunt; intelligis autem, initium ludi coronarii Olymp. 49, 3. poni, prorsus ut in Marmore Pario, disertisque eam verbis *secundam* vocari Pythiadem. Pergit deinde Pausanias alias Pythiades enumerare, quas ab eadem epocha computatas neque aliunde quam ex Pythionicarum catalogis ductas esse vel me non monente liquet; si tamen dubites, demonstrare id in his licet: *Τρίτη δὲ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς εἴκοσι προστιθέασιν ὁπλίτην δρόμον· καὶ ἐπ' αὐτῷ Τιμαίνετος ἐκ Φιλιοῦντος ἀνείλετο τὴν δάφνην, Ὀλυμπιάσιν ὕστερον πέντε ἢ Δημάρατος Ἡραιεὺς ἐνίκησεν.* Quodsi ab Olymp. 48, 3. calculus deducitur, Pyth. 23. incidit in Olymp. 70. igitur Demaratus debet Olymp. 65. vicisse. Et ecce, vicit Olymp. 65. eodem Pausania auctore V, 8, 3. VI, 10, 2. Iam ut ad Scholia redeam, nemo non intelliget, Pythiadum numeros in Scholiis traditos ex Pythionicarum esse catalogis repetitos, et maxime ex Aristotelico (cf. ad Pyth. VI. introd.). Itaque ubi Scholiastes Pythiadem 29. appellat, annus Olymp. 76, 3. intelligendus est, quo Pythia secundum vicit Ergoteles: unde

www.libtool.com.cn

iam vides qui factum sit, ut Pythia haec victoria in carmine Olymp. 77, 1. scripto commemoretur. Ad quam rationem omnes Pythiades in Scholiis allatae integro quadriennio prius ponendae sunt quam a Corsino secundum Scholiastam ipsum factum est: quod quam eximie Pythiis carminibus conveniat, in illarum odarum prooemiis docemus: hoc loco sufficit fundamentum iecisse. Simul hinc patet, quod supra dixi, Ergotelem iam ante Olymp. 72, 3. in Siciliam venisse: etenim ille Pyth. 25. hoc est Olymp. 72, 3. primum Pythia vicit; neque vero illum ante exilium sacris ludis in Graecia operam dedisse, Pindarus auctor est vs. 15 sqq. Ceterum facile perspicitur, unde in comparandis Olympiadibus et Pythiadibus admissus Scholiastae error sit. Nempe is acceptos ab antiquis Pythiadum numeros, qui ab Olymp. 48, 3. computati erant, secundum chronicon aliquod, quale est Marmor Parium, ab *epocha coronarii ludi* Olymp. 49, 3. numeravit, quum eos ab epocha a Pausania tradita deducere deberet.

Sed relicta hac spinosa disputatione in alia iam dumeta incidimus: quaeritur enim, quum Olymp. 77, 1. hoc carmen factum sit, quaenam tum Himerae condicio fuerit, et quomodo, quae in hac oda dicuntur, rerum Himerensium statui aptanda sint. De qua re etsi Scholiis nihil sani inest, atque in Vratislaviensibus adeo a vero aberratur, ut ad vs. 1. vel de Himera ab Hieronis et eius familiae imperio liberata cogitetur, quod septem demum annis post sublatum est; recte tamen veteres interpretes perspexerunt, Siculas, quae tum fuerunt, res a poeta respici. Liberam tum Himeram fuisse, non sub tyranno, immo nuperrime liberatam, ipsa oda declarat. Hinc vs. 1. *Fortuna Servatrix Iovis* dicitur *Liberatoris filia*, quippe quae urbem servarit et liberarit: eam poeta precatur, ut *urbem late potentem* porro *tueatur*, quae quidem nunc quoque tutela indigeat. Ad quem locum quae Gedikius contulit, nihil illustrant. Sane constat, post Plataeensem pugnam templum et aram et sollemnia Eleutheria Liberatori Iovi dicata esse (Simonid. in Analect. T. I, p. 134. Strab. IX, p. 632. A. Pausan. IX, 2, 4. Eustath. ad Iliad. *β*, p. 269. 16. coll. Thucyd. II, 71.), fuitque etiam Athenis statua Iovis Eleutherii (Pausan. I, 3, 1.) et porticus notissima prope statuam (ibid. X, 21, 3. cf. Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 460.), ne alia congeram: sed neque haec huc pertinent, nec quae de pugna Himerensi a Therone et Gelone adversus Carthaginienses felicissimo successu pugnata et de pulso Terillo Himerensium tyranno afferuntur, praesertim quum pro Terillo iam ante Himerensem pugnam Thero Himerae tyrannus extiterit, Thrasydaeum ei praefectum atrocem imposuerit, postremo Ol. 75. 4 — 76, 1. Himeram misere afflixerit (introd. ad Olymp. II.): ut taceam antiquiora illa esse, quam quae huc referri queant. Nec magis ad rem faciunt a Syracusiis dicata statua Iovis Liberatoris, cui Syracusae libertatem debebant (cf. Synagogen ad Aphthonium ap. Montf. Bibl. Coisl. p. 592.), et Eleutheria sollemnia cum ludis eo die celebrandis, quo die Olymp. 78, 3. Thrasybulum Hieronis fratrem eiecerant (Diod. XI, 72. coll. 68.), nec Iuppiter Liberator in nummis Syracusanis hanc ob rem conspicuus (Burmann. in Dorvill. Sic. p. 438.): nisi quod hinc coniicere licet, similem ob causam Pindarum nunc Iovis Liberatoris meminisse. Et tyranno exsolutam Himeram ac democratiam restitutam testantur etiam *ἀγοραὶ βουλαφόροι* vs. 5. belloque gesto id contigisse, probabile reddunt *λαιψηροὶ πόλεμοι* vs. 4. Postremo sub tyranno Ergoteli civi vix secure ea potuerit laus tribui, quod Himeram augeret et ornaret (vs. 21.). Iam succurrit rerum gestarum memoria. Diodorus XI, 53. sub Olymp. 77, 1. narrat Thrasydaeum Agrigenti et Himerae tyrannum, post patris obitum etiam insolentiorem quam antea factum, mercenariorum, item Agrigentinorum et Himeren-

www.libtool.com.cn

sium plus quam viginti millibus, peditibus equitibusque collectis, cum Hierone apud flumen Acragantem (τὸν Ἀκράγαντα dicit Diodorus), conflixisse, fusumque et fugagatum, caesis plus quam quattuor millibus suorum, imperio excidisse, mox apud Megarenses capitis damnatum esse: οἱ δ' Ἀκραγαντῖνοι, inquit, κτησάμενοι τὴν δημοκρατίαν, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς Ἱέρωνα τῆς εἰρήνης ἔτυχον. Quodsi tum Agrigentini libertatem recuperarunt, quid Himerensibus factum censes? Nempe quod illis aequum fuit, id non iniquum Himerensibus: igitur his quoque Hieronem libertatem confirmasse consentaneum est. Immo id haec ipsa oda demonstrat. Ne multa: Diodorus more suo quae vere Olymp. 76, 4. anno exeunte gesta erant, in Olymp. 77, 1. retulit, ut ab anni naturalis vere incipientis initio progrederetur: igitur Olymp. 77, 1. quum vinceret Ergoteles, Himera iam liberata fuit: unde simul liquet, Theronem Olymp. 76, 4. defunctum eodemque anno Thrasydaeum expulsum esse, ut ad Olymp. II. introd. dixi. Hiero autem quum Agrigentinis et proinde Himerensibus faveret, ob id ipsum Pindarus Ergoteli conciliatus est: et videndum ne Ergoteles, quos honores secundum Pausaniam Himerae nactus est, iis etiam hanc ob causam potitus sit, quod Himerensibus in liberanda urbe insignem praestiterit operam. Quid si Ergoteles Pythionica et Isthmionica legationem ad Hieronem obiit et auctoritate sua patriae beneficia comparavit? At Pindarum Olymp. 77, 1. in Sicilia apud Hieronem fuisse ad Olymp. I. docui: ibi igitur et Hieroni et Ergoteli gratificatus hoc videtur carmen composuisse. Postremo facile hinc diiudicare licet, ubi cantata oda sit. Quam etsi ob brevitatem putes Olympiae festinatam esse (v. nott. critt. Olymp. X. init.), tamen quod Pindarus tum in Sicilia, non Olympiae fuit, illic potius quam hic festinata est, ut caneretur Himerae, quam poeta laudat, cui bona precatur, cuius vel gallum memorat: ac vix mihi dubium videtur, in pompa Ergotelis a choro Fortunae coronam Olympicam deferente statim post reditum victoris carmen cantatum esse.

Vs. 1 — 12. *Fortuna Servatrix, tuere Himeram, tu quae et navigationem et bella et respublicas gubernas. Nam te res humanas regente hominum quidem exspectationes varie vagantur, modo laeta modo adversa sperantes, nec certum de futuris omen quisquam percipit, occlusâ mortalibus praevidendi viâ: quique bona exspectaverant, haud raro damnum fecerunt, adversisque afflictati beati brevi intervallo extiterunt: id quod Fortuna moderante tibi contigit, Ergotele.* Fortuna nunc Iovis Liberatoris filia Hesiodo (Theog. 360.) et Homerico poetae (Hymn. in Cerer. 417. coll. Pausan. IV, 30, 3.) Oceanis est, si modo eadem est illa atque haec, de quo dubitat huius odae interpres Massievius Mem. Acad. Inscr. T. IV, p. 492. Pindarus Fortunam Parcarum unam dixit, ut docet Fragmentum Hymni: illae vero quum Iovis et Themidis filiae a nonnullis habitae sint, poetam sibi constare liquet. Fortuna autem est *domina aequoris* (Hor. Carm. I, 35, 6.), ad quod sita Himera eius auxilio eget, item *urbium tutela*, φερέπολις Pindaro in Hymno Fragm. 10. *Servatrix* dicitur, ut Ζεὺς Σωτὴρ, Νεῖλος Σωτὴρ, apud Syracusios Ἄρτεμις Σώτειρα (Burmann. in Dorvill. Sic. p. 327 sq.), apud Pindarum Θέμις et Εὐνομία Σώτειραι, et similia passim apud Graecos: sed nomine illo Fortunam auguror Himerae cultam esse post liberationem, vel ara vel statua vel templo ei posito, ut hinc inde apud Graecos: vide modo Pausaniam: immo vel ante liberationem potuit Himerae Fortunae religio esse, quemadmodum Syracusis antiquum fuit Fortunae fanum, a quo Tycha pars urbis. V. Göller. Hist. Syrac. p. 66. Mox docetur hominum varias esse exspectationes, quae ut plurimum (τὰ πολλὰ) sublime ferantur spe bona, aliquando humiles cadant, nec tamen in vero, sed in rebus inanibus et incertis versentur. Dictio desumpta a navigio; κυλίνδονται ἐλπίδες ἄνω καὶ

www.libtool.com.cn

κάτω, ut naves in undis; τάμνουσαι ψεύδη, ut naves maris fluctus secant, *percurrentes et agitantes vana rerum simulacra.* Τάμνειν ut epicnum et Ionicum, ita etiam Doricum esse docent tabulae Heracleenses. In eadem de navigatione translatione poeta manet vs. 12. in voce ζάλαις. Ad vs. 7. cf. Nem. XI, 43. τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπεται τέκμαρ. Mox iunge τῶν μελλόντων φραδαί, *consilia de futuris.* Integram antistropham inde a vs. 7. transcripsit Auctor de nobilitate c. 12. in Plutarch. Opp.

Vs. 13 — 21. *Nam tibi quoque, nisi exilio afflictus in Siciliam pervenisses, pedum honos inglorius defluxisset: nunc autem victor Olympicus, Pythius, Isthmius Himeram auges, civis factus atque ita ibi apud proprios versans lares.* Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ dictum pro ἐνδομάχου ἄτ' ἀλέκτορος, more usitato. „Cretae tantum in patria, inquit, certasses ignotus, non in sacrorum ludorum lucem progressus esses; ut gallus domi pugnans, non in publica certamina productus." Igitur Cretenses ea aetate non videntur in Graeciam ad sacros ludos profecti esse, etsi cursu, et maxime dolicho, quo Ergoteles vicit patrio in illo genere instituto versatus, Cretenses imprimis praestabant. Xenoph. Anab. IV, 8, 27. de Cretensibus, qui erant in exercitu (I, 2, 9.): δόλιχον δὲ Κρῆτες πλείους ἢ ἑξήκοντα ἔθεον. De Gallo domestico cf. haec Aeschyli Eumen. 846.

Μηδ' ἑξόρουσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων
Ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἰδρύσῃς Ἄρη
Ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν·
Θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μῶλος παρών,
Ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως·
Ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ στέργω μάχην.

Gallorum certamina publicâ religione passim apud Graecos instituta sunt, ut inde a Themistocle et Persico bello Athenis ex lege: v. Aelian. V. H. II, 28. et intt. Petit. Legg. Att. p. 84. nec rarae erant coturnicum pugnae. Id vero hoc loco potissimum est, gallum gallinaceum in antiquissimis Himerae nummis huius fere aetatis conspici. Causa latet; alii originem rei a nomine urbis, Ἱμέρᾳ, ἡμέρᾳ, *die* deducunt, alii a divinatione ex gallinis; ad Aesculapium thermarum salubrium praesidem refert Eckhelius D. N. T. I. p. 211 sq. cf. de gallis Aesculapio sacris Fischer. ad Plat. Phaedon. p. 498. sed maxime probo Massievii coniecturam, Minervae ob cultum gallum gallinaceum in nummis Himerensium esse: nam Minervae quoque galli sacri, idque ὅτι οὗτοι προχειρότατοι ἔχουσιν ἐς μάχας οἱ ἀλεκτρυόνες, docente Pausania VI, 26, 2. Unde simul coniici potest, Himerae gallorum certamina publica in Minervae honorem esse habita: quo aptius a gallo pugnatore Pindarus comparationem quaesivit. Καταφυλλορόησε, defluxisset ut folia arborum. Thermae Himerenses, postea Thermitanae, adhuc clarae habentur (cf. Dorvill. Sic. p. 25.). Eae *Nympharum* lavacra dicuntur, non quod hae ibi lavent, sed quod Herculi Nymphae eas pararunt: alii pro Nymphis, quas Diodorus (IV, 23.) agnoscit, Minervam appellant, ut Pisander, vel Vulcanum, ut Ibycus (v. Wessel. ad Diod. l. c.); Hesychius v. Ἡράκλεια λουτρά, postquam de Minerva dixit, addit: ἄλλοι δὲ Νύμφας αὐτῷ ποιῆσαι ἐν Σικελίᾳ, ubi cf. intt. Item Photius: Ἡράκλεια λουτρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἐν Θερμοπύλαις κατιόντι Ἡρακλεῖ ἄνεῖναι· οἱ δὲ ἐν Σικελίᾳ τὰς Νύμφας· οἱ δὲ αὐτὸν αὐτὰ ἀνασκευάσαι. Ac de Nymphis fabulam ipsi secuti Himerenses sunt: igitur in nummis Thermitanis, fortasse etiam Himerensibus, Hercules et Nymphae modo tres modo una (Eckhel. D. N. T. I. p. 214.). Postremo nulla est harum traditionum dissensio; Nymphae enim eas thermas in Minervae gratiam Herculi aperuerunt. Diod. V, 3. τὴν μὲν Ἀθηνᾶν ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἱμέραν

www.libtool.com.cn

μέρεσιν, ἐν οἷς τὰς μὲν Νύμφας χαριζομένας Ἀθηνᾷ τὰς τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀνεῖναι πηγὰς κατὰ τὴν Ἡρακλέους παρουσίαν· τοὺς δ' ἐγχωρίους πόλιν αὐτῇ καὶ χώραν τὴν ὀνομαζομένην μέχρι νῦν Ἀθήναιον etc. unde simul Minervam Himerae cultam vides, quae etiam in nummis illius civitatis est (v. Rasch. Lex. num. T. II. P. II. p. 313.). Ceterum de Himera, Thermis et aquis Himerensibus optime, ut solet, agit Cluverius Sic. antiq. II, p. 280 sqq. Βασταζει, ἑπαίρει, ὑψοῖ, ut Isthm. III, 8. Οἰκίαις ἀρούρας, quippe civis factus, cui domum et agros possidere licet: v. Oecon. civ. Ath. T. I. p. 154 sq.

OLYMP. XIII.

Xenophon Corinthius stadio et pentathlo iisdem ludis (vs. 29.) vicit Olymp. 79. auctoritate librorum aliquot in inscriptione, item Schol. rec. p. 268. Diodor. XI, 70. Dionys. Archaeol. IX, 61. p. 617. extr. Sylb. Pausan. IV, 24, 2. ubi numerus a doctis correctus, Euseb. Exc. p. 149. ed. Mai. Etiam pater eius Thessalus Olympia cursu vicerat (vs. 34.), isque Olymp. 69. (Schol. vet. inscr.), non tamen stadio inter viros, quo tum Ischomachus victor fuit, sed aut diaulo aut dolicho aut armato cursu aut puerili stadio: unde haec domus, bis numerata Xenophontis victoria, tres Olympicas victorias retulisse vs. 1. dicitur; praeterea Xenophon ipse Isthmia bis ac Nemea vicerat (vs. 31 sqq.); pater alias multas obtinuerat victorias, quae vs. 36 sqq. recensentur, alias avus Ptoeodorus et frater Ptoeodori Terpsias Terpsineque sive filius sive nepos Eritimus. Hi igitur ex ipsa Xenophontis domo vicerant: sed vs. 93 sqq. omnino gentem Oligaethidarum, ex quibus illa familia fuit, innumeras victorias nactam esse docetur. Carmen non Olympiae cantatum est, sed Corinthi: hinc vs. 14. Corinthios poeta alloquitur, quos vs. 26. τόνδε λαὸν vocat: immo vs. 28. pompa diserte non Olympiae, sed ex Olympia campisque Pisae duci dicitur. Iam vs. 23 sqq. Olympiae imperans Iuppiter summus (ὕπατος) invocatur, ut pompam hanc accipiat: δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τεθμόν, τὸν ἄγει πεδίων ἐκ Πίσας, iterumque, ne de vs. 102. dicam, vs. 110. Ζεὺς τέλειος compellatur: unde liquet Iovi adductam Corinthi pompam esse supplicationis causa; eumque Corinthi nomine τελείου cultum esse conieci nott. critt. p. 428. Tres in ea urbe Iovis statuas memorat Pausan. II, 2. extr. in iisque unam Διὸς ὑψίστου, qui nescio an idem sit atque ille ὕπατος a Pindaro vocatus; templum Iovis praeter recens Capitolini (Pausan. II, 4, 5.) antiquum, ut videtur, aliud prope vetus gymnasium ad posteram aetatem permansit (Pausan. II, 4, 6.). Carmen igitur in publico loco cantatum est: quo commodius poeta in publicis maxime rebus versatur; et Corinthum sese illustraturum familiae huius et gentis laude canenda ipse significat statim in principio, similiter atque Olymp. VII. Ceterum hoc carmen Chamaeleon Heracleota prius docet eorum esse, quae Xenophonti Pindarus scripsit: vocatque is odam hanc ἐγκώμιον, utpote pompae et comissationi destinatam: mox pro eadem victoria Scolium Xenophonti poeta composuit, quod in sacrificio cantatum est, quum meretrices servae, quas Xenophon pro victoria voverat, Veneri dedicarentur. V. Fragm. IX, 1. In metro epodi vs. 5. ambiguitas est: ille enim versus ad Olymp.

www.libtool.com.cn
III, 37. nott. critt. a me constitutus potest cum Hermanno (ed. Heyn. III.) in duos dispesci, si ep. ά. legas:

Ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλέα δίδυμον
Ἐπέθηκ' ἐν δὲ Μοῖσ' ἀδύπνοος,

ubi *βασιλέα* trisyllabum erit: quam divisionem etsi nolim iusta membrorum proportione commendare, propterea quod lyricae poesi inaequalia membra aptissima sunt (cf. Metr. Pind. III, 5. p. 192 sqq.), eam tamen suadet vs. 109. Ab altera parte *ἔθηκε* est commodius ob vs. 20. etsi *μέτρα ἐπέθηκε* per zeugma ferri potest.

Vs. 1 — 10. *Victoris domum laudans civibus mitem et hospitum cultricem, simul Corinthum illustrabo, legibus et institutis bene temperatam tranquillamque rempublicam, superbiae inimicam.* Initium ex memoria laudat Eustath. ad Dionys. vs. 1. Xenophontis familiam fuisse ex optimatibus vix dubites: unde haec laus, mitem illam esse civibus. De voce *γνώσομαι* v. ad Olymp. VI, 82 sqq. *Ὀλβίων*, ob veterem Corinthi opulentiam. Corinthum dici *πρόθυρον Ποτειδᾶνος*, quia in Isthmo sit Peloponnesi ad introitum, non concoquo: videtur potius ideo *πρόθυρον Ποτειδᾶνος* vocari, quod ex Olympia adeuntibus, unde haec pompa ducitur, ante Isthmum Neptuno sacrum posita est. *Ἀγλαόκουρον* intellige *iuvenibus insignem*, inter quos victor: nam ob hunc Corinthi hanc addit laudem. Corinthi Horas cultas esse etsi traditum non reperio, quod nihil mirum in civitate gravissimo excidio afflicta, tamen nisi illic Horarum religiones fuissent, non poterat poeta, quae dixit, proferre: cf. etiam vs. 17. Simul Iustitia et Eunomia ac Pace aequas Corinthiorum leges tranquillitatemque reipublicae designari patet: nempe optimatibus utplurimum paruit Corinthus ideoque tranquillior fuit; et institutorum prudentium adhuc supersunt vestigia, quae nunc colligere nihil attinet. Vs. 6. lectionem *ἀσφαλὲς* firmari cod. Ciz. dixi in Appendice T. I. Pindarus *E* et *H* nondum distinguebat scripturâ. *Ὁμότροπος* non *concors* est sed *moribus par et conveniens*; *πλούτου ταμίαι Ὧραι* dicuntur, quem etiam Corinthiis dederint. De feminina forma *ταμία*, quae etiam apud Homerum est, v. Bast. Append. Epist. crit. p. 33 sq. Hermann. Obss. ad Bucol. ante Sophocl. Schäfer. p. XII. cf. Olymp. XIV, 9. Deinde quod *Horae Superbiam avertere velle* dicuntur, spectat haud dubie res Corinthiorum, quae ea aetate fuerunt, nobis ignotas: pertinet opinor ad plebis conatum optimates deprimere studentis. Ut secundum tritam sententiam *τίκτει κόρος ὕβριν*, ita vicissim *Ὕβρις, Superbia*, mater est *Κόρου, taedii suarum rerum et invidiae*, ex qua aliena appetimus iisque potiri cupimus: utrumque enim ei voci inesse docet Pindari usus. Eandem fictionem sequitur oraculum Bacidis ap. Herodot. VIII, 77. ubi Hora *δία Δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱόν*: nolim enim ibi cum Wesselingio de altera dictione *τίκτει τοι κόρος ὕβριν* bene disputante *κόρον* de iuvene intelligere. *Θρασύμυθος* dicitur Superbia, quod pacata civitate in verbis potissimum cernitur, praesertim in concionibus. Nam rempublicam spectare poetam paulo ante monui. *Κελαδεννὰν ὕβριν* dixit Isthm. I, 26. Pro *ἀλεξεῖν* Paul. Stephanus dedit *ἀλέξειν* probante Schneidero ad Xenoph. Anab. I, 3, 6.

Vs. 11 — 22. *Pulchra habeo, quae de Corintho narrem: quae ut dicam, ingenita audacia me stimulat* naturae meae obsequentem. *Naturam quippe nemo occultare potest: cui obtemperantes vos quoque, Corinthii, Horarum beneficio et victorias in ludis plurimas adepti estis, et antiqua inventa permulta protulistis, ut dithyrambum, equorum fraena, aquilam in aedibus. Vos musica etiam*, qua nunc utimur, *praestatis et bellica virtute.* Mercaturam et talia omittit ut vulgaria. Ad vs. 13. quem Suidas v. *ἄμαχον* et Zonaras p. 153. recitant, cf. Olymp. X. extr. Filii Aletae proprie Heraclidae sunt Corinthii, qui

www.libtool.com.cn

Bacchiadae vocantur (cf. ad Olymp. VI, introd.): hoc tamen loco intellige Corinthios universim, ut Ἀλῃτιάδαι sunt ap. Callimach. Fragm. 103. De Aleta Doriensium imperii huius auctore v. Diod. Fragm. lib. VII, p. 13. Bip. Strab. VIII, extr. Pausan. II, 4. V, 18. extr. Conon. Narrat. 26. Vellei. Pat. I, 4, 3. et ibi Ruhnk. Etym. M. p. 62, 50. Schol. h. l. et vs. 56. Schol. Nem. VII, 155. Mich. Apostol. XV, 67. Plutarch. Proverb. 48. Mox genitivus ὑπερελθόντων pendet a substantivo ἀγλαΐαν, suppleto substantivo ἀνδρῶν. Horae sunt floribus multis ornatae ut tempestatum dese, non ob pictas vestes, quod ex Ovid. Fast. V, 217. nonnullis visum: illis deabus *tempestiva et opportuna* afferentibus debentur inventa: *eius vero, qui quidque invenerit, unumquodque opus quasi proprium est*, etsi alii idem exercent. Iam inter inventa Corinthiorum dithyrambus est, maxime ob Arionem: v. Herodot. I, 23. ne plura afferam: de Pindari tamen sententia cf. Procli Chrestom. p. 8. ed. Schott. Dithyrambus est βοηλάτης, quod praemium victoris bos: v. Bentl. Diss. Phalar. p. 321. ed. Lips. adde Athen. X, p. 456. D. Gratiae Baccho iunguntur, ut in ara Olympica (Schol. Olymp. V, 10. Pausan. V, 14. extr. cf. Müller. Orchom. p. 180.); quae res maxime ad dithyrambum spectat: hinc Eleorum cantilena: Ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε, Ἅλιον ἐς ναὸν ἁγνὸν, σὺν Χαρίτεσσιν ἐς ναὸν, τῷ βοΐῳ ποδὶ θύων; deinde bis accinitur Ἄξιε ταῦρε: v. Plutarch. Qu. Gr. 36. qui hoc ad alias quasdam rationes refert, quibus non obsumus, si modo ob easdem dithyrambi praemium taurum fuisse concedas. Mox nota τίς γὰρ, quod usus Graecus extra dubitationis aleam ponit; non multum differt Pyth. IV, 70. et tot prosae exempla. Haec autem τίς γὰρ ἵπποισιν ἐν ἕντεσσιν μίτρα, ad quae pertinet verbum ἔθηκε, quis cum Didymo de rota figulina ceperit et de mensura ex vasis coctilibus, allato etiam Phidone? de quo v. quae disputavit Müllerus Aeginet. p. 55 sq. Nec μίτρα videntur *moderamina*, in quem sensum Heynius confert Aeschyl. Choeph. 786. sed potius *iustus, modulus rectaque demensio fraenorum ac commoda ratio*; ἵππεια ἕντεα *fraena* sunt, ζεύγματα, ut ἕντεα Pyth. IV, 235. Aeschylus Pers. 193. ἔντη δίφρου non fraena quidem, sed tamen instrumenta dicit, quibus currui equi iunguntur; sed Nem. IX, 22. ἵππεια ἕντεα nec fraena nec lora sunt, sed currus cum equis; Pyth. V, 34. currus ipse ἕντεα dicitur: immo nostro quoque loco currum male intelligunt Schol. Ven. ad Iliad. ω, 277. Schol. Victor. ap. Heyn. ad l. c. Eustath. p. 1359. 31. Equum fraenare docuit Corinthius Bellerophon Pegaso domando, quod deinceps exponitur: Plinius H. N. VII, 57. paulo aliter *equo vehi Bellerophonten, fraenos et strata equorum Pelethronium* docuisse perhibet: idem huic Lapithae Hyginus tribuit Fab. 274. Sequitur *aquila duplex deorum templis imposita*. Quem locum, de cuius lectione v. introd., siquis simpliciter de fastigio triangulari in fronte posticoque templorum intelligeret, inepte loquentem Pindarum faceret: etsi illi aedificiorum parti nomen est ἀετὸς et ἀέτωμα. Nolo aliorum sententias afferre, nec de fastigii origine ex globo cum alis in Aegyptiorum templis posito exponere, quae mihi ne ea quidem observatione, quam Guil. Hamiltonus Aegyptiac. p. 395. attulit, persuadetur; quod enim ibi de inscriptione dixit, plane falsum videtur: id quod colligi ex iis potest, quae Walpolius (Travels in various countries of the East p. 592.) proposuit. Sed Winkelmannus in Animadversionibus de Architectura Veterum aquilam olim super fastigio fuisse putat, et Viscontus Mus. Pioclem. T. IV, p. VII. in tympano sive area fastigii aquilam arbitratur anaglypho expressam fuisse. Ac sane meo quoque iudicio fastigium inde illud nomen tulit, quod in eius summo apice vel in area aquila olim posita est, quam Corinthios opere fictili formasse non dubito: exemplum haud ambiguum aquilarum in summo fastigii vertice positarum

www.libtool.com.cn
praebet Pausanias III, 17, 4. ἡ δὲ πρὸς δυσμὰς ἔχει τῶν στοῶν ἀετούς τε δύο τοὺς ὄρνιθας, καὶ ἴσας ἐπ' αὐτοῖς Νίκας, Λυσάνδρου μὲν ἀνάθημα etc. et in Begeri Spicilegio Antiquitatis p. 6. nummus est Cilicum, in quo aëtoma templi posita intus aquila: ubi plura de aëtomate Begerus. Sed Delphicae aquilae Pyth. IV, 4. hinc alienae sunt, quippe non in fastigio sitae; nec magis huc pertinent aquilae apud Romanos in tectis aedificiorum frequentes, nec sustinentes fastigium aquilae ap. Tac. Hist. III, 71. ubi v. intt. Iam ubi quaesiveris, quid in illa re invenerint Corinthii, credamus Didymo ex Timaeo referenti, aëtoma ab illis, quippe ornatius, excogitatum esse, ita tamen ut aquila ab iisdem aëtomati imposita sit. Ita duplex Pindaricâ sententiâ continetur laus; altera *architecturae*, qua Corinthios praestitisse vel *columnae Corinthiae* docent, licet earum perfectio Callimacho κανηζοτέχνῳ debita Pindaro sit recentior, item *Spintharus Corinthius*, qui ante Persica exstructioni Delphici templi Olymp. 58, 1. igne absumpti praefectus est (Pausan. X, 5. extr.); altera *plasticae*, *sculpturae*, *statuariae*, cuius rei documenta satis nota sunt. In memoriam voco Corinthiorum *opus caelatum et fictile:* huius initia docuit *Hyperbius Corinthius* rota figulina inventa; v. Theophrast. ap. Schol. vs. 27. Plin. H. N. VII, 57. ubi tamen etiam Anacharsis Scytha orbis in figlinis auctor fertur: insignesque sunt *Κορίνθιοι κάδοι* (Diphil. ap. Athen. VI, p. 236. B.) et κρατῆρες *Κορινθιουργεῖς* aurati (ibid. V, p. 199. E.). Immo superest vas Corinthium fictile summae antiquitatis, quod edidit Dodwellus Itin. T. I. p. 196. Adde *aes Corinthium*, etsi huius usus Pindaro est posterior. Hinc fabulosi artifices Corinthii *Eugrammus* et *Euchirus*, ille delineantis, hic fabricantis nomine clarus: posterioris praeter Plinium meminit Pausanias VI, 4, 2. Hinc aerea opera, quae ante Persica fecere *Diyllus*, *Amyclaeus*, *Chionis Corinthii* (Pausan. X, 13, 4.). Neque omittenda *arca Cypseli* a Corinthio haud dubie artifice facta, nec *statua aurea* Cypseli donarium, de qua Strabo VIII, p. 580. extr. Alm. Pausan. V, 2, 4. coll. Aristot. Polit. V, 9, 4. ed. Schneid. Neve dubites fastigii perfectionem cum plastica arte coniunctam esse, integrum apponam locum Plinii XXXV, 43. „Eiusdem opere terrae fingere ex argilla similitudines *Dibutades* Sicyonius *figulus* primus invenit *Corinthi*, filiae opera: quae capta amore iuvenis, illo abeunte peregre, umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit: quibus pater eius impressa argilla typum fecit et cum ceteris fictilibus induratum igni proposuit: eumque servatum in Nymphaeo, donec Corinthum Mummius everteret, tradunt. Sunt qui in Samo primos omnium plasticen invenisse Rhoecum et Theodorum tradant, multo ante Bacchiadas Corintho pulsos: Demaratum vero ex eadem urbe profugum, qui in Etruria Tarquinium Priscum regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira et Eugrammum: ab iis Italiae traditam plasticen. *Dibutadis inventum est rubricam addere aut ex rubrica cretam fingere; primusque personas tegularum imbricibus imposuit, quae inter initia protypa vocavit: postea idem ectypa fecit. Hinc et fastigia templorum orta.*" Nempe in summo fastigii imbrice imago expressa erat, aquila haud dubie; hinc nata ornatiora illa fastigia et ἀκρωτήρια, quae imponebantur aëtomati simul a Corinthiis perfecto. Postremo huic plasticae artis prisco apud Corinthios cultui conveniunt matura ibi *picturae* vestigia, quam Plinio auctore (XXXV, 5.) „Graeci alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam" dixerunt, „omnes umbra hominis linea circumducta." Deinde: „Inventam linearem dicunt a Philocle Aegyptio vel *Cleanthe Corinthio*. Primi exercuere *Ardices Corinthius* et Telephanes Sicyonius, sine ullo etiamnum colore, iam tamen spargentes lineas intus: ideo et quos pingerent, adscribere institutum. Primum invenit eas colorare, testa ut ferunt trita, *Cleophantus Corinthius*.

www.libtool.com.cn

stremum poeta ita exprimit: *τρία ἔργα π. ἀ. θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.* *Ἔργα* de *coronis* portentosum foret: ipsum *κάλλιστα* docet esse *facinora pulcherrima*, propter quae quod victor coronatus est, illa facinora *capiti circumdata* solita Pindaro audacia dicuntur. Quae facinora quum pedibus perfecerit, trinis ille vicit cursus ludicris, iisque Scholiaste perhibente *stadio*, *diaulo*, *armato cursu*. Hae victoriae eodem die partae erant, qui fuit mense eodem, quo Pythia vicerat Thessalus: ita haec capienda esse perspexit Ios. Scaliger Em. Temp. I, p. 52. Quonam tamen festo Athenis hae victoriae contigerint, definire non possum: Pythia quidem Delphis Munychione Attico incipiente acta sunt, quem in mensem incidunt Atheniensium *Delphinia*, *Munychia*, *Diasia equestria*; Delphinia tamen nimium Pythiis Delphicis vicina sunt, quam ut idem vir in Pythiis et Delphiniis videatur certare potuisse: sunt enim et ipsa mensis initio: nisi Thessalum eodem mense, sed alio anno Athenis certasse dices; quod Pindari verbis convenire negaverim: nec, quum res ad liquidum perduci nequeat, de ceteris ludis disputabo. In *Hellotiis*, Minervae Hellotiae sollemnibus, *lampadibus* decurrebatur, de quo genere cursus v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 496 sq. de Hellotiis speciatim cf. Schol. h. l. Athen. XV, p. 678. B. Etym. M. p. 332. 43. qui huc respicit, indeque Eudoc. Violar. p. 146. Fuit autem Hellotia Minerva lunae dea: hinc lampas, ut in Panathenaeis Atticis. De structura verborum *Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις* v. nott. critt. p. 389. De vs. 39 — 41. v. nott. critt. *Τεθμοὶ, sollemnia legitime instituta*, *ἀμφίαλοι* dicuntur, quia Isthmus *ἀμφίαλος, bimaris*. *Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ*, nempe Thessali. Ut Ptoeodorus, ita etiam frater eius Terpsias, Thessali patruus, Isthmia vicerat, item Eritimus Terpsiae vel filius vel nepos. Verba *Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ* mallem sane referri ad patrem Terpsiae et Eritimi posse: sed non audeo hoc loco a Scholiorum auctoritate discedere. Ceterum Thessalus ipse Isthmia vicisse non videtur; vicerant cum Ptoeodoro Terpsias et Eritimus; structura enim non potest haec esse: *ἔσποντ' ἀοιδαὶ (αὐτῷ, τῷ Θεσσαλῷ) σὺν Πτοιοδώρῳ πατρὶ σύν τε Τερψίᾳ καὶ Ἐριτίμῳ*, sed tantum haec: *ἔσποντ' ἀοιδαὶ Τερψίᾳ τε Ἐριτίμῳ τε σὺν Πτοιοδώρῳ*. Postremo quid est *μακρότεραι ἀοιδαί*? *Uberiores* dixeris, nempe quam Thessalo ex Hellotiis minus claris, quae ut proxima nunc sola respici videantur. Sed haec sententia laudanti non apta: potius hoc poeta vult, *famam illarum victoriarum durasse* licet antiquarum, ut *μακρότεραι ἀοιδαὶ* sint *carmina non cito oblivioni tradita, sed longius durantia*; cf. *μακρότερον ὄλβον* Pyth. XI, 52. *Δηρόμαι πολέων*, contendo cum multis aliis de multitudine victoriarum, quas Delphis et Nemeae reportastis; ita ut multos illos alios, ubi cuncti computentur, non plures cepisse victorias spondeam: nam *certum quidem numerum arenae* dicere non possum, et proinde ne vestrarum quidem ibi victoriarum. Cf. de hoc dicendi genere Olymp. II, extr.

V. 45 — 66. Familia victoris laudata transitur ad civitatis laudem. *Sed unicuique rei modus est, qui servari debet: itaque relictis familiae rebus ego, qui privatus publico simul inservio, nunc priscorum Corinthi incolarum prudentiam et bellicam virtutem vere praedicabo, propter prudentiam Sisyphum et Medeam celebrans, ab altera vero fortitudinis parte eos, qui apud Troiam utrinque pugnae discrimen afferre videbantur, alteri cum Atreo, alter Glaucus Lycius, qui Corinthi sui parentis ditionem et hereditatem domumque esse gloriabatur.* *Ἕπεται ἐν ἑκάστῳ μέτρον*, aptus et conveniens certus unicuique rei modus est; ut alibi *ἕπεσθαι* absque *ἐν*: v. ad Olymp. II, 17 sqq. *Νοῆσαι καιρὸς ἄριστος*, hoc est *ἄριστόν ἐστι νοῆσαι καιρόν*: ut Graeci dicunt *δίκαιος, δυνατὸς, ἀδύνατος, ἀναγκαῖός ἐστι τοῦτο ποιῆσαι*. Modum autem tenere oportet, ne aut invidia aut fastidium provocetur. Ad sententiam cf. Pyth. IX, 81. Vs. 47. etsi *γὰρ*

www.libtool.com.cn

aptissimum est, tamen δὲ ἴδιος reduco, quod ἴδιος in nonnullis dialectis digamma habet, ut in tabulis Heracleensibus. V. Oec. civ. Ath. T. II, p. 393. Ἴδιος σταλείς, *privatim velut navi huc missus et allegatus*, hoc est *privatae laudi poesin applicans:* de navigatione enim desumptum recte putatur, ut Nem. VI, 33. quo pertinet etiam Pyth. II, 62. Etsi hoc non potissimum est; illud maxime tenendum *allegatum* esse poetam, sive ipse adsit sive per chorum; quamquam verisimile est Pindarum Olympiae fuisse quum vinceret Xenophon, et cum Xenophontis pompa esse Corinthum atque inde domum profectum. Ceterum στόλος et de terrestri et de maritimo itinere dicitur. Privatae autem rei adiuncta est publica, unde dicitur ἐν κοινῷ σταλείς, *in re etiam ad publicum pertinente*, qualis est Olympica victoria: appositissimus ad illustrandum genus dicendi locus Herodoti V, 63. ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες εἴτε ἰδίῳ στόλῳ εἴτε δημοσίῳ χρησόμενοι, *publice privatimve allegati.* Vs. 50. ad Σίσυφον etc. supple γαρύων: particulae μὲν ibidem positae non καὶ vs. 51. respondet sed τὰ δὲ vs. 53. quod docet sententia. De Sisypho Aeolida Corinthi rege nota omnia: elegantem de eius vafritia locum ultro addit Heynius ex Theogn. 702 sqq. Vs. 51. scribe αὐτᾷ, antiqua dialecto. De Medea Corinthia conferri meretur Müllerus Orchom. p. 269 sqq. Et nota quum Sisyphus et Medea malam vulgo famam haberent, poetam eorum honorem vindicare, et omnia in melius interpretari. Τὰ δὲ ἐν ἀλκᾷ iungenda sunt, *ab altera parte in pugna:* cf. ad Olymp. IX, 102. Debebat pergi: τὰ δὲ ἐν ἀλκᾷ γαρύων τοὺς μὲν γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέος etc. sed Graeca libertate incepta relinquitur structura. Τέμνειν μαχᾶν τέλος, *secare, decernere, conficere exitum*, a gladio sumpta dictione: Eurip. Heraclid. 758. κίνδυνον πολιῷ τέμνειν σιδάρῳ. Qui Atridis iuncti erant, in iis fuit *Euchenor*, de quo v. Schol. paruerunt autem tum Corinthii Agamemnoni (Iliad. β, 570. coll. Pausan. II, 4, 2.). Praeterea *Glaucus Lycius* coram Danais (τοῖσι vs. 58.) sese Corintho ortum gloriabatur, Iliad. ζ, 144 sqq. Eius haec origo est: Iove natus Deucalion, quem Schol. p. 280. ut p. 221. male omittit; Deucalionis filius Hellen ex Aeolo Sisyphum nepotem habet: Sisyphi filius fuit Glaucus; huius filii sunt Bellerophontes, Ornytion, Thersander, Almus; Bellerophontes genuit Hippolochum, Hippolochus Glaucum Lycium: v. Iliad. et Pausan. ll. cc. Schol. h. l. Apollod. II, 3, 1. Ornytionis, qui Corinthi mansit, Thoas est, a quo per Damophontem et Propodam descendunt Doridas et Hyanthidas, quos Aletes regno privavit. Ἐξ Αὐλίας δὲ idem est ac si dixeris ἐξ Αὐλ. γάρ. Vs. 59. σφετέρου (ἑοῦ) πατρὸς dictum de avo Bellerophonta, qui sub Proeti summo imperio Corinthum tenuit, ut posteri Sisyphidae sub Agamemnonis (v. Pausan.).

Vs. 61 — 79. Iam ad Bellerophonten delapsus poeta inventionem fraenorum supra iam significatam narrat, non tamen ex ordine, quod respuit lyricus, sed transpositis singulis rerum momentis. *Pegasum quum prope Pirenen fontem Bellerophontes nulla vi subigere posset, Polyido vate consulto postera nocte ex illius responso in ara Minervae incubavit* (vs. 72, 73.): *ubi Minerva dormienti habenam auream attulit, quam ex somno expergefactus re vera deprehendit; simul vero iusserat dea, ut Neptuno habenam offerret immolato tauro. Qua re comperta Polyidus eum Minervae obtemperare iussit, atque insuper quando taurum immolaret, simul Minervae Equestri aram condere.* In Bellerophonte quod nunc poeta maxime commoretur, mireris: nisi dices Xenophontis familiam ex Sisyphidis sese ortam praedicasse, cui coniecturae parum confido: dilectam tamen Corinthiis hanc fabulam fuisse nummi monstrant, in quibus Minerva Χαλινῖτις et Bellerophontes Pegasum domans vel ex Pegaso cum Chimaera dimicans, nec raro solus Pegasus; sed plurimi sunt recentioris aetatis et partim coloniarum Corinthia-

www.libtool.com.cn

rum: v. Eckhel. D. N. T. II, p. 237 sqq. At poeta, opinor, ex omnibus, quibus Corinthus clara fuit, rebus eam potissimum uberius illustrandam censuit, quae quod miraculis referta esset, ob haec ipsa insigniter placeret. Neque vero in iis consistere voluit, quae ad prudentiam Corinthiorum pertinerent; sed quod corporis robore partae victoriae celebrantur, aliquid elegit, in quo cum prudentia in rebus novis inveniendis bellica maxime eluceret virtus. Nisi alia subest et reconditior causa, de qua disputavi ad vs. 89 — 102. extr. Addi potest fabulam de Pegaso, cuius prima memoria apud Hesiodum Theog. 325. in versu suspecto, nondum tum videri admodum claram carminibus fuisse (cf. Heyn. ad Hom. T. V. p. 226.). *Pegasus* est Neptuno et Gorgone natus: v. Hesiod. ap. Schol. Ovid. Met. IV, 584. Hygin. P. A. II, 18. Apollod. II, 3, 2. ubi cf. Heyn. *Ἀμφὶ κρουνοῖς*, apud Pirenen, quam modo appellavit: cf. Pausan. II, 3, 3. coll. II, 2, 3. II, 5, 1. Strabo VIII, p. 582. B. de Pirene: *Ἐνταῦθα δέ φασι πίνοντα τὸν Πήγασον ἁλῶναι ὑπὸ Βελλεροφόντου, πτηνὸν ἵππον ἐκ τοῦ τραχήλου τῆς Μεδούσης ἀναπαλέντα κατὰ τὴν Γοργογομίαν. Φίλτρον* est *φάρμακον πειστικόν*, vs. 75. *δαμασίφρων χρυσός*, vs. 82. *φάρμακον πραΰ. Δαμαῖος* Corinthiis dicitur Neptunus ob domitos equos: idem pater Bellerophontae pro Glauco habitus: v. Schol. et Hygin. Fab. 157. qui matrem Eurynomen addit; ac nescio an Iliad. *ζ*, 191. in voce *θεοῦ γόνον* iam lateat Neptunia Bellerophontae origo, etsi paulo ante Glauci dicatur filius. Igitur hoc Pindari loco *πατὴρ* Neptunus non universe est, ut ap. Virg. Aen. V, 14. sed speciatim Bellerophontae. *Ἀργάντα, nitidum* robore et pinguedine: Eustathii locis in nott. critt. (Iliad. *ψ*, p. 1286. init. Odyss. *β*, p. 1430. 61. Rom.) adde tertium Odyss. *γ*, p. 1454. 6. *οἱ δὲ ταῦροι ἀργάντες, ὅ ἐστι λευκοί, ἐν Πινδάρῳ θύονται τῷ Ποσειδῶνι. δύναται μὲν καὶ τοῦτο εἶναι διὰ τὴν πολιάν ἄλλα· οἱ δὲ παλαιοὶ ἀργᾶντας ἐκεῖ τοὺς διὰ λίπος ἤτοι πιμελὴν λευκοὺς νοοῦσι.* Vs. 69. corrige *ἐπᾶλτ' ὀ. Κοιρανίδης* est Polyidus Euchenoris pater, qui a Melampo Argivo genus deducit nobilis ex nobili vatum familia vates: cf. Pausan. I, 43, 5. Heyn. ad Apollod. III, 3, 1. Sturz. Fragm. Pherecyd. p. 188. Deinde *incubatio* (*ἐγκοίμησις*) *in Minervae ara* memoratur oraculi petendi causa instituta: v. de ea re Wolfii Misc. litt. p. 403 sqq. *Νύκτ' ἀπὸ κείνου χρήσιος*, hoc est *τὴν μετ' ἐκείνου χρῆσιν νύκτα.* Vs. 74. Iuppiter *ἐγχειπέραυνος* vocatur ut Pyth. IV, 194. quam vocem respicit Eustath. ad Iliad. *φ*, p. 1240. 54. *Δαμασίφρων* est *χρυσὸς*, quia equi mentem aurea habena domat; Schol. perperam addit: *καὶ αὐτὸς δὲ ὁ χρυσὸς δαμασίφρων, ἐπεὶ ἱκανὸς ἀπατῆσαι*; unde glossa Suidae, Zonarae p. 464. Lex. Coisl. p. 471. *δαμασίφρων, ὁ ἀπατῆσαι δυνάμενος. Πίνδαρος· Δαμασίφρονα χρυσόν. Καρταίποδα* non solum Delphicum sed etiam Corinthium esse conieci nott. critt. p. 421. videndum tamen ne nomen ab initio Delphici oraculi ex usu natum sit ideoque hic quoque a vate Polyido usurpetur. *Ἀθηνᾶ Ἵππία* est *Χαλινῖτις*, cuius templum Corinthi: v. Pausan. II, 4, 5.

Vs. 80 — 88. *Deorum quidem potentia etiam difficilia reddit facilia. Itaque Bellerophontes fraena iam Pegaso iniecit, ex quo Amazonas interemit Chimaeramque et Solymos. At mortem eius* minus honorificam *reticebo; Pegasum Iuppiter in caelum recepit. Τὰν παρ' ὅρκον καὶ παρὰ ἐλπίδα κούφαν κτίσιν* impeditum est. *Κτίσις* est *πρᾶξις*, effectio, quae contigit deorum potentiâ *παρ' ὅρκον καὶ παρὰ ἐλπίδα*, contra quam iurares et sperares: sperares enim et iurares id effici non posse. Ea vero perfectio per se quidem facilis non est, sed ab effectu facilis dicitur, diis eam facilem praestantibus. Vs. 82. quae in nott. critt. ad lectionem *γένυι* ex Theocrito attuli, corrigi possunt ex Wernikio ad Tryphiod. p. 290 sq. neque omitto, cui placeat accusativus, eum posse *γένυ* defendere Euripideis exemplis Androm. 1182. Ion. 1427. Mox

www.libtool.com.cn
iunge *ἐνόπλια ἔπαιζεν*, *in armis lusit*, ut qui in armis saltant, quae dicitur *ἐνόπλιος ὄρχησις*. Bellerophontae eadem certamina refert Homerus Iliad. ζ, 179 sqq. Apollod. II, 3. et ibi Heyn. *Αἰθὴρ* appellatur *ψυχρὰ*, non ob Scythiam credo: neque enim constat in Scythia Pindarum Amazonas collocare, quae potius Thermodontiae Ponti esse videntur magis vicinae Lyciis: sed quod aër sublimior omnino frigidus est, ut in montibus didicerant etiam veteres; eodem modo etiam *ἔρημος αἰθὴρ* generatim dicitur, de quo v. ad Olymp. I, 1 sqq. *Κόλποι αἰθέρος* qui sint, ignoro; an sinus aëris veteres poetae dicebant, quod nubes aërem quasi montibus vallibusque distinguunt? De Solymorum situ v. si tanti est, Heynium ad Hom. T. V, p. 226. Naekium ad Choeril. p. 134 sq. ne plura afferam. *Διασωπάσομαί οἱ μόρον ἐγὼ* est etiam in Pal. C. ut conieci in nott. critt. *σωπάσωμαι* (corrige *σωπάσομαι*) Aeolum esse notat Tzetz. ad Hesiod. p. 147. ed. Heins. adde glossam Hesychii *εὐσωπία, ἡσυχία*. Exciderat autem ausis Bellerophontes, quum in caelum contenderet, Pind. Isthm. VI, 44 sqq. Hor. Carm. IV, 11, 26 sqq. accuratiora dat Schol. neque is Homeri oblitus. Sed tacet haec Pindarus, ne rem Bellerophontae minus honestam neque Corinthiis gratam populares audiant. Pegasus vero evolavit in caelum, ubi aut Aurorae currui iunctus est (v. Heyn. ad Apollod. II, 3. extr.) aut Iovi fulmen portat (v. ad Olymp. IV, 1 sqq.), in Iovis domum receptus (Hesiod. Theog. 285.). Recte igitur Heynius: „Itaque hoc loco *praesepe* eius in Olympo; non de sidere cogitandum, quod est praesepe *Asellorum* iuxta cancrum, Arat. Diosem. 160 sqq. Alia narratione inter sidera relatus Pegasus, Arat. 205 sq. Eratosth. Catast. 18. Hygin. P. A. II, 18." Lectioni nunc repudiatae *ἀρχεῖαι* p. *ἀρχαῖαι* alio variatae diphthongi exemplo succurrit Mazoch. Tab. Heracl. p. 208. cui plura addere possis: sed nihil ages. *Δέκονται* praesens est pro aoristo, quod usitatum in nonnullis vocibus, ut in *ἀφικνεῖσθαι, νικᾶν*, aliis. Thucyd. I, 45. *αἱ μὲν δὴ νῆες ἀφικνοῦνται ἐς τὴν Κέρκυραν.*

V. 89 — 102. *At nolo ulterius evagari in antiquis Corinthiorum rebus celebrandis: Oligaethidarum enim*, gentis ex qua Xenophontis est familia supra iam a poeta laudata, *nunc mihi gloria canenda est ex variis ludis parata. Nam Isthmias et Nemeaeas victorias gens haec sexaginta reportavit; Olympicas vero patet iam dictas esse.* Quas Olympicas quum nonnisi una inter Oligaethidas familia, ex qua Thessalus et Xenophon fuerunt, nacta esset, illas in eius familiae victoriis supra poeta recensuit (vs. 28 sqq.), meritoque hic, ubi brevitati studet (vs. 94.), de iis tacet, sine ullo, quod est qui incuset, febriculosae orationis vitio. Pergit: *Et spero quidem etiam alias insuper, quas tum, quum contigerint, praedicabo, Olympicas coronas Oligaethidas esse reportaturos; quas, si modo gentilis eorum deus et fortuna ab eo profecta ulterius procedat, Iovi et Enyalio procurandas committemus.* De telis initio huius particulae cf. ad Olymp. I, 111 sqq. et maxime Pyth. I, 44. *Τὰ πολλὰ βέλεα*, hoc est *τὸ πλῆθος τῶν βελέων; καρτύνειν, cum vi movere*, ut Apollon. Rhod. II, 332. *ἀλλ' εὖ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμά. Ἐπίκουρος Μοίσαις Ὀλιγαιθίδαις τε, minister et adiutor Musis et Oligaethidis*, canendo utrisque: cf. ad Olymp. I, 100 sqq. De aoristo *ἔβαν* v. ad Olymp. VIII, 53 sqq. *Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ, quod attinet ad facinora in Isthmo et alia Nemeae gesta:* supple *τά τ' Ἰσθμοῖ*: *τά τε* omissum est, ut in locutione *τὰ μὲν Ἰσθμοῖ, τὰ δ' ἐν Νεμέᾳ* omittitur *τὰ μέν*: v. Heusd. Spec. crit. Plat. p. 76. Multis ex partibus conferendi loci sunt Olymp. IX, 89. *προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μίτραις*, Nem. IV, 73. *Θεανδρίδαισι δ' ἀξιγυίων ἀέθλων κάρυξ ἑτοῖμος ἔβαν Οὐλυμπίᾳ τε καὶ Ἰσθμοῖ Νεμέᾳ τε συνθέμενος*. De seqq. v. nott. critt. p. 420. *Paucis*, inquit poeta, *omnia in luce ponam, et adstipulabitur mihi verax iurata vox prae-*

www.libtool.com.cn

comis sexagies utrinque audita: quibus verbis in summa brevitate non tamen sine lyrica circuitione declaratur, sexagies Oligaethidas Nemea et Isthmia vicisse utrisque victoriis computatis. Ἀδύγλωσσος est *βοᾶι κάρυκος* propter gaudium, quod illa renunciatis praebet; ἔξορκος autem non est *iurans*, sed *iuratus*, *iuramento adactus*, unde ἐξορκοῦν et ἐξορκίζειν *iuramento adigere:* vox praeconis iurata dicitur, quia praeco iuratus est, ut iudex. De vs. 101 sqq. v. nott. critt. *Δαίμων γενέθλιος, genius gentilis;* cf. ad Olymp. VIII, 1 — 18. et de illo εἰ δὲ δ. γ. ἔρποι ad Olymp. II, 108 sqq. Sed qui sit ille *gentilis Oligaethidarum genius* fortunam illorum tuens, ignoramus; Iuppiter quidem non est neque Enyalius, qui ab eo distinguuntur: fortasse nullus certus est, sed Fortuna Oligaethidarum generatim. *Iovem* ut Olympiorum praesidem nominari, haud dubium est: *Martem* Scholia, quae olim secutus sum, Elcorum deum πατρῷον et ἐπιχώριον dubitanter dicunt, quod Oenomaus Martis sit et Arpinae filius Asopo natae. De Arpina, Harpina, Arpinna, Harpinna v. Schol. Olymp. VI, 144. Steph. Byz. Ἄρπινα, πόλις Ἤλιδος, ἀπὸ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ, ἀφ' ἧς καὶ Ἄρεος Ὀλύμπιος. Idem: Ὀλυμπία, ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς τιμᾶται. Λέγεται δὲ καὶ Ἄρπινα, ὡς Νικάνωρ, ἀπὸ τῆς Ὀινομάου μητρός. Plura dabunt Pausanias V, 22, 5. VI, 21, 6. ubi tamen alia urbs Harpinna atque Olympia, Schol. Apollon. I, 752. Diod. IV, 73. Strab. VIII, p. 547. A. et intt. Neque tamen Martis Olympiae cultus videtur insignis fuisse, nisi quod ibi Martis Equestris ara (Pausan. V, 15, 4.); sed Enyalii hoc loco mentio magis, ut nunc iudico, ad Corinthias religiones referenda est; et in arca Cypseli, opere Corinthio, Mars Ἐνυάλιος audit (Pausan. V, 18, 1. extr.). Schol. autem Enyalium etiam ideo assumptum putat, quod Xenophon bellica excelluerit virtute: mihi Enyalius etsi non gentilis Oligaethidarum deus, tamen ab illis imprimis videtur cultus esse, ut iudicabat Heynius. Tamen non obero siquis Xenophontem etiam militari gloria floruisse dicat: quod ubi statueris, etiam gratiora erunt, quae vs. 22. de bellica virtute Corinthiorum dicta sunt, et de priscorum heroum fortitudine vs. 93 sqq. item de Bellerophontae pugnis vs. 83 sqq. Tum enim intelligebatur, etiam Xenophontem talem esse. Immo qui Enyalium colerent, eos vel haec religio impellere debebat, ut belli artibus praestarent.

Vs. 102 — 110. Pergitur in enumerandis Oligaethidarum victoriis, et precibus pro illorum fortuna ad Iovem directis carmen concluditur. In principio structura haec est: ὅσσα δὲ τὰ ἐπ' ὀφρύϊ Παρνασίᾳ (Delphis) ἔν τ' Ἀργεῖ καὶ ἐν Θήβαις ἐστί· ὅσα τε μαρτυρήσει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ καὶ Πέλλανα καὶ Σικυών etc. per exclamationem: *Quot autem ex Pythiis Argivisque et Thebanis ludis eorum sunt victoriae! quot testabitur Lycaei ara, Pellana, Sicyon et ceterae civitates!* De Argivis ludis et Thebanis v. ad Olymp. VII, 77 sqq. Ἐν Ἀργεῖ firmat Pal. C. qui deinde δ' ὅσσα: in cod. Brunck. diserte habetur Ἀρκὰς cum notula: Ἔστι καὶ ἐν τοῖς Ἀρκάσιν. Etiam de Lycaeis, Megarensibus, Aegineticis ludis v. ad Olymp. VII, l. c. de ara autem Lycaei montis regina Pausan. VIII, 38, 5. ἔστι δὲ ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἀνωτάτω τοῦ ὄρους γῆς χῶμα. Διὸς τοῦ Λυκαίου βωμός, καὶ ἡ Πελοπόννησος ταπολλά ἐστιν ἀπ' αὐτοῦ σύνοπτος. De *Pellanensibus* ludis egi ad Olymp. IX, 104. *Sicyone* celebrabantur *Pythia:* v. Schol. h. l. et nos ad Schol. Nem. IX, p. 491. Αἰακιδᾶν εὐερκὴς ἄλσος aut Aegina est aut Aeginae Aeaceum, de quo v. Müller. Aeginet. p. 146. 161. De *Eleusiniis* ludis v. ad Olymp. IX, 102 sqq. ubi cursus certamen h. l. intelligi notavi, quod etiam Schol. ad Olymp. IX. Eleusine primum institutum esse docet: de *Marathoniis* v. ad Olymp. IX, 136 sqq. *Siculae urbes* quae sint, incertum: accipio tamen a Schol. *Syracusas* Corinthi coloniam et *Aetnam* Syracusarum filiam; illic *Isthmia*, hic *Nemea* agi dicuntur, quod

www.libtool.com.cn

verum haud dubie. *Euboica* certamina ap. Schol. sunt *Geraestia* Neptuno, cuius templum ad Geraestum (Strab. X, p. 685. B. Alm.), acta ob tempestatem apud Caphareum promontorium, qua reduces Troia Graeci naufragium fecerant, et *Amarynthia* Amaryntho acta, ubi Diana colitur (Pausan. I, 31, 3.). Schol. Isthm. I, 11. *Basilia* quoque nominat non confundenda cum Basiliis Lebadeae, de quibus ad Olymp. VII. dixi. *Μάσσον᾽ ἢ ὡς ἰδέμεν, maiora et plura quam primo adspectu videas et putes, antequam inquisiveris. Αἰδὼς, reverentia et honos ab aliis habendus Oligaethidis* optimatibus, tum fortasse non plane securis (v. ad vs. 1 — 10.): *quibus Iuppiter det levi pede percurrere vitam*, vel ut ait, *enatare. Κούφοις ποσὶ* dicitur translatione ab argumento carminis, a cursu petita, quo Xenophontis praestabat familia. Cetera v. in nott. critt. Postremo nota, quae de patria victoris habentur, in medio carmine posita esse; quae de familia et gente, initio et in fine. Aliter fecit in aliis carminibus: ut Pyth. VIII. desinit in Aegina, et sententias ad rempublicam maxime pertinentes etiam in principio posuit. Nempe haec variant pro consilio poetae: hoc loco etsi civitatem eximie laudat, familiam et gentem maxime commendare voluit, et pro hac etiam preces fundit; nam civitas, si optimates exceperis, secura est: at Pyth. VIII. civitatis res maxime obversabantur, quippe lubricae. Ab eo vero orditur in eoque desinit, quod maxime spectet.

OLYMP. XIV.

Asopichus Cleodami f. stadio victor Olymp. 76. teste Schol. utroque: puerum eum vicisse vel ex vs. 20 sqq. probabile est, certum vero inde, quod inter viros Scamander Mytilenaeus ea Olympiade stadio vicit: v. Corsin. F. A. T. III. p. 173. Aldus quidem cum Bodl. Ms. in inscriptione habet *νικήσαντι τὴν οζ᾽ Ὀλυμπιάδα*, sed alii libri ibidem *ος᾽* exhibent, ut Gott. Par. A. Vrat. A. ex collatione Gerhardi, neque Olymp. 77, 1. Pindarus in Graecia fuit, ubi hoc carmen scriptum sit necesse est, sed in Sicilia. Odam siquis ob brevitatem Olympiae festinatam putet, poterit is pompam ad aram Gratiarum deductam statuere, de qua ara v. Schol. Olymp. V, 10. Pausan. V, 14. extr. sed universum carmen consideranti probabilius fiet ad Orchomenias Gratias carmen dirigi, quibus Orchomeni supplex ducatur pompa a pueris Asopichi aequalibus; unde carmen Lydiae harmoniae attemperatum est. Hinc vs. 3. *βασίλειαι Χάριτες Ὀρχομενοῦ, παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι, κλῦτ᾽ ἐπεὶ εὔχομαι*; cf. vs. 12 sqq. et vs. 16. *ἰδοῖσα τόνδε κώμον ἐπ᾽ εὐμενεῖ τύχᾳ κοῦφα βιβῶντα.* Eandem sententiam proposui Oec. civ. Ath. T. II. p. 367. 384. 389. ubi p. 367. etiam de celeberrimo apud Orchomenios Gratiarum cultu dixi, de quo adde Müller. Orchom. p. 177 sqq. uberius disputantem, et Schol. Odyss. λ, 459. ed. Mai. ubi quae de *κοινοῖς τῶν πόλεων θησαυροῖς* Orchomeni conditis dicuntur, miror. Brevitas carminis varias potuit causas habere: vel longius non postulatum vel sero rogatus poeta erat: nam quod omnia breviora carmina in loco certaminis festinata nott. critt. p. 406. dixi, restringi ad plurima debet. De lectionibus in hoc carmine incertissimis v. nott. critt. in quibus quod *Λυδὸς* dixi barbarum esse, contra id recte nuper Hermannus monuit *Σκύθην οἶμον* et talia non inusitata esse: hinc tamen nihilo certior fit correctio *Λυδῷ*

www.libtool.com.cn

vs. 17. Ceteras eiusdem correctiones vide apud ipsum: hoc tamen addam vs. 5. dialectum eum emendasse scripto ὕμμιν. Ceterum oda est pulcherrima et Göthii nostratis, Gratiarum interpretis, quodammodo ingenium spirat, quale quidem in minoribus quibusdam carminibus conspicitur.

Vs. 1 — 12. *O Gratiae Orchomeni reginae, exaudite preces meas; nam vestro beneficio gratissima quaeque hominibus contingunt, sapientia, pulchritudo, decus: ne dii quidem sine Gratiis comissationes agunt, sed assidentes hae Pythio Apollini patrem Iovem venerantur:* ut adeo par sit poetam et chorum vestram opem implorare. Pro αἵτε Dissenius coniicit αἵ γε propter ea, quae Hermannus ad Hymn. Hom. p. 34. dixit. Orchomenus Minyeïa est prope Cephisum, antiquitus Ἐρχομενὸς dicta; igitur vs. 4. ex Vatic. cum nummis et inscriptionibus restituendum Ἐρχομενοῦ censui Oec. civ. Ath. T. II. p. 384. Eadem vs. 2. καλλίπωλος dicitur, quod equis et equitatu praestabat: v. nos l. c. p. 371. Λιπαρὰ nihil est nisi *splendida*, nec de priscis Orchomeni opibus cogitandum, quae dudum imminutae erant. Dictioni οὐ Χαρίτων ἄτερ contraria est ἄνευ Χαρίτων Pyth. II, 42. Dispensatrices autem caelestium rerum Gratiae dicuntur, quod deorum vita omnis iucunda est, iucunditas vero a Gratiis: hinc in deorum oblectamentis Gratiae ut Musae assident Apollini Pythio: ita etiam Delphis eas repraesentatas esse Schol. annotat. Πατρὸς Ὀλυμπίοιο, qui Gratiarum pater (vs. 14, 15.): Iovis enim illae et Eurynomes sunt: cf. Hesiod. Theog. 907 sqq. Pausan. IX, 35, 1. ubi etiam diversa Antimachi narratio: adde Müller. Orchom. p. 178.

Vs. 12 — 24. *Exaudite, inquam, Aglaia, Euphrosyna, Thalia, hac spectata pompa, quae Lydio cum cantu vobis adducitur, quod vestra opera Minyeïa urbs victoria Olympica potita est: eam vero gloriam in Orcum descendens, Echo, nuncia patri Asopichi Cleodamo.* Vs. 17. κοῦφα βιβῶντα est *incedentem levi pede, alacri motu*, qualis est in leviori et pueris apta saltatione. Βίβασις est certum quoddam apud Lacedaemonios saltationis genus: v. Polluc. IV, 102. ubi deinde verbum βιβάντι de eodem. Quo loco nunc est Λυδίῳ δ' Ἀσώπ. olim fuit Λυδίῳ γὰρ Ἀσώπ. sed illud γὰρ omittit cod. Brunck. unde aliqua nostrae lectioni probabilitas accedit. De Lydio in hoc carmine modo v. Metr. Pind. p. 277. coll. p. 240. Ea harmonia hoc carmen uti de industria dixit poeta, quoniam illa supplicantium est, ut etiam genere musicae nominando supplicem chorum accedere significaretur. Eadem causa, cur Lydia harmonia nominetur, est Olymp. V, 19. Nem. VIII, 15. Alia ratio est Nem. IV, 45. ubi v. Dissen. Hoc semel monui; aliis in locis cur poeta ipsum musicae genus nominaverit, ut alia ex hoc genere multa, lectori indagandum reliqui, qui quidem capax harum rerum sit. Neque enim sufficit ut teneas, si Pindarus Dorio vel Lydio modo uti carmen dicat, hoc ex rei veritate dici: quaerendum etiam, cur id quod verum est, dictum sit; et Dorium quidem carmen esse poeta notat, ubi grave quiddam et magnificum sese cantaturum significare vult, Lydium, ubi dulce aliquid vel flebile; de Aeolio nunc non dicam. Illud intelligis, tria in hac re consideranda esse, cur poeta hunc vel illum modum elegerit, et qualis ipsius modi et metrica et musica et poetica indoles sit, et cur poeta modum ipsum quoque loco nominaverit. Sed redeo ad interpretationem. Μελέταις, ad quod repete Λυδίαις, est de meditatione carminis conficiendi et canendi: μελέτη est enim *cura componendo et scribendo, discendo et exercendo navata.* Cleodamo patri victoris pueri defuncto nuncium afferre *Echo* iubetur, ut Ἀγγελία Mercurii animarum deductoris filia Olymp. VIII, 81 sqq. Echo quippe videtur inferis diis coniuncta fuisse, utpote quae ex tellure, antris, montibus emittatur; hinc fortasse ἠχώ τις χθόνιος ap. Eurip. Hippol. 1201. nisi ibi χθόνιος ad sq. ὡς φωνὴ Διὸς pertinet:

www.libtool.com.cn

AUGUSTI BOECKHII

EXPLICATIONES AD PYTHIA.

PYTH. I.

Carmen scriptum est Hieroni curru Pythia vincenti (vs. 59. 33.) Pyth. 29. auctore Schol. ad inscr. hoc est Olymp. 76, 3. post binas celete partas victorias Pyth. 26. 27. (Schol. ibid.), quae Syracusio Hieroni contigerant: contra in hac curuli Aetnaeum se renunciari iussit (Schol. ibid.), ut urbi recens conditae gratificaretur: hinc vs. 30 sqq. *τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανεν πόλιν γείτονα* etc. ubi simul nuperrime conditam Aetnam esse patet (vs. 34.): *ναυσιφορήτοις δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις ἐς πλόον ἀρχομένοις πομπαῖον ἔλθεῖν οὖρον* etc. Aetna vero condita Olymp. 76, 1. auctore Diodoro XI, 49. (cf. ad Olymp. I. introd. de re v. etiam Strab. VI, p. 411. extr. Fragm. Hyporch. 1.) sublata Catanae civitate et denominatione, quae reductis post Hieronis fata pristinis incolis repetita est Olymp. 79, 4. v. Göller. Hist. Syrac. p. 28. Igitur quum Aetna incipiente Olymp. 76. coeperit, patet multo commodius ad Olymp. 76, 3. carmen referri quam ad Olymp. 77, 3. cui anno id olim tributum est, quum Pythiadum computatio nondum emendata esset. Accedit quod multa de Aetna ignes eiiciente dicuntur vs. 19 sqq. memoriâ eius, quae paucis ante Olymp. 76, 3. annis coeperat, eruptionis. Haec autem ex Marmoris Parii fide fuit Archippo Athenis Archonte Olymp. 75, 2. vel secundum Thucydidem (III, 116.) quinquagesimo ante Olymp. 88, 3. anno, hoc est, Olymp. 76, ¼: sed quum Thucydides rotundo numero ex fama utatur, in Parii Marmoris traditione potius acquiescendum: nisi quod per plures annos continuatam eruptionem facile crediderim; quo et illud deducit, quod ea sub Hierone fuisse dicitur (Schol. Aeschyl. Prometh. 367.), Hiero vero Olymp. 75, 3. demum Syracusarum est tyrannus factus. Cf. de illa re etiam Dodwellum Ann. Thuc. p. 621. ed. Lips. et quamvis confuse disputantem Corsinum F. A. T. III. p. 176. Postremo paulo ante hanc odam bellum Hieronem gessisse docet vs. 50. *νῦν γε μὰν τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων ἐστρατεύθη*; eoque etiam introductio odae, imprimis vs. 10. spectat: quod explicari non potest, si oda ad Olymp. 77, 3. referatur; sed emendatis Pythiadum calculis intelligitur bellum Etruscum significari, quo ad Cumas Tyrrheni a Graecis et Hierone devicti erant ipso carminis anno Olymp. 76, 3. V. Diodor. XI, 51. ex quo sua habet auctor Olympiadum descriptionis. Adde Strabonis locum ad vs. 13 sqq. adscriptum, qui ad eandem expeditionem pertinet.



www.libtool.com.cn

Hac igitur de re poeta vs. 71 sqq. Carmen enim post Pythia mense Attico decimo scriptum est, pugna prioribus acciderat mensibus. Huius autem pugnae, ut hoc obiter addam, insigne superest monimentum, de quo Bröndstedius, peregrinator clarissimus et mihi imprimis favens, in epistola ad Münterum dixit, excusa illa in Diario Tubingensi matutino (Kunstblatt Num. 65. a. 1820.). Etenim a. 1817. in ruderibus Olympiae galea aerea reperta est, quae apud Rossium, tribunum militarem Britannicum, Anglicae reipublicae in Zacyntho proxenum asservatur. Quam Bröndstedius partem putat operis Onatae a Dinomene Hieronis filio Olympiae dicati, de quo v. ad Olymp. I. Sed haec viri celeberrimi sententia a vero aberrat: Onatae opus Dinomenes Hieronis filius post patris fata dedicavit; haec galea aliquot Olympiadibus ante ab ipso Hierone Olympiam missa erat. Rem paucis expediam, et simul titulum galeae inscriptum et non solum optime servatum sed etiam a Bröndstedio accurato aere expressum, qui ante nos parum recte explicatus est, illustrabo. Est autem hic:

ΒΙΑRΟΝΟ◁ΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ
ΚΑΙΤΟΙΣΥRΑΚΟΣΙΟΙ
ΤΟΙ◁ΙΤΥRΑΝΑΓΟΚΥΜΑΣ

hoc est communi dialecto: *Ἱέρων ὁ Δεινομένους καὶ οἱ Συρακόσιοι τῷ Διὶ Τυῤῥηνὰ ἀπὸ Κύμης.* Moris fuit apud Graecos ex manubiis diis et maxime Iovi Olympio galeas, clypeos, loricas et talia dedicare: Hiero igitur devictis apud Cumas Etruscis Iovi Olympio haud dubie statim post victoriam Olymp. 76, 3. galeas Tuscas ex praeda sumptas cum brevi hoc titulo misit, et in thesauro aliquo posuit: *galeas* inquam *plures;* nam plures fuisse inde intelligimus, quod et aliae duae nullo titulo insignitae repertae sunt: huic uni, quae loco maxime conspicuo inter ceteras posita est, titulus inscriptus erat, ut unde essent omnes eodem loco sitae, constaret. Neque obero si quis alia ex eadem pugna spolia simul dedicata et hac inscriptione comprehensa putaverit; ego tamen non credo, sed tres tantum censeo galeas dicatas ex more. Cf. Pausan. VI, 19, 4. ubi de Carthaginiensium Olympiae thesauro: *ἀναθήματα δ' ἐν αὐτῷ Ζεὺς μεγέθει μέγας καὶ θώρακες λινοῖ τρεῖς ἀριθμὸν, Γέλωνος δὲ ἀνάθημα καὶ Συρακουσίων, Φοίνικας ἤτοι τριήρεσιν ἢ καὶ πεζῇ μάχῃ κρατησάντων*: unde simul colligi potest his quoque similem titulum inscriptum fuisse, additis etiam, ut in nostra inscriptione, Syracusiis, item victi populi nomine. At siquis alteram sententiam amplectatur, hic quoque habebit quo eam tueatur. Ita in Sicyoniorum Olympiae thesauro haec erant secundum Pausaniam VI, 19, 3. *ἀσπὶς ἐπίχαλκος γραφῇ τὰ ἐντὸς πεποικιλμένη καὶ κράνος τε καὶ κνημῖδες ὁμοῦ τῇ ἀσπίδι· ἐπίγραμμα δὲ ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκροθίνιον τῷ Διὶ ὑπὸ Μυονέων τεθῆναι*: et nota ex seqq. soli clypeo titulum inscriptum fuisse, ut Hieronis inscriptio uni tantum galeae inest. Omitto alia similia, quae ex Pausania (cf. modo eodem capite sect. 9.) et aliis colligi possunt: unumque hoc addam, in Geloorum fortasse thesauro (Pausan. VI, 19. extr.) Tuscas has galeas repositas fuisse. Primo versu *Ἰάρων* est Doricum p. *Ἱέρων*: exempla passim habes, unum insigne est in tabula aerea Olympica, quam post Rich. Payne Knight edidi in Oec. civ. Ath. T. II. p. 390 sq. Vs. 3. *ΤΟΙΔΙ* est *τῷ Διΐ*: forma *Δὶ* aliquoties est apud Pindarum, item in eadem tabula Olympica vs. 6. *ΤΟΙ◁ΙΟΛΥΝΠΙΟΙ*. In voce *ΤΥRΑΝ* de Thuriis cogitatum est; sed Tyrrhenae res commemorantur. Haud dubie *ΤΥRΑΝ* est *Τυράν', Τυῤῥάν', Τυῤῥανά*: *Hiero Dinomenis et Syracusii Iovi* haec dedicarunt *Tyrrhena a Cumis*, id est, Tyrrhena arma ex Cumana pugna reportata. *Τῷ* simplex pro duplici neminem paulo peritiorem male habebit. Magis mireris apostrophi usum:

www.libtool.com.cn
sed *A* simplex fortasse duplicis vicem sustinet, ut passim in libris manuscriptis Latinis: nisi dices ultimum versum carmine conceptum esse paroemiaco:

– ⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑
Τῷ Διὶ Τυρράν' ἀπὸ Κύμας.

Neque enim desunt exempla inscriptionum antiquissimarum, in quibus verba aliquot extra versum posita sequitur versus, ut ap. Pausan. X, 7, 3. V, 27, 1. Postremo similis galea ex Corinthia praeda Olympiae dicata et a. 1795. ibidem reperta in Museo Knightiano extat: imposita est inscriptio versu senario rudi expressa, in qua praeter primum verbum, quod ex coniectura dedi, et praeter voculae *τὸν* explicationem omnia certa sunt:

Τἀργεῖοι ἀνέθην τῷ ΔιFὶ τὸν Κορίνθοθεν,

nisi *TON* est *τῶν*. De forma *ἀνέθην* dixi alibi, ubi etiam *ἔθην* Simonidi restitui: idem viderunt etiam Britanni. Haec hactenus. Ceterum quum Pythia corona Aetnaeorum sit honori data, carmen Aetnae, non Syracusis cantatum esse consentaneum est, praesente tamen haud dubie victore Hierone: unde aptior rerum Aetnaearum multa expositio; et proprie ac de ipso hoc carmine accipienda puto verba vs. 58. *Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι πίθεό μοι ποινὰν τεθριππων*: Dinomenes enim Aetnae ab Hierone praefectus erat, *Αἴτνας βασιλεὺς* vs. 60. apud quem in comissatione carmen cantatum videtur. Pindarus ubi tum fuerit, ex oda non liquet; Hieronis valetudinem et mores Pindaro probe cognitos fuisse, ut multas iis in hoc carmine sententias accommodaret, sponte intelligitur: quas tamen res etiam in Graecia potuit rescivisse. Et in Graecia carmen scriptum esse ob Pyth. III. paulo ante scriptum verisimile est. Carmen paraphrasi et notulis explicuit Dan. Heinsius in Orationibus aliquot Lugd. Bat. 1609. 4. editis; sed nihil inest altius repetitum. Utiliora interpretationi attulit Ern. Car. Chr. Bachius, qui singularem de hac oda libellum edidit.

Vs. 1 — 12. Poeta orditur a laude musicae, compellanda Apollinis cithara: *Aurea cithara*, inquit, *cui auscultat saltatio, auscultant cantores; quae fulmen exstinguis et Iovis alitem consopis: tuis sonis etiam Mars relicta pugna delectatur, delectantur dii.* Similis ad testudinem apostrophe Horatii Carm. III, 11, 13 sqq. in singulis tamen dispar. Pindaro obversatur divinus in Olympo Musarum concentus ad Apollinis *φόρμιγγα περικαλλέα* (Iliad. *α*, 603.), adiunctis choreis; ibi igitur fulmen et aquila et Mars ab Apolline et Musis consopiuntur. Est haec praestantissima musicae laus a diis ducta; attamen haec simul rebus praesentibus accommodata sunt, quoniam in eo quoque conventu, cui hoc carmen scriptum est, cithara et cantus audiebatur inter saltantium ingressum, ut adeo divinos mores quasi imitari humanum hoc institutum videatur. Sed huc statim redibo. Aurea cithara, de qua Scholia nugantur, est *auro dignitate par:* ea *σύνδικον Ἀπόλλωνος καὶ Μουσῶν κτῆμα* dicitur, Apollinis mentione statim iniecta, utpote praesidis Pythiorum; *σύνδικον*, quod Olymp. IX, 105. vulgarem servat activam vim, nunc passivum est, *in quo utrisque par et aequum ius est*, ut Pyth. V, 103. *χάριν ἔνδικον Ἀρκεσίλᾳ, in qua ius est Arcesilae, quae debetur Arcesilae. Βάσις, ingressus saltantium*, bene a Dan. Heinsio exponitur: „*ἡ εὔρυθμος τῶν ποδῶν ἐν τῷ πρὸς τὴν φόρμιγγα χορεύειν κίνησις*, aptus pedum in tripudiando ad citharam motus. Plane ea ratione Plato *βαίνειν* et *ἐμβαίνειν πρὸς τὴν ᾠδὴν* dixit Alcib. I. (p. 108. A.): *ἀλλὰ μὴν καὶ ᾄδοντα δεῖ κιθαρίζειν ποτὲ πρὸς τὴν ᾠδὴν καὶ βαίνειν*: item paulo post (p. 108. C.): *εἰπὲ πρῶτον τίς ἡ τέχνη, ἧς τὸ κιθαρίζειν καὶ τὸ ᾄδειν καὶ τὸ ἐμβαίνειν ὀρθῶς.*" *Βάσις* igitur, ubi accurate definire velis, fit pedum elatione et positione, hoc est arsi et thesi. Schol. Hermog. p. 381. *τὴν γὰρ ἐν χοροῖς*

www.libtool.com.cn

βάσιν ὁρίζονται οὕτως οἱ μουσικοί· βάσις ἐστὶν ἄρσεως καὶ θέσεως ποδῶν σημείωσις. τὸ γὰρ αἴρειν τὸν πόδα, εἶτα τιθέναι, ἄρσιν καὶ θέσιν ὠνόμασαν· ἄρσις οὖν καὶ θέσις ἡ ἐν τῷ ἄρχεσθαι καὶ λήγειν τῶν χορευτῶν ὁρμὴ λέγεται. Alia ratione θέσις et βάσις dicta: v. Metr. Pind. I, 4. p. 13. Incessus autem chori dicitur ἀγλαΐας ἀρχά, credo quod comissatio ab encomii saltatione initium capiebat. Vs. 3. chorus et citharae incipiunt: v. Metr. Pind. III, 12. p. 266 sq. Ἀοιδοί sunt chori cantores: qui nunc ipsum citharae parent. Nam nisi carmen hoc, ut caneretur, scriptum esset, non ita poeta coepisset: sed quae de cithara et ingressu et cantoribus dicuntur, in ipsis, quibus hoc carmen scriptum est, sollemnibus cernebantur. Προοίμια dicuntur hymni, olim epici, iam Pindari aetate etiam lyrici, qui choreis iuncti sunt; ἀναβολὰς explicant προαναφωνήσεις, praeludia, non tamen eo sensu, ut soni citharae carmen antecedentes intelligantur, sed primi ad carmen cantatum soni; ut ἀναβάλλεσθαι ἀείδειν ap. Hom. Recte igitur Suidas, ἀναβολὰς postquam exposuit τὰ προοίμια, addit ἢ τὰς ἀρχὰς τῶν ᾀσμάτων: cf. etiam intpp. Hesych. v. ἀβλήδην (ἀμβλήδην). Ἀγησίχορα προοίμια ex h. l. respicit Athen. V, p. 180. E. indeque Eustath. ad Odyss. δ, p. 1480. 21. *Etiam fulmen cuspidatum restinguit cithara, ita ut Iuppiter eo non utatur*; nam αἰχματὰν malo esse cuspidatum, quam cum Schol. Aeschyl. Prometh. 405. βλαιόν: ubi αἰχμὴν exponit βίαν, ὥσπερ Πίνδαρος αἰχματὰν κεραυνὸν τὸν βλαιὸν λέγει. Id fulmen igitur aquilamque fulmen tenentem Martemque et deos demulcet cithara Apollinis, Musis in Olympo choream agentibus (vs. 12.). Aquila vero Iovis sceptro insidens ficta esse antiquitus videtur; atque ita repraesentavit Phidias in Olympii Iovis sceptro (Pausan. V, 11, 1.), fortasse Pindarum maxime secutus: adde versum Sophoclis ex Schol. Victorii ad Aristoph. Av. editum in Act. Philol. Monac. T. I. F. III. p. 392. ὁ σκηπτοβάμων αἰετὸς, κύων Διός. Idem mos in mortalium regum sceptris observatus est; v. Schol. Aristoph. Av. 510. Pindaricorum non oblitum, ibique intpp. et cf. Winkelmann. Opp. T. III. p. 91. ed. nov. Immo apud Babylonios unusquisque habuit baculum sive σκῆπτρον cum aquilae vel rosae vel lilii vel mali aliove insigni: v. Herodot. I, 195. Iunge Διὸς αἰετὸς, ut Διὸς αἰητοὶ Pyth. IV, 4. Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον Olymp. II, 97. neque aliter cepit Philostratus minor. Ultima strophae verba de aquilae alis demissis ex Iliad. ψ, 879. expressa male censet Eustath. p. 1334. init. Pindarica respicit Philostratus minor Imagg. 6. ubi postquam τὸν τοῦ Διὸς αἰετὸν ab Orpheo demulsum dixit, haec addit: ὃ μὲν ὁποῖος ἄμφω τὼ πτέρυγε ταλαντεύσας, ἐξ ἑαυτοῦ ἀτενὲς ἐς τὸν Ὀρφέα βλέπει etc. Voce ταλαντευόμενος utitur etiam Schol. Pindarus tamen magis de remissis ob somnum quam de libratis alis loquitur. Ἀγκύλῳ κρατὶ non de collo incurvo est nec de aquila rostrum in pectoris plumis condente, sed de capite rostro incurvo armato, ut αἰετὸς ἀγκυλοχείλης Odyss. τ, 538. Κατέχευας, *offudisti*, quia iam dormit. Τγρὸν dicitur, quidquid molliter leniterque movetur, *undulatum*, *quod motum quasi undis fluit*; sic h. l. accipe, ubi dorsum *librare* aquila dicitur; ut intelligas obversari poetae motum avium dormientium, quae, ut aquila sceptro, alicui ligno insidentes, dum dorsum librant, eius plumas molliter movent. Hinc εὐδιάχυτον pulchre Schol. exponit. Deinde transfertur ad *flexile quidvis* vel *leniter inflexum et incurvum*, sive motum sive quietum. Huc refer ὑγρὰν ῥάχιν, *equi spinam dorsualem*, ap. Tryphiodorum vs. 80. κέρας ὑγρὸν ap. Theocrit. XXV, 206. ὑγρὸν ἄκανθον ap. Theocrit. I, 55. qui Virgilio Ecl. III, 45. *mollis acanthus* est, et vocem ὑγροτράχηλος. Dubium est an huc pertineat locus Plutarchi Consol. ad uxor. c. 10. ubi κάμπη sive eruca (vulgo male καμπὴ ibi habetur, de *flexione*) dicitur ὑγρὰ καὶ μαλθακή: nam eruca et humida est et flexilis. Postremo ὑγρὸν dicitur *molle* quidquid et *lan-*

www.libtool.com.cn

guens, partim adiuncta motus vel flexus notione, partim absque motu; ut ὑγρὰ ὄμματα sunt natantia et languentia libidine et desiderio, unde ὑγρόφθαλμος, ὑγρὸν ὁρᾶν, ὑγρὸν βλέμμα, ὑγρὸς πόθος et similia; et de languore ὑγρὰ χείρ, ὑγρὸς ἀγκών Eurip. Phoen. 1448. Sophocl. Antig. 1237. Ῥιπαῖσιν est de undis sonorum quasi affluentibus et aures percutientibus, ut ῥιπαὶ κυμάτων et ἀνέμων: et nota κατασχόμενος passivum, quod tentavit, ut solet, Wakefield. ad Virg. Ge. IV, 123. corrigens καταρδόμενος. Ἀκμὴ ἐγχέων, vis: cf. ll. cc. in nott. critt. p. 531. et p. 358. Verba de Marte respicit Philostratus Vit. Apollon. VII, 12. p. 290. καίτοι Πίνδαρος ἐπαινῶν τὴν λύραν φησὶν ὡς καὶ τοῦ Ἄρεως θυμὸν θέλγει καὶ τῶν πολεμικῶν ἴσχει αὐτόν. Mox κῆλα non possunt aliud esse nisi βέλη, citharae tela: cf. Hesych. v. et intpp. et de genere dicendi nott. ad Olymp. II, 111 sq. Βαθύκολποι, *alte sinuosae*, Musae dicuntur, quod fere idem ac βαθύζωνοι, de quo v. ad Olymp. III, 36. Epitheton hoc Musis datum etiam Homeras offerebat in Zenodoti recensione, ridentibus quamvis veteribus: v. Wolf. Prolegg. p. CCIV. Ceterum haec omnia Pindarus praemisit, ut Hieronem, qui modo Etruscos devicerat, a bellicis negotiis ad musicas delicias revocaret; hinc fulmen Iovisque aquilam ipsumque *Martem* citharae dulcedine deliniri scribit, atrocissimas res et atrocissimum fortissimumque deum.

Vs. 13—20. Iam ut contraria iuxta se posita magis illucescant, deorum inimicos musica terreri praeclare exponit: *Quaccunque vero dii non diligunt, ea perterrentur musica, ut Typhoeus, qui sub littorali prope Cumas tractu et Aetna conditus est.* Simul haec eo consilio dicta sunt, ut Hiero moneretur, ne sese musicis delectationibus subtraheret (cf. Fragm. Scol. 6.): neque enim illum omni tempore pari studio artibus deditum fuisse patet ex iis, quae ad Olymp. I, 8 sqq. disputavimus: cf. infra ad vs. 89 sqq. Lectionem ἀτύζεται praeter libros in nott. critt. dictos servant Pal. C. Vindob. 58. et qui ex urbica bibliotheca in Caesaream translatus est, item Par. 2709. in quo supra adscriptum ἀτύζονται: ἀτύζονται tamen habuit Plutarchus ter haec afferens, Qu. Symp. IX, 14, 6. de superst. c. 5. Non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 13. cui profecto plurimum tribuendum censeo. Ἀτύζεσθαι est ταράσσεσθαι, adiuncta aversandi notione: *monstra terret et avertit musica*, veluti lux bubones et vespertiliones. Cf. ad Olymp. VIII, 31 sqq. Τάρταρος est *quod sub terra*: de feminina forma adde Zonar. p. 1189. Schol. Hom. Wassenb. p. 116. et ad locum Etym. M. v. κέλευθος cf. Etym. Gud. ubi ad Choerobosci auctoritatem provocatur. De Typhone centicipiti plena omnia: v. Olymp. IV, 8. Pyth. VIII, 16. Fragm. Scol. 7. c. nott. item Hesiod. Theog. 825. Aeschyl. Prometh. 353. Aristoph. Nub. 335. Apollod. I, 6, 3. Quaecunque regio igni subterraneo uritur, in ea Typhonem poni bene notat Artemo ap. Schol. hinc Aetnā premitur iniectā a Iove auctoribus Pindaro h. l. Olymp. IV. Fragm. l. c. et Aeschylo ibid. quod suo more exornat Ovid. Met. V, 346 sqq. parcior in Fast. IV, 491 sq. Consentiunt Apollodorus l. c. Hyginus Fab. 152. De cetera Typhonis fabula v. Heyn. ad Apollod. et intpp. Hygin. Nostrum locum a verbis τόν ποτε usque ad λαχνάεντα recitat Strabo XIII, p. 390. A. et ex parte libro quinto, de quo loco mox dicam, item usque ad ἄντρον Schol. Aeschyl. Prometh. 351. sed male sub Hesiodi nomine: respicit Eustath. ad Iliad. β. p. 345. extr. Ceterum ex Pindari mente Typhoei soli pectori Sicilia et ora Italiae impositae sunt; nec quaerendum ubi artus et caput. Oram Italiae designant αἱ ὑπὲρ Κύμας ἀλιερκέες ὄχθαι, quorum verborum accurata explicatio valde dubia mihi videtur. Non immoror sententiae Schol. et Steph. Byz. v. Κύμη, qui Cymen insulam prope Siciliam dicunt; sed sunt qui campos Phlegraeos intelligant, ad quod conferri potest Diodorus V, 71.

www.libtool.com.cn

Illi vero campi, si Capuam potissimum respicias, erunt supra Cumas ex Sicilia venienti; sed idem scriptor IV, 21. maxime Vesuvium in Phlegraeis sive Cumaeis campis ponit, qui tamen proprie infra Cumas est: ac sane Phlegraeos campos eo usque porrigi constat etiam ex veteribus. Iam alii Phlegraeos campos omnino non intelligunt, sed obiectas Cumis Pithecusas, de quibus v. Schol. et ibi not. Ita Strabo XIII, p. 929. C. Alm. *Πίνδαρος δὲ συνοικιεῖ τοῖς ἐν τῇ Κιλικίᾳ τὰ ἐν Πιθηκούσαις, ἅπερ ἐστὶ πρὸ τῆς Κυμαίας, καὶ τὰ ἐν Σικελίᾳ*: et in ea regione insulae Pindari aetate magis quam Phlegraei campi et Vesuvius ardebant. Vesuvii quidem prima, de qua historiae fide traditur, eruptio ea est, qua Plinius maior periit; antiquiores scriptores de illa continente ita loquuntur, ut sciant ignem ibi subterraneum grassatum esse, non sua grassari aetate: at Pithecusas eo tempore, quo Hiero copias ad Cumas miserat, flagrasse docet eximius Strabonis locus V, p. 379. C. sqq. *Πιθηκούσας δὲ Ἐρετριεῖς ᾤκησαν καὶ Χαλκιδεῖς, εὐτυχήσαντες δὲ δι' εὐκαρπίαν καὶ διὰ τὰ χρυσεῖα ἐξέλιπον τὴν νῆσον κατὰ στάσιν· ὕστερον δὲ καὶ ὑπὸ σεισμῶν ἐξελαθέντες καὶ ἀναφυσημάτων πυρὸς καὶ θαλάσσης καὶ θερμῶν ὑδάτων· ἔχει γὰρ τοιαύτας ὑποφορὰς ἡ νῆσος, ὑφ' ὧν καὶ οἱ πεμφθέντες παρὰ Ἱέρωνος τοῦ τυράννου τῶν Συρακουσίων ἐξέλιπον τὸ κατασκευασθὲν ὑφ' ἑαυτῶν τεῖχος καὶ τὴν νῆσον· ἐπελθόντες δὲ Νεαπολῖται κατέσχον. ἐντεῦθεν καὶ ὁ μῦθος, ὅτι φασὶ τὸν Τυφῶνα ὑποκεῖσθαι τῇ νήσῳ ταύτῃ, στρεφόμενον δὲ τὰς φλόγας ἀναφυσᾶσθαι καὶ τὰ ὕδατα, ἔστι δ' ὅτε καὶ νησίδας ἐχούσας ζέον ὕδωρ. πιθανώτερον δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν ἐκ τῶν φαινομένων ὁρμηθείς, ὅτι πᾶς ὁ πόρος οὗτος ἀπὸ τῆς Κυμαίας ἀρξάμενος μέχρι τῆς Σικελίας διάπυρός ἐστι, καὶ κατὰ βάθους ἔχει κοιλίας τινὰς εἰς ἓν συναπτούσας πρός τε ἀλλήλας καὶ πρὸς τὴν ἤπειρον· διόπερ ἥ τε Αἴτνη τοιαύτην ἔχειν δείκνυται φύσιν, οἵαν ἱστοροῦσιν ἅπαντες, καὶ αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, καὶ τὰ περὶ τὴν Δικαιαρχίαν καὶ Νεάπολιν καὶ Βαΐας χωρία καὶ αἱ Πιθηκοῦσαι. ταῦτ' οὖν διανοηθεὶς τῷ παντὶ τόπῳ τούτῳ φησὶν ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα*; deinde Pindari verba adduntur *Νῦν γε μὰν* etc. usque ad *λαχνάεντα*. Iam illi de Pithecusis interpretationi et ipse accederem, nisi vox *ὄχθαι* magis suaderet, ut de ora Italiae cogitaremus. Itaque omnibus spectatis eo inclino, ut *τὰς ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκίας ὄχθας tractum illum littoralem, qui supra Cumas versus mediterraneam partem est*, exponam; ita quidem ut praepositio *ὑπὲρ* non de *littore* sit supra Cumas posito Romam versus, sed de *regione littorali*, quae supra Cumas est a mari in medias terras proficiscenti. Tum quidem *ὄχθαι* non littora ipsa sunt, sed *colles*, *iuga*, ut vs. 64. *ὄχθαις ὑπὸ Ταϋγέτου*: illi colles partim imminent Cumis, sunt *ὑπὲρ Κύμης*, ut Iuvenal. IX, 57. *suspectumque Cumis iugum*; partim ut Vesuvius longius absunt, sed tamen si ad Cumas in ipso littore sitas comparentur, poterunt supra Cumas positi dici, praesertim si Cumas a poeta eam maxime ob causam nominatas concesseris, quod Hieronis copiae nuperrime ibi conflixissent, atque inde gratior eius loci mentio esset. At obest huic interpretationi additum *ἁλιερκέες*. Non opinor obest: quum enim illi montes haud procul a mari absint, et ex mari prospicientibus promineant, videntur illi *mari septi*. Denique quanto praestat Typhoeum collibus et iugis quam littoribus premi? Accedit usus sermonis: proprie enim *ὑπὲρ Κύμας* est *quod Cumis imminet altius positum versus mediterranea*, ut *ὑπὲρ θαλάσσης*, de quo v. Dissen. ad Nem. VII, 65. Plane geminus est locus Thucydidis I, 46. *ἔστι δὲ λιμὴν καὶ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης*. Mox Aetna dicitur *κίων οὐρανία* haud aliter atque Atlas; nempe cui ob altitudinem caelum incumbere videatur. Cf. huc spectantem Eustathium ad Odyss. *α*, p. 1390. 18. ad Dionys. Perieg. 66. *Πάνετες*, per totum annum, etiam aestate. Cf. situnti est, Solin. c. 11. Sil. Ital. XIV, 67. *Χιὼν ὀξεῖα*, ut *gelu acutum* Hor. Carm. I, 9, 3.

www.libtool.com.cn

quia pungit et stringit. Postremo bene Heynius: „*Νιφετὸν* et *γιόνα* iungere sollemne poetis, ut Iliad. *κ*, 7. est enim alterum cum significatu procellosae tempestatis coniunctum."

Vs. 21 — 28. Aetnae describitur eruptio, quam efficit Typhoeus sub monte reclinatus. Vs. 21 — 26. recitat et Pbavorino duce cum Virgilianis componit Gellius XVII, 10. ubi *carmen* vocat, *quod est super monte Aetna;* ex Gellio habet Macrob. Sat. V, 17. De historico fundamento v. introd. ubi rem nuperam describi docui. *Ἀγνόταται* sunt *παγαὶ*, quia ignis castus, quippe ut sulphur in lustrationibus operam praestans; neque audiendi qui corrigunt *αἰνόταται*. *Πηγαὶ πυρὸς* videntur flumina esse liquefacti saxi, quam *lavam* dicunt: sed *ποταμοὶ* paulo post sunt *fluvii in Aetna ipsa conditi*. Vs. 22. bene Heynius interpretatus est. Aetna ardens interdiu quidem nonnisi fumum videtur emittere, flammas occulente solis lumine; ut aptare huic loco liceat verba Scholiastae ad Odyss. *μ*, 202. *εἰκότως καπνόν· ἐν ἡμέρᾳ γὰρ οὐ φαίνεται πῦρ*. Noctu ignes in conspectum veniunt: quod vero noctu etiam saxa eiici dicuntur, noli ita dictum arbitrari, quasi id interdiu non fiat; sed lyrica ambage poeta, quum hoc tantum vellet, *Aetnam noctu ardere*, magnificentius dilatata oratione dixit, *noctu Aetnam saxa*, quae etiam interdiu eiicit, *cum flammae surgentis turbinibus et undis igniti fluminis volutatis deferre in mare*. Dixi „cum flammae surgentis turbinibus et undis igniti fluminis volutatis:" utrumque enim inesse videtur dictioni *φοίνισσα κυλινδομένα φλόξ*; utrumque coniunctum, immo unum est. Assurgit primum ignis, deinde defluit. *Ἑρπετὸν, monstrum*, quippe centiceps et *πολύπλοκον*, ut Plato vocat Phaedr. p. 230. A. *εἴτε τι θηρίον ὢν τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον*, ubi de Typhonis forma ex bestia et homine mixta v. Heindorf. ceterum *ἑρπετὸν* etiam quodvis animal dici supervacanea opera docet Valck. ad Theocr. p. 399 sq. *Ἀραίστοιο χρουνοὶς* iungi debere ob Schol. moneo: intellige et *flammas surgentes* et *ignitum flumen*. In formula *θαυμάσιόν τι ἰδισθαι*, quam lectionem etiam Par. 2834. praebet, Gellii editiones, quippe ex Pindaro correctae variant: aliae habent *θ. τι ἰδέσθαι*, aliae *θ. προσιδέσθαι*: posteriori lectioni iam plus tribuo, ex quo vidi Gellii aliquot editiones ante Pindarum impressas in ea consentire. Ita et Macrobii editiones recentes; ex antiquis saeculo XVI. impressis consului undecim, quae omnes Pindari verba nonnisi usque ad vocem *ἀναπέμπει* habent. Schneiderus coniicit *ποτιδίσθαι*: sed v. nott. critt. p. 438. Aetnae vertices sunt *μελάμφυλλοι* ob silvas; inter hos et solum, cui mons impositus, quasi vinctus iacet Typhoeus, *ἐνδέδεται κορυφαῖς καὶ πέδῳ*, quod scruposum stimulat et perstringit monstri dorsum: nam quum Aetna pectoribus imposita sit, solo incubat dorsum. Vincula Typhonis Aetnam etiam Fragm. Scol. 7. vocat: *κείνῳ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος ἀμφίκειται*. Ceterum *οἷον* pendet a voce *ἀκοῦσαι*, non novae sententiae exordium est neque *θαυμαστικόν*: nam etsi viatorum nemo vidit, quomodo sub Aetna vinctus Typhoeus sit, tamen quoniam vulgaris fabula Typhoeum Aetna pressum fert, ii qui de Aetnae eruptione narrant, de Typhoeo ibi iacente narrare videntur.

Vs. 29 — 45. *Has igitur poenas luit Iovi et diis infensus Typhoeus: nos vero, ego* cum choro et Hiero atque universi Aetnaei, *utinam tibi placeamus, Iuppiter Aetnaei, huius montis, in quo coleris, gubernator: montis inquam, cui cognominem urbem Hiero conditor Pythia nunc victoria illustravit: quod quum sub ipsa novae coloniae initia contigerit, spes est pluribus illam victoriis insignem fore et sollemnibus canorisque, ob victorias* maxime, *comissationibus claram;* ut nunc canorae aguntur comissationes. *Atque utinam tu, Apollo, Pythiorum deus et musicae, qua Aetnam celebrari cupimus, praeses,*

www.libtool.com.cn

haec vota mente reponas et terram hanc diligas: deorum enim beneficio virtutes mortalibus contingunt, tam sapientia quam fortitudo: nunc vero Hieronis, qui et ipse divinitus bellicis facinoribus excellit, laudes canentem me quoque divino consilio vatem peritum, ceteris praestiturum spero. De Iove Aetnaeo v. ad Olymp. IV, 1 — 11. Vs. 32 sq. iunge *καλλινίκου ἅρμασι, curru victoris.* *Ὁ λόγος, ἡ ἀναλογία, haec ratio*, ut Olymp. II, 24. Hoc nunc est: *haec comparatio* a nautis petita. *Ταύταις ἐπὶ συντυχίαις, in hac congruentia victoriae tuae*, quum haec Hieronis victoria in ipsis urbis initiis tam prospere acciderit, ut similis fausto vento proficiscentibus nautis contingenti videatur, unde felicia augurari liceat: hinc igitur illa ratio *hanc affert opinionem et probabilitatis speciem*, fore ut Aetna etiam aliis curulibus victoriis posthac ornetur. Vs. 40. construe: *ταῦτα καὶ τὴν εὔανδρον χώραν τιθέμεν ἐν νόῳ, haec tibi vota cordi sint, cordi sit Aetna urbs. Μαχαναὶ πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς ἔφυν, omnes nascuntur contentiones et praeclara consilia, quae virtus hominum capessit, πάντα ἃ μηχανῶνται βρότειαι ἀρεταί.* Iam tres poeta virtutes proponit, quibus civitates divinitus augentur, *sapientiam, eloquentiam, fortitudinem.* Harum prima ad ipsum Pindarum et ceteros poetas spectat, quibus etiam posthac Aetnam illustrari cupit: *σοφοὶ* enim poetae maxime sunt. Tertia Hieroni et civibus communis est, item secunda. *Περίγλωσσοι* ad dicendi populoque persuadendi artem pertinet. Neve mireris, iam ea aetate de *facultate publice dicendi* nos cogitare, monendum est paulo post ex Sicilia prodiisse rhetoricen, Corace et Tisia auctoribus, statim post eversum principatum Hieronis et Thrasybuli: quo facto *λόγου δεινότης* eminuit Syracusis (v. Diod. XI, 87.). Sed antea etiam bene dicebant, etsi non ex artis praeceptis. Testis Aristoteles ap. Cic. Brut. 12. *Itaque ait Aristoteles, cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatae longo intervallo iudiciis repeterentur, tum primum quod esset acuta illa gens* (Sicula) *et controversa natura, artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere.* Immo si qua fides est ineptae praefationi Scholiorum ad Hermogenem (Reisk. orat. T. VIII. p. 195.), ipse Corax iam sub Hierone insignis eloquentia apud hunc multum valuit: quod etsi ille scriptor vilissimus est, tamen probabile habeo. Vs. 44. sententia universa haec est, se Hieronis in laudibus non praeter metam iaculum missurum, sed et recte et longius quam ceteros iaculaturum; prius ita expressum: *παλάμᾳ δονέων ἕλπομαι ἄκοντα χαλκοπάραον μὴ βαλεῖν ἔξω ἀγῶνος, telum quod manu vibro*, musicum quippe, *spero me non extra certaminis locum coniecturum*; additum *ὡς εἰπεῖν* non unum aliquod vocabulum, sed totam sententiam spectat. *Ἔξω ἀγῶνος* idem fere est quod *παρὰ σκοπὸν* Olymp. XIII, 90. ita tamen, ut simul ultra metam et extra certaminis locum missile coniici significetur, quod a iaculatoribus subinde factum: quod si a poeta fit, nimiae eius laudes et maiores quam pro veritate sunt: id vero in Hierone a se fieri negat. Simillimus locus est Nem. VII, 70. *ἀπομύνω μὴ τέρμα προβὰς ἄκοντ' ὠκὺ χαλκοπάραον ὄρσαι θοὰν γλῶσσαν*, ubi v. nott. critt. Sed in longum tamen spatium se iaculum proiecturum dicit, ita ut *adversarios* praetereat et vincat; *adversarii* vero non tam inimici sunt quam *aemuli*, quibuscum de gloria poetica certet, ut in sacris ludis iaculatores inter se aemulantur; nam ut celeritatis et roboris de palma certabatur, ita et poetas publico certamine de praemio contendisse nemo ignorat: quo aptior minusque invidiosa sententia est. Igitur *ἀντίους* intellige poetas, qui in Hieronis laudibus versabantur, imprimis Simonidem et Bacchylidem. Cf. introd. ad Olymp. II. et ad vs. 91 sqq. eius carminis. Certe *ἀμύσασθαι ἀντίους* non est *declinare adversarios*, sed *praeterire.*

www.libtool.com.cn

Vs. 46 — 57. Nunc poeta a voto ipsas, quas promiserat, Hieronis laudes orditur. *Utinam futurum tempus omne Hieroni felicitatem praebeat et laborum oblivionem: tum ei in memoriam revocabit, quomodo proeliis imperium sibi paraverit, quali unus homo nemo fruitur. Nunc quidem Philoctetam nobis refert insignem heroem: ut ille enim, ita Hiero vel ab insolentioribus necessitate coactis ad opem ferendam vocatus est, utque ille vulnere aegrotus fato ita constituente Troiae excidii causa fuit, ita Hiero corpore quamvis invalidus barbaros Tyrrhenos vicit. Utinam igitur etiam posthac deus Hieronis res gubernet.* Εἰ γὰρ est εἴθε, ut Iliad. η, 132. Aeschyl. Prometh. 152. Sophocl. Electr. 1416. οὕτω, *sic ut precor*, usitatâ optandi formulâ. *Καμάτων*, dolorum ex valetudine; calculo enim laborabat Hiero, ut frater Gelo olim aqua intercute, auctore Aristotele ap. Schol. Plutarcho de Pyth. orac. 19. Plura de morbo Hieronis Pindarus Pyth. III. ubi cf. Schol. init. et vs. 111. 144. 158. Vs. 48. quod ex Par. B. reposui εὑρίσκοιτο, praebet etiam Par. 2820. cum glossemate εὕρισκε. Τιμὴ, honos ex imperio, quod habet summum: quod etiam Pyth. II, 58 sqq. dicitur: τιμὴν de imperio dici nemo nescit. Id vero partum et amplificatum multis bellis erat, subactis Siciliae urbibus, nuper etiam Catanaeis, fusisque Carthaginiensibus ac nuperrime Etruscis. Δίκαν ἐφέπων, modum servatus, τρόπον μετερχόμενος, ut bene Schol. De voce ἐφέπων cf. Abresch. ad Aeschyl. p. 214. Verba σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν φίλον καί τις ἐὼν μεγαλάνορι ἔσανεν, continent priorem partem comparationis Philoctetae et Hieronis; μὶν tamen non ad Philoctetam sed ad Hieronem refertur igitur in sqq. Philoctetae nomen repetitur vocibus Ποίαντος υἱόν. Nempe Philoctetam arcessiverant Atridae, quamvis in eum infensi, per Ulyssem et Neoptolemum; Hieronem quis paulo insolentior tum arcessiverit, indagandum est. In quo primum tenendum, universam comparationem ad bellum tum gestum pertinere: νῦν γε μὰν τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων ἐστρατεύθη: *tum*, inquam, hoc est paulo ante carmen scriptum, ipso anno Olymp. 76, 3. quod ubi notaveris, plurima excluduntur, quae huc allata sunt vel afferri possunt. Nam quod veteres interpretes ap. Schol. de Anaxilao Regii et Zanclae domino et Hieronis olim socero (Schol. Pyth. I, 112.) cogitant, qui quum Locros Epizephyrios aggrederetur, minis ab Hierone deterritus sit, id ab hac oda alienum est, quod ea res iam exeunte Olymp. 75. gesta erat (v. ad Pyth. II.): neque etiamsi tempora convenirent, cetera ex illo bello explicari possent: nam nec Locros ob iustitiam et aequitatem a sese merito laudatos poeta posset superbos (μεγαλάνορας) vocare, nec Reginus dux, qui sane superbus fuit, ad Hieronem confugit, sed ab eo impeditus est. Alii ap. Schol. Theronem afferunt, cuius cum Hierone simultas et ipsa multo prior fuit, quam ut huc afferri queat (v. ad Olymp. II.), neque poetam decebat voce μεγαλάνορι Theronem perstringere ipsi carissimum et Hieronis tum affinem. Etiam Sybaritis eodem fere tempore Hiero per Polyzelum opem tulit (v. ad Olymp. II.): sed praeterquam quod illa quoque expeditio aliquot annis hac oda prior est, Sybaritae longo ex tempore tum exules non potuerunt superbi dici. De Catanaeo bello, post quod Aetna condita est, dicere supervacaneum; Thrasydaei et Agrigentinorum atque Himerensium res Olymp. 76, 4. gestae (v. ad Olymp. II. XII.) post hanc odam acciderunt. Ne plura, intelligendi Cumaei sunt, qui legatis ad Hieronem missis auxilium ab eo impetrarunt hoc ipso odae anno Olymp. 76, 3. (Diod. XI, 51.): quae res significatur vs. 72 sqq. Neque vero μεγαλάνορι τις necessario *unus* est, ut tyrannus: etsi fieri potest ut Cumaeorum aliquis magistratus, qui in Hieronem antea insolentior fuerit, significetur. Ceterum ex Diodori narratione Cumanum bellum Hiero per alios administravit duces, non ipse affuit: sed tyrannus bellum gerit (στρατεύεται), etiamsi non adsit;

www.libtool.com.cn

atque ipse poeta Hieroni ipsi *Συρακοσίων ἀρχῷ* illam victoriam quamvis absenti tribuit vs. 73. Scholiastae autem vs. 96. lectica circumlatum Hieronem bellum gessisse dicenti non immoror: quod quamquam ex rerum scriptore ductum esse mihi persuadeo, ad hoc tamen bellum, de quo poeta dicit, pertinere quis spoponderit? Haec hactenus. Iam vero altera comparationis pars in morbo Hieronis posita est: quapropter poeta deinceps de Philoctetae vulnere dicit. At vs. 56. ambiguum est *οὕτω*, quod ne optantis esse putem ut vs. 46., illud obest, quod utrumque votum nimium simile, immo idem foret; itaque sententia mihi haec videtur: *Ut Philocteta quamvis invalidus Troiam cepit, sic tibi quoque deus det, ut iis, quae appetis, potiare.* Tertia quidem in Scholiis affertur interpretatio: „Ut Machaon Philoctetae, ita deus Hieronis medeatur morbo;" sed nihil de ea medicatione Pindarus, qui infirmo potius corpore Danaorum labores Philoctetam finivisse dicat. Ceterum Dionysius, ad quem in illa re Schol. provocat, non Sidonius est, ut Praef. Schol. T. II. p. XVII. dixi, sed Samius, qui cyclum Dionysiacorum, Argonauticorum ceterarumque fabularum epicum soluta oratione ante Diodorum, Alexandrinorum haud dubie aevo, pragmatica ratione concinnavit, plane diversus a Dionysio Milesio, qui Persici belli aetate et ipse *Μυθικὰ* et *κύκλον ἱστορικὸν* composuit: qui quum vulgo confunderentur, historia litterarum mire perturbata est. Sed de hac re non hic dicendi locus est.

Vs. 58 — 66. Relictis Hieronis rebus, mox ut ad eas revertat, poeta etiam Dinomeni Hieronis filio studet gratificari, sed lyrico modo brevissime (*πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ* vs. 81.). *Quidni apud Dinomenem currus victoriam praedicemus, quum a filio non aliena patris fortuna sit? Age iam, Musa, gratum Dinomeni, Aetnae regi, hymnum deinceps canamus.* Intelligitur carminis pars, quae in Aetnaeorum rebus versatur, str. 4. ant. 4. et deinde recurritur ad Hieronis et fratrum facinora, occasione petita a precibus pro Aetnae salute (vs. 71 sqq.). De Aetna vero urbe quae dicit, haec sunt: *Hieronem eam filio Dinomeni condidisse, liberam tamen civitatem, institutis utentem Doriis; Pamphyli vero et Heraclidarum posteros Spartae haud invitos semper persistere in Doriis legibus: qui Amyclas obtinuerint a Pindo profecti, homines fortissimi.* Hoc loco ab interpretibus et rerum et artis interpretandi imperitis pessime habito mirere primo adspectu hanc de Spartanis digressionem; at ideo haec poeta apposuit, ut Aetnaeis quoque, origine Doriensibus, tranquillum civitatis recens conditae statum et legum Doricarum tenacitatem augurareturr, quae ut iis praebeat, Iovem vs. 67 sqq. precatur; simul ut Peloponnesiis ceterisque Doriensibus Aetnam colentibus gratam maiorum memoriam repeteret: quemadmodum Aeschylus fabulam Aetnam sive Aetnas dicitur Aetnae docuisse *οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν*, ut ait Vitae scriptor. Sed transeo ad singula. Initio offendit illud *καί. Παρ Δεινομένει* non potest aliter accipi, nisi ut hymnus hic ipse apud Dinomenem Aetnae cantandus sit, quemadmodum Schol. intellexit: id vero nunc dici potest absonum videri. Nempe poeta rationem quaerebat, qua iam ad Dinomenem transiri posset; quod ita effecit, ut diceret: *Obsequere mihi, Musa, ut Hieronis victoriam apud Dinomenem praedices;* tum quoniam victoriam apud Hieronem potius cantandam esse putaveris, addit illud *καί*: „Etsi apud Dinomenem versamur, tamen non inconvenienter Hieronis celebramus victoriam;" hoc est, si sententiam spectes, *quidni apud Dinomenem Hieronis victoriam canamus?* Cf. de usu particulae *καὶ* Pyth. V, 47. Sic poeta more usitato Dinomenis nomen lucratus est, quo proposito in eius rebus posset aliquantulum consistere. Vs. 59. *ποινὰ* est *praemium; ὑπὲρ καλοῦ ἀμοιβήν* apud Pindarum interpretatur Eustath. ad Iliad. *γ*, p. 416. init. Iam vero quum tanta ambage et ex

www.libtool.com.cn
improviso Dinomenes arcessitus sit, quis credet eum statim dimissum iri? Quo solo argumento constat, vs. 60. *Αἴτνας βασιλέα* non esse Iovem, sed Dinomenem ab Hierone Aetnaeis praefectum, quod docet poeta vs. 70. et Schol. Firmatur haec interpretatio vs. 68. ubi *Aetnae reges* vocantur Hiero et Dinomenes posterique. Hiero enim in Aetna condenda Lacedaemoniae civitatis formam imitatus est: in omnibus autem Laconicis rebuspublicis reges fuerunt, ut Therae, Cyrenis, Tarenti: immo duo fortasse Aetnae ut Spartae dicis causa reges constituti sunt, Hiero et Dinomenes, quod prope conieceris ex vs. 68 — 70. Sub his tamen regibus libertas esse potuit, ut Spartae; etsi eam Aetnae non fuisse vix dubium est. Attamen speciem libertatis instituerat Hiero: et poetae in laudibus regis versanti hoc quoque praedicandum fuit, quod liberale videbatur. *Dorica instituta* dicuntur *νόμοι Ὑλλίδος στάθμας* et *τεθμοὶ Αἰγιμιοῦ Δώριοι*: Hyllum et Aegimium nemo ignorat; alter ut Heraclidarum stirpis auctor, alter ut Doricae gentis dux memoratur; utrumque etiam Fragmentum de Aegina ex Isthmionicis nominat, ut Herculem et Aegimium Pyth. V, 71. Nam quod Schol. de Hyllo rege *τῶν περὶ Ἰταλίαν οἰκησάντων* dicit, nescio quo spectet: nisi is *περὶ Ἰταλίαν* parum accurate de Illyrico dixit, ubi Hyllensium ex Apollonio Rhodio notorum urbs est celebris, quam Hyllus Hercule et Melita natus condidisse fertur, postquam in Saturnium mare sive Adriam cum colonis secesserat. Dorica autem instituta ea sunt, ut Senatus cum rege imperet ex optimatibus lectus, huic autem populus liber iunctus sit, aut ex nobilibus et plebeiis mixtus, ut in Laconica ex Spartanis et Laconibus, aut paris condicionis cives continens, denique ut forma imperii plane aristocratica sit, et cetera quae Lycurgus instituisse traditur, maxime ut Dorica civium divisio in certas quasdam tribus et obas obtineat. Addi possunt publici servi, qui ut in Laconica ceterisque Doricis Peloponnesi civitatibus, ante democratiam, quam Gelo evertit, etiam Syracusis fuerant: nam Syracusanorum civitas ex optimatibus (*γαμόροις*), plebe (*δήμῳ*) et publicis servis (*Κιλλυρίοις*) conflata erat (Herodot. VII, 155.). *Pamphyli* et *Heraclidarum* posteris designantur tribus (*φυλαὶ*) Doricae et imprimis Spartanae *Παμφύλων* et *Ὑλλέων*; omittitur tertia *Δυμάνων* s. *Δυμανατῶν*; ex his enim ternis tribubus constitisse Spartanos paucis docui in Annal. litt. Heidelb. a. 1818. p. 307. exclusis, quos olim in nott. critt. ad Nem. IV, 77. addideram, Aegidis. Locus classicus de his stirpibus est ap. Steph. Byz. v. *Δυμᾶνες*. Easdem Corinthi fuisse monstrant Corcyraeorum *Ὑλλεῖς* (v. Oecon. civ. Ath. T. II. p. 403 sqq.); hinc Syracusas haud dubie transierant Archia Heraclida duce, qui Chersicrati Corcyrae conditori coniunctus erat (v. ad Olymp. VI.). Eaedem fuerunt Argis tribus (v. Müller. Aeginet. p. 139.): quas quum Agrigenti quoque institutas esse *Ὑλλεῖς* ostendant in marmore Agrigentino ap. Gruter. p. CCCCI. obvii, patet eas Argis in Rhodum Heraclidarum imperio utentem indeque Gelam, atque Gela Agrigentum traductas esse. Res eo certior, quum constet Gelam Doricis, Agrigentinorum civitatem Gelensibus institutis usam esse. Thucydides VI, 4. de condita a Rhodiis Gelensium civitate: *Νόμιμα δὲ Δωρικὰ ἐτέθη αὐτοῖς*; ibidem vero conditores Agrigenti dicuntur huic urbi *νόμιμα τὰ Γελώων δόντες*. Praeterea Megarenses Corinthiis vicini Doricą hac tribuum divisione usi sunt: nam in Megarica inscriptione Hadriani aetate scripta (apud Spon. Itin. T. III. P. II. p. 223. et Misc. erud. ant. p. 328. Wheler. Itin. p. 452. aliosque) adhuc perdurant Megarici *Πάμφυλοι*: quae tribus Sabinam Hadriani uxorem statua honoravit, ut solebant non solum civitates sed singula etiam in civitatibus corpora: quae res si dubia esset, plurimis posset exemplis demonstrari. Nec dubitari potest, etiam in Siciliensi Megaride, Dorica colonia, easdem esse tribus institutas. At nova Aetnaeorum

www.libtool.com.cn

urbs ex Doricis erat gentibus conscripta, ex Gelois, Syracusanis, Megarensibus, Peloponnesiis: v. Schol. vs. 120. qui Peloponnesios, et Diod. Sic. XI, 49. qui Geloos et Megarenses omittit. Igitur quum Peloponnesii, Geloi, Syracusii, Megarenses, Doricam haberent divisionem, eadem Aetnae instituta est, addita fortasse una et altera, ut solebat, nova tribu: unde intelligitur gratiorem Aetnaeis et commodiorem Heraclidarum et Pamphylorum mentionem esse, qui quidem etiam Aetnae fuerint. Ceterum tres illae tribus inde natae putabantur, quod a Doriensibus adhuc in Histiaeotide sub Aegimio habitantibus Herculi illis auxilium ferenti tertia terrae pars praemio esset data (Diod. IV, 37.), quam deinde Heraclidae ab Aegimio repetitam obtinuissent (Diod. IV, 58.): atque omnino non tribuum solarum, sed etiam terrae apud Dorienses tripartita divisio fuit, ut Spartae et in Rhodo tres urbes habente. Nihilo magis tamen verum est, quod Wesseling. ad Diod. IV, 37. contendit, *τεθμοὺς Αἰγιμιοῦ* esse „statuta, quibus edixerat, ut Doriensibus permixti Heraclidae tertiam semper regionis partem sibi praecipuam haberent;" sed latius illa instituta patent; sunt *Δωρικὰ νόμιμα*, ut ait Thucydides. Mox Dorum migrationes contrahit poeta. Nam Pindus h. l. non oppidum Pindus s. Acyphas est, cuius in tetrapoli Dryopidis s. Doridis situm Strabo IX, p. 654. A. demonstrat (cf. intpp. Strab.): sed est Pindus mons, propterea quod si tetrapoleos oppidum esset, intelligi non posset, cur Acyphas potissimum nominaretur omissis ceteris locis. Dorienses pulsi ex Histiaeotide migrarunt in Pindum montem in Perrhaeborum ditionem, ibique Macednae gentis nomine habitarunt; hinc in Dryopidem profecti sunt, ubi illam, de qua Strabo dicit, tetrapolin condiderunt, quae in Scholiis hexapolis est, et in hac Acyphantem s. Pindum oppidum, ap. Schol. omissum, more solito tetrapolin et Pindum oppidum, quod etiam in Pindo monte habuerant, in Dryopidem transferentes, quod ex Schol. colligere licet. Mox ex Dryopide Peloponnesum invaserunt. Vide, qui instar omnium est, Herodotum I, 56. Sed Pindarus migrationes, ut dixi, contrahens, insignem tantum montem nominat, unde progressi Dores fuerint, et omissis intermediis locum addit, ubi tandem consederint, Amyclas. Amyclarum autem expugnationem Heraclidarum cum Aristodemo et fratribus reditui assignavit (v. nott. critt. p. 479.), non ex rei veritate (v. Müller. Orchom. p. 320.). Sed cur Amyclas nunc, non Spartam nominat? Hoc certe Schol. non expedit annotans: *κατέσχον τὴν Σπάρτην· ἀπὸ μιᾶς γὰρ πόλεως τὴν πᾶσαν ἐμφαίνει Λακωνικήν*: sed Müllerus Orchom. p. 319. idoneis argumentis usus coniicit, non Spartam sed Amyclas Achaeorum in ea regione principem fuisse urbem, quae Lacedaemon dicta sit. Postremo quomodo Dores *Τυνδαριδᾶν γείτονες* sint, ambigit Schol. duas afferens rationes, quarum neutra probabilis. Sane Dioscuri et Amyclaei dii sunt (Müller. Orchom. p. 319.) et Argis culti (introd. ad Olymp. II.): sed Pindarus eos in proxima Amyclarum vicinia Therapnae collocat, Pyth. XI, extr. Nem. X, 56. Isthm. I, 31. cf. Eurip. Troad. 211. Pausan. III, 20. 21. Tyndaridarum autem mentio quamquam per se non incommoda propiorem tamen fortasse causam habet, si eorum cultus a Peloponnesiis Aetnam translatus erat. Agrigenti quidem eos venerationem habuisse in Gelensium colonia Aetnam ex parte tenentium, ad Olymp. III. vidimus.

Vs. 67 — 80. Poeta preces ad Iovem dirigit, ut Aetnaeis eadem, quae Spartanis, tranquillitas et firmitas contingat: *Iuppiter perfector, fac ut hac sorte firmitatis, tranquillitatis, fortitudinis etiam Aetna fruatur; precor ut Poeni et Etrusci domi se contineant spectata clade Cumana, qua Graeci* (proprie nunc Italici et Sicilienses, *ἡ ἐν Ἰταλίᾳ· Ἕλλας, μεγάλη Ἑλλάς*) *nunc ipsum servati sunt. Nec tacendum prius quidem sed maxime insigne proelium ad Himeram, quod celebrans eandem ab Hierone et fratribus*

www.libtool.com.cn
gratiam retuleris mercedem, quam ab Atheniensibus, ubi Salaminiam pugnam, a Spartanis, ubi Plataicam ad Cithaeronem praedicaveris: hae enim illis debitae sunt ideoque singulis sunt gratissimae et simul omnes pariter magni momenti: nam ut Salaminia mari, Plataeensis terrâ excussa servitute Graeciae proprie dictae libertatem recuperavit, ita Himerensis pugna Graecis in Sicilia et Italia: ut adeo par huius et Plataeensis Salaminiaeque pugnae gloria sit, et par Dinomenis filiorum atque Atheniensium et Spartanorum meritum. Ita connectendae sententiae sunt miro nuper acumine distortae. *Amenas* est fluvius Aetnaeus, Amenaus et Amenanus in nummis (v. Eckhel. D. N. T. I. p. 204 sq.), Amenanus ap. Ovid. Met. XV, 279. Strab. V, p. 367. B. Alm. *Βασιλεῦσιν*, Hieroni et Dinomeni posterisque. Structura verborum *τοιαύταν αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσι διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων* quadruplici ratione instituitur. Primum construunt *παράσχου τοιαύταν αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασ. ὥστε τὸν τῶν ἀνθρ. λόγον διακρίνειν τοῦτο καὶ ἀληθὲς ἀποφαίνειν*, quae fere Schol. ratio est; sed *τοιαύταν αἶσαν* non potest ab omisso *δὸς s. παράσχου* pendere, unde potius infinitivus *διακρίνειν* suspensus est (v. nott. critt. ad Olymp. XIII, 109.). Quo vitio etiam Heynii interpretatio laborat, qui falsa lectione deceptus sententiam ita constituebat: *τέλει τοιαύταν αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασ. ὥστε αὐτοὺς διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρ.* Igitur tantum ambigi potest, poeta hocne a Iove precetur: *τοιαύτα αἶσα διακρίνοι ἔτυμον λόγον ἀνθρ.* an hoc: *τοιαύταν αἶσαν διακρίνοι ἔτυμος λόγος ἀνθρ.* In quo diiudicando potissimum mihi videtur animadvertere, quo poeta tendat, quidque ei hoc loco praecipuum sit, *τοιαύτα αἶσα* an *ἔτυμος λόγος ἀνθρ.*: id enim quod praecipuum est, debet *obiectum* grammaticum esse, quod efficiatur et praestetur a *subiecto*. Neque vero dubium est praecipuum esse *τοιαύταν αἶσαν, quam Aetnaeis contingere* poeta vult: itaque obiectum est *τοιαύταν αἶσαν*, quam praestari vult a subiecto, *ἐτύμῳ λόγῳ ἀνθρ.* Sic haec sententia prodit: *Precor, verus hominum sermo semper talem fortunam Aetnae adiudicet et decernat*, sive: *Verus hic semper hominum de Aetna sermo esto, permanere reges et cives in Doricis institutis, similemque illam civitatem stabilitate, tranquillitate, fortitudine Lacedaemoni esse.* Ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσι maxime spectat *consensum populi et regum*, quo Sparta insignis: hoc caventur seditiones, firmatur tranquillitas. Hinc ea quae sequuntur: *Tua ope, Iuppiter, Hiero cum filio populum benigne habens ad tranquillitatem concordem converterit:* qua re et mite regum imperium et populi fides comprehenditur, mutuo caritatis vinculo. Vs. 71 sq. iunge *ἄμερον οἶκον κατέχῃ*, in *patria pacata*, sine bello sese contineat, in Libya et Etruria. *Φοίνιξ*, Poenus, non Phönicia Persarum classis: sic ubivis, ut Nem. IX, 28. Eurip. Troad. 221. Herodot. II, 32. IV, 197. V, 46. Diod. XI, 22. Pausan. III, 19, 4. Ἀλαλητὸς ἰῶν lyricâ audaciâ dicitur, ita tamen ut *ἀλαλητὸς, θόρυβος, tumultus bellicus*, sit pro *exercitu*. Clades Cumana, quae paulo ante hoc carmen acciderat, aut solos Tyrrhenos percussit ab Hieronis copiis fusos (v. ad vs. 46—57.), aut ut Schol. tradit, Carthaginienses etiam tum Tyrrhenis iuncti erant, quemadmodum eo tempore, de quo Herodotus I, 166 sqq. Prius si statuas, poeta etiam Poenos Siciliae hostes spectata Etruscorum strage ab invadendis Graecis deterreri vult, quod tanto commodius admistum fuerit, quum vs. 79 sq. ad Poenos olim superatos redeatur: et libens accesserim Wesselingio ad Diod. XI, 51. qui cum Barbeyraco errasse Scholiastam censet, etsi idem ad Herodot. l. c. aliter censeat. Sed illud potissimum tenendum, verba *οἷα Συρακοσίων ἀρχῷ δαμασθέντες πάθον* de una esse pugna Cumana, sive ea soli Etrusci, sive Etruscis sociati Carthaginienses profligati sint, et nugari intpp. qui ad Himerensem referant: *οἷα* enim refertur ad priora, estque nihil aliud nisi *οἵῳ τρόπῳ* sive *οἵαν* ad *ὕβριν*; v. ad Olymp. I, 8 sqq. Cete-

www.libtool.com.cn

rum structura est: *ἀπὸ ναῶν* (Tyrrhenorum) *ἐνεβάλετό σφιν ἀλυκίαν, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ.* Proelio Himerensi Dinomenis maioris filii Gelo, Hiero, Polyzelus, Thrasybulus devicerunt Carthaginienses Olymp. 75, 1. die, ut fertur, Salaminiae pugnae. V. ad Olymp. II. Epigramma Simonideum tripodibus ob hanc victoriam dedicatis inscriptum extat ap. Schol. h. l. ubi nota fratrum nomina, quae erat Simonidis ars, ex ordine aetatis posita esse: nam primus fratrum fuit Gelo auctor imperii, alter Hiero illius in tyrannide successor, tertius Polyzelus exercitus dux a Gelone relictus, quartus Thrasybulus fratribus superstes, quem natu minimum fuisse annotat Schol. Isthm. II. inscr. Haec hactenus: addo reliqua. Pro *ἀρέομαι*, quod reposui, male Kuhnius ad Aelian. V. H. XIII, 23. coniecit *ἀρύομαι*. Iliad. δ, 95. *πᾶσι δέ με Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος ἄροιο*, etsi sensus paulo diversus. *Πὰρ Σαλαμῖνος*, *de Salamine*, praedicandâ Salaminiâ pugnâ. Ad sententias Graecorum de Salaminia et Plataeensi pugna cf. Plato Legg. IV, p. 707. C. ubi quod Cretensium iudicium dicitur, multo magis Atheniensium est Salaminium proelium maximi facientium, etsi Plato optimatium imperio indeque pedestribus copiis magis favens aliter statuebat; accedit quod plurimae Atheniensium in Salaminia, Laconum in Plataeensi pugna copiae erant, ibique clarissimus dux Themistocles, hic Pausanias. Itaque carissima Atheniensibus pugna Salaminia, ut Spartanis Plataica, Siciliensibus et Italicis Himeraea. Et mihi quidem poeta, etsi eo tendit, ut Himerensem pugnam Salaminia et Plataeensi haud minorem esse significet, simul id videtur haud iniucunde admiscuisse, singulas singulis imprimis caras esse, iis quippe, quorum merito singulae illae victoriae deberentur: ut inde, quod alia aliis carior esset, aliam aliorum merito deberi posses colligere. Par autem trium illarum pugnarum esse momentum, non dictum quidem est, sed inde colligendum, quod omnes tres iuxta se ponuntur, quodque *eandem unaquaque celebranda gratiam poeta apud eos nanciscitur, qui in singulis vicerant.* Scio *Ἀθαναίων χάριν ἀρέομαι μισθὸν* posse etiam ita explicari: *Atheniensium gloriam ex Salaminia pugna tollam et promam ut mercedem eorum*, et sic deinceps cetera: ac favet huic interpretationi locus Iliadis modo allatus quamquam ne sic quidem plane geminus: sed re identidem perpensa redeo ad id quod posui, ut *poetae merces sit Atheniensium, quam ipsi habeant, gratia.* *Παρὰ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν Ἰμ.* hoc est, materiâ ab Himerensi pugna petitâ, ut poeta de ea canens quasi praesentem apud Himeram flumen sese cogitet, quo se carmine confert. Ad participia *ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέων* et *ὕμνον τελέσαις* supple ex prioribus *χάριν ἀρέομαι μισθόν*: cf. quae collegi nott. critt. p. 389 sq. *Τελέσαις* non arbitror posse optativum esse: quodsi pro participio habebis, non poterit non *ἐρέων* scribi. Ac ne quem offendat *ἐρέων* futurum et *τελέσαις* aoristus: aoristum posuit poeta, quia laudem Himerensis pugnae nunc ipsum his ipsis verbis perfecit.

Vs. 81 — 88. *Opportune ego laudibus vestris breviter defungor, multarum rerum summam paucis complexus; ita enim minori hominum vituperio obnoxius est et qui laudat et qui laudatur: laudans, quod in longiori carmine exspectatio audientium quasi festinans lentitudine et fastidio fatigatur atque obtunditur, carminisque perit gratia; laudatus, quod publice apud cives audita laus ac virtus animos hominum tectos maxime invidia replet. Tu tamen, Hiero, quoniam invidiae praestat quam miserationi occasionem praebere, nihil omitte praeclari; populum iuste guberna, veritati, fidei stude; qui si vel minimum haud satis recte feceris, a te viro maxime conspicuo, a multarum rerum domino profectum videbitur magnum: nec latere id potest, quum quas tu res geris, earum testes sint plurimi.* Eximia praecepta, nulli non principi danda! Brevitati se studere et multa didicisse paucis complecti passim poeta profitetur, ut Pyth. IV, 247. IX, 79 sqq.

www.libtool.com.cn
ubi etiam de καιρῷ. Καιρὸν est κατὰ καιρόν. Κόρος αἰανὴς, χαλεπὸς, ut exponit Hesychius, *fastidium molestum*, ut κέντρον αἰανὲς Pyth. IV, 236. αἰανῆ κόρον Isthm. III, 2. λιμὸν αἰανῆ Isthm. I, 49. Plura, sed partim diversa v. in Lexx. et ap. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 671. Ἀμβλύνει, *retundit, obtundit*, ut Latini dicunt *aures obtundere*; quam formulam bene comparavit Bachius. Dein iunge voces iuxta positas ἀκοὰ ἀστῶν, hoc est *fama apud cives audita*; ἀκοὴ est enim *quod auditur*, ut paulo post ἀκοὰν ἀδεῖαν et Pyth. IX, 81. Huc refer etiam adverbium μάλιστα: *apud cives audita fama maximam invidiam habet*, quia qui civibus suis insigniter placet, felicissimus est. Κρύφιον θυμὸν generaliter intellige *hominum invidorum tectos animos*, aemulorum maxime Hieronis; de Aetnaeis equidem non ceperim, quos haud convenit invidere Hieroni urbis conditori: immo etiamsi Hieroni invidebant, id nunc proloqui haud satis apte poeta potuit. Verba κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος ex proverbio petita sunt. Herodot. III, 52. μαθὼν ὅσῳ φθονέεσθαι κρέσσον ἐστὶ ἢ οἰκτείρεσθαι: quem locum post alios comparavit Porson. Adv. p. 312. simul ex Stobaeo enotans lectionem κρέσσον γὰρ οἰκτιρμοῦ. Cf. nott. critt. Quod Hieronem poeta hortatur, ut veritati studeat, videtur inde factum, quod Hiero, ut tyranni solent, astutiis subinde et fraudibus utebatur; certe a simplicitate fratris Gelonis dicitur descivisse (Diod. XI, 67.): de aurea lyra Pindaro promissa nemo cogitabit hodie. Dictio ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν vel veteribus ob audaciam translationis offensionem praebuit, ut Galeno de puls. differ. T. III. p. 39. ed. Bas. nec difficultatem expedit Schneiderus Vit. Pind. p. 119 sq. qui tamen in schedis meliorem monstravit viam. Γλῶσσα est *lingua*, pro *sermone*; sermonem *formare* (non *acuere*) poeta dicit χαλκεύειν γλῶσσαν; formandus autem est ad *normam veri*, quod vocat πρὸς ἀψευδεῖ ἄκμονι. Γλῶσσαν χαλκεύειν sane non audacius est quam κεχάλκευται μείλιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογί (Scol. in Theoxen.), neque illam dictionem defugit ipse Cicero de Or. III, 30. „Non enim solum acuenda nobis neque *procudenda lingua* est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate." Tacitus dial. de oratoribus c. 20. „Iuvenes in ipsa studiorum incude positi." Sidon. Apollinar. Epist. IV, 1. „Philosophica incude formatus." Nec plane alienum Horatianum illud Epist. ad Pison. 441. *Male tornatos incudi reddere versus*, cui similis dictio Antipatri Thessalonicensis Epigr. XXIV, 3. T. II. p. 101. Anthol. Iacobs. ed. pr. στίχον Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ' ἄκμοσιν. Quae translatio etsi lenior est quam in Pindaricis, tamen quum ea veteribus tam usitata fuerit, quam facile poeta etiam ad duriorem dictionem transire potuerit, licet intelligere. Φλαῦρόν τι, *leve quiddam*; παραιθύσσει, *excidit*, quippe minus recte factum. Bene Heynius παραιθύσσει translatum a scintillis, quae inter ferrum cudendum emicant, putat; etiam φέρεται de motu est. Vocem ἀμφοτέροις de *vero et falso* interpretantur ex vs. 86 sq. alii de *Hierone et filio*, vel de *rege et populo*: Pyth. II, 76. idem vocabulum quomodo explicandum sit, nexus sententiarum monstrat; hoc loco etsi orationis tenor non multum docet, proximus tamen de vero et falso, recto et pravo sermo est; quapropter hanc interpretationem amplector. De levibus et magnis (φλαύρῳ καὶ μεγάλῳ) certe dici non potest, propterea quod utrumque, et φλαῦρον et μέγα, hoc loco tantum de malo et falso est, de ψευδεῖ ἢ κακῷ φλαύρῳ καὶ μεγάλῳ.

Vs. 89 — 100. *Quodsi felici indoli obsecutus bene semper audire cupis, munificentia et benignitate praesta; neve te ab adulatoribus decipi patere, qui vel non merentem, vel illiberalem et trucem celebrant et laudant, sed posterorum iudicium cura, quod unum perenne est. Sic Croesi benignitas numquam non praedicatur, sed Phalarin infensa fama*

www.libtool.com.cn

persequitur, neque is poetarum canitur carminibus. Bona quidem fama proximum felicitati commodum est; utramque vero qui nactus fuerit, is summum consecutus est. Poeta Hieronem ad opes in novam coloniam ornandam et augendam erogandas hortatur, musicis etiam et poeticis certaminibus instituendis, quibus Aetna urbs celebrior fiat: huc Croesi munificentia pertinet; contra Phalaridis exemplo a violentia et avaritia deterretur Hiero, quem ab istis vitiis non alienum fuisse saltem unus et alter veterum iudicabat. Omitto nugas in Praefatione Scholiorum ad Hermogenem ap. Reisk. Orat. T. VIII. p. 195. et in Synagoge ad Aphthonium ap. Montf. Bibl. Coisl. p. 592. propositas; sed ex antiquo fonte haud dubie Diod. Sic. XI, 67. *ἦν γὰρ καὶ φιλάργυρος καὶ βίαιος καὶ καθόλου τῆς ἁπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατος*: contra post partam tyrannidem Plutarcho dicitur *μέτριος καὶ δημωφελὴς* fuisse (S. N. V. cap. 6.); laudatque eius liberalitatem Aelian. V. H. IX, 1. Ad eandem in publicam utilitatem conferendam Hieronem hortatur Simonides ap. Xenoph. Hier. c. 11. Translationem de velis iterum habes Isthm. II, 39 sq. *Ἀνεμόεν* est velum vento expansum. Mox *αὐτράπελα κέρδη*, quae Schol. et Casaub. ad Pers. p. 27. minus recte explicant, sunt *artes facetae et astutiae adulatorum aulicorum*; his enim Hieronem, ut solent tyranni, aures praebuisse, docemus nott. critt. p. 449. ad Pyth. II. ubi plura de his rebus Pindarus: et ap. Xenoph. Hier. 1, 15. Hiero queritur, suspectam de adulatione laudem tyrannis tributam esse. *Ὀπισθόμβροτον, μεταγενέστερον*, quod post hominis mortem est. *Λογίους* esse *rerum scriptores* notum est. *His* igitur *et poetis futuris fama*, non suspecta ista, quam de superstite adulatores sive voce sive scriptis spargunt, sed *ea quae ad posteros propagata est* et tempore probata, *narrandam vitam hominum moresque praebet.* De Phalaridis tauro, an fide historica nitatur, v. Schol. c. nott. *Φόρμιγγες ὑπωρόφιαι*, quae *ὑπ' ὀροφὴν* sunt in coenaculo (*ἀνδρῶνι*), ubi comissationes cum carmine aguntur; eae igitur citharae *οὐ δέχονται μιν εἰς κοινωνίαν ὀάροισι παίδων*, hoc est, *Phalaris non canitur.* Dativus *ὀάρ. π.* non a verbo *δέχεσθαι* pendet, ut alibi (v. nott. critt. p. 461.), sed a substantivo *κοινωνίαν*. *Ὄαροι* sunt *cantus*. *Ἔλη, ἀμφότερα.*

Absoluta singularum partium explicatione pretium est, quomodo universum carmen compositum sit, considerare. Quodsi quae praeter res, quas ipsa odae scribendae occasio suppeditabat, summa et finis carminis sit, invenire velis, initium maxime et exitum specta, quorum ea intelligitur ratio esse, ut planissime conspirent. Quod vult poeta, hoc est: *Bellicis negotiis peractis poetica, Hiero, studia fove in recens condita urbe carminum illustranda splendore; quibus ubi per artes praeclaras et miti imperio materiam laudum praebueris, germanam consequeris gloriam.* Igitur initio musicae vis exponitur, quae etiam atrocissima deliniat et violentissima, ut fulmen Iovis et ipsum Martem (vs. 1 — 12.); eos tantum, qui diis essent invisi, non demulceri musicis sonis sed exterreri; quod aptissime amplificatur Typhonis proposita imagine, Aetnae ignes eiiciente, qui mons illis ipsis annis maxime ardebat (vs. 13 — 28.). At sub finem apertius hortatur Hieronem, ut, si *bonam perpetuo famam habere* cupiat, sumptibus ne parcat: vs. 89. *σὺ ἀνθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων, εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἀδεῖαν αἰεὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις*, et quae sequuntur. Nam astutias facetiasque aulicorum nihili habendas esse; spectandam *gloriam apud posteros*, ad quos ubi bona fama pervenerit, hanc apud illos a scriptoribus et *poetis* celebrari. Sic Croesi liberalitatem vivere et victuram esse: atrocem Phalarin non recipi inter *cantus* iuvenum. Vides identidem ad poesin et musicam recurri. Denique vs. 99. post felicem vitam proximum bonum dicit *prosperam famam.* In medio carmine id ipsum efficit poeta, quod

www.libtool.com.cn

poetas praestare significat. Laudat Hieronem ob partam victoriam, qua Aetnam illustrarat; et ut iam quid impetrandum proponat, hoc est, ut Aetna posthac etiam victoriis sacrorum ludorum insignis sit atque *in solemnibus publicis carminum vocibus clara, ὠν ἐέθλων; θαλίαις ἐπιστορ.* rursum si poesin revertente oratione et ludos, in quibus vincentem Hieronem Aetnae Noster vult gloriam parare. Haec a vs. 29. usque ad vs. 42. Iam Hieronis virtutem bellicam praedicat et pro aegroto imperatore vota facit: Dracmenis dein mentione iniecta Liberalia in Aetna condenda Hieronis instituta extollit (vs. 51 sqq.), populum ab ea fovendum esse significans (vs. 70.), quemadmodum Phalaridis eum exemplo in hac poesi a crudelitate deterret; barbarorum incursiones deprecatur. Cumanam pugnam nuperrimam et hinc Himerensem paucis tangens, ne vel novissimam vel clarissimam omittat victoriam: postremo ad bonas artes Hieronem cohortatur. Haec inde a vs. 42. In quo omnia ad illum quem dixi finem referuntur, sed ut par est in instituto carmine, ut ea, quae scribendi occasionem praebuerat, Pythia victoria celebretur, nec minus Aetna, cui id Hiero decus tribuerat, et in qua hoc carmen canendum erat, atque ut res ab Hierone nuperrime gestae extollerentur. Quibus commemorandis poeta simul id effecit, ut doceret satis Hieroni bellicae gloriae partum esse, neminem neque clariorem neque potentiorem esse (vs. 47 sqq.); nunc pacis artes fovendas; tranquillitatem sese optare et bella deprecari (vs. 70 sqq.): quiescendum igitur, ut Mars quiescat cithara sonante, qua solus Typhon et qui saevitia et atrocitate pares sint, non deliniantur. Quae quidem poeta eximia arte in unum et integrum coniunxit corpus.

[P Y T H. II.]

Oda haec, qua quaedam Hieroni curulis victoria nunciatur (vs. 4.), post Olymp. 75, 3. scripta est, quo ille anno Syracusis potitur (v. ad Olymp. I.): his enim iam imperat (vs. 1 sqq.). Praeterea nuperrime Hiero Locros Epizephyrios servaverat (vs. 18—20.); nam nisi recens admodum ea res fuisset, non ceteris rebus omnibus omissis de ea potissimum poeta dixisset. Quod quis enim dicat Locricas res nunc a poeta praelatas esse, quod exemplo opus fuerit *gratorum hominum;* id verum quidem est: neque tamen hoc id exemplo Pindarus probaturus erat, si res fuisset diu ante gesta et iamiam obsoleta; erantque etiam alii, non soli Locrenses, ab Hierone servati, ut Cumaei (v. ad Pyth. I.), quos gratos non fuisse nemo tradit. Itaque Locrenses nunc poeta elegit, quod eos Hiero nuper servaverat; Cumaeis tum nondum auxilium tulerat. Etenim Locrorum liberatio Anaxilao superstite acciderat, auctore Epicharmo ap. Schol. Pyth. I, 99. *Αἰνίττεται δὲ τοῦτο εἰς Ἀναξίλαον τὸν τῶν Ῥηγίνων βασιλέα βουληθέντα Λοκροὺς καταπολεμῆσαι τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐμποδισθέντα τῇ τοῦ Ἱέρωνος ἀπειλῇ. ὅτι δὲ Ἀναξίλαος Λοκροὺς ἠθέλησεν ἄρδην ἀπολέσαι καὶ ἐκωλύθη πρὸς Ἱέρωνος, ἱστορεῖ καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Νάσοις.* Iam vero Anaxilaus teste Diodoro XI, 48. obiit Olymp. 76, 1. vel paulo ante, Olymp. 75, 4. extr. igitur necesse est Locros aggressum esse Anaxilaum in intervallo annorum Olymp. 75, 3. quo Hiero Syracusis potitus est antea sub Gelone Gelensibus praefectus, et Olymp. 76, 1. Narrationem de Anaxilao firmat Schol. Pyth. II, 34. accurate dicendo fidem sibi concilians: *Ἀναξίλα τοῦ Μεσσήνης καὶ Ῥη-*

www.libtool.com.cn

γίου τυράννου Λοκροῖς πολεμοῦντος Ἱέρων πέμψας Χρόμιον τὸν κηδεστὴν διηπείλησεν αὐτῷ, εἰ μὴ καταλύσαιτο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, αὐτὸν πρὸς τὸ Ῥήγιον στρατεύειν· οὗπερ δὴ πρὸς τὴν ἀπειλὴν ἐνδόντος ἐν εἰρήνῃ διῆγον οἱ Λοκροί. Sed alter Schol. Anaxilai addit filium: Ἀναξίλας γὰρ καὶ Κλεόφρων ὁ τούτου παῖς, ὁ μὲν ἐν Μεσσήνῃ τῇ Σικελικῇ, ὁ δὲ ἐν Ῥηγίῳ τῷ περὶ Ἰταλίαν, πόλεμον ἠπείλουν Λοκροῖς· διαπρεσβευσάμενος δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἱέρων ἔπαυσε τοὺς Λοκροὺς τοῦ πολέμου. Quodsi, ut Schol. tradit, Cleophron una cum patre Locris bellum intulerit, Schol. non pugnabit cum Epicharmo; siquis autem Anaxilao omisso solum Cleophronem Locris bellasse putaverit, non solum Epicharmi ei auctoritas oberit, sed alia quoque oborietur difficultas. Quippe Anaxilaus liberos reliquit immaturos, quos Olymp. 75, 1. Hamilcari Carthaginiensi obsides dederat, quum eum pro Terillo socero in Siciliam adduceret (Herodot. VII, 65.): horum post patris obitum tutelam suscepit Smicythus, de quo Diod. XI, 48. Herodot. VII, 170. Pausan. V, 26. Iustin. IV, 2. Macrob. Saturn. I, 11. Is vero filiis Anaxilai paulo ante Hieronis obitum imperium restituit ipso Hierone hortante, Tegeamque in Arcadiam secessit, Olymp. 78, 2. quo anno Hiero fato functus est (Diod. XI, 66.): interim ipse regnaverat Smicythus, sub cuius imperio Reginorum et Tarentinorum a barbaris accidit clades Olymp. 76, 4. (Diod. XI, 52. Herodot. l. c. cf. Aristot. Polit. V, 3.). Mox pulsi etiam Anaxilai filii Olymp. 79, 4. (Diod. XI, 76.). Quibus in unum collectis Cleophroni Anaxilai f. intelliges vix ullum in Locrensi bello locum relinqui, nisi ille una cum patre ante Smicythi dominationem anno Olymp. 76, 1. prius imperaverit et eodem fere quo pater tempore defunctus sit: adultum quidem iam tum Anaxilaus filium habere potuit, quum filia Anaxilai ante Theronis propinquam, quae Olymp. 75, 4 — 76, 1. Hieroni in matrimonium data est, eidem nupserit tyranno (Schol. Pyth. I, 109.). Hactenus de Anaxilao. Iam vero carmen hoc in eorum, quos dixi, annorum intervallo scriptum ubi statueris, conveniet etiam illud, quod eo ipso tempore Pindarus Theroni favit Agrigentino, qui tum cum Hierone simultatem exercebat (v. ad Olymp. II.); ex hac autem oda satis liquet, poetam apud Hieronem in suspicionem adductum esse: quin etiam quae de Ixione dicuntur, et ceterarum sententiarum plerasque ex Hieronis et Polyzeli dissensione, quae Gelonis mortem proxime secuta est, optime explicari docebimus: qua disputatione probabile fit, carmen hoc post inchoatas inter Hieronem et Polyzelum turbas et ante nuptias Hieronis et propinquae Theronis compositum esse, hoc est fere Olymp. 75, 4. Unde simul intelligitur Locrenses res vel Olymp. 75, 3. vel priore parte anni Olymp. 75, 4. accidisse. Schol. quidem ad vs. 131. Theronis et Hieronis bellum iam ante hoc carmen flagrasse arbitratur; sed neque hoc ex Pindaro constat, neque aliud ullum huic odae vestigium inest, ex quo post Olymp. 75, 4. scriptam iudicare possis. Nam quod ad vs. 3. vulg. de Tyrrhenis dicunt grammatici, ne ipsi quidem ad pugnam Cumanam (Olymp. 76, 3.) retulerunt; quodque ad vs. 127. vulg. de misso simul cum hoc carmine Hyporchemate post Aetnam Olymp. 76, 1. conditam facto narratur, id facile propulsabimus: immo memorabile, quod Aetnae nulla plane mentio fit. Carmen Thebis scriptum est et Syracusas missum, non cum pompa publice, sed privatim (vs. 3. 67.), cantatumque Ortygiae, ubi regia (cf. ad Olymp. VI, 92 sqq.); certe Pindarum hoc carmen scripsisse, ut id caneretur, intelligitur ex vs. 69 — 71. neque putaverim Hieronem, quod plura inessent liberius dicta, prohibuisse, ne caneretur. Attamen publice id cantatum esse negaverim: et pompae quidem non esse scriptum, paulo post monstrabo. Aulae Hieronis destinatum erat; et multa insunt aulicis potissimum dicta. Victoria parta quadrigis, unde vs. 4. τετρακο-

www.libtool.com.cn

ρίας ἑλελίχθονος, et vs. 5. εὐάρματος Ἱέρων; idque equis, quod patet ex vs. 12. ubi σύνοις ἵππιον habes. Sed ubi parta sit, valde dubitant veteres critici, inter Olympicam, Pythiam, Nemeaeam, Panathenaicam ambigui (Schol. p. 312.); Isthmiam addit Gedikius. Et Olympicum certe carmen hoc non est; Olympiae enim nonnisi ter Hiero vicit, diserte testante monimento, quod in Introd. Olymp. I. tractavi, bis quidem equo desultorio, semel curru, et curru quidem demum Olymp. 78. (v. ad Olymp. I.). Nec magis potest Pythium haberi; Pythia enim Hiero curru equestri semel tantum vicisse videtur Olymp. 76, 3. eoque tempore non Syracusis, sed Aetnae coronae honorem tribuit (v. ad Pyth. I.), quod alienum ab hac et victoria et oda. Quodsi quis Scholiastarum nugas, quas ad vs. 57 sqq. refutamus, adoptaverit, possit is ex Hyporchemate Hieroni scripto, cuius Fragmenta supersunt (Fragm. 1 — 3.), colligere Pythiam hanc odam esse, quia illud Hyporchema, quod una cum hoc carmine missum esse in Scholiis perhibetur, Pythiae victoriae celebrandae scriptum est; sed is errorem erraverit manifestum. Nam hocce carmen equestrem victoriam denunciat, ut paulo ante dixi; Hyporchema autem illud mulabus partum decus celebrat. Praeterea recte Gedikius monuit, hanc victoriam *pullis equinis*, non equis perfectis paratam esse; non quod πώλους appellet poeta, sed quod de *domitis et formatis tenera manu* Dianae ope dicit, vs. 7. Ἀρτέμιδος, ἃς οὐκ ἄτερ κείνας ἀγαναῖσιν ἐν χερσὶ ποικιλανίους ἐδάμασσε πώλους: at in Olympiis et Pythiis pullorum (πώλων) cursum longo post Hieronem tempore receptum esse docet Pausanias V, 8, 3. X, 7, 3. Quapropter, ne de Nemeis dicam, Gedikius Isthmium putavit carmen esse, quod vs. 9 — 12. iunctim nominentur Diana ἰοχέαιρα et Mercurius ἐναγώνιος et Neptunus, coniuncti vero in urbe Corinthi reperiantur et Mercurius ac Neptunus, et Mercurius atque Diana θηρεύουσα (Pausan. II, 3, 4. et 5.): sed neque haec argumenta sufficiunt, neque illorum deorum Corinthi statuas constat antiquas fuisse; atque apud Pindarum Diana appellatur quod Ortygiae colitur, Mercurius quod ludis quibuscunque praeest, Neptunus quod equester est deus. Denique Isthmia curru Hieronem arbitror numquam vicisse: quodsi eum in Isthmiis curulem victoriam retulisse ex Hieronicarum catalogis constitisset, in tot veterum de hoc carmine coniecturis quidni hanc quoque aliquis propositurus fuerit, Isthmiam hanc odam esse? Equidem in re tam obscura nolui quidquam pro certo definire, ideoque supra in Indice carminum incertis in ludis victoriam paratam dixi; attamen vix credibile est, victoriae locum non significatum esse: quod prorsus absonum. At ubi, ais, significatus est? Nempe in ipso initio: ὔμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν φέρων μέλος ἔρχομαι ἀγγελίαν τετραορίας ἑλελίχθονος. *Thebis*, inquit, *affero carmen victoriam quadrigarum nuncians*; neque addidit quibus ludis partam victoriam nunciet: unde quidem apertum est, ibi partam esse, unde nuncius affertur, hoc est *Thebis*. Si alibi contigisset victoria, quam Thebis versans poeta nunciat, locus accuratius designandus erat: nunc quum nihil adiectum de loco sit, ubi victor Hiero extiterit, ibi eum vicisse intelligitur, unde victoria nunciatur. Mirum sane omnes interpretes et veteres et novos latuisse rem simplicissimam; sed obversabatur animis Pindarus Thebanus: de ludis Thebanis nemo cogitabat. Atqui si meam explicationem secutus fueris, verba λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν, quae non sine causa in ipso introitu posita ideoque maxime insignia sunt, multo graviorem continent sententiam, quam ubi nihil inesse censeas nisi hoc, a Pindaro Thebis versante afferri carmen: neve dubites curulia Thebis certamina celebrata esse, in mentem revoco curruum Thebanorum laudem et curulia Thebanorum studia (Introd. ad Olymp. IV. et Explicatt. ad Olymp. VI, 82 sqq.), imprimis vero hippodromum Thebanum ap. Pau-

www.libtool.com.cn
san. IX, 23, 2. Est autem hic ipse prope stadium Iolai curruum peritia insignis herois: unde mihi apertum iam videtur, ex Iolaiis s. Heracleis (v. ad Olymp. VII, 77 sqq.) hanc esse victoriam reportatam. His expositis possem de fine carminis uberius dicere, nisi commodius visum esset, singula suis locis interpretationi interponere: hoc loco pauca tantum sub uno conspectu ponam, quorum aliqua pars non repetetur in carmine explicando. Etenim siquis hoc carmen vel leviter attigerit, hoc statim intelliget, non ideo id scriptum esse, ut victoria celebraretur nuperrime parta: nihil enim inest de victoria nisi *nuncius* vs. 1 sqq. tum statim ad alia transitur. Igitur ut ibi notavi, ante pompam Syracusas reducem scriptum carmen est, et transmissum quidem privata navi forte ex Graecia Syracusas proficiscente, quod significavi ad vs. 67. Num igitur Pindarus hoc carmen festinavit, ut primus Hieroni victoriae nuncium afferret? In re tam levi ita ambitiosum Pindarum fuisse vix crediderim. Immo victoriae nuncius praetextui sumitur; alia fuit scribendi causa. Flagrabat tum, ut monui, Theronem inter et Hieronem simultas ob Polyzelum, et ipse Pindarus cum illis in suspicionem adductus apud Hieronem erat: iam commoda occasione oblata consilia dare Hieroni voluit in re gravissima neque ullam moram patiente. Quod perfecit pulcherrime. Finis igitur poetae summus erat, ut bellum cum Therone et Polyzelo, ut nuptias, quas Hiero sibi parare vi et fraude conabatur, dissuaderet, simul ut eos, qui Theronis ac Polyzeli partes et ipsum poetam calumniabantur, Hieroni ipsi redderet suspectos: quod et ipsum ad dissuadendum bellum pertinet, quoniam istorum hominum malis artibus aucta simultas erat: simul Locrensium gratos animos commemorans, qui pro exemplo Hieroni propositi sunt, id quoque effecit, ut laudem ob liberatos Locros intexuerit. Res ipsas unde tam accurate noverit poeta, miretur aliquis; ego non miror. Versabantur Thebis, qui Hieronis currum eo deduxerant: atque etiam a Thrasydaeo Theronis filio monitum Pindarum esse, non improbabile est, ut infra dixi. Denique frequentissimus ex Graecia in Siciliam, ex Sicilia in Graeciam commeatus fuit.

Vs. 1 — 12. *Syracusis Marti studentibus ego*, poeta Syracusas per poesin adiens, *hoc carmen apporto ex Thebarum urbe, nuncium victoriae curulis, qua Hiero Ortygiae coronam paravit, sedi Dianae, quae, ubi Hiero equos currui iungit, una cum Mercurio ludorum praeside equis illis ornamenta splendida imponit.* Militarem potentiam Syracusarum inde a Gelone maximam fuisse ex Herodoto (VII, 158.), Thucydide (I, 14. qui Syracusas et Agrigentum maxime spectat), aliis constat; comprobata autem nuperis bellis erat et praecipue clade Carthaginiensium ac sociorum Olymp. 75, 1. (v. ad Olymp. II.). Schol. etiam de Tyrrhenis loquitur; sed ipsa eius verba docent, non bellum Cumanum ab eo intelligi, sed Siciliae Olymp. 75, 1. invasionem. Deinde militaris Syracusarum potentia nunc eo aptius effertur, quod hac deterritus Anaxilaus a Locris domandis erat (vs. 18 sqq.); postremo, quod maximum est, Syracusae tum armis personabant, ut re vera essent τέμενος Ἄρεος: nam bellum in Theronem parabatur. Vide ad Olymp. II. Itaque poeta aptissime statim ab eo orditur, quod cum ipsius consilio coniunctissimum erat, a rebus bellicis: a bello enim dehortari Hieronem vult. Atque omnino in hoc carmine pleraque omnia ad unum finem esse pulcherrime attemperata ex iis, quae deinceps dicentur, intelliges. *Nuncium* victoriae hoc carmine afferri nota unde patet id ante reditum pompae privatim missum esse. *Ortygiam*, tyrannidis sedem, Dianae sacram esse patet etiam ex Nem. I, 3. et Arethusae quoque mentione facta exponit Diodorus V, 3. templum Dianae celebre in Ortygia memorat Cic. Verr. act. II, lib. IV, 53. adde Dorvill. Sic. p. 196. Ἄρτεμιν

www.libtool.com.cn
ποταμίαν sunt qui ideo vocatam putent, quod apud Anapum flumen Syracusanum sit: mihi magis placet esse Ἀλφειώαν prope Arethusam in Ortygia insula (v. Schol. et nott.): Ἀλφειῶσαν, Ἀλφειοῦσαν, Ἀλφειονίαν in Elide cultam Dianam hanc appellant Strabo et Athenaeus: v. Athen. VIII, p. 346. B. ibique Casaub. Et Alpheoa quidem Elidis Diana eadem est quae Ἐλαφιαία (v. Pausan. l. c. ad Schol.) ac proinde ἰοχέαιρα. Cf. etiam ad Nem. I, 1 sqq. Haec igitur Hieroni favet ob Ortygium cultum, et potest curulem praebere victoriam, quippe ἱπποσόα Olymp. III, 27. θοᾶν ἵππων ἐλάτειρα Fragm. Prosod. 2. Homero χρυσήνιος; cf. Callim. H. in Dian. 111. et passim. Adde Schol. Nem. I, 1. ubi hic quoque locus citatur. Λίγλήεις κόσμος non corona est, sed equorum ornamenta, quales phalerae sunt; quod orationis progressus docet: „*Non sine Diana illos pullos Hiero domuit: nam ipsa haec cum Mercurio, ubi Hiero equos curru iungit, imponit ornamenta, fraena, phaleras.*" Structura haec est: ὅτε Ἱέρων καταζευγνύῃ σθένος ἵππιον εἰς δίφρον ἅρματά τε: δίφρος est *sella currui imposita*, ἅρματα sunt *cetera currus instrumenta*; regitur autem currus habenis, quod iis equi reguntur. Πειθισιχάλινος, *habenis obediens*, passive, ut πειθάνορα πῶλον ap. Aeschyl. Agam. 1631.

Vs. 13 — 24. *Alium quidem regum alius laudat virtutis eius et meritorum causa, ut Cinyram Cyprii, Veneris sacerdotem, Apollinis delicias; nempe ad canendum provocat homines gratia pro meritis habenda: sic igitur te, Hiero, Locrenses virgines celebrant a te servatae et Anaxilai metu liberatae. Hoc est illud, quod Ixion rotae circumactae illigatus occinit mortalibus: ut benefactorem meminerint praemiis remunerari.* De Cinyra rege miti et utilibus inventis, ut fama ferebat, de Cypriis bene merito varias traditiones collegit Meurs. Cypr. II, 9. cf. Heyn. ad Apollod. III, 14, 3. Vetustissima eius memoria Iliad. λ, 20. Cinyram autem hunc probabile est in maioribus Hieronis esse habitum, indeque etiam Apollinis cultum Triopiis huius familiae sacris adhaesisse: cf. ad Schol. p. 314 sq. quod si verum est, Cinyrae mentio per se haud incommoda etiam commodior videtur. Per se haud incommodam dixi: mitis enim hominis exemplum Hieroni proponere poeta voluit, ut eum ad benefaciendum hortaretur et a saevitia retraheret. De verbis ἄγει χάρις etc. cf. nott. critt. et contra disputantem Thierschium Act. philol. Monac. T. II. F. II. p. 277 sq. Alio sensu ἐξάγει χάρις est ap. Eurip. Suppl. 79. De Locrensium rebus v. introd. Πρὸ δόμων, aut *in viis locisque publicis*, ubi virgines Parthenia canant et choreas agant, aut *pro foribus*, ubi sedentes puellae vespertinis sese cantilenis oblectent, quod illi aetati et moribus Locrensium incorruptis non male convenit; etsi Athenis et in Ionia, ubi luxus et licentia effecit, ut honestae mulieres raro extra gynaeconitin conspicerentur, hoc factum non fuerit. Num musicae apud Locrenses Epizephyrios studium huc pertineat, vide ad Olymp. X, 1 sqq. Illud apertius, virgines poetam maluisse appellare quam iuvenes vel feminas maritatas, quia virginibus maius ab hoste periculum imminet et tanto maior metus est, quo sunt teneriores. Simul pulchrior offertur species virginum cantantium; itaque hoc magis poeticum. Dein θεῶν ἐφετμαῖς iunge verbo λέγειν. Simile praeceptum apud inferos dat Ixionis parens Phlegyas (Virg. Aen. VI, 621.): *Discite iustitiam moniti, et non temnere divos:* quod nunc obsoletum; aegre enim ferunt potentes moniti. De Ixione eiusque rota v. Schol. c. nott. et Valck. ad Schol. Phoeniss. l. c. ubi et Schol. Lucian. confertur, item intt. Hygin. Fab. 59. Meziriac. ad Ovid. Heroid. T. I. p. 151 sqq. Misc. Obss. Vol. I. p. 269.

Vs. 25 — 48. *Id vero Ixion apertissime expertus est, qui a diis beatus factus non potuit felicitatem ferre, sed prae superbia in summam incidit calamitatem, quod primus caedem in familia intestinam ausus est, Iovisque uxorem appetivit. Sed cum nube con-*

www.libtool.com.cn

cubuit, quam ei Iuppiter supposuerat; et ipse quidem supplicium in rota luendum sibi contraxit, qui vero ex illo genitus est Centaurus, is neque apud deos neque apud homines honore gavisus cum equabus Magnesiis consuescens mixtam ex humana et equina forma prolem procreavit. Poeta quomodo ad Ixionis res delatus sit, liquet ex vs. 21 — 24. sed cur de illo nunc per viginti versus hanc rem narret, nemo quantum scio perspexit; unus et alter satius duxit de incommoda digressione conqueri. Tres ob causas Pindarus in hac oda, quam ad Olymp. 75, 4. revocavi, de Ixionis moribus disputavit, primum ob *superbiam* Ixionis, a qua dehortari Hieronem vult, ut Olymp. I. simillimo Tantali exemplo: violentum enim Hieronem fuisse et ad Olymp. I. et ad Pyth. I. notavi: deinde quod primus Ixion *necessitudine coniunctum socerum necavit, idque artibus, ἐμφύλιον αἷμα πρώτιστος οὐκ ἄτερ τέχνας ἐπέμιξε θνατοῖς*; postremo quod Iovis uxore tentata *ingrato animo connubium scelestum sibi expetivit (ξυνὰς παρατρόπους* vs. 35.), *unde dira et infausta processerit proles.* Nempe ea aetate ipsi tyranni patiebantur, ut a poetis deorum ministris et interpretibus sanctis tecte et modeste officiorum admonerentur; quod fit fabulis promendis, quae quomodo rei aptatae sint, non magis explicatur, quam ab artificibus operibus allegoricis commentarius subscribitur, sed audientibus et legentibus relinquitur, ut quid quaeque significent, inveniant. Hinc huius loci intelligentia pendet. Etenim Hiero illo tempore fratri Polyzelo, a quo ut exercitus duce adiuvabatur, infensus, ingrata eum et impia mente periculis obiecit, ut tutius ipse dominaretur (v. ad Olymp. II.), quemadmodum socerum Deioneum Ixion opertae scrobi illapsum cremaverat. Neque vero solum id Hieronis consilium habuisse videtur, ut periret Polyzelus; immo probabile est Hieronem, qui tum sine uxore erat, Polyzeli coniugem Damaretam Theronis filiam concupivisse: quam Gelo Polyzelo reliquerat cum exercitu, eo fine haud dubie, ut si maior frater Hiero, cui interim tyrannis competebat, filio imperium aliquando reddere detrectaret, Polyzelus tutor et vitricus exercitus viribus Gelonis id filio recuperaret. Iam quid magis consentaneum, quam Hieronem firmandae tyrannidi Gelonis olim matrimonium appetivisse, ut una cum Damareta etiam filium Gelonis infantem in potestate haberet? Accedit quod Theronis affinitate pollebat, qui Damaretam uxorem haberet. Postremo quum Polyzelus ad Theronem transfugisset, illis bellum minitabatur Hiero. Vide de his rebus omnibus introd. ad Olymp. II. Illas igitur res poeta tectius significat, ita tamen ut et Hiero et familiares perspicere satis potuerint; neque res eventum habuit, sed Polyzelus servatus est et Damaretam retinuit, aliamque Hiero uxorem duxit Theronis propinquam: priusquam tamen res compositae erant, Pindarus haec scripsit, monitus fortasse a Thrasydaeo Theronis filio et Polyzeli Pindarique familiari (v. ad Olymp. II.). Iam opinor quam commode, quam pulchre, quam artificiose haec omnia composita sint, intelligi potest. Nam si universum locum vs. 12—52. attente legeris, hunc videbis horum dictorum sensum esse: *Beneficia beneficiis remuneranda sunt; ita Cinyrae gratia habetur a Cypriis, tibi a Locrensibus: hoc tu quoque tene. Polyzelo gratias refer et abstine te ab impiis conatibus: mites homines civium fama praedicat, ut Cypriorum Cinyram: superbi (ὑψίφρονες* vs. 51.) *a diis deprimuntur.* Sic Hieronem Pindarus revocat a bello Theroni et Polyzelo inferendo: nec mireberis his lyricum negotiis immisceri, quum in eadem re docuerim Simonidem versatum esse. Addam nunc singula. Vs. 25. *Κρονίδαις* maxime Iovem significat Ixionis benefactorem, ita tamen ut familia eius et soror simul respiciantur, in quarum consortionem a Iove receptus Ixion erat. Omnino enim spernenda illorum pinguis doctrina, qui pluralem in huiusmodi dictionibus pro singulari dictum tradunt: quod nego fieri posse. Sed

www.libtool.com.cn
Graeci quod de uno eloquendum putes, solent ad familiam vel gentem transferre, quia arctior apud Graecos eorum, qui in familia vel gente sunt, nexus est, pluriumque apud illos gentiliciae societati et familiarum rationi tributum est. Ita Olymp. IX, 60. *Κρονίδαι* dicuntur, ubi Iovem exspectes: neque aliter intelligendum fragmentum Dithyr. 3. vs. 11. de Baccho: *γονον ὑπάτων μὲν πατέρων μελπέμεν γυναικων τε Καδμείαν*, ubi *prolem* accipe *summae a patre gentis* et *Cadmeae a matre stirpis*. Addo Isthm. VII, 35. *Διὸς παρ' ἀδελφεοῖσιν*, qua formula etsi Neptunus significatur, eius tamen sensus proprie hic est: *cum uno ex Iovis fratribus*. Eodem pertinet *ὀλβίων Δαρδανιδᾶν* Fragm. Encom. 3. *Ἐπειρᾶτο* est *ἐπέρα*, ut notat Schol. et Thom. M. v. *πειρῶ*: *πειρῶμαι δὲ ἐπιτοπολὺ μὲν τὸ ἀπόπειραν ποιοῦμαι, ἅπαξ δὲ καὶ τὸ συνιένω* (quod vulgo *πειρῶ*), *ὡς παρὰ Πινδάρῳ· ἀμφότερα γενικῆ*: Pindarus tamen accusativo iunxit. Quid sit *συννεύσειν*, docent intt. Thom. rem in colloquio Iovis et Iunonis de Ixione graphice describit Lucian. T. I. p. 216 sqq. Vs. 28. *ἄτη ὑπερήφανος* est *culpa insolentiae plena*. Vs. 30. *ἐξαίρετον μόχθον* intellige *insignem et solius Ixionis in poenam excogitatum*. *Τελέθοντι φερέπονοι*, causa laborum sunt, quos apud inferos perpetitur. Sententiam *χρὴ δὲ καθ' αὐτὸν* usque ad verba *ἔβαλον* recitat Schol. Aeschyl. Prometh. 889. ad Aeschyli vetus verbum: *τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν· ἀριστεύει μακρῷ*. Ceterum ex Thierschii canone in Actis Philol. Monac. proposito, qui mihi probabilis est, scribendum erit *κατ' αὐτόν*. *Κακότατ' ἄθρ.* infortunium ingens, ut *ἀτλάτα κακότας* Fragm. inc. 68. In lectione *ποτὶ κοῖτον ἵκ.* superesse difficultatem notavi in nott. critt. neque, etsi Pindaro in Fragmentis iudice *οὔ τις ἑκὼν κακὸν εὕρατο*, spernenda Bothii coniectura *βαλόν ποτε καὶ τὸν ἑκόντ'*, etiam mihi post Bothium oblata. Vs. 38. *πρέπεν* est *ὁμοία ἦν*; cf. Hesych. v. *πρέπον* et intt. *Τετράκνημον δεσμὸν ἔπραξε, rotam quattuor radiorum sibi comparavit*, in quibus manus et pedes illigati; cf. Pyth. IV, 214. *Χαλκείων δεσμῶν* Ixionis meminit Apollon. Rhod. III, 62. *Πολύκοινος ἀγγελία* est *quae ad omnes pervenit*, nemini non nota est. Vs. 42. *ἄνευ Χαρίτων, sine Gratiis, Gratiis absentibus* peperit nubes Ixioni prolem; ita ut qui genitus ex eo concubitu sit, is fuerit *γόνος ἄχαρις*. Nam falluntur meo iudicio, qui *sine concubitu*, *ἔξω συνουσίας* natum intelligunt, in his Plutarchus Amator. 5. qui memoriae lapsu ex hoc loco haec affert: *χάρις γὰρ οὖν, ὦ Πρωτόγενες, ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄῤῥενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν· ὡς καὶ Πίνδαρος ἔφη τὸν Ἥφαιστον ἄνευ χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενίσθαι*: quamquam Vulcanus ex Iunone *χωρὶς εὐνῆς* natus est (Apollod. I, 3, 5. et ibi Heyn.). Addit Plutarchus etiam Sapphonis verba ap. Schol. obvia; et sane *χάριν* et *χαρίζεσθαι* illo sensu dici nemo ignorat. *Μόνα καὶ μόνον, sola illa tale monstrum prorsus singulare* edidit, praeter illam nulla ullum similem: tres illas voculas poeta Christianus ex Pindaro mutuatus Mariae et Christo accommodavit, ut coniicere licet ex Eustath. ad Iliad. *η*, p. 675. 49. Natus igitur *Centaurus* est, monstrum horrendum, non tamen equinâ formâ, ut Hippocentauri, qui tandem in Ixionis patria ex Centauro et equabus nati auctore Pindaro sunt. Magnetem enim Centaurum hunc fuisse recte ex Pindarico interprete (v. Praef. Schol. T. II. p. XXIX.) notat Eustath. ad Iliad. *β*, p. 338. med. cf. ad Iliad. *α*, p. 102. med. ubi ineptum extat etymon Centauri *ἀπὸ τοῦ κεντεῖν αὖραν*. Is autem Centaurus plane monstruosus ideoque invisus, quoniam neque apud homines neque apud deos honorem habuit, coactus est equarum amoribus uti. De *Παλίου σφυροῖς* Eustath. ad Dionys. 809. *τὸ δὲ πόδας Ἴδης ἐξ Ὁμήρου λαφθὶν Πινδάρῳ μὲν δέδωκεν ἀφορμὴν σφυρὰ ὄρους εἰπεῖν, τῷ δὲ Λυκόφρονι πτέρναν πύργου καὶ ἄλλοις κνημοὺς ὄρους*. Locum de genitis Hippocentauris vitiatum recitat Galenus de us. part. III. T. I. p. 392. Basil. fabulamque de Ixione ex Pindaro narrat

www.libtool.com.cn

Tzetz. Chil. VII. 20. coll. IX, 403. 484. et Schol. ad Odyss. φ, 304. Singulare est quod Schol. Ven. Iliad. α, 266. habet: τινὲς δὲ δουλίδι Ἰξίονα μιγῆναι, ἅμα δὲ καὶ Πήγασον τὸν πτερωτὸν κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα· ἐξ ὧν γενέσθαι Κένταυρον, ἀφ' οὗ πολὺ πλῆθος γίνεται.

Vs. 49 — 56. Pergit poeta in dehortando a superbia et malis artibus Hierone *Deus, qui Ixionem ob impiam libidinem punivit, qui nebula obiecta scelestum eius animum exploravit et fraudem in eius perniciem direxit, ut illam rem, sic omnia perficit optato et pro voluntate, qui aquilam consequitur volantem, et delphinum celeritate superat.* Ille igitur etiam maleficos poenae tradit et cito rerum conversionem adducit; *insolentes deprimit, alios gloria ornat.* Omnia Hieronis et Polyzeli Theronisque rebus aptata esse non est quod dubitem. Addit poeta, *se devitare calumniatoris famam velle;* quod et alibi dicit, ubi de diis agit (Olymp. I, 52.), et ubi de Neoptolemo (Nem. VII. extr.): sed in Ixione, homine nequissimo, vix dixeris opprobriis parcendum esse. Itaque aliud latere mihi persuasi. Schol. quidem haec adversus Bacchylidem Pindari calumniatorem prolata putat; sed de sui calumniatoribus poeta demum vs. 73 sqq. agit, nec commode de eadem re omnino invidiosa bis dixerit. Concedo oblique hoc quoque Pindarum significare, nolle sese calumniari, ut istos, qui ipsum et Polyzelum maxime ac Theronem Hieroni suspectos reddiderint et reddant: quod qui fecerint ignoramus, nec de Capye et Hippocrate cogitandum, quorum perfidia tum nondum patefacta erat (v. ad Olymp. II.); suspectos tamen Pindarum, Polyzelum, Theronem redditos esse non dubito: at haec non summa huius sententiae est, sed debet aliud inesse, in quo nexus huius loci et priorum de Ixione dictorum positus fuerit. Quod ipsum tenebis, ubi loci tenorem hunc esse statueris, ut poeta invidiam declinet in Hierone a rebus haud sane honorificis dehortando; de quibus vitandis etsi Ixionis exemplo eum monuit, tamen haec ita accipi vult, non ut ex animo calumniis gaudente profecta putentur, sed ex sincera mente: *Non tibi haec exprobro nec malevolos de te rumores spargere cupio, ut aliquis Archilochus, cuius adversam fortunam non expeto; etenim sapiens ille quidem fuit, sed ob maledicentiam inops: mihi vero opes bene servatae,* quae sine virtute contingere nequeunt, *a sapiente non alienae esse atque adeo ad summam pertinere sapientiam videntur. Itaque quamvis tibi monitor adsim, tamen procul absum a calumniis; laudes tuae mihi canendae sunt, ad quas iam convertor.* Quod si quis paulo insolentius nec satis urbane dictum arbitretur, meminerit poetam neque tam pinguibus verbis uti, quam me interpretem aperte pronunciantem, quae ille de industria texerit, nec nostrorum aulicorum unum esse, qui ipse vs. 86. profiteatur: ἓν πάντα δὲ νόμον εὐθυγλωσσος ἀνὴρ προφέρει, παυὰ τυραννίδι etc. Vs. 49. τέκμαρ est *eventus:* in re nota apponam tamen verba Aristot. Rhet. I, 2. τὸ γὰρ τέκμαρ καὶ πέρας ταὐτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. Verba ὃ καὶ πτ. usque ad δελφῖνα laudat Suid. v. ἰσχύων, ubi est ὃς et ἀετόν: ἄετὸν etiam Schol. Sophocl. Electr. 698. hunc locum Sophocleo comparans. Vs. 53. ἀδινὸν explico *vehemens, molestum,* a quo non multum abest neque τὸ πυκνὸν neque τὸ οἰκτρὸν, quibus vocabulis grammatici in ea voce exponenda utuntur; de eadem eximie disputat Buttmannus Lexilog. p. 204 sqq. Etym. M. v. δάκος male habet ἄδεινον et κακηγορίαν. Δάκος ipsum de *belua* explicat Etym. ex quo sua habet Zonar. p. 469. sed praestat *morsum* intelligere: *abstineam ego ne sese molesto calumniarum,* ἀπὸ τοῦ δάκνειν. Quodsi δάκος *beluam* verteris, incommode, immo inepte poeta *beluam sese fugere* dicet, quum id fugiat, quod beluae est, morsum; hoc est, quum *eo uti nolit.* Locum de Archilocho affert Schol. Aristoph. Pac. 1296. Πιαινόμενον per oxymoron dictum est: *qui criminationibus sese di-*

www.libtool.com.cn

... *e fumelicus vixit.* De cetera sententia v. nott. critt. ... prorsus indigna videntur, quod *σὺν τύχᾳ πότμου* ... qui vir bonus sit. Adde quod Pindarus Archi- ... vult: *ille sua sapientia inopiam sibi contraxit; ego id* ... *esse, ut divitiis ornatus sit easque servare queat.* Non ... iungi possit, optimam prodire sententiam: sed ipsum ... oppositum est, ideoque ad *sapientiae copiam* referri meo ... um adeo remotum *σοφίας* a verbo *πλουτεῖν* suspensum ... quisquam persuadebit, quale est Olymp. I, 93 — 95. *τὸ δὲ* ... *τὰν Ὀλ. ἐν δρ. Πέλοπος,* quod aliter explicandum docuit ... 95. *μεταβολαὶ λήξαντος οὔρου ἰστίων,* in quo nulla est ... ursus contra hoc loco vix ullus audientium verba *πλουτεῖν σο-* ... potuerit perspicere. Quodsi poetae licuit verba ita ad arbi- ... ne de nobis dicam, ipsi aequales de sensu hariolari debuerint,

Hiero quo magis, quae antea dicta sunt, offendere animum pote- ... tius delinitur et laudatur, ut durius pronunciata emolliantur et mi- ... ille de fortunae suae magnitudine admonetur: in quo etiam hoc inest, ... iam assecutus sit, alia quaerat eaque via non honesta. *Tu vero,* ... *quae liberali mente promantur: te nullus per Graeciam potentia et* ... *praestantior. Te praedicaturus profero duo haec pulcherrima dicta: iu-* ... *patrocinari bellicam virtutem, qua immensam parasti gloriam; provectioris* ... *prudentissima cuiusvis de te laudis tutam materiam praebere. Accipe hanc* ... *virtute tua provocatam. Transmitto tibi hoc carmen tanquam mer-* ... *tum; tu vero id mente specta benevola, citharae oblectamentis hunc honorem* ... De liberalitate Hieronis non extra dubitationem posita v. ad Pyth. I, 89 sqq. ... *τὸν πλοῦτον,* ex praecedenti *πλουτεῖν. Εὐστεφάνων ἀγυιᾶν,* Syracu- ... Aetna enim nondum condita erat: neque vero ob coronas victoriales vici ur- ... *εὐστέφανοι* dicuntur, sed recte id vocabulum ad moenia Schol. refert. Hesychio ... *εὐστέφανος* est *εὔπυργος*: ubi cf. intt. et passim *στέφανος* est de moenibus, ut ap. Pind. Olymp. VIII, 32. De potentia Hieronis summa cf. plane similia Pyth. I, 48 sq. et Olymp. I, 104. *Εὐανθέα στόλον* de navigatione desumptum esse notat Schol. cf. nos ad Olymp. XIII, 45 sqq. *Ἀναβάσομαι* pro futuro habeo, non pro coniunctivo, de quo v. Act. philol. Mon. T. I. F. II. p. 211. Mox verba *νεότατι μὲν ἀρήγει θρά-* *σος δεινῶν πολέμων* per sententiam prolata sunt, quae deinceps Hieroni applicatur: *ἄμυνεν (ἐκ πολέμων,* sub Gelone) *φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπ. δόξ. εὐρ.* At consilia quoque, quibus senes valent, inquit, in te omni ratione laudando *orationem meam tutam prae-* *stant,* ut praedicare te sine periculo mendacii queam: *βουλαὶ δὲ πρεσβύτεραι τὸ ἔπος* *παρέχουσιν ἐμοὶ ἀκίνδυνον ὥστε ἐπαινεῖν σε πρὸς πάντα λόγον.* In Pal. C. esse *ποτὶ* *πάντα* recte conieci in nott. critt. Sequentia non alio fine dicta sunt, nisi ut carmen minus gratam admonitionem continens benevolentiae Hieronis commendetur: quod facturus poeta a salute dicenda orditur, quo defertur spectata Hieronis virtute; ipsam vero carminis commendationem involucris verborum quibusdam lyrico more profert. Simillimus locus est Nem. VII, 73. *χαῖρε, φίλος. ἐγὼ τόδε τοι πέμπω μεμιγμένον μέλι* *λευκῷ σὺν γάλακτι*; minus simile Isthm. I, 32. *Χαῖρε* Latinorum et *Vale* et *Salve* est; neutrius tamen formulae notionem exclusa altera id continet, sed est omnino bene precantis in salutatione et valedicendo. Itaque *χαίρειν* epistolis praemittitur (v. si

www.libtool.com.cn

tanti est, Menag. ad Diog. L. III, 61.); idem vero discedenti dicitur. Schol. Odyss. ν, 39. οἱ παλαιοὶ καὶ ἐν τῷ ἀφίστασθαι τὸ χαῖρε ἔλεγον, ὥσπερ τὸ σώζου νῦν φαμεν. Optime hoc loco contuleris Latinum *Macte virtute.* Declarat autem poeta carmen hoc transmitti κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν, *ad instar mercis;* ut enim merx, ita carmen hoc privata navi apportatur: merx vero *Phoenicia* audit, quia Phoenices mercaturae auctores. Nota autem quod dixi *privata navi* apportatum carmen esse; in quo omnis cum merce comparatio inest: nam si cum pompa Hieronis redeunte missum esset, non poterat mercis instar transmissum dici. Et ex universo carmine patet pompae hoc carmen scriptum non esse: immo id ante reditum pompae scriptum esse, initium docet: nuncium enim hoc carmen affert de victoria. Et transmissum quidem carmen esse, etsi id Hiero sciebat, tamen dicit poeta, ut inde sibi ad commendationem odae viam pararet. Sed τὸ *Καστόρειον* ab hocce carmine diversum Scholiastae esse arbitrantur, atque hoc ipsum carmen Pyth. II. mercede conductum Pindarum scripsisse perhibent, alterum vero gratis compositum simul misisse. Et istud alterum quidem Schol. Pal. C. periisse satis inepte affirmat, alter autem Schol. Hyporchema illud esse censet, cuius initium Σύνες ὅ τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ, κτίστορ Αἴτνας: v. Fragm. Hyporch. 1. Nempe interpres putabat *Καστόρειον* et ὑπόρχημα idem esse; sed *Καστόρειον* de certo quodam genere musicae compositionis et carminis *curulibus equestribusque rebus* iuncti intelligendum docui Metr. Pind. III, 15. p. 276. ut taceam Hyporchema illud hoc carmine posterius esse. Addam unum argumentum certissimum, quo constet hanc odam et Hyporchema illud non esse simul missa. Etenim Hyporchema, de quo dicimus, si esset simul cum hac oda missum, eidem id haud dubie victoriae celebrandae inservisset: at haec oda refertur ad victoriam quadrigis equorum pullorum partam, Hyporchema illud celebrat Pythiam victoriam rheda mulari paratam. Vide Fragm. Hyporch. 1 — 3. Praeterea si κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν ad mercenarium carmen referendum esset, quis non videt non hocce ipsum, quo alterum commendaretur, potuisse istud mercenarium esse, sed alterum illud debuisse pro mercenario haberi, quod hoc gratis mittendo poeta commendaret? Quamquam taedet Scholiastarum has refutare sordes, numquam non de mercenario poeta cogitantium. His igitur rebus explosis recentiorum interpretum accedo sententiae, qui *Καστόρειον* de hocce ipso, in quo versamur, carmine intelligunt: quod statuenti duplex suppetit interpretatio. Altera est Hermanni de dial. Pind. p. 20. „Hoc carmen, id est, ipsa carminis verba, Tyriae mercis modo, id est, navi tibi mittitur; ipsum vero chori ingressum, carmen hoc Aeolicis fidibus canentis, benigne accipias." At *Καστόρειον* non solum chori ingressum, sed *universum carmen*, tam verba quam musicos modos et saltationis figuras comprehendere, veterum ex locis affatim liquet; atque etiamsi verba excluseris, *μέλος* tamen a *Καστορείου* notione seiungi nequit, ut proinde τόδε *μέλος* non potuerit *Καστορείῳ* opponi. Relinquitur altera explicatio, quam unice veram iudico. Nempe τὸ *Καστόρειον* nihil aliud est nisi αὐτὸ τοῦτο τὸ *μέλος Καστόρειον* ὄν: neque *μὲν* et *δὲ* oppositionem declarat, sed connectendae utrique sententiae inservit, ita quidem, ut illud *μὲν* et *δὲ* non sola verba τόδε et τὸ *Καστόρειον* afficiat, sed integras sententias: πέμπεται *μὲν* τόδε *μέλος* ὑπὲρ ἁλὸς, ἄθρησον *δὲ* τὸ *Καστόρειον* ἐκών. Ex qua interpretatione τὸ *Καστόρειον*, quod abesse poterat, accuratioris definitionis causa additum censendum est. De *Αἰολίδεσσι χορδαῖς* cf. Metr. Pind. l. c. *Χάριν ἐ*πταχτύπου φόρμιγγος non est *donum citharae;* sed iungendum ἀντόμενος *χάριν ἑπτ. φόρμ. hunc honorem habens citharae, ut ipse eius causa carmini cantando adsis eoque delecteris.* Ita poeta Hieronem hortatur, ut musicae sese deliniendum praebeat (cf. ad Pyth. I, 13.),

www.libtool.com.cn
idque eo aptius, quod Hieroni praecepta dantur, quibus illum sese subtrahere, quae ab illo ut iniucunda declinari poeta nolit.

Vs. 72. Hoc in obscurissimo loco tum propter fluctuantem lectionem tum quod res ipsae haud satis cognitae sunt, interpretis munere vix recte defungaris. Soleo vero primum investigare, quomodo quaeque sententia si non disertis verbis, at certe in poetae mente prioribus connexa sit, quoniam a novo plane initio ne lyricus quidem identidem incipere potest, sed omnia saltem in animo scribentis debent aliqua ratione coniuncta esse. Iam vero intelligere mihi videor, vs. 67 — 71. inde a voce *χαῖρε* interpositos esse, ut poeta virtutibus Hieronis excitatus hunc salutaret, atque inde ad carmen commendandum progrederetur; sed vs. 73 sqq. Hieronem monet, ne se adulatoribus deludendum praebeat; igitur vs. 72. debet coniunctioni utriusque orationis inservire. Sic spectata re ad eam delapsus expositionem sum, quam nott. critt. p. 448 sqq. proposui; multa tamen supersunt, quae his tum commentariis relinquenda censebam. Et primum quidem quae Schol. de Bacchylide habet, aliena esse nemo non intelligit; probabiliora attulit Huschkius, vir elegantissimus et acutissimus, in Comm. de Archilochi fabula de Vulpe et Simia (Matth. Misc. philol. T. I. p. 28 sqq.), quibus mihi quamvis invito nondum plane persuasum esse fateor; quae tamen deinceps dicam, nolim in detrimentum cuiusquam dicta accipi. Huius igitur viri, ut potissima paucis complectar, haec fere sententia est. „Pindarus et hoc loco et in sqq. Archilochi illam, quam dixi, fabulam respicit; ipsum enim Archilochum poeta vs. 55. memorat, item vulpem vs. 77, 78. ubi *κερδοῖ* legendum, et simiam hoc ipso loco, in quo *γένοι᾽ οἷός ἐσσι* est: *bonae indoli obsequium praesta*, et spretis istis adulatoribus et calumniatoribus *sis qualis a natura factus es;* vel ut cum Cicerone p. M. Coelio cap. 3. loquamur, *Qualis es, talem te esse existima*, ad exemplum Homericum *τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι* Odyss. *η*, 312. Additum autem est *μαθὼν*, ut Pyth. III, 80. *μανθάνων οἷσθα προτέρων*: quo significatur exemplum doctrinae ex antiquiore poeta derivatum esse. Iam totius loci sensus hic est: *Qualis a natura factus es, talis sis, vir candidus et sincerus: nec sine te recto de rationis tramite demoveri ab adulatoribus istis, tu qui etiam vir doctus es, et a poeta didicisti, quam periculosum sit facilem iis aurem praebere. Certe exemplum simii in eam opinionem adducti, ut pulchrum se vel honesto loco natum animal haberet, sed ludibria debentis vulpeculae adulatrici pariter ac calumniatrici, a pueris semper celebratur, atque ideo tibi quoque vel ex disciplina puerili notum est.* Hic vero simius non potest alius esse quam Archilochi. Vulpeculae dictio etiam vs. 82. accommodatur, et lupo insuper vs. 84. advocato in mediam prope animalium rempublicam delatus est poeta lyricus." Haec summa est eruditae disputationis, quatenus ea huc pertinet. In qua quae de vulpecula in universum, de oratione animalium reipublicae aptata et similibus rebus dicuntur, satis aperta sunt; in aliis adhuc haereo. Nam Archilochi vulpeculam respici certe non demonstratum est; et Archilochi nomen a Pindaro allatum cum vulpeculae simiique rebus plane non coniunctum est. *Adulatricis* vulpeculae, qualis apud Archilochum fuisse videtur, tenue vs. 82. in voce *σαίνων* extat vestigium: *calumniatricem* esse docet vs. 77. et si pulchram Huschkii coniecturam receperis, vs. 78. sed haec vel sine Archilocho perspicua sunt; concedam tamen ex Aesopiis maxime fabulis hanc Graecis vulpeculae naturam innotuisse, quo deducit etiam Themistius (v. ad vs. 73 sqq.). Superest simius vs. 82. in quo versu ad Archilochi fabulam diserte provocari, quam pueri edidicerint, ex voce *μαθὼν* colligit Huschkius. Res pendet a sensu obscurissimorum verborum, de quibus ita dicam, ut ea, quae in nott. critt. posui, omittam. Igitur ut ordine deinceps progre-

www.libtool.com.cn

diar, quid est γένοι᾽ οἷός ἐσσι μαθών? Pulcherrime profecto Huschkius Homericum comparavit exemplum, Eustathio praeeunte ad Odyss. η, p. 1581. 22. τὸ δὲ τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι, ὠφέλησε τὸν Πίνδαρον εἰπεῖν πρὸς ἀγαθὸν ἄνδρα τινὰ τὸ καλὸν νόημα ἐκεῖνο τὸ Γένοι᾽ οἷός ἐσσι, ὡς μὴ ἔχων δηλαδὴ κρείττονα, πρὸς ὃν ἂν ὅμοιος γένοιο: quam sententiam Huschkius exemplis comparationis per formulam τοῖος ἐὼν οἷος Iliad. σ, 105. Odyss. υ, 88. aptissime illustrat; aliaque cumulari ex Odyssea posse notat in Epistola a Gurlitto ad Pyth. III. edita, non omissis Platonicis Theaetet. p. 179. A. ὧν γε οἷος εἰμί, Phaedr. p. 243. E. ἅπερ ἂν ἦς οἷος εἶ, Sophocleo Aiac. 1117. ἔστ᾽ ἂν ἦς, οἷόσπερ εἶ. Sed etsi hoc genus dicendi hoc quoque loco subesse concedo, tamen id addito μαθὼν prorsus variatum videtur: nam illud certum habeo, μαθὼν non esse absolute positum, ut sit *edoctus disciplina*, vel ut Hermannus vertit, *tui recordatus*; nec quidquam huc faciunt dissimilia plane exempla Pyth. III, 80. Olymp. II, 95. Nem. VII, 68. Potius verba οἷός ἐσσι μαθὼν ex linguae usu ita coniuncta sunt, ut illud μαθὼν a vocibus οἷός ἐσσι dirimi non posse videatur. Quod si concesseris, ad verbum γένοιο desiderabis praedicatum; id vero apte suppeditat lectio καλός τις, *vir probus*: et nota καλὸς esse tantum *probus*, καλός τις *vir probus*. Veterem tamen lectionem esse καλός τοι, Galenus docet, de quo infra; unde καλός τις interpolationi deberi probabile fit: neque tamen expedire locum retento τοὶ possum. Accedit quod in scriptura καλός τοι πίθων παρὰ παισὶν, αἰεὶ καλὸς, puerilis repetitio est puerorum mentione vix excusabilis: neque illa lectio sententiam praebet ab Huschkio postulatam. Succurrit Hermannus scribendo: καλός τοι πίθων πάρα παισὶν, αἰεὶ καλός: *pulcher simius, semper pulcher, in ore est pueris*; id est, *norunt laudes, quibus vulpes simium decepit*. At haec mihi, praeterquam quod τοὶ in hac sententia nullam vim habet, admodum intricata, contorta, ac, ne plura, talia omnino videntur, quae a nemine intelligi potuerint. Immo, ut aliis quoque visum, *simio* comparatur is, qui sese deludi ab adulatoribus patiatur; adulatores enim non minus turpia quam bona laudant; aulici autem assentatores, qui in patrono ea quoque probant, quae nullo modo probari possunt, *pueris* comparantur, quibus simius pulcher dicitur, etsi turpis est; quippe quod facetum animal hac voce deludunt et assentando irrident. Nam pueris apud Graecos arbitror hunc morem fuisse, ut simio acclamarent καλός, idque identidem, quod inest voci αἰεὶ, etiamsi prius καλὸς ad Hieronem referatur: illamque consuetudinem, undeunde originem duxerit (ex Archilocho derivatam esse dubito), nunc videtur Pindarus respicere. Galenus de us. part. I, 22. καλός τοι πίθηκος παρὰ παισὶν αἰεὶ, φησί τις τῶν παλαιῶν, ἀναμιμήσκων ἡμᾶς, ὡς ἔστιν ἄθυρμα γελοῖον παιζόντων παίδων τοῦτο τὸ ζῷον. Memorabile etiam hoc loco, simium et Athenis et Spartae Καλλίαν dictum esse: v. Suid. et Hesych. v. et Helladium Chrestom. ap. Phot. cod. 279. (p. 22. ed. Meurs.): οἶδα δέ τινας τῶν φιλολόγων καὶ τὸν πίθηκον ὀνομάζοντας Καλλίαν: et constat res exemplo Dinarchi. Ceterum eam, quam tum in nott. critt. tum nunc ipsum proposui interpretationem, olim secutus est Casp. Hoffmannus Var. Lect. I, p. 45. Plane diversa praebet Pierius Valerianus Hieroglyph. VI, 22. qui simium adulatori, pueros insipientibus comparatos iudicat: ac sane πιθηκισμὸς et πιθηκίζειν est κολάκευμα et κολακεύειν: nec diversa Gedikii ratio est et Scholiastae unius ad vs. 131. et vs. 133. Sed huic sententiae obest, quod susurrones, qui tamen ab adulatoribus haud dubie non diversi apud Nostrum sunt, paulo post vulpeculis similes dicuntur: mire profecto, si eorundem persona paulo ante simiis data esset.

Vs. 73—80. *Spretis adulatorum vocibus tu sequere Rhadamanthi exemplum, cuius genuina sapientia non patitur se decipi assentatorum et susurronum artibus, quae morta-*

www.libtool.com.cn

libus solent adrepere. Sed et delato et ei apud quem deferunt, calumniatores malum pessimum sunt, cui vix ulla ratione medeare: nihil tamen illi lucrantur me deferendo, qui incolumis enato. Scitae sane sententiae, Romae comprobatae post Octavianum Augustum, et hodie quoque tenendae: similia Xerxi Artabanus praecipit ap. Herodot. VII, 10, 7. et principi optimo Plinius Paneg. cap. 62. Hoc loco haec adversus eos dicta puta, qui Polyzelum, Theronem, Pindarum illis addictum apud Hieronem, cui assentabantur, suspectos reddebant, quamquam poeta cetera tegens de se potissimum dicit. De *Rhadamantho* in veteribus carminibus singulare quiddam, quo poeta spectet, videtur traditum fuisse; id vero pertinet ad munus iudicis ei delatum in insulis beatorum (v. ad Olymp. II, 75.), ubi ille iudicans non sinit se adulatorum vocibus decipi. *Τέρπεται* praesens dixit poeta, quod etiamnunc vivit Rhadamanthus inter beatos. *Hieronem* delatoribus aurem praebuisse et more nuper recepto exploratores emisisse, docui in nott. critt. Suspicacem tyranni animum testatur etiam Xenophontis cognominis dialogus, etiamsi singulis in eo libello dictis non multum tribuendum est. *Φρενὸς καρπὸν ἀμώμητον, consilia proba*, quae in animo nascuntur. Sic Olymp. VII, 8. poema est *γλυκὺς καρπὸς φρενός*: cf. Nem. X, 12. contrarium est Fragm. inc. 127. *κακόφρων πραπίδων καρπός*. Aeschyl. Sept. 578. de Amphiarao: *βαθεῖαν ἄλακα δὴ* (vel *διὰ*) *φρενὸς καρπούμενος, ἐξ ἧς τὰ κενὰ βλαστάνει βουλεύματα*. Illud *ἀμφοτέρους* praeter Schol. commentatur Themistius Orat. XXII. p. 277. ab Huschkio allatus: *καὶ ἅμα* (*διαβολὴ*) *ἀδικεῖ ἀμφοτέρους, ᾧ τε ἐπιβουλεύει καὶ ὃν ἐξαπατᾷ*: et deinde idem de vulpe in Aesopiis fabulis: *Αἰσώπου δὲ τοῦ μυθοποιοῦ πολλαχῇ τε ἄλλῃ μνημονεύειν ἐπωφελὲς καὶ ὅσα εἰς διαβολὴν εὖ ἔχοντα ἀπολέλοιπεν. ἀεὶ μὲν γὰρ αὐτὴν τῇ ἀλώπεκι περιτίθησι, δολερῷ καὶ ἀνάνδρῳ θηρίῳ, ποιεῖ δὲ ὑπ' αὐτῆς ἁλισκόμενα τῶν ζώων τὰ ἀλκιμώτατα*. Vs. 79, 80. comparatio petita est a reti piscatorum; v. nott. critt. Similis est locus Aeschyli Choeph. 502. *παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι θανόντι· φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον, τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου*, quem tamen ex Pindaro expressum esse negaverim: propius ad Pindarica accedit Archias Anthol. ed. Iac. sec. T. I. p. 246. n. 192. vs. 5.

Καὶ δόνακα τριτάνυστον, ἀβάπτιστόν τε καθ' ὕδωρ
Φελλὸν, ἀεὶ κρυφίων σῆμα λαχόντα βόλων.

Εἰνάλιον πόνον, piscationem, ut ap. Theocrit. XXI, 39. quem laborem tolerare rete dicitur, utpote *εἰναλίφοιτα λίνα* (ap. Archiam l. c. p. 189. n. 16. vs. 4.). *Πόνον ἔχειν* et *ὀχεῖν* dicitur; utrumque et Homero et Pindaro usitatum. Ceterum *ἅτε* pertinet ad *σκευᾶς ἑτέρας π. ε. ἐχ. nam ut si reliqua retis instrumenta mari immersa sint, ego quasi suber innato saltis undis.* Iungendum esse *ἀβάπτιστος ἅλμας* luce clarius est.

Vs. 81 — 96. Pergit poeta in reprehendendis obtrectatoribus malignis et invidis; Polyzelum et Theronem atque Pindarum istos apud Hieronem in suspicionem adduxisse verisimile supra visum est; quinam vero id fecerint, incertum esse dixi: attamen ex iis, quae ad Olymp. II. exposui, non incredibile videtur in illis Simonidem fuisse, fortasse etiam, de quo Schol. dicit, Bacchylidem. *Homo dolosus inter bonos nihil potest proferre, quod fidem inveniat: itaque ne ipse quidem ex eorum obtrectatione damnum magnopere capio; student tamen obsequium omnibus simulantes circumvenire eosdem. Ego vero amicum amem, inimicum lupi instar omnibus modis aggrediar. Sinceritas in quavis civitate praestat, tam in tyrannide quam in populari vel optimatium imperio. Dii modo hunc modo illum extollunt: quo minus iis, qui nunc clari sunt, invidendum est. Neque tamen hac sese re consolantur invidi, sed adversus deos pugnando potius quam quidquam perficiant, sibi ipsis infligunt vulnus*, quippe dum alienis bonis excruciantur, nunc meis,

www.libtool.com.cn

Polyzeli, Theronis. *Quae deus cuiusque cervicibus imposuerit, ferenda sunt, neque ut illi faciunt, diis obnitendum. Nolo ego istos mores sequi; bonis placeam, cum bonis verser.* De se poeta plurima praedicat; nec dubitari potest eas res ad ipsum etiam Pindarum pertinuisse: ceterum sententiarum maxima pars simul admonitionis causa apposita est, ut et alii et Hiero prudentiae inde praecepta desumerent. *Ἐκβάλλειν ἔπος* est maxime de improbo vel stolido sermone, ut Iliad. σ, 324. *ἦ ῥ' ἄλιον ἔπος ἔκβαλον.* Aeschyl. Prometh. 932. *πῶς οὐχὶ ταρβεῖς τοιάδ' ἐκρίπτων ἔπη.* Herodot. VI, 69. *ἀϊδρίῃ τῶν τοιούτων κεῖνος τοῦτο ἀπέῤῥιψε τὸ ἔπος*, et ibid. *ὡς ἀγνοίῃ τὸ ἔπος ἐκβάλοι τοῦτο.* De imprudenti dicto formulam intellige etiam ap. Aeschyl. Choeph. 45. Dicitur tamen etiam de aliis, ut de querela *οἰκτρὰ ἐκβαλοῦσ' ἔπη* ap. Eurip. Ion. 959. *Σαίνων ποτὶ πάντας*, ut Aeschyl. Prometh. 835. *προσσαίνει σέ τι*; aliud est Olymp. IV, 5. Ad dictionem *ἀγὰν διαπλίκει* cf. Aeschin. in Ctesiph. p. 422. Reisk. ubi *ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτο, callidis artibus adversus hoc utitur.* *Θράσος* est *ἀναίδεια*, astutiis vulpeculae coniuncta, ut Fragm. inc. 158. *θρασειᾶν ἀλωπέκων*, et Scol. 2. *γυναικεῖον θράσος*, muliebris impudentia et nequitia. *Ὑποθεύσομαι* est *incursionem faciam ita, ut impetus ex improviso fiat*; quod inest in praepositione *ὑπὸ* cum verbo *θέω* iuncta. Liberius verti in Latina translatione. *Εἰς πάντα νόμον*, ad quodvis genus et formam civilium institutorum; cf. Pyth. X, 70. Lectionem *μητίονται* firmat Pal. C. qui cum aliis libris habet etiam *ἑλκόμενοι* et *ἐνέπαξαν*, quae probanda in nott. critt. iudicavi, ad quas lectorem remitto. Unum hoc obscurum, quid sit *στάθμας ἑλκόμενοι περισσᾶς*. De trutina haec esse recentiores statuunt; sed *ἕλκεσθαι* qui putant ad libripendem trutinantem referri, quo id argumento comprobare possint, nescio: atque ut *ἑλκόμενοι* sit *trutinantes*, quid fiet genitivo *στάθμας περισσᾶς*? qui neque ab illo verbo ea significatione posito pendere potest, neque absolutus esse, ut est qui dicat, me quidem non intelligente. *Ἕλκει pondus appensum*, unde *ὁλκή*; *ἕλκεσθαι* passivum, si in trutinae ratione consistimus, est *in trutina sublime trahi et suspendi*; idem active intellectum est *trahere lancem et conari detrahere.* Nec minus dubium, quid sit *στάθμη περισσή*. *Lancem* dicunt *στάθμην* esse: ac sane quum *σταθμὰ* et *στάθμια pondera* sint ac *σταθμᾶν pensitare*, *στάθμη* poterit *trutina* et maxime *lanx* vocata esse; Pollux certe IV, 171. inter ponderandi vocabula *στάθμην* novit, etsi libri variant magnopere. Igitur *στάθμη περισσὴ* exponitur *lanx depressa, quae pondere potior sit.* Prorsus aliam rationem Schol. sequitur, *στάθμην regulam* sive *lineam* intelligens: *οἱ σταθμώμενοι δὲ πολλὰ καὶ περιγράφοντες μεγάλα τινὰ μέλλοντα αὐτοῖς ἔσεσθαι*: cf. de verbo *περιγράφειν* Schol. Olymp. XI, 53. Itaque triplex potest interpretatio institui. Prima haec est: *Invidi quasi in trutina suspensi sunt, dum suam lancem deprimere, alteram eorum, quibus invident, elevare conantur; nihil enim efficiunt, sed eorum, quibus invident, lance inclinata ipsi, utpote leviores, in sublime trahuntur.* Ita quidem *ἑλκόμενοι* fuerit passivum, suppleta ad genitivum praepositione *ὑπό*: quod quum nimis durum sit, hanc rationem relinquo. Alteram rationem hanc dico, ut *ἑλκόμενοι* activum sit: *Trahunt invidi in trutina et detrahere suam lancem conantur, ut inclinet: nihilosecius tamen adversariorum potior lanx est.* In qua explicatione genitivus sine praepositione aptus est; *ἕλκεσθαι στάθμης* est enim *prensata lance detrahere eam conari*, ut apud nos *an einer Waagschaale ziehen:* sed alia superest difficultas, cui mederi quemquam posse diffido. Nempe qui elevare depressam lancem velit, non depressae manus applicat, ut eam elevet, sed detrahit elevatam, quo elevetur depressa; itaque is non *περισσᾶς ἕλκεται στάθμας*. Quae quum ita sint, valeat trutina, valeat lanx, quam ne constat quidem *στάθμην* vocatam esse, ac redeamus ad Scholiastae interpretationem, qui in

www.libtool.com.cn
verbis ex communis vitae usu petitis quantivis pretii esse solet, quod Graecorum mores melius quam nos cognoverat, aetate et gente propior. Quodsi *στάθμη linea* est, optime illi convenit verbum *ἕλκεσθαι*, ut *στάθμης ἕλκεσθαι* sit nostrum *an einer Leine ziehen*, quemadmodum dicitur *πέπλων ἕλκεσθαι*. Iam *στάθμας περισσᾶς ἑλκόμενοι* Scholiastae est: *magna, quam ducunt, linea largum quasi fundum sibi demetientes*, magna consilia concipientes et ex iis, quae conantur, praeclarum ad se fructum rediturum exspectantes: in quo sensu *στάθμη περισσὴ* opponitur *τῇ μετρίᾳ*. Obscure hoc quoque Pindarus dixerit, nisi ex proverbiali quodam usu apertius Graecis hominibus fuerit; consistamus tamen in hac interpretatione antiquitus tradita, quam etiam opposita aliquatenus commendant: *magna sibi bona demetientes, priusquam quanta conentur, consecuti fuerint, vulnus sibi grave infligunt.* Taceo alia, quae et mihi et aliis in mentem venerunt: non tamen silebo fuisse, quum ludum puerilem, qui *ἑλκυστίνδα* et *διελκυστίνδα* vocatus est, respici putarem. In eo enim ludo alteri alteros fune utrinque prehenso trans lineam (*γραμμὴν, στάθμην*) traducere conantur (*ἕλκονται*): *γραμμὴ* et *ἕλκεσθαι* hac in re Platonis verba sunt Theaet. p. 181. A. cf. Pollux. IX, 112. et intt. qui vero inferiores in eo certamine evadunt, Platone auctore *puniuntur*. Sed quomodo huic ludo vox *περισσᾶς στάθμας* accommodari quaeque genitivi ratio esse queat, non exputo. Ultima *ποτὶ κέντρον λακτιζέμεν ὀλισθηρὸς οἶμος* respicit Aristides T. II. p. 53.

P Y T H. III.

Poeta ex parte in Hieronis adversa valetudine consolanda versatur; attamen a Pythiis victoriis scribendae odae occasionem petitam esse, perspicue ipse docet vs. 72 sqq. *Hieroni*, inquit, *si nunc corporis firmitatem simul afferre possem et carmen cum comissatione, decus coronis, quas olim Pherenicus ex Pythiis retulit; lucidissimum ei sidus adventarem:* unde sponte patet, has poetam Hieroni victorias carmine gratulari, quod comissationi inserviret pro Pythiis Pherenici decoribus Syracusis instituendae. Celete Pherenico autem Hiero Pythia bis vicit, Pyth. 26. et 27. auctoribus Scholiastis h. l. et Pyth. I. init. hoc est Olymp. 73, 3. et 74, 3. Sed carmen hoc longo tempore post scriptum, quod ipse Pindarus significat addito vs. 74. *ποτέ*: estque Hiero iam Syracusarum rex (vs. 70.), quam dignitatem Olymp. 75, 3. occupavit, atque adeo Aetnaeus (vs. 69.), quo nomine non ante Olymp. 76, 1. vocari potuit. Vide ad Olymp. I. et Pyth. I. Sed quum Pythiae illae victoriae haud facile alio tempore possint celebratae esse quam redeunte Pythiade, oda haec non ante Olymp. 76, 3. composita censenda: dubites tamen utrum ad hanc ipsam Pythiadem an ad sequentem Olymp. 77, 3. referenda sit: nam Olymp. 78, 3. fatis Hieronis excluditur, qui obierat Olymp. 78, 2. V. Diod. Sic. XI, 66. Sed accuratius spectata re carmen transmissum intelliges imminentibus Pythiis Olymp. 76, 3. paulo ante Pyth. I. quod carmen curulem victoriam ab Aetnaeo Hierone partam celebrat: nam si haec curulis victoria omnium Pythiarum splendidissima iam tum fuisset parta, quum hocce carmen poeta scriberet, non omissa esset eius memoria, sed simul ut ab Hierone Syracusis, sic a poeta carmine celebrata, quamvis in illa Aetnaeum sese recitari iussisset: quum

www.libtool.com.cn

praesertim in hoc quoque carmine Aetnaeus audiat, ac ne Pherenici quidem Pythiae victoriae Syracusis celebrandae a Syracusio, sed a Geloo Hierone reportatae fuerint. Accedit quod Olymp. 76, 3. ante curulem Pythiam victoriam infirma Hieronis valetudo fuit, ut docui ad Pyth. I, 46 sqq. atque ad morbum eius haud pauca in hoc carmine accommodantur. Carmen transmissum Ortygiam in arcem regiam, ut ibidem caneretur; ibi enim tum Hieronem fuisse docent verba *Ἀρέθουσαν ἐπὶ κράναν παρ' Αἰτναῖον ξένον* vs. 69. In aedibus Hieronis, non in publico cantatum esse, sponte intelligitur. Scriptum autem erat a Pindaro Thebis versante (vs. 68 — 79.). Eo vero tempore Hieronem Aetnaeis maxime favisse, vel inde liquet, quod Pythiam curulem victoriam Aetnaeorum honori tribuit (v. Pyth. I.): unde coniecerim verendum fuisse, ne Hiero omissis neglectisque Syracusis Aetnam concederet, atque ita Syracusarum, splendidissimae urbis, auctoritatem et frequentiam minueret, ut olim Gelo Gelam neglexit et Syracusas sibi sedem delegit (cf. Herodot. VII, 156.): Aetnaeque sive Catanae obiisse Hieronem Diodorus testatur. Vide igitur ne a transferenda imperii sede poeta tyrannum dehortetur vs. 20 sqq. Sed neque in Hieronis adversa valetudine consolanda neque in eodem a transferenda imperii sede dehortando universus carminis finis comprehenditur. Inest aliquid, quod et alios et primum me quoque fefellit; quod ubi semel notaveris, vix quisquam negare possit. Hiero non solum ipse morbo laborabat, sed etiam *luctu domestico afflictus erat; perierat ei vel filius vel filia.* Nomen nescio: Dinomenes quidem non fuit, quippe qui patri superstes erat (v. ad Olymp. I.), ne alia argumenta afferam. Fuit filius vel filia Hieronis et filiae Nicoclis, neque is infans, credo, sed paulo adultior. Nam quum tres Hiero uxores haberet, primam Nicoclis filiam, alteram Anaxilai, tertiam Xenocratis (Schol. Pyth. I, 112. coll. Schol. Isthm. II. inscr.), ex sola prima liberos suscepit: ii vero Olymp. 76, 3. vix potuerunt infantes esse, quum iam Olymp. 75, 4. tertiam Hiero uxorem Xenocratis filiam duxerit (Introd. ad Olymp. II.). De ipsa filii vel filiae morte ne dubites. Nam primum hinc solum explicari potest, cur Aesculapii res usque ad eius mortem poeta deduxerit, et haec addiderit vs. 56. *ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαις ἤδη ἀλωκότα* etc. et vs. 59. *χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ δαιμόνων μαστεύεμεν θνατοῖς φρασίν, γνόντα τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν αἴσας. μὴ, φίλα ψυχά, βίον ἀθάνατον σπεῦδε* etc. Aesculapius, inquit, id molitus erat, quod moliri nefas; voluit defunctum ex Orco reducere: id quidem fieri non potest, neque eo vota nostra adspirare debent: sed quod licet, vellem a me perfici posse, ut morbi lenimen afferentem medicum tibi adducerem. Iam quae vs. 86 sqq. exempla habentur fortunae vicissitudinum, ea ambo ad liberorum mortem referri vides; nec Cadmus, inquit, nec Peleus illaesa felicitate usi sunt; *τὸν μὲν ὀξείαισι θύγατρες ἐρήμωσαν πάθαις εὐφροσύνας μέρος αἱ τρεῖς: τοῦ δὲ παῖς, ὕπνῳ μόνον ἀθανάτα τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις, ἐν πολέμῳ τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπὼν ὤρσεν πυρὶ καιόμενος ἐκ Δαναῶν γόον.* Et huc magis quam ad Hieronis valetudinem spectant sententiae vs. 103 sqq. positae, quae maiores sunt quam pro valetudine consolanda, praesertim illa vs. 105. *ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται.* Igitur poeta hunc quoque Hieronis luctum consolari studet. Atque ita tandem perspicitur, cur vs. 81. poeta de *duobus malis* loquatur: nam vulgo unum tantum innotuerat, ex aegroto corpore: quodsi Hiero nondum *duo damna* fecisset, male ominosus ille locus erat, quo novum aliquod malum successurum significaretur. Nunc quae illa duo damna fuerint, apertum est. Haec igitur omnia si tenueris, carmen intelliges non solum eleganter sed etiam summa cum arte compositum esse. Immo quum tria statuam huic carmini subesse, mala duo ex luctu et morbo et Hieronis consilium Aetnam secedendi; haec

www.libtool.com.cn
omnia, ut in carmine, ita etiam re coniuncta fuisse putes: solent enim homines, aegroti imprimis, ubi in aliquo loco acerbiora passi fuerint, rerum suarum taedio de loco mutando cogitare. Igitur ut omnia paucis complectar, quum Hiero variis casibus afflictus taedio suarum rerum laboraret et fato missa parum fortiter perferret, poeta hanc *mentis aegritudinem* dissipare cupit: in quo uno omnia insunt, quae deinceps singillatim proferentur. Atqui quasi de sola valetudine dicturus sit, ab Aesculapio incipit; sed tectius innectit consilia, non debere qui magnum a diis beneficium nactus sit, ut Coronis Apollini nupta, ut rex Hiero, sortem suam contemnere, nec peregrina prae patriis adamare (vs. 12 sqq.). Has enim esse ἀμπλακίας φρενῶν (vs. 13.). Deinde in persequendis Aesculapii rebus id docet, qui defunctus sit, eum non posse in vitam reduci; mortalem debere mortalia quaerere, et sorte humana spectata, in hac ipsa acquiescere (vs. 55 sqq.). Utrumque refertur ad Hieronis aegritudinem, alterum eatenus, quatenus de sede imperii mutanda aegra mens cogitabat, alterum quatenus nati vel natae mortem male ferebat. In fine loci de Aesculapio Pindarus profitetur, si modo fieri id posset, se divinum ei medicum allaturum esse, qui corpus aegrotum, alteram aegritudinis causam, curaret. Nunc quum hoc fieri non posset, sola relicta vota esse. Sed a vs. 80. Pindarus ad argumenta consolationis convertitur. Duo mala pro uno bono partiri deos; sed fortes viros mala quoque pulchre ferre: id Hieroni tenendum esse. Multa ipsi esse solatia utpote regi in summa fortuna constituto: nam ex veteri proverbio τοῖς πλουσίοισι πολλὰ τὰ παραμύθια. Liberis orbatos vel felicissimos heroes esse. Igitur praesenti felicitate utendum esse in tanta fortunae vicissitudine. Postremo quemque fortunae se accommodare debere: Hieroni tamen (vs. 110 sqq.) opes adesse, ut summa gloria frui poetarum in consortione possit. Quae omnia ad illum unum, quem dixi, finem conspirant.

Vs. 1—26. *Utinam viveret Chiro, si modo commune hoc publicumque civium omnium votum meo praeconio eget, praeceptor inquam optimi medici Aesculapii, qui priusquam utero perfectus in lucem prodiisset, mater ex ira Apollinis periit, quod ex ipso gravida peregrina appetivit. Hoc enim multis iisque levissimis hominibus accidit, ut spretis patriis longinquiora spectent, vana sane sperantes: quae damnosissima res afflixit etiam Coronidem Ischyis Arcadis amori conciliatam.* De Aesculapio Chironis discipulo cf. Nem. III, 52 sq. Chironem vero tur in vivis esse poeta velit et de Aesculapio dicat, ex Hieronis valetudine haud obscurum est: sed quod Coronidis res narrat, id quidem nisi singularis subsit causa, absonum est; neque difficultati medeare, si haec poetici ornatus causa addita dicas. Quum autem in Coronide etiam hoc interpositis sententiis extulerit, quod *patriis rebus spretis peregrina appetiverit*, et *multis id accidisse* dixerit, patet haec non sine causa exposita esse. Igitur in eam, quam supra significavi, coniecturam incidi, Hieronem regni sedem Syracusis voluisse Aetnam transferre, idque poetam ab amicis Hieronis impulsum dissuadere: quod si statueris, omni ineptae digressionis culpa liberatus poeta erit. De Coronide Phlegyae filia v. Apollod. III, 10, 3. et ibi Heyn. Ea obiit Dianae sagittis percussa, hoc est non ex partu, ut nonnulli explicant, sed ex pestilentia, quum multi simul perierint (vs. 35 — 37.), et ipsa Coronis ante editum Aesculapium obiisse dicatur. Εἰς Ἀΐδα δόμον κατέβα, id est ἀπέθανεν, idque ἐν θαλάμῳ, ut mulier domi ex morbo defuncta. Cf. epigramma ex titulo lapideo in Anthologiam relatum T. IV. p. 271. DCCX. a. ed. Iacobs. pr. ἐκ δέ με παστῶν νύμφην κἀκ θαλάμων ἥρπασ' ἄφνω γ' Ἀΐδας. Vs. 13. ad onerandum crimen additum est κρύβδαν πατρός: hinc Apollodorus l. c. τὴν δὲ παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην Ἴσχυϊ συνελθεῖν. Contra excusaverat Acusilaus ap. Schol. de quo cf.

www.libtool.com.cn

Praef. Schol. T. II. p. XX. *Καθαρὸν σπέρμα* recte explicat Schol. *ἀνεπίμικτον θνητοῦ σποράς*. Iam vs. 16. latius explicatur illud *κρύβδαν πατρός*: neque enim puellam exspectasse, dum iustae nuptiae venirent, convivio et cantilenis aequalium celebrandae, sed occupasse clandestinos coitus peregrini amore captam. *Οὐδ' ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν* etc. ita intelligendum: *οὐδ' ἔμεινεν ἕως ἔλθοι τράπεζα*: male enim nonnulli interpretantur *ἐλθεῖν εἰς τράπεζαν*, collato prorsus dispari loco Pyth. IX, 19. *Ὑποκορίζεσθαι* est *subblandiri*, h. l. cantilenis vespertinis in nuptiarum sollemnibus: quod verbum potest natum esse ex acclamationibus nuptialibus, sive illa *ἐκκόρει, κόρει κορώνην*, sive altera *σὺν κόροις τε καὶ κόραις*, sive potius ex utraque: certe etiam vocem *κουρίζεσθαι* affini, non eodem sensu usurpatam Hesychius ex altera deducit: *Κουριζομέναις, ὑμεναιουμέναις, γαμουμέναις, διὰ τὸ λέγειν Σὺν κούροις τε καὶ κόραις, ὅπερ νῦν παρεφθαρμένως ἐκκορεῖν λέγεται.* Utriusque acclamationis meminit Schol. ad quem de obscurissima illa, *Ἐκκόρει, κόρει κορώνην*, meam proposui sententiam. Contra quam auctor commentationis de Aeschyli Danaidibus p. VII sqq. velitationem instituit fortem quidem, sed ut mihi videtur, haud satis liberalem: me quidem adversus ipsum aliter egisse, uno ex eadem Scholiorum editione exemplo ad Pyth. VIII, 73. discere poterat, ubi ingentem eius errorem Fragm. Pind. p. 156. commissum viri eximii ingenium reveritus tacite corrigere quam in hoc campo exsultare malui. Succurram tamen meis, ut potero. Ac primum Aeschyli versus, quibus acclamatio *Σὺν κόροις τε καὶ κόραις* continetur, reductis antiquis lectionibus et mutata distinctione gauderem ab insigni critico restitutos esse, nisi universa illius ratio nimium esset contorta; quae vero de formula *ἐκκόρει, κόρει κορώνην* proposuit, acuta quidem sunt sed meis nihilo certiora. Quod priusquam doceam, liceat paucis monere, quae ille in mea annotatione reprehenderit. Nam ne in eo haeream, quod Hesychii verba supra allata neglexerim, quae mihi non ignota fuisse poterat ex nott. critt. ubi ex parte apponuntur, conspicere; primum me non omnem scripturae diversitatem attulisse contendit: scilicet qui lectionem *ἀκερεῖ* pro voce *ἀκορεῖ* non enotaverim, quae mihi typothetae vitium visa est neque satis digna, ex qua coniectando exsculpseris istud *ὡςπερεὶ*, qua incommodissima lectione ad tutanda verba a me eiecta utitur; deinde qui in verbis Horapollinis omiserim scripturam *κορώνη* p. *κορώνην*, quam et ipsam de industria transmisi, quod nullius eam pretii censerem. Quippe in huiusmodi rebus, quae mihi nullius usus videantur, Bentleii et similium *aemulari exopto neglegentiam, potius quam istorum obscuram diligentiam;* attamen quae ex cod. Gott. protuli, diligentissime enotata sunt, quum ea Heynius minus fideliter reddidisset; et ex eodem codice receptum esse *προτρέποντες*, qui Praefationem Scholiorum legisset, non poterat dubitare. Praeterea verba maxime genuina ex Schol. eiecisse dicor, et auctorum eandem rem attingentium locos parum accurate considerasse, et id reposuisse, quod defendi nequeat, et verbo *ἐκκορεῖν* inauditam exornandi significationem tribuisse: quae praeter id, quod postremo loco posui, omnia simul cum ceteris viri acutissimi criminationibus ita diluam, ut illum ipsum una doceam auctorum locos haud satis attente spectasse; quod ut rite fiat, eius sententiam prius proponam. Igitur ille formulam ita constitutam, *Ἐκκόρει κόρην, κορώνη*, vertit: *Devirgina virginem, cornix;* cornicem enim advocatam, hoc est, vocativo casu nominatam esse, ex Aeliani eximio, ut ait, loco docet, quem ego quoque citaveram: in Horapollinis autem verbis, quae apposui, male me vitiosam reliquisse vocem *ἀγνοοῦντες* contendit, pro qua scribendum sit *εὐνοοῦντες*: postremo ex Suida v. *κορώνη* et Artemidoro V, 65. quomodo pro sponso cornix dici potuerit, significat. Videamus nunc, quid ego dixerim, cuius sententiam

www.libtool.com.cn

integram proponere vir acutissimus noluit. Nam quum ab Aeliano et Horapolline tradatur, cornicem in nuptiali acclamatione ut *signum caritatis* nominatam esse, aliquam putabam cornici in nuptiarum sollemnibus venerationem habitam et sponsam a choro acclamantium per iocum incitatam esse, ut ornaret et veneraretur matrimonio faventem cornicem, ideoque fere cum Io. Mercero vocabulis ἐκκορεῖν et κορεῖν exornandi atque ornandi significationem tribui, quia quod verritur, purgando exornatur: quam vocis vim plebeiorum hominum dictioni, qui talibus cantilenis utuntur, convenire censebam. Neque tamen pro hac opinione pugnabo. Idem vero satis significavi sub verecundis his verbis obscenum latere sensum: is ut inesset, ambiguum verbum ἐκκορεῖν esse usurpatum, quod simul *devirginandi* potestatem contineret; κορώνη autem sponsam significari vel potius membrum muliebre; ut proinde obscena vis acclamationis haec esset: *Devirgina, everre et verre cunnum;* quae iam ad sponsum pertinent. Sed ut mittam verecundum sensum, pro quo non magis quam pro vocabulo ἐκκορεῖν exornandi vi dicto pugnabo; et lectionem a me repositam ἐκκόρει, κόρει κορώνην, et obsceni sensus eam, quam dixi, interpretationem veram esse magis etiam quam olim mihi persuasi. Nam ut ex Suida et Artemidoro κορώνην penis summitatem appellatam discimus, sive glandem sive praeputium sive aliam quamvis extremi membri particulam: quamquam nescio an illa voce docti potius ex artis medicae usu quam vulgus hominum penis partem designarint: ita pro virgine quoque vel virgineo membro κορώνην usurpatam ex oraculo docui, et magis opinor convenit feminarum membrum feminino vocabulo in ista acclamatione designari quam masculum penem. Sed uno argumento apertissimo concidit correctio ἐκκόρει κόρην, κορώνη: quippe apud scriptores diversissimos libri deducunt ad eandem lectionem ἐκκόρει, κόρει: quae in cod. Gott. Pindari intemerata extat, apud Horapollinem in vitioso ἐκκορὶ κορὶ manifeste latet. Quod ubi tenueris, non poteris amplius de accusativo κορώνην dubitare, libensque mittes vocativum κορώνη. Atque haec quum ita sint, mihi probari nequit viri docti emendatio verborum ἀκορεῖ ἀντὶ τοῦ κόρας κορώνας: quae in turbatissimo scholio ex proximis invecta esse, ut alterum αἰσχύνην ἐξευτελίζων, mihi quidem constat. Verum etiam Horapollinis verba ab eximio critico non emendata, sed corrupta sunt. Quis enim nescit multas apud vulgus acclamationes usurpari, quarum primitiva vis ignoretur? Quod quum in illo ἐκκόρει, κόρει κορώνην, cuius potestatem veteribus dubiam fuisse apertum est, Horapollo accidisse putaret, Aegyptiarum maxime rerum interpres formulam ne ipsos quidem Graecos ea aetate intellexisse dixit: μέχρι νῦν ἐν τοῖς γάμοις, Ἐκκόρει, κόρει κορώνην, λέγουσιν ἀγνοοῦντες, id est *causam dicti ignorantes;* pro quo quod infertur εὐνοοῦντες, id prorsus iners ac vacuum est. Superest Aeliani locus, quem quod non adscripserim, sed tantum significaverim, mihi exprobratur. Scilicet ex illius vilissimi et omni fide destituti scriptoris eximio loco *advocatam vocativo casu cornicem* esse patet: Ἀκούω δὲ τοὺς πάλαι, inquit, καὶ ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν ὑμέναιον τὴν κορώνην καλεῖν, σύνθημα ὁμονοίας τοῦτο τοῖς συνιοῦσιν ἐπὶ τῇ παιδοποιΐᾳ διδόντας: unde etiamsi gravissimus auctor Aelianus esset, nihil tamen colligeretur praeter hoc, ob quod ea verba apponi pretium non fuit, *nominatam* post hymenaeum cornicem esse: nisi id quoque docebimur, καλεῖν nominandi potestate Graecos non dixisse. Haec hactenus. Sed alterius quoque acclamationis Σὺν κόροις τε καὶ κόραις vera ratio ambigua est; facile tamen in Buttmanni sententiam concedo, ut utraque in unum trochaicum coniungatur:

Ἐκκόρει, κόρει κορώνην, σὺν κόροις τε καὶ κόραις,

Everre (devirgina), verre cunnum cum pueris et puellis; quippe pueros et puellas ubi

www.libtool.com.cn

mater enititur, etiam per hos cunnus everritur. Igitur qui ita canebant, simul ut proles daretur coniugibus, optabant. Iam redeo ab his sordibus, ad quas invitus descendi. Vs. 25. λῆμα Κορωνίδος est *mens* cum notione *audaciae et arrogantiae*, qua indigenas fastidiebat: ut male Schol. iis verbis simpliciter Coronidem per circuitionem significari censeat. Ita accipe etiam μητρῷον λῆμα Clytaemnestrae ap. Sophocl. Electr. 1423. ubi eundem errorem errat Schol.

Vs. 27—46. *Neque vero perfidia Coronidis latuit Apollinem omnium rerum scientem, qui sororem Dianam misit Laceriam, ubi illa habitabat: Diana vero et hanc et alios multos peremit, ut solent delicti ab uno commissi poenas multi dare. Sed filium Apollo de rogo matris raptum Centauro Chironi tradidit, ut medica eum arte erudiret.* Vs. 27. σκοπὸν Pindarus ipsum Apollinem dicit: religiosus enim poeta vulgarem aspernatur fabulam de corvo Coronidis proditore, de quo v. Schol. ibique Hesiodeum poetam, Anton. Lib. Metam. c. 20. ubi Ischys (*Valens* Ciceroni) *Alcyoneus* dicitur, Ovid. Met. II, 535 sqq. Vetustissima una cum Hesiodeis fabulae de Ischyis et Coronidis amore mentio extat ap. Hom. H. in Apoll. 208 sqq. alia collegerunt Heynius ad Apollod. III, 10, 3. intt. Cic. N. D. III, 22. Coronis ut Phlegyae Thessali filia apud paludem Boebiadem Laceriae habitasse dicitur: aliae narrationes, quas Pausan. II, 26. exponit, in Epidauria terra natum Aesculapium ferunt: ex quibus tamen Pindaricae similis secunda, nisi quod haec nihil de Thessalica Aesculapii patria continet, neque Apollinem sed Mercurium de flamma puerum rapuisse perhibet. In Dotio Thessaliae campo ex Coronide natum Aesculapium statuit Hymn. Hom. XV. Laceria est oppidum Magnesiae auctore Hellanico ap. Steph. Byz. v. quod Pindaro est ad Boebiadem paludem, Pherecydi ap. Schol. ad fontes Amyri: quo pertinet locus Apollon. Rhod. IV, 616. τὸν ἐν λιπαρῇ Λακερείᾳ Δία Κορωνὶς ἔτικτεν ἐπὶ προχοῇς Ἀμύροιο. Et Dotium campum et Boebiadem paludem atque Amyrum coniungit fragmentum ex Magnis Eoeis plenius quam in Hesiodeorum collectione editum ab Heynio ad Apollod. l. c.

Ἦ οἵη Διδύμους ἱερὸν ναίουσα κολωνούς
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ, πολυβότρυος ἄντ' Ἀμύροιο,
Νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἁδμής. . . .

Vs. 34. δαίμων ἕτερος est *adversus*, κακοδαίμων: v. Bentleii Opusc. p. 20. ed. Lips. malum igitur fatum designatur, quod illam in fraudem illexerit. Verba πολλάν τ' ὄρει etc. imagine sine comparationis particula proposita, quod tum factum est enunciant: *et ex tenui scintilla iniecta flamma silvam montanam consumpsit ingentem*, hoc est, et unius feminae ob delictum magna populi strages facta est. De voce σπέρμα v. ad Olymp. VII, 32 sqq. Οὐ τλάσομαι ὀλέσσαι, *non sustinebo me perdidisse.* Πάθη hoc loco est *casus turpis*, ut ubi virgo clandestinum coitum passa sit: cf. Olymp. VI, 38. Magnifice vero et divinae naturae accommodatius poeta Apollinem Pythone haec spectantem Laceriam inde uno passu delatum dicit, non Homerico modo tribus vel quattuor gradibus: grammatici tamen Pindari rationem frigidam iudicabant: cui rei mederi volebat Aristarchus ap. Schol. Eustathius ad Iliad. ν, p. 917. 30. Ἱστέον δὲ ὅτι Ὁμήρου τέσσαρα βηματα θεῖα ἐνταῦθα μετρήσαντος ἐπὶ τοπικοῦ διαστήματος, ὁ Πίνδαρος τὸ τοιοῦτον τέρας μεγαλοφυέστερον, οἷος ἐκεῖνος, ἐγχειρήσας ὑπερβαλέσθαι, ὅπου φησὶ περὶ Ἀπόλλωνος, ὡς βήματι ἐν πρώτῳ κιχὼν παῖδα ἐκ νεκροῦ ἅρπασε, κατηγορίαν ἔσχε ψεύδους ψυχροῦ. Cf. rectius iudicantem Vossium Myth. Br. T. I. p. 149. Vs. 44. διέφαινε, quod alias est *perlucidus erat*, vel *per materiam perlucidam conspiciebatur*, nunc alia ratione hanc vim habet: *cum fulgore diffindebatur*, sive si novam audere vocem

www.libtool.com.cn
licet, *diffulgebat*, nostris *blitzte auseinander*. Videtur tamen cum Par. B. Pal. C. legendum *διέφανε*, pro quo Schol. *διέφηνε*.

Vs. 47 — 67. *Iam vero Aesculapius variis morbis vulneribusque medens tandem prae avaritia etiam mortuum in vitam reducere ausus est: ob quod eum Iuppiter fulmine peremit. Enimvero mortales congrua suae naturae a diis petere et quaerere decet. Noli, anime mi, immortalem vitam affectare, ut ille, cuius precibus et pollicitatione Aesculapii arte defunctus aliquis ab inferis reductus est: mortales enim nati sumus.* Quod tibi quoque tenendum, Hiero, ut infirmitate humana tuam consolere aerumnam de cari hominis obitu (vide introductionem). Sed ille *Chiro, quī Aesculapium erudivit, si adhuc in vivis esset, carmine ei persuadere cuperem, ut tibi talibusque viris fortibus similem Aesculapio medicum, Apollinis vel Iovis filium mitteret.* Vs. 47 — 53. morborum genera et remedia designantur, non chirurgica solum sed etiam medica: chirurgica opera Aesculapius curat *ulcera sponte nata* et *vulnera ferro vel ictu lapidum illata*; medicam adhibet *morbis* acutis vel longis, quos aestus et frigus sive caeli et tempestatum intemperies maxime affert. Remedia ipsa partim *incantamenta* sunt, quae nostri sympathetica dicunt, quo refer magneticam curam veteribus probe cognitam; partim *potiones, fomenta, emplastra extrinsecus admota*, praecipue *herbae*; ut Philoctetae vulnus Machaon herbis illigatis sanat, quas a Chirone Aesculapius acceperat (Schol. Pyth. I, 109.); postremo *sectio:* omisit alia veteribus admodum usitata, qui fere τῷ τέμνειν iungere solent τὸ κάειν καὶ τὸ ἰσχναίνειν. De incantationibus, ob quas huc respicit Etym. M. p. 353. 40. et Schol. Odyss. τ, 409. allatis verbis *μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς*, nota res: animadvertam tamen una cum illis medica remedia (*φάρμακα*) adhibita esse, quae tum tandem effectum habere putabantur, ubi *ἐπῳδὴ* accineretur. V. Plat. Charmid. p. 155. E. Vs. 54. posita de lucro sententia, quod vel sapientem transversum agat, possit non sine respectu Hieronis dicta esse avaritiae infamia laborantis (Diod. Sic. XI, 61.). De Aesculapio mortuum in vitam reducente v. Schol. h. l. et similia habentem Schol. Eurip. Alcest. 1. Apollod. III, 10, 3. ibique Heyn. Creuzer. Symb. T. II. p. 357. Mercede id captum Aesculapium fecisse recentior est fictio, Pindari fortasse ipsius, quem tragici secuti sunt, haud dubie a medicorum avaris moribus profecta, qui Graecorum medicis nostrisque communes sunt. Eos in Graecia magno pretio conductos esse docui Oecon. civ. Ath. T. I. p. 132. Pindarum tragicosque ob crimen illud Aesculapio obiectum reprehendit Plato Rep. III, p. 408. B. Sententiam de lucro hinc repetit Stobaeus in Sermonibus: proxima de Aesculapio inde a verbo ἴηρατον recitant Clem. Alex. Cohort. p. 25. Cyrill. c. Iulian. VI, p. 201. A. Athenag. Legat. c. 25. p. 116. nulla memorabili varietate, nisi quod apud Clementem est *ἀμπνοάς*: respexerunt huc etiam Liban. Opp. T. I. p. 844. Tertullian. Apolog. c. 14. *Ἤδη ἁλωκότα*, iam comprehensum et morte captum, *θανάσιμον ἤδη ὄντα* interprete Platone. *Δι' ἀμφοῖν* de Aesculapio et curato recte explicatur. *Ἀντλεῖν μηχανὴν ἔμπρακτον, moliri opus, quod effici queat.* Vs. 63. *σώφρων Χείρων* dicitur, qui nihil immodici tentaverit, ut Aesculapius mortui curationem molitus. Hieronem qui morbus tenuerit, disputatur in Scholiis, ubi de febri vel podagra vel calculo dicitur: *θερμὸν νόσον* fuisse Pindarus ipse significat: de febri tamen dubitaverim; calculo et podagra simul laborare potuit, quos morbos calidis comprehendi posse medicinae quamvis imperitus putaverim. Cf. de Hieronis valetudine ad Pyth. I, 46 sqq. Vs. 67. poeta optat, ut divinae stirpis medicum a Chirone missum adducere possit, *ἤ τινα Λαοῖδα κεκλημένον ἢ πατέρος. Ὁ κεκλημένος τινὸς* est *filius* eius. Ita in Rheso 298. *τίς ὁ ὑροτηγὸς ἢ τίνος κεκλημένος; cuius filius?* hoc est, cuiusnam patris cognomento voca-

www.libtool.com.cn

tus, ut *Σωκράτης Σωφρονίσκου, Socrates Sophronisci filius vocatus.* Plene Sophocl. Electr. 358. *πατρὸς πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι.* Itaque *Λατοΐδα τις κεκλημένος* est filius Apollinis, qualis *Aesculapius; πατέρος τοῦ Λατοΐδα κεκλημένος τις* est filius Iovis, qualis ipse *Apollo medicus.*

Vs. 68 — 79. *Talem igitur medicum si nancisci possem, adducerem eum Hieroni Aetnaeo, Syracusarum regi optimo: cui si una cum carmine, Pythiarum victoriarum decore, apportarem prosperam valetudinem, acceptissimus sane advenirem. Quod quum fieri nequeat, certe Magnae Matri, quae ante aedes meas colitur, pro Hieronis salute vota pia faciam.* Vs. 68. Ionium mare appellat, quod Thebis Syracusas brevissima navigatio per sinum Corinthiacum et mare Ionium est, non circum Maleam Peloponnesi. Locum de Arethusa tangit Antigon. Caryst. c. 153. Vs. 70. supple *ἐν Συρακ.* Vs. 71. cave iungas *ἀστοῖς ἀγαθοῖς*: cf. Pyth. IV, 285. Clementiam Hieronis maxime extollit; talem enim esse vult; quod vero de peregrinis dicit, maxime ad varios advenas pertinere videtur, quos Hiero Syracusis et imprimis Aetnae augendae civitatis causa receperit. Vs. 73. comma post *Πυθίων* praestat deleri, ut cum Aldina iungatur *κῶμον αἴγλαν στεφάνοις Πυθίων ἀέθλων.* De Pherenico v. ad Olymp. I. introd. Ad *φάος* supple *ὤν*: *ἀστέρα οὐράνιον* autem non de sole acceperim, sed de quacumque stella. De Magna Matre et Pane ante Pindari aedes cultis satis dictum ad Fragm. VI, 2. Magnae autem Matri vota facere pro Hierone vult, quod illa, ut Schol. ait, *τῶν νόσων αὐξητικὴ καὶ μειωτική*: quo et illud pertinet, quod Baccho insaniam ademit; v. Schol. vs. 137. 139. cum nott. Vs. 78. *θαμὰ* ambiguum sitne *frequenter*, ut putabam nott. critt. p. 384. an *una*, de quo ibidem disputavi; posterius tamen nunc praefero.

Vs. 80— 106. *Tu quidem si priscam sapientiam calles, Hiero, priscorum poetarum monitu scis, uni bono bina deos mala addere, quae imprudentes haud decore ferunt, boni melius. Tu vero summam a diis felicitatem nactus es; sed ne haec quidem integra per totam potest vitam esse: ut qui beatissimi dicuntur mortalium fuisse, Cadmus et Peleus, et ipsi miseriis afflicti sunt*, exules ambo, alter ex Phoenicia, alter ex Aeginetica patria; *iidem postea summis apud deos honoribus digni habiti ex pristinis sese emerserunt laboribus: sed*, quae fortunae sunt vicissitudines, *rursum in mala inciderunt. Cadmo certe trium filiarum duri casus aerumnam attulerunt; quarta tamen Semela Iovis connubio aucta est: Peleo Thetidis nuptiis ornato filius unicus Achilles occidit. In qua fortunae fragilitate oportet quemque divinitus datis bonis frui, neque vero expectare, ut propria et perpetua sint, quum modo secundi modo adversi venti obtineant: immo quo maior beatitas, tanto magis fluxa mortalibus est.* Sic poeta illustrissimis exemplis ad malum duplex ex aegroto corpore et ex luctu domestico (*πήματα σύνδυο*) bene ferendum Hieronem cohortatur. Vs. 80. *λόγων κορυφὴ* nihil aliud est quam *λόγοι κορυφαῖοι, praeclara doctrina.* Formam *ἐπίστα* s. *ἐπίστη* illustrat Choeroboscus ap. Etym. M. p. 290. 38. *τὸ δὲ δύνη καὶ ἐπίστη κατὰ πάθος εἰσὶν ἀπὸ τοῦ δύνασαι καὶ ἐπίστασαι· Ἰωνικῶς δύνεαι καὶ ἐπίστεαι, καὶ κράσει τοῦ ε καὶ α εἰς η δύνη καὶ ἐπίστη.* Quod sequitur dictum de binis malis uni bono additis, ad priscum refer poetam moralem; Homerica enim dolia hinc aliena sunt, etsi de iis cogitarunt veteres: v. Schol. h. l. Eustath. ad Iliad. ω, p. 1363. 48. Schol. Ven. p. 528. Sententiam laudat Schol. Aeschyl. Suppl. 1078. *Τὰ καλὰ τρίψαντες ἔξω* ex proverbiali usu a vestibus translatum est: cf. Casaub. ad Theophrast. Char. 22. atque ita ex Graeco dicendi genere probe perspecto etiam Aristides T. II. p. 403. cepit: *Ἀλλὰ τί κωλύει καὶ τοὺς πτωχοὺς τοὺς τὰ ῥάκια ἀμπεχομένους οἴκοι μὲν αὐτοὺς ἔνιοι εἶναι φάσκειν πάνυ γενναῖα ἱμάτια, πρὸς δὲ τοὺς*

www.libtool.com.cn

ἔξω σχηματίζεσθαι; οἰκοῖν ὅ γε αὐτὸς ποιητὴς (Πίνδαρος), οὗ μικρῷ πρόσ
σθη, ἔφη τὰ παιὰ τρέπειν ἔξω τοὺς ἀγαθούς. Δέρκεται, eum respicit, ei f
est. Vs. 88. Pal. C. ut alii libri habet λέγονταί γε μάν. Vs. 95. Διὸς χάρ
a verbo μεταμιγνύμενος, ut Olymp. XII, 12. Διὸς χάριν ἐκ προτέρων μεταμ
καμάτων ἔστασαν ὀρθὸν παρδίαν, hoc est, post mala exilii Cadmus et Peleus
tiam adepti ad secundam fortunam pervenerunt, Harmonia alter, alter Theti
hinc παρδίαν ἔστησεν ἀρθήν, confirmarunt animum, felicitate gavisi sunt; ru
Cadmum Ino, Agaue, Autonoe filiarum infausti casus perculerunt; sed Se
Thyona, etsi haec quoque occidit, tamen quod Iovis connubio dignata erat
tem magis quam aerumnam attulit: id quod Pindarum voluisse monstrat
per particulam ἀτάρ. Καδμον ἐφημισαν εὐφροσύνας μέρος αἱ τρεῖς, parte
eum privarunt tres illae filiae: unam particulam Semela reliquerat. Cave a
φροσύνας μέρος dirimas a verbo ἐφημισαν, ut nonnullis placuit: haec potiu
genda, ut Olymp. I, 58. εὐφροσύνας ἄλαται; et nota ἐρημοῦν τινά τι, ut ἀφ
τινά τι et similia. De Semela apud superos Thyona praeter alios v. Diod
IV, 25. Apollod. III, 5, 3. cum nott., Valck. ad Ammon. p. 208. intt. H
Θυώνη, et de ratione nominis conferatur Schol. Apollon. I, 636. et Charax
nicis ap. Allat. Exc. Sophist. p. 59. Achillem Pindarus unicum Thetidis filiu
bet; quae quum vulgo plures peperisse et necasse diceretur, religione ductu
sprevit hanc fabulam. Vs. 102, 103. construe ὤρσεν ἐκ Δαναῶν, et deind
τις. Cadmi filiarum et Achillis mortem luctui Hieronis domestico attemper
monui in introd. Nunc addam hoc, quam commodum utrumque exemplum
consolando sit. Nam Cadmo *omnes* filiae occiderant, etsi Semela Iovis u
morte sua felicitatem magis quam infortunium attulerat; attamen vel haec obi
unicus filius ereptus erat; at Hieroni Dinomenes est superstes. Haec hactenu
θείας ὁδὸς est *recta ratio*. Mox ad τυγχάνοντα supple αὐτοῦ, τοῦ εὖ πάσ
Olymp. II, 56. τὸ δὲ τυχεῖν πειρώμενον ἀγαθίας. Sententiam recte cepit He
Fortuna secunda uti decet, ubi quis eam a diis nactus sit. Vs. 105. ὑψιπετᾶ
recto casu ὑψιπέτης, *alte volans*, ut Iliad. ν, 822. αἰετὸς ὑψιπέτης; non a v
πετὴς, *ex alto delapsus*: quorum prius primam, posterius tertiam declinatione
tur. De vocabulo cf. Etym. M. p. 786. 8. Ultima sententia retento ὅς nu
expediri potest, nisi dixeris ἐὺς ἂν ἐπιβόλεως esse pro vulgato ἐὺς ἂν ἐπι
apud Aeschylum: v. nott. critt. p. 357. Sed haec ratio contorta et futilis.
οὐ πολὺς non verum, sed tolerabile: elegantissime autem Dissenius coniici
λυς, cuius vocis prima syllaba olim perierit, deinde perperam suppleta sit.

Vs. 107—115. Praecepta, quae ex prioribus sententiis colliguntur, univ
dem sed Hieroni maxime accommodata, poeta more suo leniendae rei cau
praedicat: *Igitur decet fortuna qualicunque frui; magnum me geram in mag
summissum in parvis*, praesenti rationi convenienter, *et pro mea facultate viril
vinitus iniunctam irrevocabilem sortem, quae quoque tempore praesto est, colam
consulam*, secundum illud τὸ παρὸν εὖ θέσθαι. *Haec igitur tu quoque tene*, tu
qui tot bonis abundas, ut magnum inde laborum solatium capere queas. Na
ut tu, opibus praestiterim, non dubito me clarum futurum esse: id quod tibi in
est, quem magna potentia poetarum studiis conciliat. *Carminibus enim virt
steros propagatur, ut Nestoris et Sarpedonis: sed paucis hoc ita ut tibi datu
poetarum laudibus dignam suppeditent materiam.* Prima verba (vs. 190 — 1
qui a voce σμικρὸς usque ad ἐμὰν sunt) in Photio Ms. v. σμικρὸς citari sci

www.libtool.com.cn

son. Adv. p. 312. in edito haec non reperi. Nestor et Sarpedon non aliam ob causam nominati videntur nisi ob magnam famam sapientiae et virtutis: poterat etiam alium similem poeta appellare. Non obero tamen, siquis Nestorem assumptum putaverit, quod Hiero senex sit: sed tum in Lycio Sarpedone laborabitur, de quo vereor coniecturam proferre. Hieronis quidem genus origine Telium fuit; ab initio tamen Cyprium habitum est (v. ad Schol. p. 314 sq.): quid si id ex Cypro in Lyciam, deinde in Telum transmigrarit? Quod optaverim etiam ob Lycium Apollinem, qui idem Delius, Pyth. I, 39. Nestorem igitur et Sarpedonem dicit *ἀνθρώπων φάτεις, fabulas hominum*, hoc est *celebratos ore hominum*, prope ut in illo *Fabula fies*. Structura patet: *Νέστορα καὶ Σαρπηδόνα γιγνώσκομεν ἐξ ἐπέων, οἷα τέκτονες σοφοὶ ἄρμοσαν*: ultimum verbum accommodatum *τέκτοσιν ἐπῶν, poetis*. Cratinus ap. Schol. Aristoph. Eq. 527. *τέκτονες συπαλαίμων ὕμνων*. Eurip. Androm. 477. *τετόνοιν δ' ὕμνοισιν ἐργάταιν δυοῖν*. Antipater Sidonius Epigr. in Pindari tumulum Anthol. T. II. p. 28. ed. Iac. pr. *τὸν αὐαγέων βαρὺν ὕμνων χαλκευτάν*. Sed Nem. III, 4. choreutae sunt *μελιγαρύων τέκτονες ὕμνων*.

PYTH. IV.

Carmen hoc Cyrenarum regi scriptum in Argonautarum rebus versari sunt qui mirentur, et loquuntur, ut solent, digressiones, praeeuntibus veteribus ad Pyth. IV, init. coll. ad vs. 119. In universum quidem non debebat incommodum videri, si Minyarum postero origines gentis et civitatis declarantur; atque ea, quae usque ad vs. 58. leguntur, non possunt aptius excogitari. Poeta enim Cyrenis cantandum carmen facturus orditur ab oraculo, quod Delphicus deus, nunc etiam victoriae Arcesilao auctor, huius parenti Batto dederat, atque a Medeae vaticinio, quo condendae a Theraeis Cyrenae divinabantur, quod apud Theram insulam ex navi excidisset fatalis illa gleba, quam in Libya acceperat Euphemus Taenarius, Battiadarum gentis auctor, cuius stirps ex Lemniis mulieribus nata Theram et deinceps Cyrenas condidit: quae res Battiadis et Cyrenaeis universis gratissimae adeo hic convenientes atque insuper tam pulchre connexae sunt, ut nihil supra. Iam vero quod etiam prius gestae res inde ab origine Argonauticae expeditionis repetuntur, id possis ea ratione excusare, ut longius carmen, qualia Stesichorea fuerunt, postulatum esse dicas: nec sine arte in hoc quoque poetam versatum esse, inde patet, quod postquam vs. 247. lyrica libertate materiam contraxit, ad Argonautarum in Lemnum profectionem redit vs. 252 sqq. ut Battiadarum, Theraeorum, Cyrenarum origines ex Lemnia Minyarum commoratione repetat. Neque tamen negandum est universam de Argonautarum rebus inde a vs. 67. digressionem posse offensionem praebere; quodque maxime mirere, Peliae et Iasonis de regno dissensiones, disputationes, pacta maiorem absumunt partem, quum tamen in illis nonnisi occasio expeditionis posita sit. Sed quo minus id carmini aptum videtur, eo certius hinc colligitur, singularem aliquam ob causam hanc poetam digressionem intexuisse, quaeque levius consideranti ab odae consilio aliena videantur, de industria uberius tractata esse. Et primum quidem hac re exponenda Arcesilao, regi non tranquillissimam tum civitatem gubernanti, exemplum nobilissimum proponitur civilium

www.libtool.com.cn

turbarum sine vi componendarum; ad quod eundem cohortantur sententiae vs. 263 sqq. positae: ita ut utraque haec pars eximie conspiret, et prioris ex altera explicatio petenda sit; talis enim in his carminibus hinc inde Pindarus reperitur, ut ipse aliqua significatione, quomodo quaeque intelligenda sint, indicet: quas tamen significationes negligit vulgus interpretum. Illud vero exemplum turbarum, ut dixi, sine vi componendarum in Iasonis potissimum placidis moribus demonstratur, quum contra in Peliae fatis iniquae subdolaeque tyrannidis tristis cernatur exitus. Ita ex parte etiam Guilelmus de Humboldt, elegantissimi iudicii vir censebat, qui hoc quoque addit, Argonautica fabula explicanda id lucratum poetam esse, ut Arcesilai parens principum Graeciae heroum societate nobilitaretur (vs. 171 sqq.). Rectissime autem Io. Frid. Wagnerus, qui singularem de hoc carmine libellum edidit, in universa illa digressione notat Iasonem maxime spectari; eiusque persona Damophilus a Pindaro commendandus delineari docto illi viro videbatur. Prius ubi tenueris, etiam propius opinor ad consilium poetae accedere licebit. Quippe Iason a Pelia tyranno consanguineo in longinquam et periculosam expeditionem missus erat; Damophilum genere sibi coniunctum (Schol. vs. 467.) ex patria eiecerat Arcesilaus, atque illum poeta reduci vult (vs. 276 sqq.): significatur credo discrimen, in quod rex adduci possit, si patria carere clarissimos et sibi propinquos homines iubeat; qui aliquando reduces exitium afferre imperanti possint, ut Peliae Medea et Iason (vs. 250.). Igitur alia ratione utendum esse ex hoc carmine debuit Arcesilaus discere, praesertim inter consanguineos; nec sine causa poeta illa scripsit vs. 142. (ubi cf. not.): *μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ καὶ θρασυμήδεϊ Σαλμωνεῖ*, et vs. 145. *Μοῖραι δ' ἀφίστανθ', εἴ τις ἔχθρα πέλοι ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι. οὐ πρέπει τῶν χαλκοτόροις ξίφεσιν οὐδ' ἀκόντεσσιν μεγάλαν προγόνων τιμὰν δάσασθαι*, et similia. Iam etiamsi nulla praeter hasce illarum rerum fusius declarandarum causa fuerit, vix ullum carmen quam hoc commodius et ingeniosius dispositum esse intelliges, nihilque posse ineptius dici, quam si quis Pindarum ob hanc digressionem reprehendat. Neque enim Argonautica res explicuit Pindarus, sed ex ea fabula id deprompsit, quod fini carminis in Damophili commendatione posito aptum erat; cetera breviter percurrit, ut fabulae sua integritas constaret et poema rite absolveretur; quod ita fecit, ut simul Arcesilai genus ab Euphemo repetitum illustraretur. Vix tamen me abstineo, quominus aliud quoque subesse arbitrer; quo admisso non modo ingeniosa sed prorsus admirabilis poetae in deligendo et exornando argumento ars videatur. Quid enim si praeter illa omnia, quae dixi, commoda Damophilus generis originem ad Iasonem retulerit? Cui sententiae non obstat, quod Damophilus Arcesilai Euphemidae propinquus fuit, quum ea propinquitas inde potuerit nata esse, quod una ex parentibus alterutrius muliebribus aut ex altera gente in alteram collocata esset, aut eadem duobus viris, alteri Iasonidae, alteri Euphemidae nupsisset. Hoc alterum verius iudico, et de eo iterum dicam ad vs. 142. Neque id Damophili ab Iasone ortui obest, quod Aegidam fuisse Damophilum infra conieci, quippe quum Minyae Lemnii, quos Theras Aegida in Theram traduxit, vel omnes vel plurimi potuerint inter Aegidas recipi, iisque etiam Iasonis posteros fuisse admixtos non absimile veri sit. Quis vero Cyrenis unam et alteram familiam ab Iasonis Minyeïa et Lemnia prole originem repetivisse negaverit? Memorabile certe est, quod in nummo Cyrenaico Iason magistratus nomen comparet (v. Eckhel. D. N. T. IV. p. 221.). Porro Iasonis pater est Aeson: ecce vero hoc quoque nomen Cyrenaica offert inscriptio apud Paulum Della-Cella in Itinerario infra citando p. 146. ubi *ΑΙΣΩΝΟΣ* pro typothetae vitio *ΑΙΣΩΟΣ* legendum esse Corrigenda monent: et

www.libtool.com.cn

nota Αἴσωνος p. Αἴσονος. Choeroboscus ap. Bekker. τὸ Αἴσων κύριον ὂν διχῶς κλίνεται. καὶ γὰρ διὰ τοῦ ω̄, οἷον, Αἴσωνος υἱὸς Κρηθέως ἀφ' αἵματος, etc. Addam aliud argumentum, sed levissimum. Iasonis et Hypsipylae Lemniae filii duo feruntur, alter Euneus, cuius gens Athenas delata est (v. Müller. Orchom. p. 394.); alter Thoas sive Nebrophonus sive *Deïphilus* (Hygin. Fab. 15.): ab hoc facile potuerit *Damophilus* descendere; sic enim in familiis variari nomina solent, ut Σοφοκλῆς Σοφίλου, Ναυσίφιλος Ναυσιγίκου, Καλλίστρατος Καλλικράτους, Ἐπιγένης Μεταγένους, Διόδωρος Ὀλυμπιοδώρου (v. Oecon. civ. Ath. T. II. p. 235. adde exempla commodissima ap. Thucyd. I, 29.). Quodsi Iason inter Damophili maiores censitus fuerit, simul hoc Arcesilao offeratur, Cyrenas Damophili parentibus originem debere, ipsamque Battiadarum gentem sine Iasone Argonauticae expeditionis auctore non orturam fuisse, et debere vel ob tanti heroïs facinora tam praeclara veniam Damophilo haberi. Sed sive haec omnia vera sunt sive pleraque, devitatae meo iudicio molestae illae disputationes sunt, quibus unus et alter interpretum persuadere legentibus conatur, carmen hoc artificiosissimum a Pindaro ingenii nondum subacti iuvene fervore nimio effusum esse: contrarium vel historiae fides docet, quam temere labefactare huius aetatis morbus et insania. Nec video, quid sit quod epicum tenorem huic carmini nonnulli tribuant; nempe tenor est narrationis, quem recte veteres (ap. Schol. Pyth. V. inscr.) agnoscunt, neque vero is epicus, sed lyricus: quid intersit docebitur aliquando, si quis lyricae poeseos Graecorum historiam eo ingenio perscribet, quod dignum argumento, dignum gente nostra et hac aetate fuerit, postquam quid in hoc genere sit praestabile, par nobile fratrum exemplis clarissimis docuit.

De Euphemo Argonauta, de Minyis Lemniis Spartam profectis, de Theraea et Cyrenaica colonia tam praeclare disputavit Müllerus noster, ut in notis ad eum remittere sufficiat: ego nunc consistam in stirpe Arcesilai, quam paucis exponere opus est, ut ad ipsum, cui oda scripta est, rite et sine controversia deveniamus. *Euphemo* Taenario, Neptuni et Mecionicae filio Lemnia Malache s. Malicha genuit *Leucophanem*, a quo genus deducit *Sesamus* s. *Samus*, Therae in condenda Thera socius (Müller. Orchom. p. 306.), quartus ab Euphemo secundum Pindarum (vs. 47.). Huius filius *Euphemus* alter (Schol. Pyth. IV, 455.), a quo descendit decimus septimus ab Euphemo gentis auctore (Pind. vs. 10.) *Polymnesti* filius *Aristoteles* s. *Battus*, teste Schol. Apollon. IV, 1750. Schol. Pind. Pyth. IV, 88. Βάττος ὁ Πολυμνήστου, ἐὼν γένος Εὐφημίδης τῶν Μινυέων, Herodot. IV, 150. Haec fabulosa esse vix monendum: dicere de huiusmodi rebus soleo quasi credulus, quod quemque arbitror scire posse, non me credere, certe non confidere: satis est credidisse Battiadas. Hinc in hac familia Euphemi nomen redit; *Euphemus* quidam comitatur Battum, *Euphemus* alius Arcesilao IV. Delphos deducit equos, colligit mercenarios milites, Hesperidas condit, auctoribus Didymo ap. Schol. Pind. Pyth. IV, 455. Theotimo apud Schol. Pyth. V, 33. coll. Müller. l. c. p. 341. Sed Battus οἰκιστὴς Cyrenas condidit circa Olymp. 37. (v. Müller. p. 344.), a quarum initio usque ad finem regni Cyrenaici Schol. Inscr. ducentos annos numero rotundo usus computat; unde interitum regni anno Olymp. 87, 1. docti assignarunt, nullo praeterea argumento usi. Ille vero Herodoto tradente imperium ad quadraginta annos tenuit, ut desierit fere Olymp. 47. Qui successit *Arcesilaus* I. eodem auctore annis XVI regnavit, ac proinde decesserit circa Olymp. 51. Post hunc est *Battus* II. εὐδαίμων, Apriae Aegyptiorum regi aequalis, felix Cyrenarum stator; huius vel Critobuli Cyrenaei filia Ladice Amasidis Aegyptiorum regis uxor fuit (Herodot. II, 181. si vera lectio: v. intt.). Huius successorem *Arcesilaum* II. χαλεπὸν,

www.libtool.com.cn
occisum a fratre Learcho (v. Herodot. Diodor. et Vales. ad Diodor. T. IV. p. 504. ed. Bip.) excepit *Battus* III. *χωλὸς*, sub quo Demonax Mantinensis Delphici dei iussu reipublicae constituendae causa arcessitus populum in tres tribus divisit et huic summam imperii tribuit, imminuta regni dignitate nec regi aliis rebus relictis nisi fundis regiis (*τεμένεα*) et sacerdotiis; quae accurate narrat Herodot. IV, 161. ad quem cf. Diodor. Ex hoc Demonacte vocatus is, quem Cyrenaei nummi offerunt (cf. Eckhel. D. N. T. IV. p. 121.). Batti III. filius *Arcesilaus* III. quum pristinam imperii potestatem restituere conaretur, seditione pulsus in Samum insulam profugit, mater vero Pheretime Salaminem Cypri sese contulit. In Samo ille collecto exercitu Cyrenas redux cives insolentius tractavit; mox Barcae a Barcaeis et civibus suis exsulibus occisus est: ibi dum versatur, Pheretime mater regium Cyrenis imperium exercet, post mortem filii ad Cambysis in Aegypto praefectum Aryandem profuga Olymp. 64. vixdum nato Pindaro (cf. Herodot.). De hoc sexto rege quae Herodotus prodidit, ad Arcesilaum alium, qui numquam fuit, transtulit Schol. ad Inscr. p. 342. *πέμπτος δέ ἐστιν Ἀρκεσίλαος Φερετίμης υἱὸς, ὡς Ἡρόδοτος μνημονεύει*: quodsi quintus hic Arcesilaus esset, debebat decimus Cyrenarum rex esse, quum tamen nonnisi octo Cyrenae viderint; Scholiastae tamen error nonnullos induxit, ut partim Arcesilaum V. aliquem regnasse statuerent, partim Arcesilao III. Pheretimae filio hoc statuerent carmen scriptum esse. Cf. Thrige de Cyrenis Part. 1. p. 192 sqq. Sed Arcesilai III. imperium suscepit *Battus* IV. *ὁ καλὸς*, de quo Heraclid. Polit. 4. *Βάττος δὲ ἐβασίλευσεν ὁ καλὸς, ἑβδομος ὢν ἀπὸ τοῦ πρώτου*. Successit *Arcesilaus* IV. cui haec et sequens odae scriptae sunt. De hoc Heraclides: *Ἀρκεσιλάου δὲ βασιλεύοντος λευκὸς κόραξ ἐφάνη, περὶ οὗ λόγιον ἦν χαλεπόν*: octavum in regum serie poeta testatur huius carminis vs. 65. atque in hoc regnum desiturum praedixisse oraculum fertur ap. Herodot. IV, 163. *ἐπὶ μὲν τέσσερας Βάττους καὶ Ἀρκεσίλεως τέσσερας, ὀκτὼ ἀνδρῶν γενεὰς, διδοῖ ὑμῖν Λοξίης βασιλεύειν Κυρήνης· πλέον μέντοι τούτου οὐδὲ πειρᾶσθαι παραινέει*: adde Schol. p. 342. Hic coloniam in Hesperidas Euphemo curante duxit, ut supra significavi, eamque post hanc Pythiam victoriam, quae curru parta est Pyth. 31. Olymp. 78, 3. (Schol. Pyth. IV. inscr. V. inscr. VI. inscr.), iuvene tum Arcesilao (Pind. Pyth. V, 109.): mox Olymp. 80. Olympia quoque vicit auctoribus veteribus ap. Schol. Pyth. IV. inscr. Postea anno incerto simul cum Arcesilao quarto regia Cyrenis potestas abolita est; quodque fata praedixerant, ipse videtur Arcesilaus acceleravisse. Etenim civibus eum graviorem fuisse ex ipso poeta colligas vs. 263 sqq. ubi v. nott. et mercenariis usum esse, tum ad imperium, ut mihi videtur, tutandum, tum ad bellum, ut traditur, Theotimus et Didymus locis supra dictis docent. Num tamen aliquo casu afflictus Arcesilaus quartus perierit, non constat. Nam quod Schol. p. 342. habet, *ὁ δὲ τελευταῖος οὗτος Ἀρκεσίλαος δολοφονηθεὶς ὑπὸ Κυρηναίων ἀπέβαλε τῶν Βαττιαδῶν τὴν ἀρχὴν ἔτη διακόσια διαμείνασαν*, in eo ambiguum est, utrum Arcesilao huic attemperata sit Herodoti de Arcesilao Pheretimae f. narratio, quem a Schol. cum ultimo confundi videmus, an hic simili, quo ille, fato circumventus sit: magis tamen eo inclino, ut quae de ultimi morte Schol. tradidit, vera sint, illa autem, quae de Arcesilao Pheretimae f. in Scholiis habentur, recentior intruserit manus. Postremo Arcesilai IV. filius *Battus* post institutum Cyrenis populare imperium in Hesperidas concessit, quas pater sibi videtur refugium parasse, quod in ipso Cyrenarum regnum desiturum et oraculum et rerum status monuisset. De hoc Batto Heraclides: *Δημοκρατίας δὲ γενομένης Βάττος εἰς Ἐσπερίδας ἐλθὼν ἀπέθανε καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ λαβόντες κατεπόντισαν*.

www.libtool.com.cn

Nunc quoniam duo in hanc Arcesilai victoriam carmina extant, monendum qua utrumque occasione cantatum sit. Et quintum quidem Pythium haud diu post victoriam in sollemnibus Cyrenaicis cum pompa cantatum esse reduce auriga Carrhoto, in introductione illius carminis videbimus: quartum postea et factum et cantatum est; unde nihil in hoc de ludorum et victoriae ratione, quam in quinto Pythio uberrime tractatam poeta occupaverat: immo nisi vs. 2 sq. et vs. 66. Pythia victoria significata esset, ne illud quidem conspicere liceret, quod nunc ex priore maxime loco constat, Pythiae comissationi scriptam quartam odam esse. Eam autem comissationem non post Olymp. 80, 1. habitam esse, Olympicae victoriae omissa mentio ut statuamus suadet; superest, ut aut Olymp. 79, 3. redeuntibus Pythiis, aut statim post Carrhoti pompam Olymp. 78, 3. in subsecuta comissatione cantatum carmen sit. Mihi posterior sententia magis videtur probabilis. Nempe quum Arcesilaus Euphemum et Carrhotum cum equis Delphos misisset (v. ad Pyth. V.), reduci choro Pythium quintum scriptum est; sed victoriae nuncio Thebas, ubi Damophilus versabatur, allato Damophili hortatu Pindarus quartum hoc carmen addidit, ut recentis victoriae longiori carmine celebrandae occasione, suo alloquio Damophilo Arcesilaum conciliaret. Sic Thebis Cyrenas carmen hoc eadem navi transmitti potuit, qua pompa Pythia rediret: quae, quum Euphemus militibus colligendis operam daret, diutius fortasse in Graecia commorata erat, tamdiu certe, ut interim et quintum carmen et hocce uberius potuisset absolvi.

Vs. 1 — 18. *Hodie, Musa, comissanti Arcesilao adesse te oportet, ut Latonae gnatis*, Apollini maxime, *et Pythoni debitum hymnum perficiamus; Pythoni inquam, ubi Apollinis sacerdos praesente deo Battum iussit Cyrenas condere, Medeaeque vaticinium Therae prolatum referre et effectum reddere, quae ex illa insula edixit Libyam radicem urbium petituram, cuius cives equis curribusque insignes forent.* Magnificum exordium excogitavit Pindarus Musa advocanda: quod convenit carminis amplitudini: aliter tamen Musam advocat, quam epici faciunt. Vs. 3. *αὔξῃς* est *excites et excitatum augeas.* De aquilis v. Fragm. Paean. 4. et ibi notata. Mox nota Atticam, quae dicitur, structuram *χρῆσε Βάττον, ὡς κτίσσειεν.* Vs. 6. sacra Thera dicitur ob templa et sanctissimas religiones, ut *Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον*, non ob ignes terrestres, quorum memoria recentior est: v. Müller. Orchom. p. 324. Culti autem in Thera insula inter alios Apollo Carneus, Bacchus, Mercurius, quos ex Inscriptionibus enoto; et Apollini potissimum dedicatam a Spartanis insulam esse Schol. tradit, etiam Minervae et Neptuni templum ibi esse notans; neque opus est demonstrare etiam alios ibi deos cultos esse: addam tamen Venerem et *Δία ὁμόριον* ex nummo ap. Tristan. Comm. hist. T. I. p. 695. cf. Tournefort. Itin. T. I. ep. 6. p. 323. ed. Lugd. *Μασσὸς collis* est vel prosae scriptoribus; cf. Hesych. et intt. Cyrenarum autem montem cretaceum vel calcarium ex una quidem parte fuisse ex nostro fere loco conieceris: posterius confirmat Della-Cella libro statim nominando p. 135. 142. Universa urbs in planitie montana posita erat mensae formam referente et ex mari conspicua (Strab. XVII, p. 1194. A. Alm.); *ὄχθος ἀμφίπεδος* dicitur Pyth. IX, 57. quod infra montem itidem planus fuit campus; *Cyram montem* vocat Iustinus XIII, 7. Sed *Χαρίτων λόφον* Cyrenaicum Callimacho nominatum ap. Schol. Pyth. V, 31. huc pertinere non arbitror, siquidem idem est de quo Herodotus IV, 175. Ceterum ad Strabonis locum cf. Pauli Della-Cella Viaggio da Tripoli di Barberia alle frontiere occidentali dell' Egitto, p. 137 sq. ubi cilia eius montis quingentis fere metris mare mediterraneum superare dicit et Strabonis diligentiam in indicando Cyrenarum situ admiratur. De oraculo Aristoteli

www.libtool.com.cn
dato v. Müller. Orchom. p. 341 sqq. A Medea usque ad Cyrenas conditas septendecim aetates Pindarus computat, de quo v. eundem p. 344. *Θήραιον ἔπος*, verbum apud Theram insulam enunciatum, in reditu Argonautarum ex Tritonide palude in Graeciam. *Ἀθάνατον στόμα*, ob divinitatem fatidicam. Vs. 14. *γᾶς* est de insula, ut docui in nott. critt. neque quisquam ibi dictis opposuerit formulam *γαῖαν διδόντι* vs. 21. cuius alia est ratio. Vs. 15. *ἀστέων ῥίζαν* Cyrenas dixit poeta, quia urbium plurium mater: nota est *pentapolis*, quae postea vocata est, *Cyrenaica*, qua praeter *Cyrenas* comprehenduntur *Apollonia* portus Cyrenensium, *Hesperides*, quae posthac Berenice, *Teuchira*, cuius nomen in Arsinoen versum, *Barca*, quae deinde Ptolemaïs, Cyrenarum coloniae omnes. Vs. 17 sq. equestre Cyrenensium studium de industria praedicatur, quod curulis victoria fuit: hinc vs. 2. *εὐΐππου Κυρήνας*, vs. 7. *εὐάρματον πόλιν*, ut nympha Cyrene *διώξιππος* Pyth. IX, 4. Strabo XVII, p. 1194. B. *καὶ γὰρ ἱπποτρόφος ἐστὶν ἀρίστη (ἡ Κυρήνη) καὶ καλλίκαρπος*. Convenit etiam Neptuni cultus, quem in Libya frequentissimum fuisse Herodoti (II, 50.) opinio docet, traductum illum inde in Graeciam esse falso opinantis. Is apud Cyrenaeos vocatus est *Ἀμφίβαιος* (Tzetz. ad Lycophr. 749.), hoc est *Ἀμφίαιος, Γαιήοχος*, ut monuit Bernhardius, doctus iuvenis, qui de rebus Cyrenaicis scripturus est. Schol. Pyth. IV, 1. *τὴν δὲ Κυρήνην εὔϊππον εἶπεν οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ἀλλ' ὅτι Ποσειδῶν τοὺς Λίβυας διδάξειε τὴν τῶν ἁρμάτων κατάζευξιν· καὶ τὴν ἱππείαν δὲ Ἀθηνᾶν ἐν Λιβύῃ γενέσθαι φασί. τινὲς δὲ ὡς ὅτι ἡ ἱππικὴ ἐν τῇ Λιβύῃ εὑρέθη*. Herodot. IV, 189. *καὶ τέσσερας ἵππους συζευγνύναι παρὰ Λιβύων οἱ Ἕλληνες μεμαθήκασι*: cf. VII, 184. ubi de curribus falcatis in Africa usitatis, ad quos cf. Strab. XVII, p. 1184. C. et de curribus universim Mnaseam ap. Hesych. v. *Βαρκαίοις ὄχοις* et Steph. Byz. v. *Βάρκη*. Adde quod Herodoto IV, 170. Libyes dicuntur maxime *τεθριππομάχαι*, et quadrigae in nummis Cyrenaeis sunt (v. Eckhel. D. N. T. IV. p. 120 sq.); ac nonnulla huc ex Pyth. V. et Schol. referenda. Libya *ἱππόβοτος* est etiam ap. Oppian. Cyneg. II, 253. Plura de Cyrenarum re equestri curribusque praeclare disputat Casaubonus ad Athen. III, p. 100. F.

Vs. 19 — 56. *Illa gleba*, Medea inquit, *Theram magnarum urbium matrem constituet:* quae quomodo data Euphemo et apud Theram dilapsa sit, Colchis virgo deinceps narrat. Ad quem locum intelligendum quae pertinent, paucis complector. Quippe Pindaro auctore Argonautarum fabulam simplicius quam alii narrante Minyae ex Thessalia per Bosporum intrant Pontum Euxinum indeque Phasin (vs. 203 — 212.); re perfecta versus Orientem in Phaside navigant, quod Hesiodus quoque tradiderat (v. Schol. Apollon. IV, 283.); deinde ex Phaside in Oceanum deferuntur, ex Oceano in mare rubrum (vs. 251.), pro quo nuper quidam miro acumine mare prope Erythras Ioniae inferre conatus est; ex mari rubro autem ut in mediterraneum pervenirent, duodecim dierum spatio navim per deserta Libyae humeris portant iussu Medeae, usque ad Tritonidem paludem (vs. 25 — 27.); cf. Schol. vs. 44. et Eustath. ad Odyss. *μ*, p. 1711. extr. p. 1712. pr. qui tamen Pindari sententiae aliena admiscet, haud aliter atque Tzetz. ad Lycophr. 871. qui huc spectans supra Syrtin navim portatam esse fert, quae non Pindari, sed aliorum opinio est. Iam navi per Tritonidem vecti quum in ipso paludis ostio substitissent, a deo humana Eurypyli specie induto hospitii communio offertur; sed festinantibus Argonautis et ancora soluta glebam hospitii tesseram Euphemus accipit (vs. 20 — 37.). Hinc in Theram insulam Cretici maris pergunt: ubi dilapsâ glebâ Medea auguratur ex hac insula olim Libyam colonos accepturam (vs. 38 — 43.). Et illa quidem Taenarum apportanda erat, ut patria Euphemi Taenaria iure Libyam aliquando occupandi potiretur; nunc mutato fato ex Thera pro-

www.libtool.com.cn

dibunt Libyae coloni. Nempe ex Thera insula Argonautae deinceps in Lemnum delati sunt, ubi cum mulieribus congressi Lemnios Minyas genuerunt (vs. 252 — 257.). Apud Theram igitur constituta Medea hoc ipsum vaticinatur, in Lemno insula Euphemum progeniem inventurum (vs. 50 sq.), quae Lacedaemonem profecta (vs. 257 sq.) in Theram esset perventura indeque colonos in Libyam missura (v. 51 — 56.). Vides a Pindaro abesse vulgares fabulas de Argonautarum reditu per Istrum vel Tanain, abesse Adriam, Eridanum, Rhodanum; neque ut Apollonius libro primo, Apollodorus, Orphica, alii, quando in Colchicam terram navigarent, sed in reditu ad Lemnum appulisse Argonautas statuit; in quo errat Schol. vs. 447. Idem tamen Apollonius, ut narrationis a Pindaro aliisque traditae summam carmini suo intexeret, conspecta iam redeuntibus ab occidente Argonautis Peloponneso, procella eos per Libycum mare actos facit, donec Syrtin attingerent: tum monente Peleo per duodecim dies totidemque noctes navim trans deserta Libyae portare dicuntur ad Tritonidem paludem; ex qua quum egredi non possent, Triton exitum docuerit: simul eum Euphemo glebam donasse; glebam apud insulam Anaphen in mare proiectam esse: hinc extitisse Callisten s. Theram, Euphemi posteris sedem: postremo Argonautas in Thessaliam rediisse. Haec Apollonius libro quarto; omitto Orphica et ab aliis proditas fabellas, de quibus praeter alios Gesnerus egit de navigg. extra col. Herc. I, 3. 4. Quid veri argumenti subsit et quo quaeque consilio ficta sint, acutissime exponit Müllerus Orchom. p. 349 sqq. Transeo ad singula. Vs. 19. *ὄρνις, omen*, est gleba accepta a deo, Tritone secundum Apollonium, specie Eurypyli Libyae regis uso: v. Apollon. IV, 1551 sqq. ibique Schol. cum Tzetz. ad Lycophr. 881 — 890. ubi in fine etiam Pindari affertur versus *Εὔφημος πρώραθε καταβὰς* etc. Callimachi de Eurypylo locus, ad quem Schol. Apollon. provocat, est Hymn. in Apoll. 92. Euphemus autem a Tritone glebam datam accipit, si fabulam spectes, ob id quod in nott. critt. exposui, si fabulae causam et rationem, quod ab Euphemo sese descendere Battiadae gloriati sunt; glebâ enim Libycâ dandâ simul Euphemo terrae possessio datur. Nota res *τὸ γῆν τε καὶ ὕδωρ διδόναι*, apteque Müllerus glebam comparat Aletae apud Corinthum datam (v. locos ad Olymp. XIII.). Dativum *γαῖαν διδόντι* iunge voci *θεῷ*, non *ἀνέρι*. Vs. 24, 25. iunge *προσχρημνάντων νηῒ αὐτῶν*; genitivus est absolutus. De ancora suspendenda cf. si tanti est vs. 192. Vs. 29. Schol. videri possit legisse *πρὸς ὄψιν θηκάμενος*; sed vulgata praestat: *θηκάμενος* est *ἐπιθηκάμενος*; cf. Hesych. v. *θήκατο* ibique intt. Vs. 40. nota *ὀτρύνειν* cum dativo: lectionem *ὤτρυνον* firmat Pal. C. *Λυσίπονοι θεράποντες* sunt, qui dominos labore liberant, quem pro illis suscipiunt, ut exponit Eustath. ad Iliad. *ω*, p. 1373. 48. cum Scholiis et brevibus et Venetis vs. 738. nam quod Gedikius ex Hor. Carm. III, 17, 16. *famulos operum solutos* affert, huic loco non convenit. Verba *τῶν δ' ἑλ. φρ.* respicit Schol. Apollon. IV, 1750. *καὶ Πίνδαρος μὲν ταχῆναί φησι τὴν βῶλον, καὶ περὶ τὴν νῦν καλουμένην Θήραν διαῤῥυῆναι ἐπιλαθομένων τῶν θεραπόντων*, etc. Hinc *vesperi* dilapsam glebam dicit, quo tempore socordiores homines. Taenarium Pindarus Euphemum facit vulgarem secutus fabulam, ut vs. 175. cf. tamen Müller. l. c. p. 352. eundemque de patria et parentibus Euphemi v. p. 262 sq. *Σὺν Δαναοῖς*, non Doribus, sed Achaeis Peloponnesiis, quos Dores ex sedibus eiecerunt; etsi vulgata traditio Theram Therae conditorem Doriensium comitem fuisse statuit. Hoc quoque notavit Müllerus l. c. cf. eundem p. 321. *Τότε γὰρ*, quarta ab Euphemo aetate, sub Sesamo Euphemida, qui cum Thera heroe in insulam Theram migravit, tempore reditus Heraclidarum, a quibus Minyae Laconici in societatem recepti, mox vexati sunt; cf. Schol. De Argonautis Lemniarum mulierum consuetudine

www.libtool.com.cn
usis v. ad Olymp. IV, 19 sqq. *Νῦν γε μὲν, nunc vero* in hac rerum condicione, quum ad Theram dissoluta gleba sit: igitur *νῦν γε* non oppositum adverbio *τότε* vs. 48. sed dictioni *εἰ γὰρ οἶκοι νιν βάλε* vs. 43. *Εὐρήσει*, nempe Euphemus. Vs. 52. *Κυρήνης πεδία* dicuntur *κελαινεφῆ* ob nubium tractum, quibus Cyrene fertilis est, ut recte Ammonius ap. Schol. *Θέμισσιν* est de oraculis: cf. Fragm. inc. 101. *Καταβάντα ναὸν, succedentem sub templum, templum subeuntem.* *Τοτέρῳ χρόνῳ* aut tempus designat oraculo posterius, aut secundam Batti profectionem in insulam Plateam: ex priore enim in Theram redierat. Cf. Müller. Orchom. p. 343 sq. p. 294 sqq. De Libya Iovi Nilo sacra cf. Schol. h. l. et ad Pyth. IX, 89. Heynioque citatum Iablonskium Panth. Aeg. II, 1, 4. IV, 1, 14.

Vs. 57 — 69. *Sic locuta Medea est, stupentibus Minyis, et eventum res in Batto habuit, quem Delphica sacerdos oraculum de voce consultantem regem Cyrenarum edixit; in cuius prole etiamnunc verno quasi vigore floret octavus Arcesilas, Pythia nunc victoria potitus. Quem ego Musis tradam, simul celebrans velleris aurei reportationem; quae occasio fuit Minyis divinitus datorum ipsis honorum, quos nunc Cyrenarum imperio aucti habent.* Verba *ἦ ῥα Μηδ. ἐπ. στίχ.* citat Triclinius ad Sophocl. Antig. 1003. *ἦ* pro *ἔφασαν* accipiens, ut Schol. *Ἐν τούτῳ λόγῳ σε ὤρθωσεν, huic Medeae vaticinio convenienter te erexit et insignem reddidit*, ut *ὀρθοῦν* Nem. I, 15. Isthm. V, 61. De *μέλλοσῃ* v. ad Olymp. VI, 36 sqq. *Αὐτομάτῳ κελάδῳ*, quia sponte Pythia iusserat in Libyam coloniam deduci, non de tali re, sed de vocis remedio interrogata; v. Schol. Vs. 64. *μετὰ* est adverbium, *μετὰ ταῦτα*, etiamnunc post Battum. Vs. 65. construe *θάλλει Ἀρκεσίλας ὄγδοον μέρος παισὶ τούτοις, hac in prole octavus:* cf. Pyth. XII, 11. *τρίτον κασιγνητᾶν μέρος*. Vs. 69. *σφίσιν* Schol. de Cyrenaeis intelligit; praestat de *Minyis* capere, quibus ipsa hac navigatione, glebâ a deo in Libya datâ contigit, ut Cyrenas aliquando obtinerent per posteros suos. De Minyis v. Müller. Orchom. p. 258 sqq.

Vs. 70 — 100. *Originem habuit Argonautica expeditio ab oraculo, quo Peliae praedictum erat, ab Aeolida ipsum periturum; caveret autem una solea suffultum, quando peregrinus vel civis de montibus Iolcum descensurus esset. Iam advenit Iason, mirabili robore et forma iuvenis, quem in foro Iolcio constitutum, ut mentis imperterritae periculum faciens imperium ipsi debitum a Pelia repeteret, quum cives non agnoscerent, summis diis et heroibus comparandum intelligebant. Mox superveniens Pelias et ostento cognito perturbatus, pavore tamen celato Iasonem, quis sit, interrogat.* Fabulam de Iasonis educatione, de qua cf. Nem. III, 52., et de praetextu Argonauticae expeditionis ceteraque explicat Meziriac. ad Ovid. Her. T. II. p. 21 sqq. cf. Tzetz. ad Lycophr. 175. qui Pindarica aliquoties tangit, ex quibus vs. 71, 72. inde a voce *θέσφατον*, item vs. 75. recitat. Initium huius loci formatum ad Homericum modum est Iliadis primo: *τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι*; cave tamen hinc nostro loco coniicias *τ' ἄρ: τίς γὰρ* more Graeco Latinorum est *quisnam*. *Δέξατο, ἐξεδέξατο αὐτούς: quodnam initium, quaenam causa excepit eos ac tenuit?* Sic Heynio notante dicimus: *casus me excipit, aerumna excipit. Τίς κίνδυνος, quodnam periculum*, quod immineret, nisi tantam susciperent expeditionem? *Ἀδάμαντα* chalybem esse nemo ignorat; a ferro distinguit Pindarus in Scolio de Theoxeno: de adamante gemma vel de adamante, qui auro fundendo gignitur, nemo cogitaverit. Notae ex Aeschyl. Prometh. 6. *ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἄῤῥηκτοι πέδαι* et tot alia huiusmodi. De Iasone *μονοκρήπιδι* nota omnia: insignis apud Schol. ea de re Pherecydis locus est, servata etiam prisca dialecto: quae ut restituatur, ex cod. Gott. adsciscenda lectio *ἀσάμβαλος*. Vide Hesych. Suid. v. *σάμβαλα* et Eumelum ap. Pausan. IV, 33, 3. ubi vera lectio *σάμβαλ'* in cod. Mosc.

www.libtool.com.cn

De voce εὐδείελος v. ad Olymp. I, 100 sqq. In verbis oraculi ξεῖνος αἴτ' ὢν ἀστὸς utrumque nomen Iasoni convenit, ut bene Schol. Duas lanceas gerit Iason more heroico, qui ex Homero constat. Vocem ἑσθὰς Dorica littera ᾱ assumpta Herodianum secutus notat Eustath. ad Iliad. β, p. 287. med. cf. infra vs. 253. Vestitus iuvenis est partim Magnesiâ tunicâ, ut *indigena*, partim pantherae pelle, ut *peregrinus* ex Chironis venatoris montana regione adveniens. Ἀμφότερον, κατ' ἀμφότερον τρόπον. Vox ἀμφὶ opposita est verbis ἁρμόζοισα γυίοις; est enim id quod ἀμφὶ τὴν Μαγνησίαν ἑσθῆτα; et post ἄ,τε infertur ἀμφὶ δὲ, a coniunctione ad oppositionem transitu facto; cf. si tanti, nos ad Plat. Min. et Legg. p. 86. Φρίσσοντας, φρίσσειν ποιοῦντας, ut bene Schol. h. l. et Schol. Eurip. Phoen. 1290. huc spectans; *imbres horridos*, in qua voce eadem fere quae in Graeca ambiguitas. Εὐθὺς ἰὼν, pro Attico εὐθὺ ἰὼν (v. Heindorf. ad Plat. Lysid. p. 4.), *recta procedens*, utpote sibi confidens. Deinde cum Schneidero repone insolentiorem formam a Dorico futuro ταρβάξω factam ἀταρβάκτοιο, quae in libris prope omnibus est, etiam in Pal. C. et Vindob. 58. atque Urbico, et latet in Scholiastae vocabulo ἀταρβήκτοιο: ap. Tzetz. ad Lycophr. 175. haec afferentem variant codices. Vs. 85. ἀγορᾷ πληθοντος ὄχλου est *concio populi frequentis*; hoc moneo, ne quis genitivum putet absolutum esse, quo ducere possit formula πληθούσης ἀγορᾶς de tempore, quod h. l. designari non videtur. Vs. 86. haec est sententia: *Heroem indigenam esse ignorabant quidem, formam tamen et staturam ita admirati sunt, ut religiosorum unus et alter vel hoc diceret*, vel de deo aut alio humanam naturam excedente heroe cogitaret. Ita explicato loco καὶ pertinet ad τόδε, neque hyperbaton facit. Ὀπιζόμενοι sunt *pii, religiosi*, generatim; quo ducit praesens: itaque non opus est supplere αὐτόν. Sic Isthm. III, 5. cf. Pyth. II, 17. Adde Dissen. ad Isthm. l. c. Ad vocem τὶς cf. Homericum ὧδε δέ τις εἶπεσκεν. Οὔ τί που est formula negantis, sed ἠθικῶς, ut in Scolio de Harmodio et Aristogitone: Φίλταθ' Ἁρμόδι', οὔ τί που τέθνηκας, et quodammodo interrogative, ut ap. Plat. Rep. II, p. 361. D. ex libris legendum: οὔ τί που οἴει, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς εἰρῆσθαι περὶ τοῦ λόγου; et ap. Aristoph. Ran. 525. ubi v. Brunck. Nos quoque media inter interrogationem et directum sermonem oratione dicimus: *Das ist doch wol nicht Apollon.* Apollo ob decorem iuvenilem et pulchritudinem (Iason enim κάλλιστος ἀνδρῶν vs. 123. atque, ut Apollo, intonsus vs. 82.), Mars ob vires a poeta assumptus est; neutrum tamen quum esse posse perspiciant, iam de heroibus cogitant statura et ferocitate insignibus, ex parte etiam pulchritudine. Ingens vir Iason fuit (ἔκπαγλος vs. 79.) et audax (vs. 85.): utroque Oto et Ephialtae similis est, qui τολμήεις audit vs. 89. praeterea Otus et Ephialtes secundum Homerum erant πολὺ κάλλιστοι μετὰ κλυτὸν Ὠρίωνα. Neque illi contempti erant, sed in Naxo, ubi occubuerunt, culti: quod docet inscriptio edita a Villoisono Comm. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 313. ubi est ὅρος τεμένους τοῦ Ὄτου καὶ Ἐφιάλτου; quodsi coli religiose a Naxiis poterant, nulla poetae causa fuit, cur eorum hoc loco mentionem fugeret. Illos igitur cur nominaverit, satis patet; quibus quum Tityus proceritate corporis simillimus fuerit, hunc haud inepte additum censeo, frigidumque Chaeridis ap. Schol. iudicium puto. De Oto et Ephialte v. Heyn. ad Apollod. I, 7, 4. et imprimis Odyss. λ, 304 sqq. Pindarica respiciunt Pausan. IX, 22, 5. Eustath. ad Odyss. λ, p. 1687. 38. Lectionem Ἐπιάλτα nullo libro firmari dixi in nott. critt. quo magis miror in Schol. Harlei. Odyss. p. 69. ed. Lips. esse Ἐπεάλτα, addita nota: διὰ δὲ τοῦ π τὸ ὄνομα. Incubonem sane Ἐπιάλτην dictum esse, docet Eustath. ad Iliad. ε, p. 563. ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ φέρεται ὅτι Ἐπιάλτην Ἀττικοί φασι δαίμονά τινα (Incubonem, δαίμονα τοῖς κοιμωμένοις ἐπερχόμε-

www.libtool.com.cn

νον p. 1687. 53.), διὰ δὲ τοῦ φ̄ Ἐφιάλτην ἀνδρὸς ὄνομα (qui Areopagi potestatem imminuit). ἐτέρωθι δέ, ὅτι Ἐπιάλτης ὁ πτιγαλίων ὑπό τινων, ὁ δ' αὐτὸς καὶ Ἠπίαλος. Cf. p. 562. Addit ad Odyss. λ, p. 1687. 50. ἔτι προσθετέον καὶ ὡς τὸ ἐκεῖ ῥηθὲν πάθος (Inoubonem), ἤγουν τὸν Ἐφιάλτην, Ἐπιάλτην κατὰ παλαιὰν παρασημείωσιν ὁ Ἀλκαῖος λέγει. Quae sit παλαιὰ παρασημείωσις, docet Hesych. v. μεσοπέρδην: olim enim vult scriptum Ἐπιάλτην. Formam Ἐπιάλτης memorat etiam Etym. M. p. 403. 33. cf. p. 434. 12. ubi non Ἐπιάλτης Alcaeo tribuitur, ut apud Eustathium, sed aliud. Quae utut sunt, hoc loco Ἐπιάλτα scribendum esse necdum confido; quod unde in Cratandrinam venerit, nisi forte ex Eustathio, non extrico; de Harleiano scholio quid statuendum sit, nondum mihi constat. Tityum Latonam tentasse, tradidit iam Homerus Odyss. λ, 579. De formula ἐπιψαύειν φιλοτάτων cf. Olymp. VI, 35. et de sententia Pyth. II, 34. Vs. 94. Peliae mireris mularem rhedam tribui, quum tamen heroibus equi, mulieribus mulae usitatiores sint; causa est, quod Thessali mulabus maxime utebantur, si Siculos exceperis. Cf. Schol. Olymp. V, p. 118. princ. Pausan. V, 9, 1. Προτροπάδην, *concitato cursu sine ullo hominum respectu* invectus, qui mos tyrannis; tyrannus enim a poeta Pelias describitur, Iason placidus. Certe vs. 101 sq. Peliae verba insolentiora et duriora sunt, nulla hospitis reverentia, nullis delinimentis; quo pertinet etiam epitheton χαμαιγενέων, omnibus quidem terrigenis aptum, pro quo tamen honorificentius usurpari poterat; deinde ipsa formula ἐξανῆκε γαστρός; porro illud ἐχθίστοισι μὴ ψεύδεσιν καταμάναις εἰπὲ γίνναν, in quo nota γίνναν et ab imperativo εἰπὲ et ab optativo καταμ. pendere. Hinc facile colligitur in voce πολιᾶς nihil inesse honorificum, etsi Schol. τιμίας exponat, invalido argumento; alii epitheton ornans vocant, ut λευκὴ σὰρξ, λευκὸν σῶμα: πολιὸν enim passim est λευκὸν, ut ap. Hesiod. Opp. et D. 475. 490. ἔαρ πολιὸν et ap. Callim. in Cerer. 122. λευκὸν ἔαρ: sed in illis dicendi generibus λευκὸς non tam ornans quam perpetuum epitheton est; γαστὴρ autem ubi πολιὰ dicitur, neque perpetuum id epitheton est sed prorsus singulare, neque ornans, praesertim in re, quae quum omnino conspicua non sit, verbis ornari non soleat. Er. Schmidius arcana muliebria revelat: „Solet, inquit, gravidarum et iam partui vicinarum venter propter extensionem canum colorem ostendere." Hermannus *senilem uterum* interpretatur; neque reluctor: sed quod addit, „τηλύγετον videri Peliae Iasonem, et idcirco carum parentibus ac sedulo educatum," ratiuncula est ex longinquo arcessita. Quaecunque tamen epitheti notio est, quaedam contumeliae videtur nota inesse. Ac vide ne id quoque per contumeliam factum sit, quod non patrem, non parentes, sed solam matrem Pelias sciscitatur.

Vs. 101 — 123. *Respondet Iason placide et cum fiducia: apud Centaurum Chironem educatum se ad repetendum regnum venisse, quod Pelias patri ipsius Aesoni eripuerit; se enim modo natum a parentibus quasi mortuum ipsum lugentibus Peliae metu clanculum emissum ad Chironem esse. Deinde non sine audentia ad populum conversus, ubi pater habitet, sciscitatur; senex agnito filio lacrimat gaudio;* quod poeta paucis, sed vero affectu declarat eximie. Ad Chironis Iason disciplinam provocat, ut omnem mendacii suspicionem declinet; notae veteribus fuerunt Χείρωνος ὑποθῆκαι, quae ad Hesiodum referebantur: v. Schol. Pyth. VI, 19. et collecta a Fabricio B. Gr. T. I. p. 15. Observa praesens οἶσιν, ex quo superest imperativus οἶσα. Vs. 102. a Suida v. κάτωθε sic affertur: Ἀγρόθε γ. νέμομαι παρὰ Χαρικλοῦς κ. Φ. Κενταύρου κοῦραι, Chironis et Chariclus filiae, Ocyroe cum sororibus. Vs. 105. εὐτράπελον de *maligno, absurdo, stolido* dici docui nott. critt. nimirum quod priscae aetatis gravitas εὐτραπελίαν, *facetias scurriles*, in peiorem partem interpretabatur. Ceterum haec non

www.libtool.com.cn

ad discessum Iasonis pertinent, de quo ille Chironi nihil dixerit, cui sententiae contrarium additum ἔργον; sed ad obsequium modestum, quod ad eum usque diem Chironi praestiterit. Vs. 109. λευκαὶ φρένες quae sint, merito dubitatur. Schol. exponit ἀνοήτους, κενὰς, sine idonea ratione; Heynius pro epitheto perpetuo habet, ut φρένες ἀμφιμέλαιναι, illud ob omentum albescens: sed neque perpetuorum epithetorum ratio in lyricis late patet, et certe magis convenit epitheton Peliae atrocitatem designans. Hesychius, Suidas, Photius varia promunt interpretamenta: λευκαὶ φρένες· μαινόμεναι, λαμπραὶ, ἀγαθαὶ, ἥμεροι: ultimum ad mollitiem refertur prorsus hinc alienam, licet λευκὸς passim de molli sit. Alia glossa Hesychii λευκῶν πραπίδων, κακῶν φρενῶν, vel nimium generalis est vel ad timiditatem et ignaviam spectat, ut intt. censent. Hoc loco λευκαὶ φρένες videntur esse θυμώδεις, *commotae*, *acres*, *cupidae*, *turbidae*, ut hominis tyrannidem affectantis; ita exponenti comparari potest Horatii *splendida bilis*, Persii *vitrea bilis*, quatenus intumuit indeque nitet, ut bene Heynius. Mox quum vera haud dubie lectio sit ἀρχεδικᾶν, Iasonis parentes dicuntur ἀρχεδίκαι; qua in voce num ἀρχὴ *initium* an *imperium* sit, ambigitur. Initium significatur in compositis huiusmodi, qualia sunt ἀρχέτυπον, ἀρχέκακος, ἀρχέπλουτος; sed etiam imperium, ut in voce ἀρχεθέωρος, quae forma antiquior quam altera ἀρχιθέωρος (v. Oecon. civ. Ath. T. II. p. 229. 230.), item in ἀρχέλαος, ἀρχένεως, ἀρχέπολις: nec quidquam interest hac quidem ratione inter formas *E* et *I* habentes. Itaque quum ἀρχίδικος sit *iudicii praeses*, ἀρχέδικος idem erit, idemque esse potest ἀρχεδίκης: neque tamen haec significatio huic loco magnopere convenire videtur. Igitur ἀρχεδίκης ab initio derivata notione potius is videtur esse, *qui primus ius et imperium habet*. Quippe in compositis huius formae vocabulis radix priore loco posita partim eius continet notionem, in quem ius exercetur, ut in vocabulis ναυτοδίκης, Ἑλλανοδίκης, *nautarum*, *Graecorum iudex*; partim rationem indicat, quomodo quis iudicio utatur, ut ὀρθοδίκης (Pyth. XI, 9. etsi ibi non de iudicio, sed de responso), ἰθυδίκης, ὑβριστοδίκης, χειροδίκης. Ad hanc familiam refertur ἀρχεδίκης, *qui ab initio* non iudicat quidem sed *ius imperii habet*, cuius magna pars iurisdictio (cf. vs. 153.). Igitur ἀρχεδίκης est quem hodie *legitimum principem* vocant. Vs. 112. δνοφερὸν κᾶδος non nocturnum est, quamquam id noctu factum, sed funestum. Ὁδὸν non est κατ' ὁδὸν, ut Schol. sed accusativus a verbo κοινάσαντες pendens: *nocti committentes viam*. Vs. 117. λεύκιπποι dicuntur πατέρες, utpote *nobiles et principes*, quos constat candidis esse equis usos: v. Hadr. Iunium Animadv. I, 12. Sic Dioscuri λεύκιπποι Zethusque et Amphion: v. Valck. ad Phoeniss. 609. haud satis caute Iunio obloquentem, etsi non omnia, quae Iunius profert, proba sint: λευκόπωλοι Τυνδαρίδαι etiam Pyth. I, 66. et Molionidae Ibyco dicuntur λεύκιπποι κόροι ap. Athen. II, p. 58. A. atque Amphiarao esse albos equos tributos dictum ad Olymp. VI, 9 sqq. Tamen alios quoque hac voce ornari nihil mirum, ut λεύκιπποι Μυκηναῖοι sunt in Fragm. ap. Schol. h. l. et Thebarum λεύκιπποι ἀγυιαὶ Pyth. IX, 86. Ob decus et principum usum etiam ad deos translatus hic mos: v. ad Olymp. VI, 92 sqq. Vs. 118. nota insignem vim optativi: *non opinor ego in peregrinam venerim terram*; in quo levis inest ironia. Ἂν omitti in hac dictione non posse non mihi persuadebunt, qui nunc in ea particula illustranda summo studio versantur. Postremo ad dictionem πομφόλυξαν a Schol. recte expositam cf. Schneider. Lex. v. ἀναπρήθω, ubi comparatur Odyss. β, 81.

Vs. 124 — 138. *Iasonis vero ad famam uterque Aesonis frater, Pheres et Amythaon ad eos venit, item patrueles Iasonis, Melampus Amythaonis, Admetus Pheretis filius; quibus quinque per dies hospitaliter habitis, sexto die cum iis consilio communicato una cum*

www.libtool.com.cn

illis Iason Peliam adiit, eumque ipsis obviam factum lenibus verbis allocutus est. Ex vs. 126. formam Ἀμυθάν notat Eustath. ad Odyss. λ, p. 1681. 50. *Εὐμενεῖν τινὰ* notabile est, ut *δυσχεραίνειν τινά*; qua analogia ita id defenditur, ut opus non sit construere ἵνεν ἀνεψιόν: Heynius frigide coniiciebat *ἀνεψιοὶ*, quod exhibet Par. 2783. idem cave ap. Schol. latere putes; in Par. A. est *εὐμενίοιτος*. *Εὐφροσύνην πᾶσαν ἐπέτεινεν, iis intendit et protendit summam hilaritatem*, hoc est *effecit et auxit*. Aliud est neque huc quidquam faciens, quod ex epigrammate contulit Heynius ad Tibull. I, 5, 76. *ζῆθι κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνας*. Ἱερὸν vocat *εὐζωᾶς ἄωτον*, quod epulae sacris iunctae sunt; sacra autem quinque dierum fuerunt. *Εὐζωὰ* vulgo est *εὐζωῖα*; nolim tamen *εὐζῴας* (*εὐζωΐας*) scribi. *Θέμενος, προθέμενος*. *Ἐπέσποντο, consilia probarunt*; neque enim esse potest *Secuti sunt et ad Peliam comitati*, quod in seqq. demum dicitur: ὧρτο αὐν κείνοισιν. *Κλισιὰν* cum Schneidero intellige de sellis, quibus propter mensas insederant. *Κρηπὶδ' ἐπέων*, fundamentum et *initium* sermonis; cf. *κρηπὶδ' ἀοιδᾶν* Pyth. VII, 3. *νεκρότηται κρηπὶς ἀοιδαῖς* Fragm. inc. 103.

Vs. 138—167. Sequitur summa verborum Iasonis: *Etsi homines ad lucrum quam ad iustitiam procliviores sunt, non reputantes adversa nihilominus inde evenire; nos tamen decet aequitati studere indeque nobis felicitatem parare, quippe consanguineos; inter quos nato dissidio avertuntur Parcae. Itaque pactis, non armis res nostrae dirimendae: ego tibi greges agrosque parentibus meis ereptos cedo; tu mihi imperium, quod pater meus Aeson Crethei filius tenuit, lubens redde, ne quid gravius inter nos accidat. His Pelias quoque placide respondens talem se fore profitetur, sed Delphici oraculi iussu sese debere Phrixi, qui ipsum somnio admonuerit, animam ac vellus aureum ab Aeeta reducere ad iram deorum averruncandam; cui rei quum ipse ob aetatem impar sit, si Iason hunc laborem susceperit, ei se imperium redditurum.* Fictus videtur Pelias designari; *veterator Pelias*, Heynius ait, *simulat se religione teneri expiandi piaculi, quod regni exitium minari videretur.* Vs. 138. Neptunus, ex quo Tyro Peliam genuit, *Πειραῖος* dicitur, quod hoc nomine in Thessalia cultus est, Peliae et Iasonis patria; v. Schol. h. l. Schol. Apollon. III, 1244. qui haec quoque verba affert. *Ἐπίβδαν τραχεῖαν, adversam fortunam* post iniustum lucrum, translatione sumpta a die post festum proxima, qualis post nuptias dies *repotiorum*; quo die convivae fere laborare ex nimia intemperantia solent. De voce cf. Ruhnk. ad Tim. p. 119 sq. *Θεμισσαμένους ὀργὰς, moribus ad iuris normam castigatis.* *Μία βοῦς* parum urbanum neque satis honorifice dictum de abavia Enarea videtur; quod ut veteri simplicitati concesserim, quae ut taurum viro, ita vaccam mulieri comparat, in hoc tamen loco proverbialis videtur dictio subesse, quae etiam causa videri possit, cur de matre Crethei et Salmonei, non de patre dicatur. In qua re haeserant iam veteres, nec difficultatem tollit dissimilis locus Nem. VI. init. Sed vide ne in matre quiddam subsit reconditius. Etenim haec omnia non ob Iasonem et Peliam, sed propter Damophilum et Arcesilaum latius exposita esse in introductione satis, ut mihi videtur, demonstravi; ubi simul annotatum est, si Damophilus ab Iasone descenderit, Arcesilai eum cognatum nonnisi per *mulierem* esse. Ea vero mulier si, ut Enarea et Iasonis et Peliae parens est, et Arcesilai et Damophili parens erat, necesse est duobus viris nupserit, Euphemidae Arcesilai parenti et Iasonidae parenti Damophili, ut adeo Arcesilai et Damophili parentes fratres uterini fuerint, non tamen ex eodem patre. Quod si statuas, sufficiens causa fuit, cur *μίαν βοῦν μητέρα* poeta diceret, non *ἕνα ταῦρον πατέρα*. Quid quod etiam illa Peliae denominatio, *Παῖ Ποσειδᾶνος Πειραίου*, non sine causa potest electa esse? Etenim Arcesilaus, cui haec accommodata sunt, quoniam Euphemida est, et ipse a Neptuno origi-

www.libtool.com.cn

nem ducit. Ceterum ut redeam ad proverbialem ταῦρον et βοῦν, Aeschylus Agam. 1117. similiter loquentem Cassandram facit: ἄπεχε τῆς βοὸς τὸν ταῦρον. Vetustissima est proverbialis sapientia, qua utens Chironis alumnus huiusmodi dictionibus orationem suam distinguit; quo refer etiam illud πρὸς τραχεῖαν ἐπίβδαν ἔρπειν. Et ex proverbio petitam μίαν βοῦν esse intellexit etiam Schmidius scite comparans vernaculum, *Sie sind Eines Wurfes.* Vs. 147. νὼ est in Pal. C. sed praestat νῷν. Vs. 147, 148. recitat Tzetz. ad Lycophr. 175. usque ad δάσασθαι. Χαλκότορος, non *aere vulnerans*, ut Schol. sed *aere factus.* Πλοῦτον πιαίνων, *ditans inde opes tuas;* simile fere ὄλβον ἄρδειν Olymp. V. extr. *Divitias opimas* dixit Plaut. Capt. II, 2, 31. cf. Schneider. Lex. v. πιαίνω. Ἱππόταις, Thessalis equitatu insignibus. Νεώτερόν τι et addito et omisso κακὸν est *gravius aliquid;* v. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 461. Ob Phrixum dii Manes (χθόνιοι) Aeolidis dicuntur irati fuisse: ad quos placandos Phrixi animam Pelias debet κομίσαι. Inferias Phrixo ferendas intelligit Apollonius Rhodius II, 1196. ἐπεὶ Φρίξοιο θυηλὰς Στέλλομαι ἀμπλήσων, Ζηνὸς χόλον Αἰολίδῃσιν, ubi cf. Schol. sed Pindaro κομίσαι, ut arbitror, est de revocanda et deducenda anima, quod fit ψυχαγωγίᾳ: qua de re ad hunc locum docte disputat Eustath. ad Odyss. ι, p. 1614. extr. De anima ex Orco reducenda ψυχὰν κομίξαι habes Nem. VIII, 44. Noverca Phrixi ex vulgari fama *Ino* est, Pindaro *Demodice*, aliis alia; v. Schol. et Müller. Orchom. p. 170 sq. qui universam Phrixi fabulam praeclare exposuit. *Εἰ μετάλλατόν τι, si qua res eiusmodi sit, ut quid facto opus sit, indagari queat.* Ὄτρυνει, ὁ θεὸς ὃ μαντευόμενος, quod eruendum ex prioribus μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ. Et Iasoni et Peliae auctor gentis est Iuppiter, docentibus genealogiis; hinc dicitur γενέθλιος ἀμφοτέροις: cf. ad Olymp. VIII, 1 — 18. extr.

Vs. 168 — 187. *Quae quum inter eos convenissent, ipso Iasone instante futura expeditio per praecones promulgata est, et congregati heroes sunt, in his deorum filii Hercules, Castor et Pollux, Euphemus et Periclymenus, Orpheus, Echion et Erytus, Zetes et Calais; quos ad suscipiendum laborem gloriamque ipsis parandam incendebat Iuno Argonautarum tutelaris dea.* Vs. 172. ὑψιχαῖται vigorem et robur indicat. Ἀλκὰν, suamne speciatim an Iasonis an omnem in quocunque virtutem? Praestat opinor suam intelligere. Ἐξ Ἀπόλλωνος, nempe ὤν, *filius* Apollinis, ut ceteri ceterorum deorum; cf. Schol. Lectio φορμιγκτὰς defendi ex Dorica et Aeolica dialecto potest, ut σαλπιγκτὰς reperitur in titulo Orchomenio. *Erytus*, qui Hygino Fab. 14. et 160. Eurytus, cum Echione filius est Mercurii et Antianirae Meneti filiae ex Alope Thessalica; Erytus audit etiam apud Apollonium et in Orphicis atque in Eudociae Violario, ubi p. 220 sq. Argonautarum extat index. Sed de talibus rebus Burmannus in Catalogo videndus est vel brevis Spitzneri conspectus in libello de Indice Argonautarum. De voce κεχλάδοντας v. ad Olymp. IX, 1 sqq. et de forma, quae vs. 183. redit in verbo πεφρίκοντας, ad Olymp. VI, 47 sqq. Vs. 180. indefinite dictum est ναιετάοντες de certis duobus Boreadis, ubi exspectes οἱ ναιετάοντες; nunc ita interpretor: „Venerunt etiam heroes *quidam* apud Pangaeum *habitantes;* etenim Zeten Calaïnque misit pater." *Celeriter* autem hi advolaverant; quippe *ocius* impulerat pater. Ἐντύνειν enim et ἐντύειν Pindaro est *impellere*, cui affinis notio *iubendi.* Boreadas alas secundum alios in pedibus, secundum alios ad aures positas habuisse notum: unde progressus Wakefieldus pro solita temeritate scripsit πτεροῖσιν ὦτα: in tergo ponit etiam Apollonius I, 221. Vs. 184. etiam Pal. C. habet πόθον ἔνδ. omisso fulcro. Vs. 185. supple ὥστε μή τινα μένειν λειπόμενον τῆς Ἀργοῦς. De dictione αἰῶνα πίσσειν v. ad Olymp. I, 67 sqq. Iuno Argonautis et maxime Iasoni favit; antiquissima rei memoria Odyss. μ, 72. cf.

www.libtool.com.cn

Apollodor. I, 9, 16. et ibi Heyn. Apollonium, Orphica, Pherecydem ap. Schol. ad vs. 159. etc. Volunt autem heroes *vel condicione mortis* (*καὶ ἐπὶ θανάτῳ*, ut *ἐπὶ τούτοις*) gloriam sibi parare famaeque immortalitatem: alias usitatius *ἐπὶ θανάτῳ* hoc sensu, *ad mortem*; cuius generis nubem exemplorum congessit Werferus Act. philol. Monac. T. I. F. I. p. 75 sq. Gloriam poeta dicit *φάρμακον ἀρετᾶς*, remedium et fomentum virtutis, quae non sine magnis laboribus obtingit: *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν*: horum vero laborum gloria remuneratio et lenimen est, ut Nem. III, 16. victoria *καματωδέων πλαγᾶν ἄκος*, et *μόχθων ἀμπνοὰ* Olymp. VIII, 7. Quam interpretationem me iudice etiam additum *κάλλιστον* et *εὑρέσθαι* firmat; Gurlittus tamen eo offensus, quod *φάρμακον* non *πόνων*, ut ap. Eurip. Bacch. 283. et passim, sed *ἀρετᾶς* dictum est, affert ex Eurip. Phoen. 900. *φάρμακον σωτηρίας, praesidium salutis*, atque hinc nostro loco *incitamentum virtutis* intelligit, fere ut Wagnerus; nec spreverim viri docti sententiam, modo si *praesidium* potius quam *incitamentum* verteris. Sed quod primo loco posui, magis Pindaricum videtur.

Vs. 188 — 211. *Iolci recensu acto Mopsi vatis auspiciis heroes navem conscendunt, ancorisque suspensis Iovi et tempestatibus libat Iason, faustoque fulmine ad spem eriguntur nautae. Tum noto impellente ad Ponti ostia delati Neptuno sacra faciunt et templum condunt; mox superant Cyaneas, mobilia olim saxa, quae ex ea iam navigatione defixa sunt.* Vs. 192. doctam nota Scholiastarum observationem, ancoras tum nondum fuisse, sed *σὺναις* (lapides); poeta tamen tum hic tum vs. 24. Argo navi ancoras tribuit. Vs. 194. libatio fit in *puppi*, quod is locus ex posterioris aetatis usu praetori vel trierarcho datus est, ubi is haud dubie etiam sacra faciebat. Pollux I, 89. *τὰ δὲ περὶ τὴν πρύμναν προὔχοντα ξύλα περιτόναια καλεῖται. ἐκεῖ που καὶ σκηνὴ ὀνομάζεται τὸ πηγνύμενον στρατηγῷ ἢ τριηράρχῳ.* Res apertior ex addito *ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ*: cf. vs. 409. *Ναύαρχος* Iason etiam Apollodoro I, 9, 17. Et is in puppi est, ut apud Pindarum, sic in tabula ap. Philostr. min. Imag. 11. *ὁ δ' ἐπὶ τῆς πρύμνης ὁπλίτης Ἰάσων ἂν εἴη. Ἅματά τ' εὔφρονα ἐκάλει*, id est *ὥστε γενέσθαι εὔφρονα*: cave vero ad priora *ῥιπὰς, νύκτας, πόντου κελεύθους* (*maris vias*, hoc est mare, quatenus navigatur) ex sqq. suppleas *εὔφρονα*: potius haec simpliciter advocantur; ex qua tamen prece ad eas directa sponte intelligitur, illas quoque Iasonem velle sibi propitias reddere, etsi *εὔφρονας* grammatice non adiunctum sit. Ad rem cf. Orph. Argon. 328 sqq. et sacra ab Arcadibus facta *Ἀστραπαῖς καὶ Θυέλλαις καὶ Βρονταῖς* ap. Pausan. VIII, 29, 2. Vs. 198. magis poeticum est construi *ἀπορηγνύμεναι (ἀπὸ) στεροπᾶς*, quam *ἀκτῖνες στεροπᾶς*. *Ἄμπνοὰν ἔστησαν, ἀνέπνευσαν*, ut recte Schol. *instituerunt recreationem*, respirarunt, *ἀναπνοὴν ἐποιήσαντο*: ut *ἔριν στῆσαι* Odyss. τ, 11. *μῆνιν στῆσαι* Sophocl. Oed. R. 699. *στῆσαι ἰαχὴν* Eurip. Iphig. A. 1039. *στῆσαι κραυγὴν* Eurip. Orest. 1529. et quod proxime accedit *ἐλπίδα στῆσαι* Eurip. Iphig. A. 786 — 789. Paulo differt *ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν* Pyth. III, 96. Vs. 201. *ἐνίπτων* est *ἐνέπων* (v. Buttmann. Lexilog. p. 279 sqq.), adiuncta tamen ex Homerico usu *vehementiae* notione, sed sine increpationis vel vituperii significatione, *incutiens spem*, ut metus incutitur. Theocritus XXVII, 8. 38. *μῦθον ἐνίψω* p. *ἐρῶ*. Nostro loco male Abresch. Obss. Misc. Vol. VI. p. 277. volebat *ἐνάπτων*. Mox locus, ubi sacrum Neptuno conditum, est *Hieron* emporium celebre, ubi Iovis Urii statua et duodecim deorum delubrum: cf. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 259. Schol. Demosth. T. II. p. 79. Reisk. et maxime Apollonium c. Schol. II, 532. *Λίθων* est p. *λίθινον*. *Θέναρ*, *cavum manus* inter digitos et carpum, quod notum ex grammaticis, ut ex Hesychio: *Θέναρ, τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς καὶ τοῦ ποδός*, et Schol. Isthm. III, iv, 92. Hinc *βωμοῦ θέναρ* recte Schol. explicat

www.libtool.com.cn
τὸ τοῦ βωμοῦ κοίλωμα τὸ ὑποδεχόμενον τὰ θύματα: Eustathius huc spectans ad Iliad. β, p. 309. med. ad ε, p. 553. med. exponit πλάτος, proprium tamen vocis sensum Pindaricis unice accommodatum et ipse perspexit. Et cave esse *planum aras:* concava est summa ara. Transfertur tamen dictio ad maris planitiem littoribus cinctam. Eam autem aram iam apparatam et nuper conditam repererunt Minyae et una boves. Ἐσπόταν ναῶν, Neptunum. Συνδρόμους πέτρας, quae apud Pindarum sunt, etiam fortiori vocabulo συνορμάδας Simonides dixit ap. Schol. Eurip. Med. 2. Vulgo sunt συμπληγάδες. Sequentia δίδυμοι usque ad ἄγαγεν vitiata affert Eustath. ad Odyss. μ, p. 1712. 10. eadem respicit ad Dionys. Perieg. 144. Πίνδαρος δὲ διὰ τὴν μυθικὴν κίνησιν καὶ ζῆν ταύτας τὰς πέτρας τολμᾷ λέγειν, καὶ ἐπιμένων τῇ σκληρᾷ ταύτῃ τροπῇ (immo pulcherrimae) τεθνάναι φησὶν αὐτάς, ὁπηνίκα διεξέδυ αὐτῶν ἡ Ἀργώ.

Vs. 211 — 246. *Tum Phasin ingressi cum Colchis dimicarunt Minyae; sed Venus Iasonem docuit incantationem sive philtrum, quo sibi Medeam conciliaret; haec vero consiliis et veneficiis eum adiuvit et sese ei despondit. Igitur postquam Aeetes boves ignem exhalantes aratro iunxit et sulcum duxit, idem is Iasoni imperat: id vero quum Iason perfecisset, Aeetes ei velleris aurei locum indicavit, quod draco ingens faucibus tenebat; neque tamen exspectabat Aeetes, hunc quoque laborem iuvenem perfecturum.* Κελαινῶπες pertinet ad fuscum oris colorem; Herodoto II, 104. auctore Colchi μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες. Κόλχοισιν βίαν μίξαν nequit ita intelligi, ut sit *convenere cum Colchis*, in quo sensu vacuum plane foret adiectum Ἀλήτᾳ παρ' αὐτῷ; est potius de pugna, quo ipsum βίαν deducit, ut alias χεῖρας (Nem. III, 60.): quae pugna apud ipsum Aeetam commissa est, *constituta* opinor periculi faciendi causa, ut singularia constituuntur certamina: postea pacto convenit, ut vellus certis condicionibus redderetur. Pugnam tamen ignorant Apollonius, Apollodorus, Orphica. Venus πότνια βελέων, ut Diana πότνια θηρῶν Iliad. φ, 470. Tum vero Iasonem Venus, qua iubente Iasonis et Medeae nuptias confectas esse iam in arca Cypseli cernebatur (Pausan. V, 18, 1.), Venus inquam Iasonem docuit philtri artes, quod tum primum invenit; Cupidinis telis utitur Apollonius III, init. De Iynge Heynius fere haec: „Iynx *torquilla* Linnaei esse creditur secundum Arist. H. A. II, 12. Plin. H. N. XI, 48. (107.) variis nomibus vulgo, recte an falso impertita, *frutilla*, *verticilla*, *motacilla*, mobilitate sua adumbrare credita aestuantis amoris agitationem; quae ut etiam augeretur, illigata avis rotae circumagebatur. Est de ea ave locus praeclarus in Schol. adde Theocr. II, 17. c. Schol. huc respiciente et intt. ad Xenoph. M. S. III, 11, 17. Verheyk. ad Antonin. Lib. p. 62 sq." Cf. Schol. Nem. IV, 56. et nott. in Fragm. Paean. 2. De re imprimis v. epigramma Anthol. ed. prior. Iacobs. T. IV, p. 140. n. 113. Fuit Iynx Suadae vel Echus et Panis filia: v. Hemst. ad Lucian. T. I. p. 172. et Schol. Nem. l. c. Vs. 219. Suadae tribuitur flagellum, quo Graecia Medeam feriat, ut Veneri ap. Hor. Carm. III, 26. extr. *Sublimi flagello tange Chloen semel arrogantem.* Vs. 220. πείρατα ἀέθλων significant *viam et rationem, qua Iason exantlare labores possit.* Vs. 225. elegantius esse γνάθων quam γενύων adhuc arbitror; haud aegre tamen cedo Hermanno Elem. doctr. metr. p. 53. Vs. 231. θύσανον intellige *villos s. lanam*, πάντῃ χρύσεον ἐφύπερθεν ἄωτον Apollonio IV, 176. qui III, 1146. etiam disertius: τοῖον ἀπὸ χρυσέων θυσάνων ἀμαρύσσετο φέγγος; cf. Nicaeneti epigramma Anthol. ed. Iacobs. sec. T. I. p. 259. n. 225. vs. 2. et Iacobsii comment. ed. pr. Vol. I. P. II. p. 228 sq. Totum enim vellus ex Pindari sententia aureum est, unde πάγχρυσον νάκος vs. 68. ut πάγχρυσον δέρας ap. Eurip. Med. 5. alii purpureum dixerant (v. Voss. myth. Br. T. I. p. 254.). Vs. 233. ἴφθιμαι Medeae sunt praecepta qualiacunque, magicae incantationes, medicamina ce-

www.libtool.com.cn
teraque consilia, quae Schol. persequitur. Vs. 237. construe: *ἀφωνήτῳ περ ἄχει ἴυξεν ἔμπας, in muto quamvis dolore tamen prae miratione in exclamationem erupit.* Vs. 240. *ἔρειπτον* reducendum, hoc est *ἔρεφον*; exempla haud dubia Schneiderus Lex. h. v. attulit: Hermannus addit Etym. M. p. 374. 38. Zonar. p. 872. si apud hunc *ἐρέπω* in *ἐρέπτω* mutatum fuerit. Vs. 245. laudatur a Tzetz. ad Lycophr. 175. Draco magnitudine superat *navem Argo a Minyis dolatam:* Argo enim *πεντηκόντορος* fuit, ut navis Danai: quod vero draconem volunt exstaturum fuisse, si iniectus navi esset, de eo nihil poeta.

Vs. 247 — 262. Iam quoniam Pindari consilium non in Argonautica expeditione narranda positum est, vela contrahuntur, eventus et reditus paucis comprehenditur: *Longum mihi est redire in via regia; nam tempus ad exitum properat; et scio compendium viae: multis enim in hac arte dux sum. Igitur occiso dracone et abducta Medea, Oceano et mari rubro superato* indeque translata in mare mediterraneum navi Theraque praeterita (v. ad vs. 19 sqq.) *ad Lemnias mulieres Argonautae delati sunt; ubi Battiadarum stirps sata est, quae Lacedaemonem profecta hinc in Theram pervenit, atque inde progressa Cyrenarum imperio potita est.* Ad vs. 247. cf. Isthm. V, 53. *ἐμοὶ δὲ μακρὸν πάσας ἀναγήσασθ' ἀρετάς: μακρόν ἐστι, longum est,* et apud Graecos et apud Latinos *nimis longum* significat. *Ὥρα συνάπτει,* tempus exit, ad finem properat; *τῆς ὥρας ἤδη συναπτούσης* dicit Polyb. X, 40. de anni tempestate; idem *συγκλειούσης τῆς ὥρας ἤδη* XVII, 7, 3. et *διὰ τὸ καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν* XVII, 9, 2. Similis et sententia et dictio Nem. IV, 33. *τὰ μακρὰ δ' ἐξανέπειν ἐρύκει με τεθμὸς Ὥραί τ' ἐπειγόμεναι. Ἄγημαι σοφίας, arte,* quae apud lyricum magna ex parte in eo posita est, *ut paucis multa comprehendantur:* cf. Pyth. IX, 80. omitto alia, lyrici disciplinam et ipse secutus. De vs. 250. v. nott. critt. et contra disputantem Thierschium Act. philol. Monac. T. II. F. II. p. 280. item de vs. 253. v. nott. critt. p. 460. Hermannus nuper correxit *ἐπεδείξαντο χρῖμ' ἐσθ. ἀ.* quod mihi quidem non placet. Certamen ipsum fuit armati cursus (Olymp. IV.): itaque non nudi decurrebant, ut nonnullis visum, sed *ἐσθᾶτος ἀμφὶς* est *περὶ ἐσθῆτος*: mulieres enim *vestem,* suum opus, praemium proposuisse nihil mirum, atque id testatur Simonides ap. Schol. cf. ad Olymp. IX, 102 sqq. De Minyadarum Lemniorum rebus, in Laconicam profectione et colonia Theraea omnia complexus est Müllerus Orchom. p. 300 — 337. Vs. 256. *ἅμαρ ἢ νύκτες* ex usu Graeco dictum est, ex quo accurate, ubi nos solam diem vel noctem nominamus, etiam noctem vel diem addunt, ut Nem. VI, 6. de morte, Nem. VII, 3. de natalibus; hic de genitura. *Νύκτες, noctes,* sunt nocturna tempora, nocturnae horae: v. Dissen. ad Isthm. VII, 44. *Ἕδραι,* sedibus. Vs. 260. mirum offendisse quemquam: Battus et Battiadae *ὀφέλλουσιν, αὔξουσι, beant et augent* Libyae campum, in quo Cyrenae conditae sunt, per ipsas Cyrenas, quae Libyae ornamento sunt; id autem fit *σὺν θεῶν τιμαῖς, diis adiuvantibus et hunc iis honorem tribuentibus,* ut vs. 51. *σὺν τιμᾷ θεῶν.* Non igitur, si *τιμὰς* spectes, huc pertinet Homericum Iliad. *α,* 510. *ὀφέλλωσίν τέ ἑ τιμῇ.* Optimus interpres ipse Pindarus, qui quomodo Libyae campus a Battiadis foveatur, ipse exponit: *ὕμμιν ἐφευρομένοις ὀρθόβουλον μῆτιν διανέμειν ἄστυ χρυσοθρόνου Κυράνας, qui recta consilia invenistis et tenetis ad gubernandas Cyrenas;* in quo *χρυσόθρ. Κυρ.* heroina est, de qua Pyth. IX. Schol. tamen id legerat, quod volebat Dawes. Misc. crit. p. 60. *σὺν θεῷ τιμαῖς.*

Vs. 263 — 276. Recta consilia Battiadas iniisse poeta modo dixit: quo sibi aditum paravit ad sua ipsius consilia Arcesilao danda, quorum prior pars ad universam rempublicam spectat, ita tamen ut simul Damophili fortunae iam haec quoque ac-

www.libtool.com.cn

commodentur; altera inde a vs. 277. speciatim de revocando Damophilo agit. Priora consilia non disertis verbis comprehensa sed imagine velata sunt, quae interprete egeat: igitur *aenigma* est, *ἀπὸ τοῦ αἰνίσσεσθαι*, id est *rei cuiusdam sive praecepti ingeniosa et obscura per circuitionem et ambages significatio;* quae ratio docendi ex antiquissimis temporibus tradita lyricis erat, affinis illa *oraculorum responsis, proverbiorum disciplinae, apologis Aesopiis*, quibus priscae sapientiae magna continebatur pars. Igitur vs. 263. his Arcesilaus verbis compellatur: *Γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν*, quae non ad praecedentem de Iasone et Pelia narrationem referenda sunt, sed ad seqq. *Intellige nunc*, inquit, *sententiam eius, quod propositurus sum, aenigmatis;* quod ita expressit: *nosce Oedipi sapientiam.* Oedipi sapientia non *aenigmatis propositi prudentia* est, sed *solvendi aenigmatis ars et peritia;* hanc igitur artem Arcesilaum vult noscere cognitamque tenere et huic aenigmati perspiciendo adhibere, praegnante vocis *γνῶθι* significatione, ut plurimis locis. Aenigmatis ipsius summa haec est: *Quamvis quercui ramos decideris speciemque eius deturparis, tamen vel sterilis, ubi quando igni cremetur, qualis sit prodit, vel inter muros cum columnis herilibus sustinet onus improbum sede sua relicta.* Cuius sententiae vim qui hodie plane intelligere voluerit, Oedipus sit necesse est, quum Arcesilai IV. res haud satis cognitae sint: illud tamen Heynius, ceteroquin Arcesilai III. gesta male immiscens, recte haud dubie perspexit, non de solo haec Damophilo esse sed de universis civitatis rebus, quod vs. 270 — 276. apertius; quatenus tamen, quibus consiliis in republica componenda Arcesilaus uteretur, ad exulis et suspecti civis eiusque principis et regiae domui cognati fortunam maxime pertinebat, eatenus iam hoc loco Damophilus poetae obversabatur: ceterum populum quam unum hominem ilici commodius comparari nemo non intelligit. De rebus nihil tenemus, nisi quod ex ipso poeta peti potest et petitum videtur a Schol. *Ἐστασίασάν τινες ἐν τῇ Κυρήνῃ κατὰ τοῦ Ἀρκεσιλάου, βουλόμενοι αὐτὸν μεταστῆσαι τῆς ἀρχῆς· ὁ δὲ ἐπικρατέστερος αὐτῶν γενόμενος ἐφυγάδευσεν αὐτοὺς τῆς πατρίδος*: in quibus fuit Damophilus. Cf. Schol. vs. 481. *ποιεῖται δὲ τὸν λόγον ὑποψίας ἐνεστώσης τοῖς Κυρηναίοις πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαν καὶ ταραττομένων αὐτῶν ὑπ' ἐκείνου ἢ ἐλαττουμένων παραιτούμενος κατέστησε τὴν πόλιν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον.* Iam si cum Heynio nihil in Pindari verbis inesse dicemus nisi hoc: *Noli acerbius uti Cyrenaeis ad libertatem proclivioribus, et putare depressos ita animos patienter esse iugum laturos; indolem enim Cyrenaeorum libertatis amantem asperitate et saevitia Arcesilai per exilia et supplicia exstirpari non posse;* video cur nimio et partim alieno ornatu usus poeta dicatur. Mihi vero alia videtur aenigmatis cuiusque ratio esse; singula prope verba sensum tectum includere debent, quem quidem tot saeculis post indagare impeditum est. Periclitemur tamen. Universam sententiam hanc mihi fingo: *Ne demptis quidem capitibus populum vires amisisse, nec posse in principes saeviendo et optimis viris tollendis populi frangi potentiam; igitur molliora esse remedia adhibenda, ac non modo in populum, sed ne in principes quidem acerbius animadvertendum.* *Ὄζοι* sunt principes civitatis, inter quos etiam Damophilus; quibus resectis populus tamen quantus sit declarat, si ad postremum et fatalem ignem devenerit, *ἐξίκηται πρὸς λοισθιον πῦρ*: quo vide ne flagrantium seditionum turbae significentur, quibus pessum ire respublica queat. Neve mireris de principibus me dicere, tenendum est Cyrenis, utpote in Laconica civitate, licet Demonax populare imperium instituisset, optimates haud dubie plurimum semper valuisse, ut Therae, de qua id dicit Aristot. Polit. IV, 4. Possunt intelligi Senatores (*γέροντες*), quos Cyrenis fuisse non dubito, quum pleraque omnia ad Laconicam formam instituta Cyrenis sciamus: possunt etiam Ephori, populi ductores: hos enim Cyrenis fuisse ex Heraclide

www.libtool.com.cn

constat. Sed obscurius est alterum, quod de trabe roborea in aedibus collocata additur. Nam sola *populi utilitas* significari *roboreae trabis usu* non videtur; certe tum vacaret et *δεσποσύναισιν* et *δύστανον* et maxime illud *ἐὸν ἐρημώσαισα χῶρον*: quibus spectatis hoc poetam velle crediderim, civitatem principibus orbatam non seditione sola sed alia quoque ratione regi nocere posse, si regis superbiam indignata, ut hac liberaretur, certis condicionibus alieno accesserit imperio; fortasse eorum, qui tum Aegyptum tenebant: certe Aegypti dominos iam tum in Cyrenas potuisse potentiam exercere inde colligitur, quod Cambysi Arcesilaus III. tributarius fuit (Herodot. IV, 165.). Ita quidem populus quasi sede sua relicta, quippe qui exteri regni pars sit, improbum onus sustinebit cum herilium aedium columnis reliquos inter muros. Haec quidem non ut vera pono; sed unicuique suum iudicium relinquo. *Ἄλλοις ἐν τείχεσιν, reliquis in muris, ἐν τοῖς ἄλλοις τείχεσιν,* pro epistylio trabe roborea columnis imposita ad tectum sustinendum. Ceterum vs. 263. apte comparatur Horatiano Carm. IV, 4, 57. Vs. 265. scribe *αὐτᾶς,* ex usu prisco, quem Thierschius in Act. philol. Monac. docuit. Iam aenigmate proposito disertiora poeta promit: *Tu sane potes mederi malis reipublicae; tu, cui claram vitam foveat Pacan Apollo,* qui Battiadas Cyrenarum dominos constituit (Apollinem autem Battiadae maxime coluerunt eumque medicum; cf. ad Pyth. V. introd. et ibid. ad vs. 54 sqq.): *sed leni manu curandum vulnus. Nam concutere rempublicam vel levissimus quisque potest; concussam restituere nonnisi deorum auxilio rectores queant. Haec tibi gratia, hoc decus quum paretur* ut regi diis caro, *sustine omne studium in Cyrenis ponere.* *Ἐξυφαίνειν* est *contexere, parare,* ut *ὑφαίνειν ὄλβον* vs. 141.

Vs. 277 — 299. *Sed pro Damophilo,* uno ex civitatis principibus, de quibus antea dictum, *nunc speciatim intercedam, speroque me utpote bonum virum, quod peto, adepturum; si quidem tu Homericum dictum in animum inducens curas, secundum quod bonus internuncius ad perficiendam rem mandatam plurimum confert. Immo Musa ipsa tale negotium non aspernatur; ex eo enim recte* indeque feliciter *peracto etiam poesi honos accedit. Nostis Damophili virtutes: tamen is procul a patria vitam agere cogitur, necdum veniam impetrare potuit, quam vel Titanibus Iuppiter impertitus est. Is igitur, ut reditus ad patrios lares obtingat, ut Apollinis apud fontem comissationibus musicisque concentibus,* quales nunc habentur, *adesse innocenti liceat, vota facit; tibique is, Arcesila, narrabit, qualem Thebis carminum fontem repererit* tibique procuraverit. Homeri versum v. ap. Schol. ad quem Pindarica afferentes Schol. Ven. et Eustath. ad Iliad. p. 1013. 11. habent *ἐοθλόν.* Ad sententiam versus Homerici vide quae contulit Heynius T. VII. p. 42. Vs. 280. etsi per se perspicuus est, notandum tamen Damophilum fuisse ex optimatibus et regiae familiae genere coniunctum (Schol. vs. 467.). Eundem coniecerim Aegidam fuisse ideoque Thebas potissimum exulatum abiisse. Vs. 281. *παῖδες* sunt *iuniores;* sententiam loci pervertit Macarius ap. Villoison. Diatr. p. 19. Vs. 283. sensus hic est: *Privat ille maledicentiam voce sua alias satis clara;* ne calumnia quidem illi obtrectare potest, virtutibus eius victa. Vox calumniae clara est, quoniam confidens est, ut *ὕβρις θρασύμυθος* Olymp. XIII, 10. ad quem locum etiam *ὕβριν κελαδεννὰν* ex Isthm. III, 26. iam contuli (Explicatt. p. 212.). *Μακύνων τέλος οὐδὲν, nullius rei effectionem differens,* sed opportunum observans tempus. *Πρὸς ἀνθρώπων, παρ' ἀνθρώπους. Εὖ νιν ἔγνωκεν,* Damophilus *καιρόν*; qui maluerit „*καιρὸς* Damophilum," tueatur id locis a Schmidio allatis Olymp. VI, 96. VII, 83. sed prius evincunt sequentia quamvis obscura. Nam etsi in verbis *θεράπων δέ οἱ, οὐ δρώσας ὀπαδεῖ,* eodem modo ambigitur, sitne Damophilus *καιρῷ,* an *καιρὸς* Damophilo *θε-*

www.libtool.com.cn

ράπων, οὐ δράστας; tamen facile lis dirimetur, ubi quid δράστας sit, definieris. Δράστην, δρήστην vulgo explicant *fugitivum*, δραπέτην, in qua significatione melius καιρὸς subiectum erit: καιρὸς *sequitur Damophilum, non effugit.* At fugitivus omnino non sequitur; itaque nihili haec interpretatio est. Iam dicas δράστην esse δραστῆρα, de *violento*, qui non fovere, sed nimium urgere occasionem oblatam cupiat, ὃς βιάζεται τὸν καιρὸν, ita ut Damophilus subiectum sit: sed ne hoc quidem probandum, quum oppositum θεράπων et additum ὀπαδεῖ satis doceat δράστην de famulo dictum esse. Potius δράστης, δραστὴρ est servus negotia curans et laborans, qualis est coquus, quem δραστῆρα dixerunt secundum grammaticos; θεράπων liberalior quidam minister est, quemadmodum grammatici, ut Etym. M. et Apollon. Soph. apud Homerum θεράποντας non servos esse sed πάντας τοὺς θεραπευτικῶς ἔχοντας notant. Itaque minister Damophilus καιρῷ est, fovet eum, θεραπεύει, levi et haud invito neque improbo labore, ut qui observare opportuna didicerit; non illiberalem quasi operam praestat, neque ut is, qui opportunis commode uti non norit, sudat in rebus gerendis tanquam servus viliorum negotiorum curator. Similia Heynius attulit, non eadem. Denique quod ad ipsas, quae Damophilo tribuuntur, laudes attinet, iustitiam, vigorem iuvenilem, prudentiam senilem, tranquillitatis studium, denique promptum in rebus gerendis animum imprimis praedicatum invenimus: quarum virtutum maxima sane parte Iasoni non dissimilis est: attamen Iasonis et Damophili comparationi, de qua iam supra p. 264. mentionem inieci, non multum tribuerim, quod haec comparatio invidiam potius quam gratiam Damophilo apud Arcesilaum, qui tum Peliae sustineret personam, parare debuisset. Itaque negaverim quidquam ex moribus Iasonis Damophili moribus attemperatum a poeta esse, sed quae de Iasone habentur, ut supra dixi, pro exemplo eius, quae in civilibus turbis componendis plurimum valet, lenitatis proposita existimo. Damophili autem virtutes eae extolluntur, quae doceant, nec timendum Arcesilao Damophilum esse et plurimum hunc illi utilitatis afferre posse. Quod insertum ceteris laudibus est ὀρφανίζει κακὰν γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός, eo spectare videtur, ut Damophilus susurronum, qui regibus adrepere solent, calumniis circumventus sit: has refelli et dissipari Damophili integra virtute. Pergo ad reliqua. Ad vs. 289. cf. Aeschyl. Prometh. 263. ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, Sophocl. Philoct. 1260. ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα. Damophilo autem accidit, ut bona patriae bene cognita habens inde exulare coactus sit; Damophilus Atlas Titan est cum caelo luctans imposito, pressus quippe tanto exilii onere: sed Titanes quoque Iuppiter aliquando liberavit (Fragm. Hymn. 6.), vinctos illos olim a sese, non a Saturno, de quo alter Schol. cogitat; quod alienum a loci tenore. Fabulam videntur Titanomachiae tradidisse; neque tamen Atlantem solutum esse quisquam prodidisse videtur, sed ille adhuc caelum sustinet (Hygin. Fab. 150. coll. Schol. h. l.): quam ob causam a veteribus reprehensum Pindarum esse docet Schol. Neque vero ideo incommoda sunt, quae Pindarus dicit: *Damophilus nunc quidem Atlantis infortunio conflictatur; sed illi veniam dare decet: quid enim quod Titanibus ipsis*, Atlantis fratribus, *ab immortali Iove aliquando est venia data?* Et nota Atlantem Libycum eo libentius poetam assumpsisse, quod nunc in Libycis rebus versatur: solet enim Pindarus elocutiónem ita instituere, ut et res et verba eorum, quibus scribit, condicioni accommodet: atque ut Damophilus procul a patria semotus est, ita Atlas in finibus terrarum caelum sustinet. Ἐν δὲ χρόνῳ, pergit, γίγνονται μεταβολαὶ ἱστίων, λήξαντος οὔρου, *si cessat ventus, vela qui impleverat, nautae vela vel contrahunt vel aliter collocant*: sic tu, quum alia iam atque antea rerum Cyrenaicarum videatur condicio esse,

priora instituta et Damophili exilium revocare poteris. *Οὐλομέναν νοῦσον*, exilium et res adversas exilium comitantes: neque enim ad turbas et seditiones Cyrenaicas retulerim. *Apollinis fons* Cyrenis memoratur Herodoto IV, 158. *Cyre* Callimacho in Apoll. 88. ubi v. Schol. et Stephano Byz. v. *Κυρήνη*, ubi v. intt. Eustathii etiam locum afferentes. Choeroboscus fol. 234. apud Bekkerum: *Κύρη, ἔστι δὲ ὄνομα κρήνης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Κυρήνη πόλις.* Eum fontem reperisse sibi recte videtur Della-Cella libro supra allato p. 142 sq. ubi in inscriptione ibidem edita lege: *τὰν κράναν ἐπεσκεύασε. Συμποσίας*, sacras maxime Apollineas, ut in Carneis ceterisque sollemnibus. *Θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν, iuvenili hilaritati tradere animum.* Postremo construe: *ἐν σοφοῖς πολίταις φόρμιγγα βαστάζων* (in conviviis) *θίγειν ἡσυχίᾳ, quiete frui*, non turbis et seditionibus studere. Cf. de structura ad Olymp. I, 67—87. Ceterum *Ἀρκεσίλα* vocativum rescribi non tantum ob ea praestat, quae in nott. critt. dixi, verum etiam ob hoc, ut ne Pindarus suum in Arcesilao canendo studium apud hunc iactet.

P Y T H. V.

Carmen eidem Pythiae victoriae, cui praecedens, scriptum est Pyth. 31. Olymp. 78, 3. necdum Arcesilao Olympica victoria potito, quam vs. 124. ei precatur poeta et Arcesilaus nactus est Olymp. 80. (Inscr. Schol. Pyth. IV.). Illa Pythia vincenti Arcesilao auriga fuit Carrhotus Alexibii filius (vs. 26. 45.), Arcesilai uxoris frater et post Euphemi obitum praefectus Hesperidum, docente Theotimo ap. Schol. vs. 33. ubi qui Carrhotum Arcesilai socerum dixit, erravit manifeste. Sed eodem Theotimo auctore Euphemus Delphos equos deduxerat iisque vicerat: in qua re Schol. difficultatem quaerit, quum aurigam Carrhotum fuisse sciat. Nempe Euphemus pompae praefuit simulque milites collegit, quibuscum deinde Hesperides occupavit; Carrhotus autem aurigationi operam dedit, non ut mercenarius, sed liberali opera: sic consideranti nihil, in quo haereas, relinquitur. Oda cantata est reduce Cyrenas Carrhoto (vs. 29. 52.), postquam is currum Delphico dicaverat Apollini (vs. 34—42.), sed priusquam in Hesperides concederet, quibus tum demum Euphemus praeficiebatur: Cyrenis autem carmen agi ipse poeta testatur vs. 24. Quippe pompa in honorem Arcesilai deducitur, unde vs. 22. verba: *τόνδε κῶμον ἀνέρων δέδεξαι* (cf. Olymp. IV, 3. VIII, 10.): in qua hoc carmen cantatum est vel in via, quod mihi probabile, vel postquam chorus ad eum locum pervenerat, ubi comissatio habenda esset. Sollemnibus affuisse Carrhotum, non est quod moneam: sed etiam Arcesilaum comissationi affore aut pompae obviam iturum probabile erat: quo pertinent haec vs. 44. *τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι*. Et pompa ad Apollinis templum ducta est: cui enim deo victoriam acceptam retulerint nisi Pythiorum deo et Cyrenarum ac praecipue Battidarum statori Phoebo? Igitur is maxime celebratur vs. 60 sqq. et compellatur vs. 79. is Arcesilao *inter iuvenum cantus* celebrandus esse vs. 104. dicitur; denique vs. 23. *κῶμος* vocatur *Ἀπολλώνιον ἄθυρμα, Apollinis deliciae*, utpote cui canendo destinatus sit. Immo via, qua deducta pompa sit, videtur describi posse. Apollineae enim pompae Cyrenis in platea *Σκυρωτῆ* incedebant poeta auctore vs. 90. *εὐθύτομόν τε κατέβην Ἀπολλωνίαις ἁλεξιμβρότοις πεδιάδα πομπαῖς ἔμμεν ἱππόκροτον σκυρωτὰν ὁδόν:*

www.libtool.com.cn

quod mire poeta attulisset, nisi nunc ipsum ea via pompa incederet. Iam in eadem platea Castorum templum (Schol. vs. 121.): quo gratior Castoris mentio vs. 19. In hac igitur via pompam deduxerunt ad Apollinis, quem Battidae imprimis coluerunt (Callim. in Apoll. 95.), templum clarissimum, *μάλα καλὸν ἀνάκτορον* Callimacho in Apoll. 77. id vero, quoniam Apollo Cyrenarum *ἀρχηγέτης* est (vs. 60.), haud dubie in foro fuit: platea *Σκυρωτὴ* autem ad forum porrigebatur (vs. 93.), quod quia pompa attingere debebat, poeta non oblitus est conditoris Batti tumulum in foro situm commemorare. In eadem via ceterorum quoque regum sepulcra, quae poeta significat, sita esse suo loco ex coniectura, ut arbitror, non contemnenda dixi. Postremo ex locorum notitia etiam id explicandum videtur, quod vs. 24. *γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον Ἀφροδίτας* cani dicitur: neque enim *Ἀφροδίτας κᾶπος* poema esse potest (v. ad Olymp. IX, 15 sqq.); nec Cyrenarum vel urbs vel regio, quam interpretationem additum *Κυράνᾳ* dissuadet; nec collis Gratiarum, de quo ad Pyth. IV, 1 sqq. dixi: multo minus Libyam universam poeta Veneris hortum dixerit, quum Libyam Veneri sacram fuisse ex historia doceri nequeat notante Schol. Pyth. IX, 16. vulg. nec sufficiat Libyae hanc partem iucundam fuisse, nisi Veneri sacra Libya fuerit, ut Iovi Ammoni Cyrenarum deo (Plat. Politic. p. 257. B.), cuius hortus Libya Pyth. IX, 55. vel ut Brasiarum in Peloponneso campus Baccho, unde is *Διονύσου κῆπος* ap. Pausan. III, 24, 3. Immo *Ἀφροδίτης κῆπον* Pindarus vocat *τέμενος Ἀφροδίτης* aliquod Cyrenis celebre, nec dubito id *τέμενος* et hortum fuisse et *Ἀφροδίτας κᾶπον* dictum esse: *Ἐν κήποις Ἀφροδίτη* etiam Athenis in ipsa urbe culta est (Pausan. I, 27, 4.), ubi celebre eius signum ab Alcamene factum (Pausan. I, 19, 2. Plin. H. N. XXXVI, 5. Lucian. Imag. 4. et 6.); cf. etiam Lucian. Dial. meretr. 7. Omnino floribus et hortis, quibus praeest (v. Wüstemann. de aedibus Scauri p. 184 sq.), gaudet Venus; nec dubium est plurima Veneris *τεμένη* in hortorum modum consita fuisse. Praeterea duo sunt Venerei Cyrenis cultus vestigia: alterum quod Venus Apollinem et Cyrenam nympham in Libyam venientes ibi recepit (Pyth. IX, 9 sqq.), in hoc suo horto puta; alterum quod Ladice statuam Veneris dicavit, quae vultum extra Cyrenarum urbem conversum habuit (Herodot. II, 181.): unde simul intelligas Veneris delubrum in extrema urbis parte fuisse vel intra moenia vel ante urbem, ubi Veneris templa condi moris apud Graecos fuit. Vide igitur ne hic quoque locus advenienti ex portu pompae attingendus fuerit. Ceterum carmen est elegantissimum et summa arte dispositum.

Vs. 1 — 23. *Late potentes opes sunt, siquis illas virtute temperatas comites habeat fati favore datas: tu certe quidem, Arcesila, virtutibus misces divitias, qui Castoris beneficio post priores tempestates domum tuam serenitate illustrantis summum consecutus es Pythiae victoriae decus. Sapientes vero potentiam divinitus ipsis datam, quam tu habes, pulchrius ferunt: ita tu quoque iustus es in summa felicitate, quae tibi et ut regi inde a natalibus contigit divinitus, quamque auget Pythia haec victoria, quae pompâ hac et comissatione Apollinea celebratur.* Prima verba respicit Athen. VI. p. 231. E. Designatur autem *πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος* (Olymp. II, 58.), qui ad varias res et maxime ad victorias parandas utilis est. *Πότμου παραδόντος*, ut tibi, Arcesila, qui hereditarias opes habes. *Αὐτὸν ἀνάγῃ*, comitem secum adducat et producat: cf. Pyth. VI, 47. *νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει.* *Ἑπέτης πολύφιλος* est *dilectissimus comes:* cave enim *πολύφιλον* intelligas *multum amantem*, quasi haud invitae probum virum sequantur opes, improbum autem invitae: quo ducere possit locus Solonis V, 9 sqq. meo iudicio hinc alienus. Vs. 6. *τοίνυν* cur non aptum esse pronuncietur, non intelligo. Castori vero Arcesilas victoriam debet, quia is ut ludorum curulium praeses, unde nunc *χρυσάρματος*

www.libtool.com.cn
dicitur, regi victoriam dat ipsum maxime veneranti: Cyrenis enim colebantur Castores religione ex Laconica in Theram indeque in Libyam per Battum translata; v. Schol. vs. 6. 121. coll. Pausan. III, 16, 3. Addam annotationem iuvenis periti Bernhardii: „Stellas iuxta silphium in nummis frequenter obvias ad Dioscuros Begerus Thes. Brandenb. I, p. 520. retulit, in eamque explicationem etiam Spanhemius U. et P. N. I, p. 295. inciderat, apud quem p. 301. alter Dioscurorum eques cum stella in nummo apparet. Porro in quarto Cyrenensium nummorum Musei Britannici fulmen inter duas stellas est. In Thera Dioscurorum cultum obtinuisse ostendit etiam Dioscuri Theraei pugilis nomen ap. Phot. Bibl. p. 477. extans." Mox asyndeton in verbo *εὐδιαιὸς* sicui, secus ac mihi, intolerandum videbitur, reducta antiqua lectione *εὐδίαν* ὃς triplex poterit sententia proponi: aut enim pro usitato *εὔδιον* adiectivum *εὐδίαν* erit, cuius exemplum desidero; aut *ἑστίαν* erit *περὶ τὴν ἑστίαν*, ratione longe durissima; aut quae nunc Hermanni interpretatio videtur esse, *εὐδίαν καταιθύσασι* erit *καταιθύσασι μετ' εὐδίας*: sed haec omnia mihi quidem plus offensionis praebent quam sententia inconnexa, quam epiphonematis instar strophae pulcherrime additam iudico; simile est vs. 94. et passim. *Χειμέριον ὄμβρον* nuperas dicit Cyrenaeorum seditiones (cf. Pyth. IV, 263 sqq.), post quas Castor tempestatum domitor serenitate illustrat regiam domum data Pythia victoria. Res civiles respiciuntur etiam verbis vs. 12 sq. *σοφοὶ δέ τοι κάλλιον φέροντι καὶ τὰν θεόςδοτον δύναμιν*, quibus de potentiae modesto usu rex admonetur. At illud *καὶ* ante *τὰν θεόςδοτον* paulo est obscurius; quod a voce *θεόςδοτον* dirimi aegre patiar. Igitur sensus hic videtur: *Divinitus data potentia magnum quidem bonum est; sed sapiens tamen* non solum alias opes, sed *vel hanc*, qua tamen putes quemvis recte uti, quippe a diis missa, *pulchrius fert, quam alius.* *Ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ*, iuste procedentem et recta via; cf. si tanti est, Act. philol. Monac. T. I. F. I. p. 38. Cetera cum Hermanno breviter explicui in nott. critt. neque ut sententiam mutem, impellit Tafelii, viri acuti, disputatio in Dilucidationum Pindaricarum Spec. I. *Ὀφθαλμὸν* esse *splendorem* post alios docuimus ad Olymp. II, 1 sqq. quibus in exemplis si nomen illud in appositione collocatum vel praedicatum est, noli in eo haerere, quod hoc id loco paulo aliter usurpatur: etenim lyrica dictione *ὁ συγγενὴς ὀφθαλμὸς* est *innatum quiddam* (nondum enim, quid sit, definio), *quod tibi lumen est et splendor et oculus vitae;* in qua interpretatione iam fere praedicati vis tenetur. Hic splendor ipso poeta duce diversus est a felicitate, potentia, opibus, quibus praeditus est; itaque cum Hermanno partem maximam verto: *Fortunatissimus tu es; partim enim quia magnis urbibus imperitas,* hoc est, quia rex es, *innatus tibi virtutis splendor summum hoc felicitatis decus consecutus est tua temperatum sapientia* etc. *Τοῦτο γέρας* est *ὄλβος πολὺς*, de quo antea dixerat; quod *γέρας* eodem iure potuit *αἰδοιότατον* dici, quo Olymp. III. extr. aurum: *συγγενὴς ὀφθαλμὸς* est ille innatus virtutis splendor, qui antea iam significatus est verbis *σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ*. Haec si ita, ut volui, ceperis, non id dixisse videbor, quod feror, *Regibus virtutem ita se mancipare, ut e regno sit virtus,* quam sententiam aulici praedicent. Rem ita specta. Arcesilaus quod magnis urbibus imperat, inde felicitate fruitur regiae dignitati coniuncta; hoc quum poeta dicere vellet, non id simpliciter dixit; sed alia sententia adiuncta, ut Arcesilai praestantiam a maioribus traditam celebraret, tribuit ei splendorem *virtutis et ingenitae claritatis,* quacum simul virtus innasci nobilibus censetur, nisi quis a maioribus desciverit: unde *ἀριστοι* et *ἀριστεῖς* veteribus nobiles dicuntur, quippe qui simul virtute praestent. Duae igitur sententiae lyrica brevitate constrictae sunt: *Quod rex es, summa felicitate et opibus ipso ortu praeditus es; quae iunctae sunt vir-*

www.libtool.com.cn

tuti tuae a maioribus acceptae; sed hae in unam commiscentur: *Quod rex es, tuae virtutis congenitae splendor felicitati summae coniunctus est.* In quo simul pulcherrima oritur oppositio inter bonum nativum et insitam virtutem ac praestantiam atque inter externae felicitatis donum, fere ut Olymp. II, 11. *πλοῦτόν τε καὶ χάριν ἄγων γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.* Neque ex hac interpretatione Arcesilaum virum praeclarum esse inde poeta colligit, quod rex est; etsi quaedam sane regibus virtus olim solebat quasi innata esse, quaedam animi magnitudo ex magnae potentiae, nobilitatis, auctoritatis conscientiâ profecta, quae raro in mollitiem degeneravit, frequentius in arrogantiam et superbiam mutata est; sed Arcesilaum et maiores virtute praestare poeta ut notum et certum ponit, quodque in ipso patrum indoles cernebatur, innatum virtutis splendorem dicit, secundum illud: *Fortes creantur fortibus et bonis.* Ceterum amicus doctissimus potius ita explicandum locum censet: *τὸ μὲν ἔχεις τοῦτο γέρας, ὅτι βασιλεὺς ἐσσί: ex altera parte hoc decus habes, regem te esse.* Sed equidem non possum accedere: mihi ὅτι utroque loco *quia* est, causam significans, non materiam felicitatis; atque ita locus videtur acutiorem sententiam continere, quia illud ὅτι tum colligentis et rationes addentis poetae est, non res tantum enumerantis. At hoc non argumentum est, quo possis illam interpretationem refellere; aliud quiddam afferam, quo meam commendem explicationem. Etenim illa verba *ἔχει συγγενὴς ὀφθαλμὸς αἰδοιότατον τοῦτο γέρας* plane eandem continere *notionem* debent, quae inest illi *μάκαρ* vs. 20. et verbis *σὲ πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται* vs. 14. *Felix es*, inquit: *felix primum* ipso ortu ob regiam dignitatem, *felix etiam nunc* ob victoriam. Quodsi amici explicationem sequaris, illud *τὸ μὲν ἔχεις τοῦτο γέρας* eam, quam postulo, notionem non satis fortiter exprimere, sed nimium leviter significare videtur. *Μιγνύμενον* verto *temperatum*, hoc est *coniunctum*, sed cum notione ea, ut coniunctio haec praestabilis sit, quod inest voci *φρενί*. Neque hoc potest offendere; nam *μίγνυσθαί τινι* est *cum aliquo coniungi*. Si vertas *quo decore mens tua potita est*, vacat tota dictio, quum idem insit antecedenti *ἔχεις*. Postremo ne de virtute et prudentia Arcesilai dubites, has Pindarus persequitur vs. 107 sqq. Vs. 20. ad *μάκαρ* supple *ἐσσί*, ut vs. 46.

Vs. 23 — 53. *Quapropter quum divinitus haec tibi contigerint, ut et regia virtute, dignitate, opibus polleas, et nunc Pythiam victoriam consecutus sis; primum debes deum omnis felicitatis auctorem meminisse nunc quummaxime in victoriae sollemnibus, deinde vero Carrhotum quoque diligere, qui tibi hanc victoriae laudem paravit, curru non fracto, quem Delphico deo suspendit. Ei igitur cum pompa incedenti libens occurre: qui post tantum laborem pulcherrimam famam habet, quadraginta curribus superatis Cyrenas redux.* Vs. 24. *ἀειδόμενον* manifeste ad *σὲ* pertinet: de horto Veneris v. Introd. Vs. 25. construe *παντὶ πράγματι θεὸν ὡς αἴτιον ὑπερτιθέναι, ἀνατιθέναι.* Mox in *φίλει δὲ* post *μὲν* mutatur structura: v. ad Olymp. I, 8 sqq. et nott. critt. h. l. sententia tamen priori coniuncta est, quodque punctum ante vocem *φίλει* retinui, more veterum etiam in minore distinctione puncto usorum feci. Vs. 28. Pal. C. *ὀψινόον* vel *ὀψίνοον*, ut unus Scholiastarum. Vs. 31. *ὕδατι Κασταλίας ξενωθεὶς*, hospitio Delphis exceptus. De vs. 32 — 35. v. nott. critt. ubi *ποδαρκέων* pro genitivo plurali habeo: nam ne participium esse putem, id maxime obest, quod non Carrhotus, ad quem referendum esset, sed *equi pedibus* decucurrerunt *et valuerunt*: quo vitio etiam lectio *ποδαρκέων δωδεκάδρομον τέμενος* laborat, *valens pedibus in curriculo duodecim cursuum.* Pro verbo tamen accepit Schol. exponens *ἐπαρκῶν* et *τοῖς ποσὶν ἐπαρκέσας*, in altera hac explicatione non cogitans Carrhotum haud stadiodromum esse sed equorum pedibus vicisse. Si modo participium esset, cum Schneidero praestaret scribere *ποταρκέων* coll. Nem. VI, 62. sed neque Schol. ita legit, nisi dices verba *τουτέστι τὸ στάδιον*

www.libtool.com.cn
τοῖς ποσὶν ἐπαρκέσας καὶ τὴν νίκην ἀπενεγκάμενος, quibus vulgata lectio agnoscitur, a recentiore manu inserta esse; neque admitti quamvis elegans coniectura potest ob id quod ad Pyth. I, 56. nott. critt. p. 438. notavi. Redeo igitur ad genitivum ποδαρκέων, quo retento sensus erit is, quem in nott. critt. explicui; in qua tamen interpretatione adhuc offendit nimis breve et ieiunum τέμεις; etsi τέμενος recte dictus est hippodromus, quippe in Cirrhaeo campo situs Apollini sacro. Quodsi θέμενος legeris, sententia erit: *decus tuo capiti imposuit, parans id fraenis et curriculo equorum vincentium.* Neque tamen probo istud θέμενος; et habeo quomodo illud ieiunum τέμενος augeam adiiciendis aliquot verbis. Etenim iam video iungenda haec esse ita scripta: ποδαρκέων δώδεκα δρόμων τέμενος, sed ita, ut ποδαρκέων genitivus sit ad δρόμων. Δρόμοι sunt ποδαρκεῖς, ut ἀμέρα ποδαρκὴς Olymp. XIII, 37. Vicit igitur Carrhotus fraenis illaesis *in sacro campo duodecim cursuum.* Unum superest quod offendat, τέμενος praepositione destitutum. Cui incommodo succurrit alius locus Nem. VI, 42. Ποσειδάνιον ἄν τέμενος. Ita nascitur facilis emendatio: δώδεκ' ἂν δρόμων τέμενος: quam, dum inter plagulas corrigendas Thierschii nostri textum inspicio, occupatam video. Ἀκήρατοι ἀνίαι, *fraena incorrupta*, non confusa, non impedita nec rupta. Vs. 34. ἐντέων non de fraenis, sed de ipso curru est. Seqq. satis impedita sunt; omnis autem interpretatio ex locorum cognitione pendet. *Crisaeus collis* est apud Crisam, quae est minimo supra Cirrham intervallo: Cirrham enim et Crisam geographorum plurimi distinguunt; Pausanias tamen non distinguit, nec Pindarus ipse, quod patet collatis locis Pyth. III, 74. VI, 18. Isthm. II, 18. Pyth. VII, 16. VIII, 20. X, 15. XI, 12. Nostra non interest distinguantur necne, quum loci maxime vicini fuerint: qui plura voluerit, adeat Müllerum Orchom. p. 495 sq. Cirrha autem Delphorum navale est, sexaginta a Delphis stadiis, ubi hippodromus in campo arboribus non consito. Pausan. X, 37. ἐς δὲ Κίρραν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν ὁδὸς μὲν σταδίων ἑξήκοντά ἐστιν ἐκ Δελφῶν· καταβάντι δὲ ἐς τὸ πεδίον ἱππόδρομός τέ ἐστι καὶ ἀγῶνα Πύθια ἄγουσιν ἐνταῦθα τὸν ἱππικόν: cf. Strab. IX, p. 640. B. Alm. Et ille quidem campus, si Pindari aetate silva cinctus erat, potuit κοιλόπεδον νάπος θεοῦ dici; νάπη enim et νάπος est *silva*, *lucus*, maxime sacer, ut Corinthi est ἱερὰ νάπη (Inscr. ap. Spon. Misc. erud. ant. X, p. 363.): ac sane h. l. Scholiastae κοιλ. νάπ. θεοῦ perhibent campum esse, in quo sit curule certamen habitum. Eundem locum, qui νάπος dicatur, alibi referunt Ἀπολλωνίαν νάπην vocari, Pyth. VI, 8. ἐν πολυχρύσῳ Ἀπολλωνίᾳ νάπᾳ: atque ibi quoque Cirrhaeum campum intellexerunt veterum nonnulli ap. Schol. ἔνιοι δὲ νάπην τὸ πεδίον ἤκουσαν, ἐν ᾧ οἱ ἱππικοὶ ἀγῶνες ἐτελοῦντο: sed obstat additum πολυχρύσῳ, quod de Cirrhaeo campo speciatim dici non potuit. Igitur missa hac sententia, Ἀπολλωνίαν νάπην Pyth. VI. et in Paeanibus ap. Schol. Pyth. VI. itemque κοιλόπεδον νάπος θεοῦ censeas Pythonem esse, ut alius ap. Schol. Pyth. VI. volebat, aut templum ipsum cum περιβόλῳ in summa urbe (Pausan. X, 8. extr.): et prius firmaveris verbis Schol. Iliad. β, 519. ubi Pytho s. Delphi feruntur antea Παρνασίας νάπης nomen habuisse. Sed neutrum verum; Νάπη pars est mediae Delphorum urbis. Schol. Pyth. VI, 4. extr. τινές φασιν εἰς τρεῖς μοίρας διηρῆσθαι τοὺς Δελφούς, καὶ τούτων ἡ μὲν λέγεται ὑπάτη, ἡ δὲ μέση, ἐν ᾗ ἐστι καὶ αὕτη ἡ καλουμένη νάπη. Ex ipso quin etiam Pindaro Pyth. VI, 1 — 9. colligo, Pythonem et Ἀπολλωνίαν νάπην non plane idem esse; et ex eiusdem odae vs. 5 sqq. carmina in illa νάπῃ victoribus cantata esse coniicio; quoniam autem πολύχρυσος dicitur, templo videtur vicina fuisse, ita ut eius περίβολον ab inferiore parte cingeret (cf. ad Pyth. VI.). His explicitis possumus iam ad interpretationem propius accedere. Et structura quidem manifeste haec est: Ἀλλὰ

www.libtool.com.cn

κρέμαται πάντα χειριᾶν τεκτόνων δαίδαλα, ὅσα ἄγων ἐς κοιλόπεδον νάπος θεοῦ ἄμειψε Κρισαῖον λόφον: sed sententia duplici ratione constitui potest. Primum enim ita explicueris: *Sed vicit illaeso curru, et dedicata et suspensa sunt omnia currus instrumenta artificiose facta, quae in mediam Pythonem adduxit, in convallem dei, certandi causa, et quibuscum* deinceps *in campo Cirrhaeo decurrens propinquum praeteriit Crisaeum collem*, qui campo imminet. In qua interpretatione ut illud commodum est, quod colle Crisaeo praetereundo videtur vicisse, ita hoc minus habeo conveniens, quod Crisaeum collem praeteriisse dicitur *ἄγων τὸ ἅρμα ἐς νάπος θεοῦ*, quum potius deberet esse *ἀγαγών*, quia priusquam certaret, Delphos profectus Carrhotus erat. Igitur alteram sententiam amplector: *Suspensa sunt, quae in reditu ex Cirrhaeo hippodromo, superato* qui inter Cirrham et Delphos est *Crisaeo colle in mediam Delphorum urbem deduxit, ut dedicarentur.* Haec sola est recta interpretatio, quam omnia commendant: primum enim, quod integra currus instrumenta Delphos reportavit, in eo haud ambigua victoriae significatio inest; deinde in hoc sensu *ἄγων ἄμειψε* rectissime dicitur, quia dum collis Crisaeus superatur, currus Delphos advehitur; tum *κοιλόπεδον νάπος*, quo post Crisaeum collem superatum pervenitur, atque quo Carrhotus tendit, ut currum suspendat, in fine orationis positum est: quod haud satis recte poeta instituisset, si post aditum *κοιλόπεδον νάπος* in Cirrhaeo campo Carrhotus vicisse diceretur; postremo si in *νάπῃ* carmina cantata sunt, ex Cirrhaeo campo redux Carrhotus eo currum advexit, ut victoria ibi celebraretur et currus in aedicula suspenderetur. Haec hactenus; nam quod Tafelius excogitavit, hippodromum in ipso colle acclivi esse, et per se absonum est et Pausaniae adversarium ac Pindaro, qui Pyth. X, 15. *ἀγῶνα Κίρρας* diserte dicit esse *ὑπὸ βαθυλείμωνα πέτραν*. Illa vero currus instrumenta Carrhotus Delphico deo suspendit donarii loco: quod eo minus mirum, quum artificiose facta fuerint, et curruum Cyrenaicorum magna fuerit existimatio (v. Athen. III, p. 100. F. et Casaub.): sellam tamen solam suspensam esse Scholiastes putat, cui obest vox *ὁπόσα*. De adiectivo *χειριᾶν* v. nott. critt. p. 474. Pergit poeta: *Hinc*, id est, quod vicit et currum reportavit, *hinc habet currum κυπαρίσσινον μέλαθρον. Τὸ* esse *διὸ* nemo dubitabit: huic explicationi quae nuper opposita est, Graecae linguae ingenio adversatur et elegantiae dicendi. *Κυπαρίσσινον μέλαθρον* est aedicula sive thesaurus, haud dubie in *περιβόλῳ*, ubi Cretense illud signum, de quo in nott. critt. dixi; ex cupresso ea aedificata erat, quia frequens in ea regione cupressus: unde Cyparissus urbs Delphis vicina (cf. de nominis ratione Scholia ad Iliad. *β*, 519.): *Παρνάσιον* dicitur *μέλαθρον*, quod *περίβολος* in summo vertice Delphorum ad Parnasum est. Cur in eodem thesauro, in quo Cretense signum, currus Cyrenaicus asservetur, non refert inquiri, quum vel in Corinthiorum thesauro in *περιβόλῳ* Lydium fuerit aurum conditum (Pausan. X, 13, 3. Herodot. I, 14.): potuit tamen Battidarum et Cretensium cognationis ratio habita esse, de qua v. Müller. Orchom. p. 342 sq. Ceterum de alio curru Cyrenaeorum donario v. Pausan. X, 13, 3. item de alio X, 15, 4. Vs. 42. certa est emendatio *κάθεσσαν, τὸν μονόδρομον, φυτόν*: et nota post *μονόδρομον* de industria interpunctum esse: vulgata inde nata erat, quod in antiquis libris ut in titulis lapideis scribebatur *ΚΑΘΕΣΣΑΝΤΟΜΜΟΝ*. Vs. 45. *φλέγοντι* est *illustrant*: cf. Olymp. IX, 24. Nem. X, 2. Isthm. VI, 23. Idem Latinis est *incendere*, notantibus etiam lexicis. Vs. 47. *μέγας κάματος* non de colligendis militibus capiendus, sed de labore certaminis, quo quadraginta vicit aurigas. *Καί* est *etsi*: *Etsi magnus is labor fuit, felix tamen es, quod nunc caneris.*

Vs. 54 — 81. *Ut tu, Carrhote, non sine labore victoriam parasti, sic sane nemo*

www.libtool.com.cn

lorum hominum, quorum animos Apollo eiusdem maxime musicae vi pacatos reddit: ad quod etiam haec nunc oda conducit. Id vero poeta apte inserit ob nuperas Cyrenis discordias. Deinde Phoebus dicitur Dorienses oraculo, quo consulto expeditionem fecerant, in Peloponnesi tribus illis constituisse partibus, quas initio occupasse feruntur, in Laconica, Messenia, Argolide; atque ad Spartam Cyrenarum aviam deducta oratione se quoque poeta patefacit Spartanis coniunctum esse, ut inde Cyrenaeis quasi propinquus videatur: fere ut Arcadibus se cognatum Olymp. VI, 84 sqq. praedicat: et Cyrenis iunctas Thebas fuisse vel Ammonis cultus docet, de qua re exposui Oecon. civ. Ath. T. II. p. 258. Verba *τὸ δ' ἐμὸν γαρύοντ' ἀπὸ Σπάρτας ἑπήρατον κλέος* adhuc ita intelligo, non ut Pindarus origine Spartanus sit, sed ut sibi a Sparta gloriam accedere dicat, unde verbo *κλέος* usus est. Quia propinquus Spartanis est per Aegidas, ideo ipsi ex Sparta gloria accedit. Non tamen inde, quod Sparta illustris est, sed quod Spartâ Aegidarum gloria propagata est; Spartâ Theram venerunt Aegidae, hinc Cyrenas: igitur Spartâ late diffusa est Aegidarum gloria, atque haec gloria Aegidarum, gentis Pindari, est illud *ἐμὸν κλέος*. Hoc docent seqq. *ὄθεν γεγενναμένοι* etc. id est: *Spartâ enim maiores mei in Theram, Cyrenaeorum metropolin devenerunt.* Aegidae vero Pindari parentes sunt, non illi, qui Spartam abierunt, sed qui Thebis remansere: quodsi dicitur, *ὄθεν γεγενναμένοι ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγεῖδαι, ἐμοὶ πατέρες,* non hoc vult, ab illis Aegidis, qui Spartae fuerint aq qui in Theram migrarint, se originem ducere, sed hoc tantum significat: *Ego Aegida sum; Aegidae Spartâ in Theram venerunt; igitur maiores mei sunt illi, qui Theram condiderunt,* quippe ex ea, qua ego, stirpe. Quodsi quis dicat secundum poetae verba Pindarum ab ipsis Spartanis Aegidis descendere, quia dictum sit *ὄθεν* (*Σπάρτηθεν*) *γεγενναμένοι ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγεῖδαι, ἐμοὶ πατέρες,* videat profecto quid agat. Nam tum ego eadem ratione potius id demonstrabo, a Theraeis Aegidis poetam genus suum repetere. Haec hactenus. Simul autem poeta vult causam aperire, cur sibi et suae genti Cyrenae carae sint; quod perfecit, quum doceret, a gente Aegidarum Theraeos oriundos esse: hinc Thebanis Aegidis quoque Cyrenas caras esse, quas quum nemo ignoraret Theraeam coloniam esse, non opus fuit hoc diserte exponi; in transitu tamen id vs. 80. tangitur, ut paulo post dicam. Cyrenarum autem Thebis memoriam celebrari significatur in Carneis, Apollinis sollemnibus Thebanorum Aegidarum, Spartanorum, Theraeorum, Cyrenensium communibus. Tantum de nexu sententiarum. Aegimius cur nominetur, constat ex iis, quae ad Pyth. I, 58 sqq. dixi; cetera explicui in nott. critt. nec multa addenda sunt prolixae disputationi vel firmandae vel corrigendae. Vs. 77. *ἔραννον* dicit *epulas Carneorum*, credo quod singuli quique, ad quos ea sollemnia pertinerent, victimas conferrent, ut quasi de symbolis coenaretur. Addita autem sunt verba haec, ut pateret Aegidis sacra Carnea deberi, neque illos sine magna auctoritate in Theram accessisse: venisse eos quasi cum pompa, sacra afferentes; atque ita simul praeparatur id, quo poeta tendit, in Carneis iisdem Thebis celebrari Cyrenas. Vs. 79. Pal. C. quoque *τεᾷ* et vs. *Καρνεῖ'* exhibet, et utrumque Par. 2403. (A.) 2783. *Καρνεῖ'* etiam Par. 2709. Formam *Καρνήϊος* in nott. critt. nonnisi analogia firmavi: sed *ΤΟΝ ΙΕΡΕΑ ΑΠΟΛΛΟΝΟΣ ΚΑΡΝΗΙΟΤ* diserte offert titulus Theraeus ap. Spon. Misc. erud. antiq. X, 67. p. 342. De voce *σεβίζειν* cf. Isthm. IV, 32. Et nota poetam more suo omnia ex sua persona dixisse; certe si *ἐμοὶ* ad poetam referendum est, non potest *σεβίζομεν* ad Cyrenaicum chorum pertinere, quod statuit Müllerus Orchom. p. 330. coniectans, quod mihi quoque in mentem venit sed neque necessario statuendum et nimis incertum est, Carnea et victoriae

www.libtool.com.cn
sollemnia, in quibus hoc carmen cantatum, esse simul acta. De Carneis per Aegidas propagatis breviter et optime disputat Müllerus l. c. p. 327 sqq. ipse quoque a Thebanis ea deducens; neque historia eorum sacrorum spectata quisquam iudicaverit secundum Pindarum Carnea ex Thera Thebas migrasse: quae tamen Tafelii sententia est ἔνθεν ad Θήρανδε referentis: quod rerum ipsarum ratio nullo pacto admittere videtur. Scio etiam ita iungi posse: ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν· πολύθυτον ἔρανον ἔνθεν ἀναδεξάμενοι, atque sic quidem, ut ἔνθεν non ad Theram, sed ad Aegidas referatur; sed si ab Aegidis suscepta Carneorum sacra dicentur, non video cur ab illis ea Thebani susceperint, qui ea iam habere debebant, si Aegidarum sacra erant Carnea Aegidaeque Thebani. Ceterum si Tafelius ἔνθεν apud Pindarum non *qua de causa*, sed *quo ex loco* esse contendit, id interpretationi meae non obesse arbitror. Iungo, ἔνθεν ἀναδεξάμενοι Κυράνας ἀγακτιμέναν πόλιν σεβίζομεν, ita ut accusativus a participio simul et verbo finito pendeat; iam ἔνθεν ad *locum*, *Theram* refer: *Unde, ex Thera ab Aegidis condita, Cyrenas recepimus in Carneorum carmina:* Cyrenas Thera Thebanis quasi tradit, quod Theraeis Cyrenae originem debent. Ita quidem Pindarus lyrica utens dicendi audacia duas res solita brevitate complectitur: primum id quod nondum dixerat, *ex Thera Aegidarum civitate provenisse Cyrenas;* deinde alterum, *quoniam a Theraeis conditae Cyrenae sint ductu Aegidarum Thebanorum, hinc Thebanis quoque Cyrenas a Theraeis susceptas in Carneorum sollemnibus celebrari.* Sed prius ut notissimum verbo tantum significatur; alterum uberius extulit poeta, quod eo tendebat ut demonstraret, sibi singularem aliquam ob causam dilectas Cyrenas esse. Ἀγακτιμέναν πόλιν Cyrenas poeta dicit ob magnificentiam aedificiorum, quam etiam rudera testantur; vide quae dixit Della-Cella.

Vs. 82 — 107. Iam Cyrenarum antiquitates altius repetuntur. *Quas Cyrenas tenent Antenoridae,* inquit, *qui cum Helena advenerant; quos colunt novi coloni a Batto adducti. Hic vero maiora deorum delubra condidit Apollinisque pompis stratam paravit viam, ubi ipse in extremo foro tumulum separatim habet et heroicis colitur honoribus; ante domos vero ceteri reges sepulti sunt, quorum magna virtus carminum meorum rore perfunditur; audiunt certe etiam defuncti felicitatem et laudem gentis a me celebratam, quae maioribus cum filio communis est atque huic debita.* Sic redit ad Arcesilaum, a quo Apollo victoriae auctor cani debeat. In Cyrenaicam Antenoridae cum Helena et Menelao venerant tradente Lysimacho ap. Schol. h. l. Schol. Lycophr. 874. Πολλὰ εἰπὼν περὶ Μενελάου ὁ Λυκόφρων περὶ τῶν τοῦ Ἀντήνορος υἱῶν οὐκ ἐμνημόνευσε, Γλαύκου φημὶ καὶ Ἐρυμάνθου, οἳ μετὰ Μενελάου πλέοντες, ναυαγήσαντες ἐξῆλθον περὶ Κυρήνην τῆς Κρήτης (inepte), καὶ οὐκ ἔτι ἐπείσθησαν ἐκείνῳ συμπλεῖν, ἀλλ' ᾤκησαν ἐν Κυρήνῃ Κρήτης τὸν ἀπ' αὐτῶν Ἀντηνοριδῶν λόφον κληθέντα. Ἀυσίμαχος δὲ ἐν πρώτῳ τῶν Νόστων οὕτω πως λέγει· Γλαῦκος, Ἀκάμας, Ἱππόλοχος οἱ Ἀντηνορίδαι παρ' Ἀκαμανάκει (Ἄμνακι) βασιλεῖ Λιβύων ᾤκησαν, μὴ βουλόμενοι συνοικεῖν τοῖς τὸ Ἴλιον πορθήσασιν, οἳ μεθ' ἱκανὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Κυρήνης καὶ θαλάσσης Ἀντηνοριδῶν λόφον ἔκτισαν καὶ ᾤκησαν. Hinc in ea regione Μενελάϊος λιμὴν ap. Herodot. IV, 169. et alios, quos laudat Cellarius N. O. A. T. II. p. 841 sq. Igitur Antenoridae Cyrenis ut indigenae heroes culti ipsas tenere dicuntur. A novis advenis venerationem Antenoridis tributam esse ipse poeta declarat vs. 85 sqq. ubi δέκονται θυσίαις est *sacrificiis oblatis excipiunt.* Οἰχνέοντές σφε, προσερχόμενοι πρὸς αὐτούς. Τὸ ἐλάσιππον ἔθνος est accusativus a voce δέκονται pendens, *Antenoridas*, qui et Troiae tales fuerant, ut nobiles, et maxime in Libya equis praestante curulibus indulserant studiis: quos eodem studio sequuntur Battidae. Verbum ἀνοίγων recte Schol. accipit de maris ex Grae-

www.libtool.com.cn

cia in Libyam via a Batto patefacta, ut iam magis postea ex illis terris Libya et ex Libyá Graecia adiretur. *Ἅλσεα μείζονα,* quam illa fuerunt, quae Antenoridae condiderant: idem Battus cultum Apollinis advexit, et Apollineis pompis stratam fecit viam, *εὐθύτομον, εὐθεῖαν,* quo nomine Megaris via a foro deducens appellata est (Pausan. I, 44, 1.), *recta sectam,* quae vox propria de viis, ut Isthm. V, 21. *τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι.* Plato Legg. VII, p. 810. E. *τὴν νῦν ἐκ τῶν παρόντων λόγων τετμημένην ὁδὸν τῆς νομοθεσίας.* Plutarch. Galb. 24. *οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν*: ubi cave *demensas vias* exponas, propter miliaria definita; sunt *sectae et structae.* Possem plura addere: sed nota res: hic tamen aliud etiam huic voci inesse videtur, de quo statim dicam. Estque ea via *πεδιὰς, plana* ut *πεδίον*; vocabatur autem *Σκυρωτὴ πλατεῖα,* quod Schol. non comminiscitur, sed ex historiae notitia traditum accepit, eamque denominationem inde illa meruit, quod re vera *σκυρωτὴ* fuit. Neque sane apud Pindarum *σκυρωτὴ* proprium nomen habendum, sed adiectivum eius viae condicionem designans. Quodsi *σκυρωτὴ* sit *λιθόστρωτος,* ceteras putaveris Cyrenarum vias non stratas fuisse: quod nemini probabitur. Stratae omnes fuerunt; sed *σκυρωτὴ ὁδὸς via* est *pavimento planissimo strata:* quo ipsum etymon deducit a Schol. explicitum et additum *πεδιάς.* Ita intelligi velim quae dixi Oecon. civ. Ath. T. I. p. 217. ubi vias pompis destinatas tales fuisse conieci: quo pertinet etiam Alabandensis via ad Mylasa ap. Strab. XIV, p. 974. A. His ita expositis adscribam locum ex Itinerario Italici peregrinatoris P. Della-Cella (Viaggio da Tripoli di Barberia alle frontiere occidentali dell' Egitto, fatto nel 1817.), qui Epist. XII. p. 139 sq. haec habet: „Nel leggere taluno de' viaggiatori sulle coste di Barbaria, ella avrà forse avuto notizia di una opinione quì assai divolgata, di trovarsi per queste contrade una città impietrita. Io non saprei dirle da che muova questa voce, ma certamente l'aspetto di Cirene potrebbe aver fatto nascere questa idea in qualche viaggiatore fantastico e ignorante. Oggi ho passeggiato in una delle sue strade, che serba ancora l'apparenza di essere stata fra le più cospicue. Non solo *è tutta intagliata nel vivo sasso,* ma a due lati è fiancheggiata da lunga fila di tombe quadrate di dieci circa piedi di altezza, anch' esse tutte d'un pezzo scavate nella roccia. Fra queste alcune ve n'hanno di più grandiose, tutte costrutte di pietre riquadrate, finite a tetto, e forse, per quanto le ingiurie del tempo permettono di conoscere, sormontate de statue. A due lati interni di queste tombe veggonsi incavate nelle pareti a più ordini le nicchia destinate a ricevere le spoglie de' trapassati. Sul fianco di una di queste strade, trovai a grandi caratteri scritto *ΙΠΠΙΚΟΣ.* Ma per quanto facilmente rilevasi dalla iscrizione, essere stata questa strada particolarmente destinata a corse di cavalli, io non m'aspettava perciò di vederne il suolo tutto profondamente solcato dallo scorrimento delle ruote. Si sa che distintissimi erano i Cirenei negli esercicj cavallereschi, e segnatamente nel guidar cocchi, e che in questi esercicj tanta preminenza acquistarono sopra le nazioni vicine, che di questo loro pregio nazionale, pensarono a perpetuare la ricordanza. Io le trasmetto una moneta raccolta fra queste rovine, sulla quale da una parte vedrà scolpita una ruota coll' inscrizione appena intelligibile, *KYPANA,* dall' altra un cavallo che galoppa. Ho poi verificato, che non solamente questa strada, ma quante ne restano scoperte nelle vicinanze di questa città tutte sono segnate a profonde solcature, che la qualità della pietra, e la solitudine del luogo ha conservato." Ex quibus verbis perspicitur eam, de qua agitur, viam in ipsa urbe fuisse. Erat autem saxo incisa, atque ut Della-Cella ait, maxime videtur conspicua fuisse. Vix dubito hanc esse *Σκυρωτὴν ὁδὸν* a

www.libtool.com.cn

Batto aedificatam. Nam eximium apud Pindarum opus significari ipsa verba docent: atqui si *Σκυρωτὴ ὁδὸς* saxo incisa erat, intelligis cur huius viae aedificatae honore Battus ornetur. Nam etiamsi, ut supra dixi, pompa Apollinea, in qua hoc carmen cantatum est, in illa est via deducta, hinc tamen nondum liquet, cur tot et tantis verbis et via et Batti in ea condenda meritum celebretur: sed debet ipsa via admirabile quiddam habuisse. Iam credo senties etiam vim vocis *εὐθύτομον, viam recta sectam per ipsa saxa iisque incisam;* iam cur *σκυρωτὴ* et fuerit et vocata sit, perspicitur. Nam ex *λατύπη* sive *σκύρῳ* saxis ibi perruptis deciso pavimentum planissimum inductum reliquo saxo est. Et nota quoque verba *ἔμμεν ἱππόκροτον*: antequam enim Battus saxa amolitus erat, ille locus equis pervius esse non poterat. Ceterum illam viam curulibus inservisse ludis vix crediderim, nec movet me obscura inscriptio *Ἱππικός*, quae utrum illi viae an alii adscripta fuerit, ex peregrinatoris verbis ne liquet quidem. Sed illud notabile, quod de sepulcris dicitur viae huic adiacentibus; inter quae sepulcra viae longe splendidissimae apposita etiam regia monimenta fuisse putaverim, de quibus poeta paulo post dicit: recentiore tamen aetate alia potuerunt regiis addita ibidem esse. Et haec quidem hactenus: certiora haec essent, si viro de Cyrenarum antiquitatibus bene merito accuratius delineare rudera clarissimae urbis licuisset: quod adhuc nemini contigisse et Pindari causa et aliis nominibus multis doleo. Nunc pergo ad reliqua. *Ἀλεξιμβρότους πομπὰς* alter Schol. intelligit *pompas, quas curant homines, quibus student*, ut *μελησίμβροτος* Pyth. IV, 15. a verbo *ἀλέγειν*: sed nullum succurrit ab hoc verbo formatum simile vocabulum. Nem. VIII, 30. *ἀλεξίμβροτος λόγχη* habetur, *homines arcens*, a verbo *ἀλέξειν*: neque aliunde hoc quoque loco derivaverim: sed vis vocis diversa est. Videntur enim esse *pompae mortalibus salutares, salutiferae*, quia Apollo placatus valetudinem procurat: ita quidem *ἀλέξειν* in hoc vocis usu *adiuvandi* notione gaudet. Schol. prior exponit *ταῖς ἀπαλεξούσαις τὰ τῶν ἀνθρώπων φαῦλα*, similiterque alter secundo loco; sed hoc potius est *ἀλεξικάκοις*: postremo Schneiderus in Lex. putat id esse posse *homines colligens*, a verbo *ἀλέγειν*: sed ea significatio hoc loco videtur ieiuna esse. *Κατέθηκεν, fecit ponendo, struendo*, ita tamen ut via excisis, quae altius exstabant, saxis structa dicatur ac proinde quasi deposita. Urbanam viam esse docet additum *ἔνθα ἐπὶ πρυμνοῖς ἀγοραῖς*, item Scholiastes, qui *πλατεῖαν* vocat, non *ὁδόν*. Battus in foro sepultus est, quod urbium conditores ibi humari solebant; igitur *δίχα τέθαπται*, separatus a ceteris regibus, qui *πρὸ δωμάτων λαχόντες ἀΐδαν εἰσίν, pro domibus sepulcrum nacti sunt*. Sed quid sit *pro domibus*, sane obscurum: potest esse *ante aedes regias*, potest etiam *ante domos urbis in ipsa urbe;* postremo dicas nihil esse nisi *ante urbem*. Hoc tertium Schol. amplexus est; sed si quid video, *πρὸ δωμάτων* non potest esse *ante urbem*. Cf. *πρὸ δόμων* Pyth. II, 18. Probabile est regia sepulcra ante domos in conspicua aliqua urbis via posita fuisse, ut ego coniicio in ipsa platea *Σκυρωτῇ*: cf. quae paulo ante attuli: quibus hoc addo, ex Itali Della-Cella sententia plurima in ipsa urbe Cyrenarum sepulcra fuisse: vide eum imprimis p. 147. Et videtur defunctorum apud Cyrenaeos cultus etiam sanctior quam apud ceteros Graecos fuisse, propagata ab Aegyptiis et Aboriginibus religione: ut nihil mirum sit defunctos inter vivos habitasse. Libycas enim religiones retentas a Cyrenaeis esse etiam alia docent; v. ad Pyth. IX, 79—107. De sqq. v. nott. critt. *Κώμων χεύματα* sunt *ῥοαὶ Μοισᾶν* Nem. VII, 12. In ea vero lectione, quam in nott. critt. constitui, sententia et nexus orationis non patitur, ut suppleas in hunc modum: *μεγάλη ἐστὶν αὐτῶν ἡ ἀρετὴ, ἅτε ῥανθεῖσα κώμων ὑπὸ χεύμασιν*. Itaque *ῥανθεῖσα* mihi est *ῥανθεῖσά ἐστι*: quod exemplo non demonstravi, quia

www.libtool.com.cn

patet ἐστὶ ex praegresso ἐιτὶ supplendum esse, commatis locum tenente puncto post ἐστί: *Βασιλῆες ἱεροὶ ἕτεροί εἰσι λαχόντες ἕδην πρὸ δωμάτων, μεγάλη δ' αὐτῶν ἀρετὴ ῥανθεῖσά ἐστι δρόσῳ μαλθακᾷ*: hoc est, ἔλαχον ἕδην καὶ ἐῤῥάνθη ἡ ἀρετή, *adspersa est et adhuc adspergitur.* Ita spectata re ne opus quidem est advocare Eustathium, cuius locum adscripsi ad Olymp. II, 62 sqq. et Aeschylum ibi in nott. critt. allatum. Ut tamen concisa oratio tollatur lyricis propria, interpunctione post *χεύμασιν* sublata Tafelius acute quidem, sed longe durissime iungit: *μεγάλα δ' ἀρετὰ ῥανθεῖσα κώμων ὑπὸ χεύμασιν ἀκούοντι*, ut *μεγάλα ἀρετὰ* sit nominativus absolutus qualis est ap. Eurip. Phoen. 290 sqq. (cf. nos nott. critt. p. 497.); Hermannus vero nuper scripsit: *μεγαλᾶν δ' ἀρετᾶν δρόσῳ μαλθακᾷ ῥανθεῖσι κώμων ὑποχεύμασιν ἀκούοντί ποι χθ. φρ. σφ. ὄ.* *audiunt suam felicitatem per libamina tincta rore magnarum virtutum.* Nostrae sententiae patrocinium inde accedit, quod Pindaro, qui celebrantur, ipsi dicuntur laudibus perfundi, *ῥαίνεσθαι.* Pyth. VIII, 60. *ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ (Ἀλκμᾶνα)*, Isthm. V, 19. *νᾶσον ῥαινέμεν εὐλογίαις.* Hoc loco pro laudibus rorem dixit: posuit enim et *ῥαίνεσθαι* et *ὑπὸ χεύμασιν*; igitur quia de *adspergendo sub fluentis* carminum dictum est, laudes *rori miti*, hoc est humori (cf. Olymp. VII. init.) comparantur, quibus inferi, quasi herbae aqua, recreentur. Cf. etiam Nem. VII, 62. *ὕδατος ὥτε ῥοὰς ᾱ̓λλον ἐς ἄνδρ' ἄγων κλέος ἐτήτυμον αἰνέσω.* Isthm. V, 59. *τὰν Ψαλυχιδᾶν δὲ πάτραν ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ*: et alia. Ceterum ad inferos pertinere sensum rerum genti gratarum similiter pronunciatur Olymp. VIII, 77 sqq. At in hocce carmine id eo accommodatius dicitur, si pompa in eadem via, ubi regum sepulcra erant, ducta est. De verbis *υἱῷ τε κοινὰν χάριν* etc. v. nott. critt. *Χρυσάωρ* Apollo primum ob solis radios dictus: epici transtulerunt ad tela vel secundum nonnullos ad gladium speciatim (cf. Schneider. Lex.); neque aliter in Bacidis oraculo ap. Herodot. VIII, 77. *Ἄρτεμις χρυσάορος* vocatur, a telis haud dubie, etsi haec quoque ab initio propter lunae fulgorem hoc erat epitheton nacta, ut Minerva illud celebratissimum *γλαυκῶπις.* Quae significationes epithetorum primitivae in epica poesi oblitteratae sunt. Et talia quidem unusquisque, prout sibi deum finxerat, aliter intelligebat: Pindaro ut *Ὀρφεὺς χρυσάωρ* Fragm. inc. 84. ita Apollo hoc cognomento ornari ob lyram videtur; quod huic loco, ubi musicae potissimum mentio fit, longe commodissimum est: eandemque vocis significationem etiam in Homerum inferre grammatici voluerunt. Nec reticendum in Cyrenaicis nummis esse Apollinem et *lyram* (Eckhel. D. N. T. IV. p. 120.). Neque tamen ideo affirmarim, *χρυσάορα* apud eos, qui supersunt, poetas esse *aurea lyra* vel *aureo ense* instructum: potest etiam is esse, qui *χρυσοῦν ἀορτῆρα* s. *τελαμῶνα* habet, cui ornamento plurimum tribuit prisca poesis, ut Odyss. λ, 608 sqq. ex eo vero pro dei vel herois varia indole potest aut lyra aut gladius suspensus haberi. Haec hactenus. *Νέοι* sunt lecti adolescentes, qui Apollinem celebrant praesente Arcesilao: haud dubie ex ephebis trecentis, qui ut Spartae, ita Cyrenis in regis erant comitatu: v. Hesych. v. *τριακάτιοι*, Eustath. ad Hom. p. 727. 18. p. 1592. 57. coll. Schneider. ad Xenoph. Rempubl. Laced. c. 11. Mox iunge *μέλος καλλίνικον χαρίεν λυτήριον δαπανᾶν: καλλίνικον* est adiectivum ad *μέλος*, ut Nem. IV, 16. atque etiam *λυτήριον δαπ.* adiectivum est. Alibi *λύτρον* substantive dicitur in eadem sententia, Isthm. VII. init. Cf. Pyth. II, 14. et passim similia.

Vs. 107 — 124. Iam ipse *Arcesilaus laudatur* ob *prudentiam aetate maiorem, eloquentiam, promptum animum, fortitudinem*, quae regi necessaria sunt; deinde ob ea, quae liberaliter exculti sunt et musicis curulis victoriae sollemnibus conveniunt, ob *musicam eruditionem, curulem artem; quodque omnibus omnino, quae apud Cyrenaeos pulchrae haben-*

www.libtool.com.cn

tur, rebus animum appulerit: in quibus ea quoque censentur, quae modo nominata sunt, curulia et musica studia: postremo *quod nunc deus eum potentia augeat; quam ut ei numen porro concedat*, poeta *precatur, ne eius fortuna concidat; Iovem certe eorum, quos diligat, sortem gubernare: qui ut ex suis quoque ludis Olympicam Arcesilao victoriam praebeat*, vota facit Pindarus. Vs. 108. λεγόμενον ἐρέω non poetae alicuius dictum respicit, ut Nem. III, 50. sed sese ait poeta ea afferre, quae apud prudentes (συνετοὺς) dici de Arcesilao soleant. Θάρσος ipse, quo positum est, locus non ad bellica spectare monstrat, sed ad promptum animum in versando cum hominibus et publice verba faciendo; ut sit παῤῥησία, qua regum multi carent. Vs. 113. construe: τὸ σθένος τῆς ἀγωνίας αὐτοῦ ἐστιν οἷον ἔρκος, *in pugna robur eius est quasi propugnaculum et vallum;* alius dixisset οἷον ἕρκους. Ἀγωνίας est singularis, ut Olymp. II, 57. Ad vs. 114. ex proximis supplendum πέφανται, ut Pyth. VI, 15. πατρὶ τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ. Ποτανὸς ἐν Μοίσαις dicitur eadem translatione, qua vs. 111 sq. poeta usus est; dictionem elegantissimam prorsus perspexit Schol. exponens οὐ νεοσσὸς, ἀλλὰ πτηνὸς inde a natalibus (ἀπὸ ματρὸς φίλας), igitur *natura doctus:* cave enim μητροδίδακτον putes, ut Aristippum Aretae filium. Musicam Cyrenis eruditionem fuisse noli mirari: habes iam Olymp. 53. *Eugammonem Cyrenaeum*, Telegoniae auctorem, licet Maximus Tyrius Diss. XXIII, p. 281. posito Homeri nomine, quod multas civitates dicit νομίμως ἀγνοεῖν, hoc addat: ὀψὲ μὲν γὰρ ἡ Σπάρτη ῥαψῳδεῖ, ὀψὲ δὲ καὶ ἡ Κρήτη, ὀψὲ δὲ καὶ τὸ Δωρικὸν ἐν Λιβύῃ γένος. Et ad musicam eruditionem pertinet etiam Pyth. IV, 295. dictio ἐν σοφοῖς πολίταις. Posteris temporibus Cyrenis *poesin, philosophiam, geometriam* floruisse notum est. Ἐπιχωρίων καλῶν ἐξόδοις comprehenduntur, ut dixi, etiam ἀγῶνες ἐπιχώριοι (Pyth. IX, 106 sq.). Vs. 118. ad lectionem a me repositam τολοιπὸν ὄπισθε cf. dictionem πάλιν αὖτις et similia ἐκ παραλλήλου posita. Talia etiam Pindarica esse, docet Olymp. I, 65. 66. Cogor enim vel huiusmodi res annotare, quas olim, quod notas omnibus putabam, omittendas censui. Vs. 120. ad ἔχειν supple δύνασιν. Vs. 121. δαμαλίζοι regit accusativum χρόνον, quod ob alios noto: χρόνος est *vita*, ut τοῦτον χρόνον Olymp. I, extr. qui locus similior nostro quam alii qui afferri possint. Ceterum haec pro futura felicitate vota non sine causa adduntur: metuebatur enim in hoc Arcesilao finis imperii. Vide ad Pyth. IV. introd. Cf. etiam ad Olymp. VII. extr. Vs. 124. fortasse reducendum ἔπι, ut sit ἐπιδόμεν, quemadmodum Bothius et olim Schmidius volebat, hoc est *insuper dare.* Quod additur de Olympica victoria, non apposuisset poeta, nisi iam tum Arcesilaus aut equos misisset Olympiam aut de mittendis cogitasset. Cf. not. ad Isthm. V, 1 sqq. Et votis potitus Arcesilaus est Olymp. 80.

Absoluta singularum partium explicatione, quoniam in fine introductionis tribus verbis praemonui, odam esse elegantissimam et summa arte dispositam, paucula iuvat addere, quibus hoc meum iudicium confirmem. Quamquam enim quartum Pythium carmen haud recte vituperari demonstraverim, nec veteribus in eo accedam, quod quintum hoc laudando virtutibus quarti obtrectant, tamen si quintae odae τὰ νοήματα καὶ τὴν οἰκονομίαν (Schol. p. 342.) probant, acerrimum illorum iudicium suspicio: in quo fortasse non omnes assentientes habebo. Quo enim artificiosius quodque Pindari carmen est, eo acriorem animi intentionem, ut pulchritudo eius perspiciatur, postulat; ita fit, ut difficiliora fere minus pulchra habeantur, quum tamen sint pulcherrima: in quibus est Pythium secundum et hoc quintum, imprimisque Nemeorum septimum, cuius praestantiam nunc tandem Dissenius meus eximie docuit. Iam vero, ut de hocce ipso carmine dicam, eius tres partes sunt, quarum prima usque ad vs. 53. ex-

www.libtool.com.cn

quo dixi ad Pyth. V. Igitur patri opitulatus erat, ut Nestori Antilochus, qui et ipse patris dimicaverat curru: quodque Nicomachus et Theronis et Xenocratis auriga fuisse traditur (Schol. Isthm. II, 28.), id nostrae sententiae non obstat, quia in hoc Pythio certamine Nicomachi opera usum Xenocratem esse nemo docet. Recte Gedikius: „Thrasybuli aurigatio non excludit alium aurigam;" sed perperam ratiocinatur Schol. Pyth. VI, 13. *τοῦτον δὲ ὡς φιλοπάτορα καὶ προεστῶτα τῆς ἱππικῆς ἐπαινεῖ, οὐχ ὡς τινες ἐβουλήθησαν ἡνίοχον. ὁ γὰρ ἡνίοχος Νικόμαχός ἐστιν, ὡς ἐκ τῶν Ἰσθμιονικῶν δῆλός ἐστιν.* Immo ex Isthmionicis apertum est Nicomachum in Pythia Xenocratis victoria non aurigam fuisse: quod pro eximia sua sagacitate ex ipsis Pindari verbis docet Dissenius ad Isthm. II, 12 sqq. Ceterum comissationi celebrandae carmen inservisse ex tenui vs. 53. vestigio colligo. Poeta vel chorus Delphos accedere vs. 1—4. dicitur: sed quum hoc poetice dictum sit, ut adiecta *ἄρουρα Ἀφροδίτας ἢ Χαρίτων*, poetâ Pythonem carminis via adeunte; non potest inde demonstrari, Pindarum tum Delphis fuisse vel carmen ibi cantatum esse: sed posterius certius est ex vs. 5—9. quod statim in nott. docebo; accedit, quod carmen hoc vs. 18. hominibus victoriam *nunciaturum esse* dicitur: unde recentem tum victoriam fuisse patet. Itaque non dubito Pythiae victoriae ipsis Delphis celebrandae odam scriptam esse, sive praesente Pindaro sive carmen Thebis Delphos mittente, a quibus Thebae vix decem miliariis Germanicis aberant: ut hemerodromus ad Pindarum missus odam brevi tempore potuerit Delphos reportare. Carmen est iuvenis Pindari, annos quippe XXVIII nati.

Vs. 1—18. *Gratiosum carmen canimus Pythonem accedentes, ubi Xenocrati et genti eius patriaeque pretiosissimus hymnorum thesaurus conditus est sacro in saltu Apollinis, isque immortalis, qui hominibus Crisaeo in campo partam victoriam nunciabit.* Voce *ἀκούσατε* poeta ex more praeconis utitur exclamantis illud *Ἀκούετε λεώς*. *Ἦ*, nisi quis malit *ἤ*, explico *profecto*. De arvo Gratiarum vel Veneris, quod carmine pangendo poeta arat, cf. ad Olymp. IX, 15 sqq. *Ἀναπολίζειν* esse de *arando* satis docent voces *πόλος* et *πολεῖν* atque additum *ἄρουραν*. Mox etsi *ὀμφαλὸς* proprie lapis quidam Delphis est in sacro loco, tamen nunc *ὀμφαλὸς χθονὸς* non ille lapis est sed Delphi universim. Quoniam enim *προσοιχόμενοι* ob ipsam imaginem *Ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας ἄρουραν ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν*, qua carminis faciendi opera designatur, de poetico tantum itinere, quod carmen pangens instituat poeta, intelligi potest: commodius est generatim urbem adiri, ad quam Xenocrates vicit, quam speciatim illum, in quo lapis, locum: quum praesertim nullum odae vestigium insit, ex quo supplicationem Apollini fieri in sacro loco collegeris: quae nisi facta fuerit, non illum locum speciatim, sed urbem poeta carmine adit. *Προσοίχεσθαι* nihil est nisi *προσελθεῖν*, nec de solis templis sed de quovis loco dicitur. *Ἐρίβρομος* terra dicitur ob subterranea tonitrua aquis et ventis excitata: cf. intt. Eurip. Hippol. 1201. ut vs. 11. *ἐριβρόμου νεφέλας*, propter ventorum in nubibus concursus; utrumque ex physicis veterum placitis. De Emmenidis v. ad Olymp. II. introd. et de *ποταμίᾳ Ἀκράγαντι* ad Olymp. II, 1—17. *Πυθιόνικος ἑτοῖμος ὕμνων θησαυρὸς*.Scholiastis recte ipse habetur hicce hymnus, qui quasi thesaurus victori est, petita translatione a Delphicis in Apollinis *περιβόλῳ* thesauris sive aediculis: hinc additum verbum *τετείχισται* s. *τετείχηται* (v. Fragm. inc. 181.). Nam *θησαυρὸν ὕμνων* non posse materiam carminis esse, ut volunt interpretes, inde constat, quod vs. 14—18. ille *θησαυρὸς* dicitur victoriam nunciare, quod de solo hoc hymno praedicare licebat, non de materia hymni, quae ipsa victoria est. *Ἑτοῖμος*, *paratus*, quia praesto est et in promptu. Idem autem thesaurus s. hymnus quum dicatur *ἐν πολυχρύσῳ Ἀπολλωνίᾳ νάπᾳ τετειχίσθαι*, necesse est carmen ibi cantari. De

Ἀπολλωνία νάπη disputavi ad Pyth. V, 23 sqq. ubi conieci contiguam eam περιβόλῳ fuisse, quem ex parte cingeret et amplecteretur: quod nisi statueris, explicari nequit epitheton πολύχρυσος ab auro in thesauris περιβόλου et in ipso templo ductum manifeste. Neque enim sufficit notasse Pythonem πολύχρυσον dici, ut ap. Sophocl. Oed. T. 151. sed si Ἀπολλωνία νάπη pars Pythonis est, debet investigari, quomodo huic parti idem quod universae urbi epitheton conveniat. Sed pergo ad reliqua. Vs. 10—14. Heynius putabat ad divitias spectare navi per mare transvectas; cui sententiae non convenit dictio Θησαυρὸς τετειχισμένος ἐν Ἀπ. ν. nec mutationem metaphorae tuetur altera, ubi ille thesaurus, quatenus hymnus est, nuncii munere fungitur splendido vultu praediti. Immo quod ibi mutata metaphora est, displicet altera mutatio; et satis patet, stabilem hymnorum thesaurum dici, qui non ut alii thesauri sive aediculae, torrentium et aquarum ex montibus, qualis Parnasus est, defluentium ventorumque aedificia sublime posita quassantium obnoxius vi sit. Ὄμβρος vocatur στρατὸς νεφέλας; quod pervertit Eustath. ad Iliad. β, p. 179. δ, p. 471. Pindarum de nubibus στρατὸν νεφελῶν dixisse perhibens. Ἀλὸς μυχοὺς habes etiam ap. Eurip. Herc. fur. 400. Cetera de hoc loco v. in nott. critt. ubi stabilitam lectionem exhibet nunc Pal. C. Ἄξοῖσι Vindob. 144. cum glossa ἐμβαλοῦσι praebet, sed Par. 2709. ἄξουσι, Par. 2834. ἄξοι. De χεράδι adde Schol. Hom. Paris. ap. Heyn. T. VIII. p. 843. καὶ ὁ Πίνδαρος χεράδι (lege χεράδει) τὴν δοτικὴν εἶπε· χεράδος σποδαί (scribe χεράδει σποδέων): quae ex corrupto Etymologici Magni loco transcripta sunt. Παμφόρῳ χεράδι est de colluvie fluctibus volutata, quae glarea, limo, lapillis, aliis rebus quibuscunque constat: et dativus hic pertinet ad verbum ἄξοισι. Venti et imbres aedificia deiiciunt et fluctibus iniecta inter colluviem abripiunt: posterius etsi soli fluctus imbribus aucti facere videntur, idem tamen ventis tribuitur et hic et Pyth. IX, 49. quia ventis res in fluctus iniiciuntur et procellis fluctus moventur, ita ut eae res, quae fluctibus iniectae sint, ex profundo aquarum solo egerantur et una cum flumine deferantur. *Τυπτόμενοι, illisi suo impetu:* non opus videtur eleganti quamvis coniectura τυπτόμενον (θησαυρόν): quamquam alias ipse ventus dicitur τύπτειν, ut Iliad. λ, 306. In nott. critt. quae paulo aliter disputavi, ea iam displicent. Vs. 14 sqq. structura haec est: ὁ ὕμνων θησαυρὸς, hoc est ὁ ὕμνος, πρόσωπον ἐν φάει καθαρῷ (κατὰ τὸ πρόσωπον sive potius ἔχων πρόσωπον ἐν φ. κ.), λόγοισι θνατῶν ἀπαγγελεῖ εὔδοξον νίκαν ἅρματι, πατρὶ τεῷ γενεᾷ τε κοινάν. Cf. ad Pyth. V, 114. Splendidus autem huic hymno vultus tribuitur ob hilaritatem encomii. Πατρὶ τεῷ non pendet a verbo ἀπαγγελεῖ, quum patri praesenti non opus sit nuncio: quo ineptior est coniectura ἀπαγγελεῖς, quasi Thrasybulus patri victoriam nunciare iubeatur: sed a voce ἀπαγγελεῖ pendet dativus λόγοισι θν. quibus hymnus victoriam nunciat, ut de ea posthac sermones habeantur victoriae gloriam latius disseminantes. Νίκαν ἅρματι, ut καλλινίκου ἅρμασι Pyth. I, 32. νίκαν ἵπποις Isthm. II, 13. De Crisa v. ad Pyth. V, 23 sqq.

Vs. 19—42. *Tu, o Thrasybule, cum patre iunctus incedens sequeris Chironis Achilli data praecepta, ut deos et maxime Iovem, deinde parentes coleret; tua erga patrem pietas Antilochi te similem praestat, qui pro patre obiit, quum Nestoris currum equo turbante in auxilium ab illo vocatus esset; unde eius saeculi iuvenibus circa parentes virtute est praestantissimus visus.* Xenocrati patri summam filius pietatem monstravit, quum patris curru certans huic victoriam pararet. Vs. 19. νιν ad hymnum referri nequit: qui si Xenocrati victoriam nunciare dictus esset, poterat aliquatenus hoc fingi, Thrasybulum cum hymno coniunctum incedere et patrem Xenocratem adire: quamquam hoc quoque durissimum esset: nunc, quum hymnus non Xenocrati, sed ceteris

www.libtool.com.cn
an Antilochum laudaverit Achilles, qui eum plurimum amasse fertur. Ita nunc Thrasybulus a sodalibus ut imprimis pius erga patrem celebratur hoc carmine canendo: hoc est, quod poeta voluit. De Antilocho adde Xenoph. de Venat. I, 14. *Ἀντίλοχος δὲ τοῦ πατρὸς ὑπεραποθανὼν τοσαύτης ἔτυχεν εὐκλείας, ὥστε μόνος φιλοπάτωρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀναγορευθῆναι.*

Vs. 43—54. *Sed haec antiqua sunt et dudum praeterita: inter eos vero, qui nunc vivunt*, ut olim Antilochus, sic Thrasybulus amore in patrem maxime insignis, *patris et patrui* Theronis *vestigia legit, qui divitias temperans sapientia, iuventute fruitur sine superbia, musicisque studiis indulget, et ingenii impetu equestribus ludis operam dat, simul dulcissimus in compotatione contubernalis. Παρίκει* est *praeterierunt*; cf. Dawesii Misc. critt. p. 77 sq. ed. Kidd. quod etsi Dawesius in secundis curis de forma *παρήκει* dixerat, recte tamen Thomas Kidd vidit etiam de forma *παρίκει*, quam mecum probat, valere. *Πατρὸς πρὸς στάθμην ἔβη*, direxit se ad normam patris. *Πάτρῳ ἐξερχόμενος*, in patrui incedens via, ei quasi succedens, Theroni quippe, claro iam tum, sed nondum tyranno (v. ad Olymp II.). *Ἔδειξεν ἀγλαΐαν, ἀπέδειξεν*, decus virtutis probavit et palam fecit, in sese nempe positum. *Νόῳ, σὺν νῷ, cum sapientia* tenet et quasi comites et ministras secum ducit opes; cf. Pyth. V. init. De vs. 50, 51. v. nott. critt. quibus librorum aliquot lectiones addo: Pal. C. habet *ὀργαῖς πάσαις ὃς ἱππείαν εἴσοδον* et *προσέρχεται*; Par. 2403. (A.) 2709. *τίν τ' Ἑλ. ὀργαῖς πάσαις ὃς ἱππείαν ἔσοδον μάλα ἀδόντι νόῳ, Ποσ. προσέρχεται*; 2834. *τίν τ' Ἑλ. εὑρές θ' ὃς ἱππέαν ἔσοδον μάλα ἀδ. νόῳ Ποσ. προσέρχ.* 2783. *τίν τ' Ἑλ. ὀργ. πάσαις ὃς ἱππείαν εἴσοδον μάλα ἀδῶντι νόῳ Ποσ. προσέρχ.* 2882. (Par. B.) *τίν τ' Ἑλ. ὀργ. ἐς ἱππείαν ἔσοδον μάλα ἀδῶντι ν. Π. προσέρχ. Ἱππία ἔσοδος* est *aditus ad equestria studia ludosque*; cf. Pyth. V, 116. Ultima non generalem sententiam constituunt, ut Heynius iudicabat, sed de ipso Thrasybulo pronunciantur: *ἡ δὲ φρὴν αὐτοῦ, γλυκεῖα οὖσα καὶ ἐς τὸ ὁμιλεῖν συμπόταις, μελισσῶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον, Eius mens autem etiam in convivarum societate* et convivio, quale nunc habetur, *tam est dulcis, ut apum opificium superet iucunditate*, id est, dulcior melle sit. Sic etiam Schol. Quod poeta addidit monente comissatione, cui carmen destinatum erat: ita demum commode et eleganter haec Thrasybuli laus adnexa est. Atque etiam quod de musica Thrasybuli sapientia dicitur, ideo fit, quod musica nunc sollemnia aguntur. Cf. ad Pyth. V, 107 sqq.

P Y T H. VII.

Ut de familia et persona victoris et de rebus aliquot, quae in hoc carmine memoratae sunt, certius iudicari queat, in brevi oda longa disputatione opus est. Megacles, cuius nunc victoria celebratur (vs. 17.), ex celeberrima fuit Alcmaeonidarum gente Attica, *Ἀλκμανιδᾶν ἐριυθενεῖ γενεᾷ* vs. 2. cuius stemma breviter neque ab omni parte recte Palmerius Exercitt. p. 633. exposuit, sequente Tayloro ad Demosth. Mid. p. 561. ed. Reisk. Nos de ea nonnisi eatenus dicemus, quatenus consilii ratio poscere videtur. Gentem (*γένος*) Alcmaeonidas fuisse et veterum auctoritas et nomen ipsum testatur; *γένος* diserte vocat Harpocr. v. et unus atque alter *Ἀλκμαιωνίδης* dicitur, ut Clisthenes ap. Herodot. V, 66. et Aristid. l. c. ad Herodot. Ea fuit origine Messeniaca; ex Messenia enim cum Melantho Nelida, qui postea rex Atheniensium factus

www.libtool.com.cn
est, ceteri Nelidae a Doriensibus pulsi in Atticam concesserunt, uno excepto Pisistrato: fuerunt autem illi *Alcmaeon* Silli, Thrasymedis, Nestoris, Nelei, ille qui male *κατὰ θησία* fuisse perhibetur ap. Hesych. v. *Ἀλκείδαι*, et filii Paeonis, qui Antilocho natus fertur; hinc Athenis denominatae gentes (*γένη*) Paeonidarum et Alcmaeonidarum (Pausan. II, 18. extr. coll. Müller. Orchom. p. 366.). Igitur quum Nelidae regiam obtinuissent dignitatem, ex Alcmaeonidis quoque propinquis nonnullos inter archontes perpetuos deprehendi dixeris, sextum *Megaclem*, ultimum *Alcmaeonem:* quum tamen archontum perpetuorum et decennalium magistratus Medontidis hereditario competiverit iure, videntur illi non Alcmaeonidae fuisse, sed ab Alcmaeonidis vocati, quod matres eorum Alcmaeonides essent. Sed Alcmaeonida est, qui longo deinde intervallo recurrit *Megacles* archon eponymus Olymp. 45, 2. Cylonis adversarius: et Cylonis quidem cum asseclis necati piaculo quum Alcmaeonidae premerentur, Megaclis huius aetate Alcmaeonidae Athenis pulsi et mox restituti sunt (Herodot. V, 71. Thuc. I, 126. et intt. ac maxime Plutarch. Solon. 12.). Post hunc occurrit *Alcmaeon*, qui in Delphorum commentariis dux Cirrhaei belli in Delphici dei gratiam suscepti dictus erat, Olymp. circiter 48. (Plutarch. Solon. 11.), idem, ut arbitror, atque Alcmaeon Megaclis f. qui a Croeso auro ditatus post reditum ex Asia primus Atheniensium Olympia curru vicit (Herodot. VI, 125. Isocr. *π. ζεύγ.* 10.), circiter Olymp. 53. si in tantis temporum difficultatibus definire quidquam licet. Hic habuit filium *Megaclem*, Clisthenis Sicyoniorum tyranni generum, Agaristae maritum (Herodot. VI, 126 sqq.): hunc Megaclem Paralorum factionis ducem Pisistratus tyrannidem occupans superat (Herodot. I, 59. Plutarch. Solon. 29.). Tum Megaclem et Alcmaeonidas urbe excessisse Plutarchus (Solon. 30.) tradit; quod, quum Herodotus non modo de hac fuga taceat, sed contrarium affirmet, ad tertiam potius Pisistrati tyrannidem circa Olymp. 60. occupatam referri debet: nam Megacles in urbe manens mox ipse Pisistratum superat, expellit, reconciliatus reducit et generum sibi sumit: sponte deinde patria excedit Pisistratus, quum Megaclem offendisset, et undecimo anno post redit Olymp. fere 60. (Herodot. I, 60 sqq.); quo facto Megacles et Alcmaeonidae pulsi sunt (Herodot. I, 64.). At exul Megacles fertur Olympiae vicisse, et Olympicam victoriam Pisistrato reditus pretium remisisse, auctore Schol. Aristoph. (Nub. 71.): *τρίτον νικήσαντι Ὀλύμπια καὶ δι' ἱπποτροφίαν κατελθόντι ἐκ τῆς φυγῆς· ἐδίωξε γὰρ αὐτὸν ὁ Πεισίστρατος· ὃν καὶ μετεπέμψατο παραχωρήσαντα αὐτῷ τὸ τῆς νίκης κήρυγμα*: de quo quid statuendum sit, infra patebit. Eadem aetate Olymp. 58, 1. Delphicum conflagraverat templum, certo teste Pausania (X, 5. extr.); exstruendi opus ab Amphictyonibus locantibus redimunt exules Alcmaeonidae splendideque perficiunt (Herodot. V, 62. coll. II, 180. et Pausan. l. c. Schol. ad vs. 9. Petav. ad Themist. Or. IV, p. 391.): quo spectat poeta vs. 10 sqq. Id non ante Olymp. fere 60. factum sit necesse est; male tamen Scholiastes templi exstructionem post Alcmaeonidarum reditum collocat, quod vix crediderim dixisse Philochorum, ad quem ille provocat. Mox adhuc exules, sive necessitate, sive ut Aristides tradit, propter Hippiae saevitiam sponte civitate carentes, Pythiae ut aiunt responsis adiuti, secundum Demosthenem Delphica etiam pecunia mutua sumpta, Alcmaeonidae, inter quos tum Clisthenes fuit, praecipui auctores fuerunt pellendorum Pisistratidarum (Herodot. V, 62 sqq. ubi Aristidis locum attulit Valck. item Herodot. V, 90. VI, 121 sqq. Thuc. VI, 59. Isocr. l. c. Demosth. Mid. p. 561.). *Clisthenes* autem hic legislator Atheniensium Megaclis illius, quem postremo loco attuli, filius fuit, fratremque habuit *Hippocratem:* mater utriusque Agariste Clisthenis Sicyonii filia: sub his post eiectos Pisistratidas Alcmaeonidae prisci illius piaculi prae-

www.libtool.com.cn
textu pulsi sunt Isagorae machinatione et Cleomenis Spartanorum regis opera, mox tamen in patriam restituti (Herodot. V, 69 sqq. Thuc. I, 126.). Hippocratis filius fuit *Megacles* et filia *Agariste*, Periclis ex Xanthippo mater (Herodot. VI, 131. Plutarch. Pericl. 3.): ex Megacle genitus est *Euryptolemus* Periclis avunculi filius (*ἀνεψιός*, Plutarch. Pericl. 4.), socer Cimonis, qui Euryptolemi filiam *Isodicen* uxorem duxerat (Plutarch. Cimon. 4.). Sed cum Megacle Hippocratis filio non confundendus alius eiusdem aetatis est, de quo ut uberius dicamus, res ipsa postulat.

Quippe *Megaclis* alicuius filia est *Dinomache*, quae Cliniae peperit Alcibiadem, magnum Atheniensium ducem, Plutarch. Alcib. 1. *πρὸς δὲ μητρὸς Ἀλκμαιωνίδης ἦν, ἐκ Δεινομάχης γεγονὼς τῆς Μεγακλέους*. Recte igitur Andocides c. Alcib. p. 130. Alcibiadis avum maternum Megaclem dicit his verbis: *ὁ τῆς μητρὸς πατὴρ Μεγακλῆς*: eundem nominat Lysias c. Alcib. min. p. 549. ubi quum de Alcibiade minore Alcibiadis celebris filio dicatur, Alcibiadem celebris Alcibiadis avum recte orator Alcibiadis minoris, qui celebris Alcibiadis filius fuit, *πρόπαππον* vocat, Megaclemque eiusdem minoris Alcibiadis *πρόπαππον πρὸς μητρὸς, proavum maternum: Ἀλκιβιάδην μὲν τὸν πρόπαππον αὐτοῦ* (nempe *πρὸς πατρὸς*, quod addi non opus erat, quia id nominum ratio docebat), *καὶ τὸν πρὸς μητρὸς Μεγακλέα*, nempe *πρόπαππον*. In quo nota *τὸν πρὸς μητρὸς πρόπαππον* non matris avum, sed aviae paternae patrem dici; quod parum quidem accurate dictum est, sed in oratore res breviter percurrente nec stemma familiae de industria tractante excusandum. Ita certe spectata re Andocides et Lysias quum inter se tum cum Plutarcho consentiunt; nec scio quid Marklando et Reiskio ad Lysiam acciderit, ut Lysiae verba corrigenda putarent: omitto Harpocrationem v. *Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου*, cuius locus perturbatus et mutilatus est; quibus ille vitiis laboret, collato Lysia et Andocide nemo paulo peritior non videbit. Sed Demosthenem praetermittere nolo, qui c. Mid. p. 561. 15. Alcibiadem celebrem perhibet *πρὸς πατρὸς μὲν Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι, πρὸς δὲ μητρὸς Ἱππονίκου*: quum tamen mater illius Dinomache Alcmaeonis fuerit, pater ex Eurysacidarum gente: quod notum aliunde. Demosthenis errorem, quem excepit Libanius, notavit Valesius Emend. IV, 1. Mox Taylorus ad Mid. minoris Alcibiadis Alcibiadis f. genus a Demosthene ad celebris Alcibiadis originem translatum censet; minor enim Alcibiades Alcibiadis f. matrem habuit Hipponici filiam, patrem Alcibiadem celebrem matre Alcmaeonide natum. Sed tantum a Demosthene vitium commissum esse mihi quidem non fit verisimile. Potius ut in Oecon. civ. Ath. T. II. p. 17. ubi tamen verbis haud satis accuratis usus sum, ita etiam nunc maternum Alcibiadis celebris genus aliqua ratione Hipponici familiae, paternum Alcmaeonidis coniunctum fuisse arbitror; ita quidem ut unus ex Alcibiadis maioribus, qui ob celebritatem quasi parens et auctor eius familiae haberetur, matre usus fuerit Alcmaeonide, illius autem uxor fuerit ex stirpe Hipponicorum et Calliarum: sic enim qui ab illo familiae quasi auctore descendebant, patrem habuerunt Alcmaeonidarum ex gente ab altera quidem parte prognatum, matrem vero ex illa Hipponici domo. Iam ut ad Megaclem Alcibiadis celebris maternum avum redeam, hunc constat ostracismo bis patria eiectum esse. Andocides: *καὶ γὰρ ὁ τῆς μητρὸς πατὴρ Μεγακλῆς καὶ ὁ πάππος Ἀλκιβιάδης ἐξωστρακίσθησαν ἀμφότεροι*. Lysias: *ὅτι Ἀλκιβιάδην μὲν τὸν πρόπαππον αὐτοῦ καὶ τὸν πρὸς μητρὸς Μεγακλέα οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι δὶς ἀμφοτέρους ἐξωστράκισαν*. Sed alium illum esse atque Hippocratis filium Megaclem perspicue declarat Alcibiadis celebris filius ap. Isocr. *π. ζευγ.* 10. cui Clisthenes legislator dicitur *μητρὸς πρόπαππος ὢν τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ*: unde patet Megaclem Alcibiadis celebris avum maternum Clisthenis esse filium. Alterutrius autem

www.libtool.com.cn

Megaclis, sive Hippocratis sive Clisthenis filii, ille *Megacles* filius est, cuius *ἀδελφιδῆν* sese uxorem habuisse Strepsiades dicit ap. Aristoph. Nub. 47. *Μεγακλέους τοῦ Μεγακλέους ἀδελφιδῆν*: ubi nugas praebent Scholia. Quibus expositis stemma addam Alcmaeonidarum, non universum, sed quantum id ex iis, quas dixi, rationibus certum est quantumque ad nostrum pertinet consilium.

Megacles Archon Olymp. 45, 2.
|
Alcmaeon Groesi familiaris
|
Megacles Agaristae Sicyoniae maritus

Clisthenes legislator	Hippocrates	
Megacles Alcibiadis avus maternus	Megacles	Agariste Xanthippi uxor
Dinomache uxor Cliniae, Alcibiadis celebris mater	Euryptolemus Isodices pater, Cimonis socer	Pericles

Nunc celeberrimae familiae, qua clariorem nullam esse merito poeta dicit, rebus perturbatissimis expositis tum de persona eius, qui canitur, Megaclis, tum de Alcmaeonidarum victoriis iudicare tutius licet. Quum enim Megacles Megaclis f. Pericli fere aequalis recentior sit quam pro hac oda, inter Megaclem Hippocratis f. et Megaclem Clisthenis f. optio data est. Priorem cum Heynio et Corsino amplexus sum ad Schol. p. 391. 393. ideoque Scholiasten erroris insimulavi, quod Hippocratem Megaclis Pindarici generatim *συγγενῆ*, non patrem dixisset: sin Megacles Clisthenis f. a poeta celebratur, Hippocrates huius patruus recte *συγγενὴς* vocatus est. Itaque si Scholiastae fides strictissima adhibenda est, Megacles Clisthenis filius a Pindaro canitur. Sed aut Scholiastae aut antiquo, cui ille sua debebat, grammatico quis huius Megaclis pater fuisset, constitisse incertum est; nihil videtur cognitum utrivis fuisse, nisi Megaclis, utpote Alcmaeonidae, cognatum fuisse Hippocratem Alcmaeonidam: unde hunc illius *συγγενῆ* dictum reperimus, non *πατίρα* vel *πάτρωα*. Quapropter in ambiguo relinquo, numne Clisthenis an Hippocratis filius intelligendus sit. Difficultas haud minor superest in victoriis Alcmaeonidarum. Multas genti coronas Olympiae, Delphis, in Isthmo, Nemeae et aliis locis reportatas tribuit Argum. Aristoph. Nub. II. et Megaclem Pisistrati aequalem ter Olympia vicisse tertiamque Pisistrato victoriam remisisse Schol. Nub. 71. tradit: praeterea Schol. Pind. Pyth. VII. inscr. Megaclis victoriam Olympicam Olymp. 47. partam refert: *τὴν γὰρ τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην ἐκεῖνος Ὀλυμπιάδα ἀναγράφεται νενικηκώς*. Accedit Tzetzes ineptissime omnia perturbans: hic enim Scholiasten Aristophanis secutus Megacli Pisistrati aequali tres Olympicas victorias adiudicat, et his ipsis eam immiscet, quae ap. Schol. Pindari Olymp. 47. parta esse dicitur, atque adeo ab hac usque ad odae Pindaricae tempus annos CLXII computat; qua de re egit Corsinus l. c. ad Schol. p. 393. neque tamen rem perfecit: quippe Tzetzes ab Olymp. 47. cuius quattuor annos numero adiicere errore haud mirando oblitus est, CLXII annos computavit usque ad Pythiorum annum 3. Olymp. 88. falsa lectione ap. Schol. Pind. p. 391. deceptus. Sed ne Tzetzae nugis diutius immoremur, ex Scholiastarum testimoniis duo olim Megacles Olympia vicerant; quam sententiam etiam Schol. vs. 11. secutus est, ubi plurali utitur *ἀλλὰ ἄλλοι ὁμώνυμοι τούτῳ*;

www.libtool.com.cn
et quattuor conficiuntur victoriae Megaclum Olympicae, prima Olymp. 47. quae non poterit alius esse quam Megaclis Cylonis adversarii, deinde tres Megaclis Pisistrato aequalis: his accedit quinta Alcmaeonidarum Olympica corona ab Alcmaeone parta patre Megaclis Pisistrato aequalis. At Pindarus nonnisi unam novit Alcmaeonidarum Olympicam victoriam (vs. 14. 15.). Quid multa? Haec ea est, de qua sola certo auctore Herodoto constat, Alcmaeonis victoria: ceterae quattuor removendae sunt: ad quod statim recurram. Praeter hanc Olympicam quinque Pindarus Isthmias, duas Pythias victorias Alcmaeonidis tribuit; Pythiarum altera haec est, quae hoc carmine canitur: altera quando et a quo parta sit ignoratur; nec de Isthmiis quidquam constat. Sed de ignotis illis Isthmiis et unâ Pythiâ duae Megacli Pisistrati aequali victoriae tribuendae sunt; hae illae sunt, quas ante Olympicam Pisistrato remissam parasse dicitur. Nempe quod apud Schol. Aristoph. Nub. 71. de hoc Megacle dicitur, *τρίτον νικήσαντι Ὀλύμπια*, ut Schol. id protulit, falsum est: at Schol. habuit ab antiquiore scriptore, qui hoc ita pronunciaverat, non ut tres Megacles Olympicas victorias reportasse, sed ut post duas alias una Olympica potitus esse diceretur. Sic duae Alcmaeonidarum victoriae ex quattuor istis Olympicis, quas tollendas diximus, sublatae sunt: superest ut reliquas duas amoliamur, alteram Megaclis Archontis, quae Olymp. 47. assignatur, alteram Megaclis Pisistrato aequalis: quod uno nunc conatu effectum dabo, postquam meam ad Scholia olim proditam opinionem removero. Nam Wesselingii ad Herodot. VI, 125. rationem examinare non opus est, qui nihil attulit, nisi Alcmaeonis Olympicam victoriam non aliam esse quam quae a Pindaro praedicetur: quod mihi quoque probatur: unde tamen Scholiastae de Megacle Olymp. 47. vincente narratio nata esset, non explicuit, nec expedivit difficultatem, quam Megaclis Pisistrato aequalis victoria obiicit; qua de re tacet. Ego vero alia via ingressus in nott. ad Schol. p. 393. utriusque Megaclis Olympicas victorias, quod Pindaro adversarentur, partas unquam esse negans, victoriam in Olymp. 47. relatam p. 391. Pythiam iudicavi, quod Pythiadum sollemnia, etsi tum non numerarentur (v. ad Olymp. XII.), acta tamen et gymnicis ludis celebrata esse persuasum habebam. Ac sane Delphica illa sollemnia antiquissima fuisse merito traduntur atque antiquitus etiam gymnica habuere certamina (cf. Schol. p. 297. extr.); attamen Olymp. 47. Delphis aut nulli aut soli musici ludi celebrati ex iis videntur, quae ad Olymp. XII. disputavi: adde quod ea aetate nullos omnino celebriores ludos, qui ad universos Graecos pertinerent, nisi Isthmios et Olympios actos esse Solonis lex docet, de qua v. Corsinum Diss. agon. IV, 2. id quod in Oecon. civ. Ath. T. I. p. 228. negligere non debebam. Itaque ubi quis ei, quam ad Schol. tentavi, viae insistere voluerit, victoria Megaclis Olymp. 47. assignata Isthmia potius habenda erit. Sed dum omnem rem novo examini subiicio, simplicior ratio oblata est. Sana sunt Scholiastae verba p. 391. prout ea in textu constituta sunt, nisi quod numerus, ut solet in Scholiis, vitiatus est: scribe *τὴν γὰρ πεντηκοστὴν ἑβδόμην ἐκεῖνος Ὀλυμπιάδα ἀναγράφεται νενικηκώς*. Ita constituta lectione Megaclis Archontis Olympica victoria, quae Olymp. 47. contigisse fertur, sublata est et in Megaclem Pisistrati aequalem translata; nempe eadem est, quam Pisistrato Megacles dicitur gratificatus esse. At video, quid contra dici possit. Quippe Megacles Pisistrato hanc dicitur coronam tribuisse, ut ab exilio revocaretur: sed Olymp. 57, 1. non videtur exul Megacles fuisse; generum Pisistratum illis fere annis habuit; Pisistratus deinceps urbe excedit et circa Olymp. 60. (accuratius non definiam) undecimo anno post redit. Sed de hac re ita iudico, Megaclem, postquam Pisistrato filiam collocaverat, nihil omisisse, quo sibi hunc devinciret, ut Pisistrati ope adversarios vince-

www.libtool.com.cn
ret, quibuscum Megacles etiam sub Pisistrato certabat (Herodot. I, 61.): itaque Pisistrato Olympicam victoriam a sese paratam concessit Olymp. 57, 1. mox quum ob filiae contumeliam Pisistrato Megacles esset iratus factus, eadem fere Olympiade sponte Athenas Pisistratus reliquit: sed grammaticus de frequentibus Alcmaeonidarum exiliis cogitans finxit, Megaclem, ut sibi reditum pararet, exulem Pisistrato esse victoriam gratificatum. Utut est, eam ego rationem tutissimam arbitror, qua Megaclis Archontis victoriam in Megaclem Pisistrati adversarium et in Olymp. 57. transtuli. At dicat aliquis: Quid inde lucri fit? haeret enim et usque haerebit Megaclis Pisistrato aequalis Olympica victoria, quam tu amoliendam esse pronunciasti. Haec haereat licet: haec Pindaro non adversatur. In Olympionicarum catalogis a Megacle hanc victoriam partam esse merito docti notabant, quia id verum erat: Megacles tamen illam non sibi sed Pisistrato tribuerat, quod ipsum in Olympionicarum indicibus non omissum fuisse censeo: a Pindaro haec victoria Alcmaeonidis tribui non potuit, quum Pisistratus victor renunciatus et corona potitus esset. Ita sola Alcmaeonis Olympica victoria superest, cuius Pindarus meminit.

Iam ut de ipsis etiam sollemnibus, quibus oda haec inserviebat, et de tempore odae ac victoriae dicam, carmen tam minutum non in omnes Alcmaeonidarum victorias, sed ad certam quandam Megaclis celebrandam scriptum esse patet: ea vero *ἵπποις* (vs. 4.), hoc est quadrigis parta erat idque in Pythiis; quod credendum grammaticis est, qui vel in ambigua re ex Pythionicarum, Olympionicarum et ceteris catalogis talia diiudicare facili opera potuerunt. Hinc Pythiae Alcmaeonidarum victoriae ultimo loco commemorantur (vs. 16.), quippe in quibus esset haec novissima, *νέα σύμμαχία* vs. 18. vocata: hinc ex omnibus Alcmaeonidarum praeclaris facinoribus sola affertur Delphici templi exstructio. Ubi cantatum carmen sit, non ex certo potest indicio colligi: potuit Athenis cantari; nam etiam apud Athenienses reduces victores comissationem habebant, cuius rei per se certae praeclarum exemplum praebent Chabriae Aexonensis, hoc est celebris imperatoris (v. Viscont. Iconogr. Gr. P. I. p. 150.) *ἐπινίκια ἐπὶ Καλλιάδι*, postquam ille Olymp. 101, 3. Pythia quadrigis vicerat (Or. in Neaer. p. 1356.). Sed magis placebit exordium Athenas celebrans, si carmen non Athenis canebatur; atque etiam ex brevitate coniicio, statim post victoriam in ipsis Pythiis cantatum esse; cf. nott. critt. ad Olymp. X. init. ubi tamen quod hanc sententiam ex vs. 1—4. firmari posse putavi, id nunc muto. Nam Athenarum laus in illis versibus huius ipsius carminis prooemium dicitur, ut Schol. explicat, non hoc carmen aliarum laudum olim futurarum prooemium fertur: Athenae dicuntur pulcherrimum huius odarii exordium esse, a quo pergi ad curulem victoriam celebrandam possit; et *κρηπὶδ' ἀοιδᾶν ἵπποισι βαλέσθαι* nihil est aliud nisi *fundamento quasi posito initium facere equorum canendorum*, ut *ἐπέων κρηπῖδα βάλλεσθαι* de auspicanda oratione habes Pyth. IV, 138. ubi v. not. Sed victoria ipsa quando contigerit, dubitari et triplex ratio proponi potest: aut enim Pyth. 25. (Olymp. 72, 3. non Olymp. 73, 3. ut ex vulgari opinione ad Schol. p. 391. dixi) aut Pyth. 26. (Olymp. 73, 3.) aut Pyth. 28. (Olymp. 75, 3.) reportata dicetur. Tertius numerus colligitur e lectione vetere Scholiastae, ubi Megacles victor dicitur *τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα*, pro qua post Meursium *εἰκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα* restituit Corsinus F. A. T. II. p. 39 sqq. Sed haec nonnisi coniectura est; nec pro Pyth. 26. quidquam afferri poterit nisi varia lectio *πς'* (*Ὀλυμπιάδα*) in codice Gottingensi Schol. p. 391. not. 3. ex qua exsculpere possis *τὴν Πυθιάδα κς'*. Ego acquiesco codicis Gottingensis scripturae *τὴν κε' Πυθιάδα*, quam ille in priore Scholiorum loco tenet: unde eam etiam altero loco repo-

www.libtool.com.cn

sui: nam ab illa omnis vitii suspicio abest, quum ceteris duabus, quas dixi, lectionibus emendatrice manu succurrendum sit. Itaque carmen ad Pyth. 25. Olymp. 72, 3. hoc est in annum pugnae Marathoniae refero, qua Atheniensium respublica imprimis inclaruerat, etsi vel antea post Spartam princeps Graeciae fuit (Herodot. V, 97. coll. VII, 161.): unde laudes Athenis tributae satis explicari queunt. Neque vero hoc carmen, si Olymp. 72, 3. Megacles vicit, ante pugnam Marathoniam scriptum esse potest; illud enim proelium mense Attico secundo Metagitnione fere medio commissum est (v. Indicem lect. Univ. Berol. aestiv. a. 1816.): Pythia autem in decimum mensem Munychionem, qui Delphis Bysius, incipientem incidunt (v. Corsin. Diss. agon. II, 12.).

Postremo ex Alcmaeonidarum rebus et temporum ratione nemo non videt vs. 19, 20. explicandos esse. Sed illorum versuum duplex est lectio: altera vulgaris, *Νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι, φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα*: altera ex libris a me reposita, *Νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ χαίρω· τί τόδ' ἄχνυμαι, φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα*; Et hanc alteram omnes Parisini praebent ab Humboldto collati praeter unum 2834. qui vulgatam tenet: ex quibus, ut hoc addam, codd. 2834. et 2783. etiam *παρμονίμαν* offerunt. Priorem ubi retinueris, hic erit sensus: *Partim gaudeo ob novam felicitatem, partim indignor ob invidiam; aiunt tamen sic, ut tibi, felicitatem stabilem et adversa et prospera afferre solere.* Sed illud *τί* adhuc ut quum notas criticas scribebam, displicet, et *οὕτω*, si Graecum usum calleo, non commode hoc loco est *sic ut tibi*, sed *sic ubi invidia sequatur*; postremo universa sententia, *Aiunt tamen sic solere stabilem felicitatem et adversa et prospera afferre*, mirum in modum languet; nec poeta in praegressis adversa dixerat Megacli accidisse, sed tantum, invidiam occurrere praeclaris Alcmaeonidarum facinoribus, non ea pro merito accipi, sed remunerationis loco invidiam illos insectari. Quae omnia in ea, quam recepi, lectione vitantur: *Quid ego indignor*, inquit, *quod invidia praeclaras res remuneratur? Aiunt certe, ubi illa sequatur, constantem felicitatem esse et haec atque illa bona afferre solere.* Nam quum stabilis felicitas invidiam hominum maxime provocet, quippe quam laedere non possint agendo, sed tantum invidia prosequi, ipsa invidia documento est mansuram felicitatem esse; et hominum invidia videtur quodammodo divinam avertere. Simul fortissimum huic sententiae inest solatium de invidia, quae Alcmaeonidas infestet. *Τὰ καὶ τὰ* etiam de solis bonis rebus dici, ad Olymp. II, 50 sqq. exposui. Nec quidquam nostrae huic interpretationi obstat. Nam quod nuper prolatum est, „*Τί τόδ' ἄχνυμαι* tum dici potuisset, si poeta iam significasset, se dolere: aliter si talem sententiam inferre voluisset, necessario coniunctivum adhibere debebat," id quidem aliquid videtur esse, sed non tantum quantum putatur. Distant in tali dictione indicativus et coniunctivus; uterque tamen, etiamsi nihil de dolore vel indignatione dictum in praegressis fuerit, recta ratione ponetur. Si dico, *Quid hoc indignor*, est hoc *Indignor quidem, sed non est quod indigner*: si dico, *Quid hoc indigner*, simpliciter enuncio, *Non esse quod indigner*. Iam illud prius tum potissimum dicetur, ubi indignatio iam significata fuerit. Sic apud Terentium Andr. V, 3, 15. pater, postquam sese ob filium dolere satis significavit, haec proloquitur:

Sed quid ego me autem *excrucio*? cur me *macero*?
Cur meam senectutem huius *sollicito* amentia?

At possumus idem genus dicendi etiam ibi usurpare, ubi, quod res omnino indigna est, consentaneum sit nos indignari, alia autem sit causa, quamobrem indignatio reprimenda videatur. Ita Pindarus indignatur quidem, quod magnis facinoribus invidia comes sit, quippe quia res haec omnino indigna est; simul tamen certam ob causam sese

www.libtool.com.cn

P Y T H. VIII.

Aristomenes Aegineta puer (vs. 43.), Xenarcis filius (vs. 20. 75.), Midylidarum ex gente (vs. 40.), quae a Midylo vocata est (Fragm. inc. 95.), Pythiis lucta vicit, secundum Scholia Pyth. 35. quem numerum etiam in inscriptione carminis aliquot libri praebent: in Gott. Gerhardus refert legi λη', in edita tamen eius codicis collatione λε' habetur. Et Pyth. 35. quidem incidit in Olymp. 82, 3. non ut olim putabatur in Olymp. 83, 3. At Aeginam liberam fuisse, quo tempore hoc carmen scribebatur, mihi cum Müllero Aeginet. p. 177. haud dubium videtur. Nam votum poetae vs. 103. *Αἴγινα φίλα μᾶτερ, ἐλευθέρῳ στόλῳ πόλιν τάνδε κόμιζε, libertatem Aeginae servari* cupientis est; itaque libertate Aegina adhuc fruitur, ita tamen ut metui potuerit, ne perderetur libertas. Sed Olymp. 80, ¾. Aeginetae ab Atheniensibus victi, obsessi, classem tradere, moenia diruere, tributum pendere coacti sunt: itaque hoc carmen in Olymp. 82. referri nequit. Praeterea ipsum carminis argumentum ad aliud tempus deducere Müllerus notat. Postquam enim finem consideravimus, spectandum etiam initium: in his enim, ut saepius dixi, haud semel potissima posuit Pindarus: neque id iniuria; quoniam initium et finis partes sunt imprimis conspicuae. In exordio igitur poeta *Tranquillitatem mitem, Iustitiae urbes augentis filiam, consiliorum et bellorum claves tenentem* precatur, *ut Pythiam pompam excipiat:* igitur de pace tum dubitari, bellum exspectari potuit; quod ne exoriatur, poeta exoptat. Haec omnia subactae Aeginae non conveniunt. Pergit Pindarus vs. 6. *Tranquillitatis numen nosse suo tempore bona aliis impertire et invicem accipere; idem, siqui acres pectoribus offensiones infixas habeant, infensorum istorum hominum insolentiam vi reprimere: quod numen citra fas a se irritari superbus Porphyrio non in animum induxerit, sed sponte sese ultioni obtulerit: vi agendo aliquando etiam feroces in exitium ruere, ut Porphyrionem ipsum et Typhonem.* Quibus verbis Schol. intestinae seditionis significationem contineri arbitratur, ex sola coniectura neque ea Pindari verbis explicandis satis accommodata; ab externo potius hoste vides Aeginetas tum laesos esse. Eius igitur impetum fore ut Aeginetae reprimant, poeta sperare videtur; vel, quod multo probabilius, rem iamiam effectam respicit: nam victoriam ante proelium iactare stultorum est hominum, non Pindari de futuris rebus timidi; immo si Aeginetas nuper victores fuisse statueris, gratiora fiunt verba vs. 26—29. Persica vero bella, in quibus Aeginetae maxime excelluerunt, non spectari inde liquet, quod quinam illi insolentes adversarii sint, non indicatur, sed universa res obscurius significatur; quod invidiae devitandae causa poeta facit, ubi contra Graecam aliquam civitatem dicit. Denique quoniam inde a Salaminia pugna usque ad subactam Aeginam nullum tali sententiae in rebus Aeginetarum idoneum reperitur tempus nisi Olymp. 80., in hanc ipsam Müllerus carmen hoc retulit rectissime, ita ut id post pugnas ad Halias et Cecryphaliam adversus Athenienses haud infaustas et ante subactam Aeginam Olymp. 80, 3. scriptum iudicaret, assentiente etiam Thierschio in Epoch. art. Gr. P. II. p. 39. Cecryphalensis quidem pugna Thucydide auctore Atheniensibus prospera fuerat: et concedendum est, Peloponnesios ea ab Atheniensibus victos esse; sed Aeginetae vicerant Athenienses: quod satis docuit Müllerus. Iam eo anno Pyth. 33. celebrata est; igitur ap. Schol. non

www.libtool.com.cn

λβ', ut in nott. ad Schol. cum Müllero dixi, sed λγ' scribendum est, mutato ΑΕ' in ΑΓ'. Carmen videtur Delphis scriptum esse, quo ad ludos spectandos poeta profectus erat (vs. 62. ubi v. not.): comissatio tamen, cui oda inservit (vs. 73.), non Delphis habita est, sed Delphica ut ante acta memoratur (vs. 19 sqq.). Igitur Aeginae hoc carmen cantatum iudico: Aegina ipsa invocatur vs. 103. Ex initio autem carminis, ubi Hesychia s. Tranquillitas compellatur, ut *pompam, quae cum corona accedat (Πυθιόνικον τιμάν), accipiat*, putaverit aliquis Hesychiam Aeginae templum habuisse, ad quod deducta pompa esset (cf. Olymp. V, 3. VIII, 10. et similia): sed Hesychia nihil nisi poetica persona est, non mythologica (cf. Olymp. IV, 18. Fragm. inc. 125.); eamque ubi Pindarus compellat, ut victorem in patriam reducem factum excipiat, eius haec sententia est: *utinam pacatam civitatem victor inveniat*, pacatam quidem benignitate Tranquillitatis, quae sola id praestare potest. Postremo ut aliquid etiam de nexu singularum partium addam, summa carminis ei, qui tum fuit, rerum statui prudentissime attemperata haec est, Aeginam esse *divinitus magnam*, utpote *iustitia insignem*. Iustitiae filiam Tranquillitatem *civitates augentem* (vs. 1.) depressisse eius adversarios, ut Apollo depresserit Gigantum regem, Apollo, qui et Aristomeni victoriae dator: Gratiis *iustam* hanc urbem non excidisse, heroibus virisque fortissimis claram; inter hos esse Midylidas et Aristomenem avunculos aemulantem, cuius victoriam Alcmaeon oraculo significaverit (vs. 36 — 63.), cui Apollo victorias dederit (vs. 64 — 70.). Rursum vs. 74. iustitiae Aeginetarum mentio fit, et divina expetuntur auxilia, quod a diis omnia mortalibus bona; idem denuo exponitur vs. 96 sqq. et ipsa felicitas vs. 100. audit *αἴγλα διόσδοτος*, quae sola illustret mortales: denique Iovis et heroum indigenarum favor expetitur. Iam vero huic divinitus datae Aeginetarum iustitiae et praestantiae convenit, quod poeta, ut Dissenius noster monet, identidem *modi* mentionem facit: modum enim servari dii volunt, modum servant iusti; qui non servant, deprimuntur a diis. Non tenuere modum Porphyrio et Gigantes, non Typhon (init.); servant Aeginetae; dii nunc hunc nunc illum extollunt aut deprimunt *ὑπὸ χειρῶν μέτρῳ* (vs. 79 sqq.), atque etiam Midylidarum fortuna adverso casu aliquantum depressa erat, ut infra demonstrabo: ipse poeta modum tenendum neque exsultandum aut nimia aggredienda esse docet vs. 92 sqq. fluxam enim et fragilem esse hominum fortunam. Atque ipse sibi temperat in Aeginetis laudandis (vs. 30 sqq.).

Vs. 1 — 21. Post preces, quas paulo ante explicui, laudatur *Tranquillitas, quod noverit benigna facere et accipere, eadem vero, siquis immitem pectoribus iram conceperit, huius insolentiam domet. Exemplo est Porphyrio, qui Tranquillitatem adversus se irritavit, non cogitans id sibi exitio fore. Ita ille sponte in perniciem ruit et lucrum adversario quasi lubens obtulit; quod quidem lucrum gratissimum est. Nempe vi agendo etiam superbi tandem sibi funestum arcessunt exitum, ut Typhon, ut ille Porphyrio: quos fulmen deiecit et sagitta Apollinis, qui te, Aristomenes, cum pompa Delphis incedentem benigna accepit mente.* Tranquillitas cur filia Iustitiae, quam Aeginetas imprimis coluisse novimus, cur *μεγισταύχολις, urbes maxime augens*, vocetur, apertum est; cur tamen non modo consiliorum sed etiam *bellorum* claves tenet? Nempe quod bella concedit et quasi emittit, quum primum ea concludere desierit, quodque eos punit, qui ipsam tumultu excitando lacessiverint. Ea novit bene facere et bene facta accipere; hoc est, in pace et quiete, ubi populi sibi invicem bene volunt, beneficiorum conferendorum et accipiendorum auctor fit; quod non semper quidem facit, sed *iusto tempore, καιρῷ σὺν ἀρσενεῖ*: nam eadem ubi tempus bene faciendo non opportunum est,

www.libtool.com.cn

ubi quis iam bene facere et vicissim beneficiis affici non vult, sed atroci animo odia concepit, belli monstris emissis ulciscitur superbos. De voce ἀτρεκὴς v. ad Olymp. XI, 1 — 15. extr. Ἐνελάσῃ κότον, *odium pectoribus infixerit*; noli conferre Hesychianum ἔλλάσαι, συγκλεῖσαι, cum Abreschio Obss. Misc. VI, 1. p. 274. Vs. 10 sqq. simplicissima ratio construendi est: τραχεῖα ὑπαντιάξαισα κράτει δυσμενέων τιθεῖς τὴν ὕβριν αὐτῶν ἐν ἄντλῳ, *submergis*, ut naves bellicae submerguntur, translatione petita a pugna navali, qua nuper Aeginetae hostes vicerant. Vs. 12 sqq. hostis Aeginetarum superbus (superbissimi autem ea aetate Athenienses in minores fuerunt) Porphyrioni et Typhoëo comparatur, quibus dii irati sunt, inter hos Apollo, quem contra Aeginetis favere poeta dicit, quum Aristomenis pompam benigne acceperit. Etiam Porphyrio Gigas, inquit, ignoravit, non in animum induxit, Tranquillitatem se praeter quam decet et oportet, lacessere; οὐδὲ Πορφυρίων ἔμαθε παρ' αἶσαν αὐτὸς αὐτὴν ἐξερεθίζειν: ἔμαθε pro infinitivo participium adsciscit, ut ἴστω ἔχων Olymp. VI, 8. ubi v. not. atque ita ἐπίσταμαι et alia huiusmodi verba construuntur. Proxima, κέρδος δὲ φίλτατον etc. Scholiastes ita explicat: „Non debemus, ut Porphyrio ab Hercule, cui ille boves abstulit, ab invitis lucra capessere, sed a lubentibus:" quod neque orationis tenori convenit neque ab audientium quoquam, quibus tamen Pindarus scripsit, non grammaticis, in illis verbis vel quaeri vel reperiri potuit. Qui lacessiverit adversarium, qui sponte discordias moverit, is ubi victus fuerit, ἐπίσπαστον κακὸν, ut est Odyss. σ, 72. sibi adducens lubens volensque adversario victoriam et lucrum tradidit, ut diis Porphyrio, ut Aeginetis Athenienses paulo ante profligati: de quo v. Müller. l. c. Βία ἔσφαλε καὶ μεγάλαυχον, etiam superbus aliquando violenter agendo et vi sua perniciem sibi adducit: quae in alienam sententiam detorsit Horatius Carm. III, 4, 65. ubi est de vi consilii experte; Pindarus enim de vi institiae experte dixit. Ἦν βίαν Τυφὼς οὐκ ἤλυξεν, ἥστινος ἀπήλαυνε, *cuius adversum eventum Typhoëus sensit, pro qua poenas dedit*; ut Sophocl. Electr. 627. θράσους τοῦδ' οὐκ ἄλύξεις. Nunc postquam de Typhoëo dictum est, redeundum poetae ad Porphyrionem erat, ut quid de hoc actum esset, perspiceretur; hinc illud οὐδὲ μὰν βασιλεὺς Γιγάντων, Porphyrio quippe, ut bene Schol. Typhoëum Iovis fulmen deiecit, Porphyrionem Apollo, etsi hoc posterius nescio an alibi non tradatur. *Cirrhâ* Aristomenes coronam retulit: nempe ubi hippodromus Delphicus, ibi etiam cetera certamina acta sunt; quod semel notasse sufficiet. Πολία Παρνασὶς *laurus* est; Παρνασίδι scribendum docui nott. critt. p. 489. exemplis adde Schol. Pyth. Arg. III. ubi Παρνασίδες Νύμφαι. Aristomenes dicitur Δωριεῖ κώμῳ ἐστεφανωμένος, quod *ornatus erat* pompa a Doricis viris Aeginetis ducta et carmine ab illis cantato: is autem κῶμος non ad hoc pertinet carmen; quod notari debebat Metr. Pind. III, 15. p. 278. sed est pompa, quam Aristomenes Delphis ad Apollinis deduxit delubrum. Cur poeta addiderit Δωριεῖ, intelliges collata Dissenii mei nota ad Nem. III, 3. cf. Olymp. VIII, 30.

Vs. 22 — 39. *Gratias quippe benignas nacta est Aegina iusta urbs, Aeacidarum inclita virtutibus, idcircoque inde ab initio summa eius laus est; quae et heroas in ludis et bellis maxime insignes nutrivit ideoque a multis canitur, et virorum gloriâ praestat. Quae nolo prolixe persequi, ne fastidium creem; sed quod proximum et novissimum est, Aristomenis decus praedico, qui Iuxtâ avunculorum premit vestigia, Theogneti Olympiis, Clitomachi in Isthmo victoris.* Aeginae iustitia extollitur epitheto δικαιόπολις, ut Aeginetae iniustis opponantur adversariis. Αἴγινα οὐκ ἔπεσε Χαρίτων ἑκὰς, οὐκ ἀπέπεσε τῶν Χαρίτων, non aliena est a Gratiis, quae illi potius favent eamque honore ornant; cf. Abresch. Obss. Misc. V, p. 101. Gratias autem ab Aegina haud alienas esse ideo

www.libtool.com.cn

poeta dicit, quod carminum decore et gloria, quae Gratiis debentur, insignis est. Illis vero carminibus primam materiam praebuit Aeacidarum virtus: hinc Aegina dicitur *θέγουσα ἀρεταῖς Αἰακιδῶν, nacta Aeacidarum virtutes, iis potita, earum compos et particeps facta*; cf. Nem. VI, 46 sqq. et de structura verbi cum dativo v. ad Olymp. I, 17—23. Mox *πολλοῖσιν* est *ὑπὸ πολλῶν*; cetera ita construe: *θρέψαισα ἥρωας ὑπερτάτους ἐν τικαφόροις ἀέθλοις καὶ ἐν θοαῖς μάχαις*. Quae verba etiam ob id posita sunt, quod Aeginetae nupero proelio et sacris in ludis heroum suorum virtutes aemulati sunt: atque ita pergit ad viros, qui tum erant; sed structura mutatur illato *τὰ δὲ*, de quo satis dictum in nott. critt. Ad vs. 30 sqq. cf. Isthm. V, 53. *ἐμοὶ δὲ μακρὸν πάσας ἀναγήσασθ' ἀρετάς. Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον, ὦ Μοῖσα, ταμίας* etc. Nostro hoc loco poeta hanc sententiam ita protulit, ut sese *vacare* longiori narrationi negaret, sic tamen ut *de industria* non vacaret; quod docet additum *μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ, ne fastidium superveniens audientium pungat animos*: cf. Pyth. I, 82. Nem. VII, 52. X, 20. et de voce *κνίζειν* ll. cc. in nott. critt. p. 503. Ad poetae animum illud *κνίσῃ* referri non potest. *Ἀναθεῖναι λύρᾳ, tradere lyrae et committere. Τὸ ἐν ποσὶ, quod nunc praesto est*; cf. Nem. VI, 55—59. *Ἴτω τράχον, procedat, expediatur*; de qua formula v. Hemst. ad Callim. p. 170. *Τεὸν χρέος, tuum debitum*, laus tibi debita. *Ποτανὸν* adaptatum est vocibus *ἴτω τράχον*: *mea arte*, quae *ἔπεα πτερόεντα* efficit, *laus tua quasi alis levata currat*. Formae *ἰχνέων* p. *ἰχνεύων, vestigiis pressis sequens*, auctoritatem nondum reperi: analogia tamen favet, ut *πολέω, πολεύω*. Ad dictionem *οὐ κατελέγχεις* cf. Olymp. VIII, 19. Isthm. III, 14. VII, 65. *Theognetus* Aegineta Olympia puer et ipse lucta vicerat: v. Pausan. VI, 9, 1. ubi de eius statua: optime igitur poeta eius vestigia Aristomenem legere perhibet. Neque alio opinor ludo Clitomachus vicerat: certe vox *θρασύγυιος* ad luctam spectare videtur.

Vs. 40—63. *Tu vero Midylidis gloriam addens refers dictum, quod in Epigonos cecinit Amphiaraus: Natura insitam virtutem patrum cerni in filiis; videre se Alcmaeonem fortiter pugnantem; Adrastum in bello Septem heroum fusum feliciore nunc fortuna usurum esse, nisi quod domestico luctu esset laboraturus: solius enim filium periturum. Haec Amphiaraus; ego vero*, poeta inquit, *et ipse lubens Alcmaeonem coronis orno et carmine celebro, quod mihi Delphos proficiscenti occurrens oraculum edidit.* Vaticinium Amphiarai cur additum sit, ipse poeta declarat: quippe Midylidae fuerunt Clitomachus et Theognetus (cf. ad Fragm. inc. 95.), quorum exempla quum Aristomenes secutus sit, accidit in illo, quod Amphiaraus de Epigonis et maxime de Alcmaeone patrum virtutem referentibus vaticinatus erat. Prorsus ita Pyth. VI, 19 sqq. Antilochi res immiscentur, et aliquatenus simile est etiam Olymp. VI, 12 sqq. Obscurius autem, quod Alcmaeon poetae Delphos proficiscenti oraculum edidisse dicitur: de quo paulo post disputabo: unum hoc praemitto, non alienam eam rem ab hac de Amphiarao et Alcmaeone narratione videri. Postremo longe obscurissima sunt, quae vs. 50—57. de Adrasto proferuntur; tota enim haec stropha vacare videtur, quippe quae nihil conferat ad id demonstrandum, cuius causa Amphiarai vaticinium exponitur, ex fortibus maioribus ortum Aristomenem fortem esse. Nec qui Pindarum noverit, longius quam pro consilio egressum poetam prudentissimum opinabitur; ignota potius aliqua res subest, quae coniectura suppleri debet. Etenim ut Aristomenes Xenarcis f. Alcmaeoni comparatur, ita Adrasto confertur aliquis ex Midylidis, qui domestico afflictus luctu erat, ac cui filius, ni fallor, isque Aristomenis familiae coniunctus, in navali nuper proelio mortem occubuerat; Midylidas quidem aliquam tum calamitatem et gentilis mortem luxisse etiam aliunde colligitur. Nam vs. 79—82. poeta ait *deum alios*

www.libtool.com.cn
obest Pausanias in nott. critt. allatus, ubi oraculum editum dicit τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείων; omittam enim cetera huius scriptoris verba, et in his corrupta illa τὸ ἐς τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγὸν ἀκράτως εἶχε, in quibus Tafelius τοὺς πολλοὺς perversissime interpretatus est: hoc addam, aut ex illis, quae Pausanias affert, oraculis aut ex Epigonis, cyclico carmine, sua Pindarum hausisse. Postremo ei, quam proposui, rationi concinit, quod pugnam tantum praesentem videt Amphiaraus, utpote inceptam, Aegialei Adrasti f. necem non praesentem videt, sed futuram enunciat. Haec omnia eo fine disputavi, ut etiamsi Amphiaraus Oropi constitutus de pugna vaticinatus diceretur, tamen μαρναμένων posse esse *dum pugnant*, et verbis ὧδ' εἶπε iungi posse docerem: quodsi Amphiaraum ex Pindari mente non Oropi vaticinatum dixeris, sed Potniis prope Thebas, ubi olim oraculum fuerit, difficultas illa a Tafelio mota ita sublata est, ut uberiore disputatione supersedeas; sed de Potniensi oraculo nondum mihi constat, qua de re paulo post dicetur. Iam ubi μαρναμένων a sqq. separatum retinueris, quod etiam versus ratio commendat, verborum Φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα haec sententia erit: *Naturae dono cernitur et conspicuum est generosum et tanto loco natis congruum ingenium in filiis, ex patribus propagatum;* id est, *Natura excellunt Epigoni, fortium patrum indolem referentes;* vel ut aliis verbis utar: *Eminent filii generosis ingeniis; unde vero? nempe natura; tales enim patres fuerunt, a quibus illi habent.* In his nihil est quod reprehendas; nam quod eundem doctum offendit, sententiam loqui oraculum, id mihi quidem non displicet: primum quod sententia non generalis est, sed nonnisi universim enunciat, quae de Epigonis speciatim intelligi Amphiaraus vult; deinde quod oracula non res ipsas eloquuntur, sed tecte significant (αἰνίττονται) verbis vel ambiguis vel obscuris, quae egeant interprete; id quod in sententiis est, quas audientes accommodare rebus debent. Cetera tamen, quae sequuntur, diserte Amphiaraus proloquitur, postquam a sententia exorsus est. Denique nisi hanc interpretationem admiseris, reducenda erit haec interpunctio: ὧδ' εἶπε· μαρναμένων φυᾷ τὸ γενναῖον etc. ex qua nullam prodire commodam sententiam partim Hermannus docuit partim Tafelius, nisi quod hic ceteris huius scripturae interpretationibus refutatis in hac acquiescit: λῆμα παισὶ γενναῖον ἐκ πατέρων ἐπιπρέπει τῇ φυᾷ τῶν μαρναμένων, *filiis, quippe Epigonis, e patribus insitus animus eminet in corpore, in statura pugnantium, Epigonorum.* Sed quum hunc unum in illa lectione sensum ferri posse iudicat, falsam illam esse ipse optime monstrat; nam hic quidem sensus omnium minime ferri potest: cur enim, ne cetera persequar, de statura potissimum pugnantium vel Amphiaraus vel poeta dixerit? Ceterum Tafelius γενναῖον παισὶ coniungit, ut ap. Hom. οὐ γάρ μοι γενναῖον, *ingenitum filiis a patribus:* cf. Hesych. h. v. Quod nostrae interpretationi minus accommodatum est, quia, quum in voce φυᾷ ingeniti notionem iam comprehensam statuamus, si γενναῖον idem significaret, bis idem diceretur: sed si vocis γενναῖος vim et potestatem accuratius spectaveris, triplicem potissimum inveneris, quarum ea, quam secundo loco dicam, et in illa Homerica formula et in hoc Pindari loco spectatur, prout hunc supra explicui. Nam primum γενναῖον est τὸ μὴ ἐξιστάμενον ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως, interprete Aristotele Hist. Anim. I, 1, 14. *quod suam indolem retinet natura et ortu constitutam;* deinde γενναῖον ἦθος est, *quod nobilibus et a bono parente ortis secundum locum, quo nati sunt, convenit,* quod Latinis quoque *generosum;* postremo simpliciter *magnanimum.* Equidem, ut tandem desinam, hinc quoque meae sententiae haud exiguum arbitror patrocinium accedere, quod Graecus homo isque litteris imprimis excultus, qui maioribus ortu propior fuit et naturâ linguae ingenium melius calluit quam nos Hyperborei, quod Plutarchus eandem tenuit

www.libtool.com.cn
rationem. Is enim ubi dicit (Arat. 1.), *ἀλλ' ᾧ γε φύσει τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων, κατὰ Πίνδαρον*, coniunxit ut ego: *φυᾷ παισὶν ἐπιπρέπει τὸ γενναῖον λῆμα ἐκ πατέρων*, disiunctis vocibus *μαρναμένων* et *φυᾷ*, quas etiam Scholia et antiqui libri interpungendo separant. Haec hactenus. Formam *Ἀλκμᾶνα* tangit Eustathius ad Iliad. *α*, p. 138. init. ad Odyss. *λ*, p. 1681. 50. p. 1689. 9. *Alcmaeon* draconem vibrat in clypeo, hoc est clypeum dracone insignem, ob Melampodis dracones (v. Schol.): dracones autem iuncti oraculis sunt (v. ad Olymp. VI, 36 sqq.). De dictione cf. Aeschyl. Sept. c. Theb. 575. *ἀσπίδ' εὔκηλον νέμων*. *Adrastus* solus superstes ex septem heroibus erat, quod nemo ignorat (cf. Olymp. VI, 13.): de eius filio *Aegialeo* apud Glisantem occiso v. Hellanicum ap. Schol. item Hyginum Fab. 71. Apollod. III, 7, 3. ibique Heyn. Vs. 52. *ὄρνιχος ἀρείονος ἀγγελία* pertinet ad vaticinium Amphiarai, quod Adrasto nunciatur, non a praesente petitur. His explosis devenio ad impeditissimum huius de Alcmaeone narrationis epilogum vs. 58 — 63. in quo omnia ad Alcmaeonem, nihil quidquam ad Amphiaraum referri ipsa verba docent; neque qui haec dicit, alius est quam Pindarus: Pindarus Alcmaeonem laudat, Pindaro Alcmaeon obviam factus est et oraculum edidit. Quodsi quis cum Schol. putet, chorum haec dicere Aeginetarum, qui victoris imitetur personam, ut adeo ea omnia non poetae, sed Aristomeni Alcmaeon praestiterit, eum ego errare censeo. Nam chorus, quantum intelligo, numquam eius, qui canitur, personam simulat, semper poeta ex sua persona per chorum loquitur: poetae et chori prorsus eadem persona est. Ita vs. 30 sqq. poeta per chorum primâ personâ de se loquitur, victorem vs. 34 sqq. secundâ personâ nominat; vs. 75. Xenarce victoris patre compellato additur *ὑμετέραις τύχαις*, non *ἀμετέραις*: etiam vs. 40. et 82 sqq. victor secundâ personâ appellatus est. At dices choro Aeginetarum soli, absque Aristomene, Delphos proficiscenti Alcmaeonem obviam factum esse et consulenti de eventu certaminis respondisse. Sed cur tandem chorus, cur non ipse Aristomenes oraculum consuluerit? Nec chorus unquam ex sua persona, poeta excluso, loquitur, semper chorus cum poeta et poeta per chorum: rem anquisivi et mihi persuasi. Superest ut locum de poeta explicemus. Alcmaeon igitur Pindaro est *γείτων καὶ πτεάνων φύλαξ* et *ὑπάντασεν ἰόντι Δελφοὺς* et *ἐφάψατο μαντευμάτων συγγόνοισι τίχναις*. *Γείτων* alicui deus vel heros, qui in eius vicinia colitur: Aeschyl. Sept. c. Theb. 486. *Ὄγκα Παλλὰς, πύλαισι γείτων*; cf. Nem. VII, 85 sqq. Idem ob vicinitatem erit *οἴκων φύλαξ*, praesertim ubi statua vel sacellum eius domui alicuius appositum fuerit, ut Pan vocatur *σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ* Fragm. Parthen. 2. Sed si *πτεάνων φύλαξ* dicitur, potest id ad opes in templo depositas aut ad agros propinquos aut ad domum et universam rem referri. Iam vero ubi Alcmaeon Pindaro et *γείτων* et *πτεάνων φύλαξ* fuerit? Thebis dixeris. Non obessem, modo verisimile foret Thebis Alcmaeonem cultum esse. Sane in vicinia Thebarum Potniis septum erat Amphiarao dicatum, ubi is a terra devoratus dicebatur; sed ille locus sacer erat et detestabilis (Pausan. IX, 8, 2.); nec quod ibi et Pausania et Pindaro auctore (Nem. X, 8. nam Olymp. VI, 13 sq. Nem. IX, 25. nihil evincunt) Amphiaraus perierat, cultum ibi vel ipsum vel filium esse conieceris. Amphiaraïum oraculum Thebis fuisse ex Herodoto VIII, 134. recte colligit Müllerus Orchom. p. 149. idque Potniense fuisse putat: sed Pausanias harum rerum admodum curiosus me retinet, qui ubi de Potniis agit, ne verbo quidem significat oraculum olim ibi fuisse: unde hoc Thebanorum Amphiaraïum, ad quod etiam dona a Croeso Amphiarao dedicata, quae Herodotus (I, 52.) in Ismenio vidit, retuleris, alio prope Thebas loco fuisse praetulerim: ubicunque tamen fuit, num Amphiarai cultui Alcmaeon iunctus fuerit, licebit vel ob id dubitare, quod

www.libtool.com.cn

paulo post de Oropia religione dicam: Potniensi quidem oraculo ex Strabone IX, p. 619. A. Alm. auctoritatem conciliat Müllerus p. 486. ille enim de Oropio oraculo hoc habet: *ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρύμενον δεῦρο τὸ Ἀμφιάρειον*: quippe Cnopiam Potniensem terram esse Müllerus censet. Sed hoc quoque impeditum est: nam si Oropium oraculum ex Cnopia sive Potniensi terra ad Oropum *translatum est* (*μεθιδρύμενον*), non illud Potniis fuit, ex quo fuit Oropi: Oropi autem quum certe ante Persica fuerit, quomodo in Persici belli historia Potniensis oraculi mentio ab Herodoto iniici potuerit? Postremo ut ad Alcmaeonem redeam, quum hic ne Oropi quidem religionem habuerit (Pausan. I, 34, 2.), verisimile non est in Thebana terra, unde Oropius cultus petitus dicitur, Alcmaeonem cum Amphiarao cultum esse. Neque illud *ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς ὀμφαλὸν π. α.* ad Thebanam Alcmaeonis religionem deducere videtur, sed potius ad locum aliquem, ad quem poeta forte in itinere pervenerit. Taceo de aliis locis, ubi cum Amphiarao credas Alcmaeonem cultum esse, quo pertinet Harma Mycalessi et Harma in Parnethe Attico monte (v. Müller. l. c. p. 487.); in his enim Alcmaeon non potuit Pindaro vicinus esse. Num igitur Delphis, quo poeta profectus erat, vicinus Alcmaeoni factus est? Sane Alcmaeon Delphis statuam habuit, sed diu post Pindarum positam (Pausan. X, 10, 2.); neque huic interpretationi congruum est, quod obviam factus esse poetae Alcmaeon dicitur, nisi quis, quod cuidam placere video, in voce *ὑπάντασε* lusum poeticum quaesiverit. Quem qui statuerit, et verba *ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς ὀμφαλὸν παρ' ἀοίδιμον* de poetico itinere Delphos facto, carmine Pythio pangendo, intellexerit, in quo itinere, hoc est inter carmen faciendum, Alcmaeon poetae animo oblatus sit; insulsam me iudice sententiam Pindaro obtruserit eamque talem, ut ab audientium nemine percipi ac ne coniectando quidem reperiri potuerit. Quapropter Pindarum, ut poetae solebant, non curru Musarum sed vere Delphos profectum censeo ad ludos spectandos. Iam vero in eo itinere sive Thebis sive alio ex loco, ubi tum versatus est, Delphos facto poeta *forte devenit* ad Alcmaeonis statuam vel delubrum aliquod; cogitaveris de sepulcro eius, quod Psophide Arcadiae fuit (Pausan. VIII, 25, 4.). In eius vicinia habitaverit, fortasse in luco pecunias asservandas deposuerit; hinc illi Alcmaeon oblatus est proficiscenti, *ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς ὀμφαλὸν π. ἀ.* illic illi *γείτων* fuit et *κτεάνων φύλαξ*. Haec mea de hoc loco coniectura est; neque tamen nego, qui Alcmaeonem Thebis Pindari vicinum dixerit, non posse refutari: sed nostram quoque coniecturam non arbitror commodis argumentis convinci posse. Nam quod verba *γείτων ὅτι μοι καὶ κτεάνων φύλαξ ἐμῶν* ante *ὑπάντασέ τ' ἰόντι* posita sunt, inde in tali loco nemo collegerit Alcmaeonem iam, priusquam occurrisset poetae, huius vicinum fuisse et bonorum eius custodem. Lectionem *ὑπάντασέ τ' ἰόντι* firmat Par. 2783. etsi habet *ὑπήντησέ τ'*. Accingor nunc ad seqq. explicanda *Μαντευμάτων τ' ἐφάψατο συγγόνοισι τέχναις*. Ad quae ex prioribus repete *μοι*, structura ita instituta: *καί μοι ἐφάψατο τέχναις μαντευμάτων συγγόνοις*; dativus *τέχναις* enim pendet a verbo *ἐφάπτεσθαι* (v. ad Olymp. I, 67—87.): *Dum vicinus est, mihi consulenti gratificans Alcmaeon attigit et exercuit vaticiniorum artes congenitas;* quas quidem vulgo exercuisse non videtur, sed quae ipsi genere competebant ut Melampodidae. Melampodis enim filius est Mantius, huius Oïcles, Oïclis Amphiaraus Alcmaeonis pater; Alcmaeone natus Clytius, a quo celebris apud Eleos gens vatum Clytiadae (Pausan. VI, 17, 4.). De quanam autem re Pindarus Alcmaeonem consuluit? Hoc liceret ignorasse, nisi indagandum esset, cur de hac re poeta nunc potissimum diceret. Absona quippe huius vaticinii mentio foret, nisi id ad Aristomenem pertinuisset. Rem mihi ita fingo. Pindarus quum Delphos proficisceretur,

www.libtool.com.cn

sciebat Aristomenem in Pythiis luctaturum esse: Aeginetis enim, ut tantus carminum numerus docet, poeta Thebanus imprimis coniunctus fuit, et maxime Midylidis, quibus etiam aliud carmen scripserat (Fragm. inc. 95.). Igitur Alcmaeonem forte oblatum de eventu luctae consuluit, simplici opinor neque admodum sollemni ratione, sed ex tempore, sortibus vel similiter. Poeta iam tum meminerat, quod de Alcmaeone apud Thebas dimicante pater prolocutus erat; igitur interrogavit, num quod de ipso Alcmaeone et Epigonis Amphiaraus olim pronunciasset, parentum in illis virtutem spectari, idem nunc in Aristomenem esset casurum, ut hic maiorum, Theogneti et Clitomachi decora referret. Addixit oraculum; responsum probavit eventus: unde poeta Alcmaeonem coronis ornat, carmine celebrat. Sic quidem omnia ita ut debent connexa, apta, pulchra erunt. At quomodo, inquis, haec sic acta esse Aeginetae auditores potuerunt intelligere? Nempe Delphis Aristomeni et comitibus haec omnia poeta narraverat; hinc intelligebant, qui a poeta edocti erant; qui non intelligebant, edoceri a scientibus potuerunt.

Vs. 63—84. Si poeta, ut arbitror, in praegressis Alcmaeonem significavit esse *Pythiam Aristomenis victoriam* vaticinatum, recte nunc pergit: *Tu vero, Apollo, Pythone hoc ei summum donum dedisti, atque etiam prius in patria Aegina tuis in ludis victoriam quinquertii; idem propitius mea carmina respice et alias et nunc, quippe poetarum patronus et victoriae huius Pythiae, quam celebro, auctor. Cuius decoris causa quae nunc comissatio instituitur, ei adstat Iustitia* Aeginetis cara, ut adeo insolens, iniquum et quod divinam ultionem excitet quidvis procul remotum sit; *attamen deorum curam providam minimeque invidam vobis precor perpetuam.* Nam sine diis nulla certa felicitas; *quodsi quis repente in magnam fortunam irrepserit, vulgo apud stultos is putatur vitam sapienter instituisse firmiterque instruxisse et munivisse suis, ut censent, consiliis et conatibus: sed potius haec res non penes homines est; diis haec debentur, qui modo hunc modo illum evehunt vel deprimunt,* fortunae fragilitatis admonentes. Deinde poeta non dicit quidem sed exemplis significat, Aristomeni fortunam sese iam benignam admodum praebuisse, quae eum praeter victorias, de quibus supra, Apollineis in ludis partas, et Megaris et Marathone et ter in Heraeis Aegineticis victorem praestiterit; postremo Pindarus vs. 85 sqq. ad Pythium redit decus. Hic loci tenor est, quem in nott. critt. cum Hermanno non satis distincte neque ab omni parte vere exposui, recte reprehendente Tafelio, in cuius interpretationem ut maxime inclino, ita exiguum quiddam ex priore, quae in nott. critt. proposita est, explicatione assumendum, et aliquid praeterea novi Tafelii sententiae addendum videtur. Etenim, ut paulo longius a verbis carminis discedam, poetae haec mens est: *Apollo tibi, Aristomenes, binas victorias dedit, Apollo mihi quoque colendus est: diis enim omnia debentur. Igitur licet nulla causa sit, cur de perpetuitate tuae felicitatis dubitem, quum nihil iniusti, quod ultricem deorum manum provocet, fortunae tuae admistum sit; tamen quod sine diis felicitas stabilis non est, deorum curam tibi expeto perpetuam (ἄφθιτον). Etenim stultum est in felicitate breviter parta, ut tu brevi tempore tot victorias parasti puer, suis hoc consiliis, suis conatibus tribuere: eventuum sortes apud deos sunt, qui alios beatos reddunt, alios de magna fortuna deiiciunt. Tibi tamen, qui tot victoriis insignis es, dii sunt propitii.* Nota vero, quidquid de deorum potentia dictum est, victoriarum in Apollineis ludis partarum mentioni annecti, quia in illis largiendis deus Apollo propitiam Aristomeni ostenderat potentiam. Vs. 67. Pythia victoria vocatur *μέγιστον χαρμάτων*, non absolute: maius est enim Olympia vicisse: sed inter ceteras Aristomenis victorias. Vs. 68. *ἀρπαλίαν* Schneiderus Lex. Gr. ex usu recentiorum intelligit de *grato*,

www.libtool.com.cn

quod quis cupide arripiat, cui sententiae substantivum *δόσιν* magnopere convenit; Heynius *vehementiam luctae* spectari putabat; sed ad verum Tafelius deduxit. *Ἁρπαλέα δόσις* est *donum, quod cito rapitur et conditur*, non longum per tempus et diuturno labore acquiritur: quoniam tamen quod cito rapitur, cupide arripitur, *cupide arrepti et grati* notio simul comprehenditur. Idem vocis usus est Pyth. X, 62. Vs. 69. nota rariorem formam *πεντάθλιον* p. vulgari *πένταθλον*: eadem ex certa emendatione reposita est Isthm. I, 26. et ap. Sophocl. Electr. 691. *πεντάθλια* restitui vult Hermannus ad Hecub. p. 114. Idem quod hoc loco *πεντάθλια* p. *πενταθλίου* velle videtur, operarum est vitium in nott. critt. a me tacite correctum: voluit ille *πενταθλίου*, cum vulgo esset *πενταεθλίου*: quodsi *πεντάθλια* voluisset, debebat etiam *ξὺν* postulare: quod non postulat. Nunc id moneo, quoniam istud vitium etiam in tertiam Heynii editionem propagatum video. *Δόσις πενταθλίου* est *donum, quod dedit quinquertii ludus*, victoria ex pentathlo. *Ἑορταὶ ὑμαὶ* sunt Apollinis Delphinia Aeginae celebrata, de quibus v. Müller. Aeginet. p. 140. 150. *Τμαῖς* de Apolline et Aeginetis in nott. critt. interpretatus sum; sed hanc rationem duram esse Tafelius notat; et hic quidem recte de Apolline et Diana accipit, quo ducit etiam Schol. Cf. ad Pyth. VII. extr. comment. De vs. 70 sqq. v. nott. critt. *Τὶν ἁρμονίαν* p. *σοῦ ἁρμονίαν* non habet offensionem, mirorque doctum virum, qui dativum apud Graecos genitivi loco poni negat: nam in hac re illustranda quibus exemplis in nott. critt. ad Olymp. II, 16. usus sum, ea omnia certissima sunt. *Νέομαι* Schol. recte explicat *ἐπέρχομαι*. De voce *ὅπιν* v. nott. critt. p. 353. Mox iunge *σοφὸς μετ' ἀφρόνων*, hoc est *ἐν ἄφροσιν, prudens apud eos, qui stulti sunt:* stulti autem sunt illi *πολλοί*, qui de eo falso iudicant. Vs. 79. ad *παρίσχει* supple *ταῦτα*. Ad eundem vs. quae in nott. critt. p. 493 sq. de voce *Τυφὼς* dixi, noli ita intelligere, quasi priorem eius syllabam produci posse negem: quam constat ancipitem esse. *Τπερθὲ βάλλων, ἀνέχων* Pyth. II, 89. *Τπὸ χειρῶν μέτρῳ καταβαίνει, sub manuum mensuram, sub mensuram manu divina definitam deprimit*, ut *ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι*, hoc est *ὑφ' ἑαυτόν*. De ludis *Megarensibus* v. ad Olymp. VII, 77—87. de *Marathoniis* ad Olymp. IX, 86—101. in altero loco pugil, in altero luctator memoratur, ut hoc loco de lucta dicitur. Schol. errat ubi de Panathenaeis cogitat. Mox ternae victoriae ad sola *Heraea* pertinent, qui fuit *ἀγὼν ἐπιχώριος*, non nunc Argivorum, ut Corsinus Diss. IV. post Nott. Gr. p. LXXVIII. censebat, sed Aeginetarum, qui Heraea s. Hecatombaea Argis traduxerant. Cf. Müller. Aeginet. p. 149.

Vs. 85—105. Ter Heraea vicisti, poeta dixerat. *Sed in Pythiis*, pergit, *quattuor superasti pueros, quibus tristis et inglorius reditus factus est. At tu quoque victor noli nimium exsultare, ut solent, qui recenti decore ornati sunt, magna spe concepta altius evolare. Nam cito augetur felicitas, cito perit: vix dixeris, quid sit qui est, quid sit qui non est*: adeo qui vivit similis ei, qui non vivit; repente enim ex vivente non vivit: *umbrae somnium homo est. Divinitus tantum serenitas si affulserit, tum illustres et beati mortales;* qua felicitate tu fruere. *Aegina mater vero cum Iove et Aeaco Iovis Aeginaeque filio Aeacique filiis Peleo et Telamone et Pelida Achille, indigenis heroibus, suam hanc civitatem servet et beet.* De quattuor pueris cf. Olymp. VIII, 67 sqq. ubi est: *ὃς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀνορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν ἐν τέτρασιν παίδων ἀπενθήκατο γυίοις νόστον ἔχθιστον* etc. quo loco apertum est victorem eum quattuor pueris luctatum esse, non tantum victorem fuisse post quattuor luctatores, quorum unum et alterum vicisset. Idem nostro quoque loco conspicitur, ubi victor dicitur in quattuor pueros irruisse; igitur cum quattuor omnibus dimicavit. Annoto hoc ob Heynium, qui nostri loci interpretationem aliter instituit atque Olymp. VIII. Nam ad Olymp. VIII. scri-

www.libtool.com.cn

bit: „Erant scilicet duo paria, quibus successit ipse ἔφεδρος;" sed nostro loco dicit: „Ex aliis locis forte alia colligas, ex hoc ita rem constitues: quattuor erant paria luctatorum; supererant ex iis quattuor victores; cum his ἔφεδρος coniungi debuit, iisque uno post alterum prostratis victor evasit." Vides quid intersit; nam ex priore explicatione victor tantum cum duorum parium victoribus duobus luctatus dicitur, ex altera cum quattuor parium victoribus quattuor: quum tamen uterque locus ita similis sit, ut quod de uno dixeris, de altero non dici non possit. Itaque quum verior ea ratio sit, victorem ipsum cum quattuor pueris luctatum esse, ad Olymp. VIII, p. 185. quattuor luctantium paria intelligi debuisse dixi, non duo; id quod nostro hoc Pythiorum loco Heynius ipse recte statuebat. Superest in hac re aliud, quod quoniam in hanc quaestionem incidimus, non relinquemus intactum. Etenim Schol. h. l. quattuor ab Aristomene pueros victos esse ait ὡς ἄνευ κλήρου τέσσαρας παῖδας προκαλεσαμένου καὶ νικήσαντος. Sed hoc licuisse nemo, quantum scio, tradidit, neque omnino verisimile est. Si plures luctatores vel pugiles vel pancratiastae nomen professi erant, sorte componebantur paria; quodsi impar eorum, qui certaturi erant, numerus reperiebatur, cui sors nullum dederat adversarium, is ἔφεδρος supererat. Sortis hanc rationem accurate exponit Lucianus Hermotimo c. 40. cuius verba maximam partem ad Nem. VI, 47 sqq. adscripsit Dissenius noster; quapropter tantum ea addam, quae ille pro instituti ratione omisit, ut etiam de ἐφέδρῳ constet. Post ea igitur, quae de paribus dicta sunt, pergit Lucianus: οὕτω μὲν γὰρ, ἢν ἄρτιοι ὦσιν οἱ ἀγωνισταὶ, οἷον ὀκτὼ ἢ τέσσαρες ἢ δώδεκα. ἢν δὲ περιττοὶ, πέντε, ἑπτὰ, ἐννέα, γράμμα τι περιττὸν ἑνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν συμβάλλεται αὐτοῖς ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχον· ὃς δ' ἂν τοῦτο ἀνασπάσῃ, ἐφεδρεύει περιμένων ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα, καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀθλητοῦ, τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι. In quo nota ἐφέδρῳ tribui quiddam commodi, ad quod respicere Pausanias putatur VI, 1, 1. his verbis: ἐπιστάμενος ὅσοι τῷ παραλόγῳ τοῦ κλήρου καὶ οὐχ ὑπὸ ἰσχύος ἀνείλοντο ἤδη τὸν κότινον: sed haec etiam ad alia referri possunt, ut si cui magis robusto et exercitato sorte imbecillior oblatus fuerit. Adde de ἐφέδρῳ locum quamvis parum disertum Schol. Sophocl. Ai. 614. His praemissis videamus quomodo quis quaternos deinceps luctatores vincere potuerit. Primum enim possunt quattuor omnino paria sine ἐφέδρῳ constitui. Sed hoc si posueris, res non videtur expediri posse. Nam ex quattuor paribus dimicantibus quattuor procedent victores: ii igitur denuo componendi erunt, ut ex duobus paribus duo procedant victores, et duo hi victores postremo loco componendi erunt, ut unus victor evadat; nam ad unum par omnes reduci debebant, ut ultimus victor certaret cum eo, quem Pausanias VI, 10, 1. vocat τὸν λειπόμενον ἐκ τῶν ἀνταγωνιζομένων, hoc est cum eo, qui ex certantibus superesset nondum victus. Certe primi paris victorem cum victore secundi paris certasse, et victorem huius certaminis deinceps cum victore tertii paris, item huius luctae victorem cum victore quarti paris, mihi prorsus non probabile videtur: quamquam enim ita statuentes nonnullos video, tamen nimis iniqua iis, qui in prioribus paribus sorte constituti fuerint, haec videtur dispositio, quae tum tantum videtur admittenda fuisse, ubi numerus parium impar erat, ut trium parium. Itaque quod Heynius statuit, mihi quoque tum hoc loco statuendum videtur tum supra Olymp. VIII. visum est, quattuor in his duobus certaminibus paria et praeterea ἔφεδρον fuisse; ubi enim esset ἔφεδρος, in iis certaminibus, etiamsi quattuor essent paria, probabile est non denuo duo ex quattuor victoribus paria commissa, sed quattuor victores cum ἐφέδρῳ, nisi prius vinceretur, ex ordine singulos commissos esse, ne victoria illi labore ni-

www.libtool.com.cn

mium levi constaret, neve nimium diu ἔφεδρος differretur. Dices huic sententiae obesse, quod ἐφέδρῳ melior fortuna sorte contigisse dicatur. Sed in hoc non est quod haereas. Nam si quaesiveris, quaenam certaminis potissima pars fuerit, facile intelligitur primam congressionem parium integris viribus accedentium fuisse longe gravissimam: in hac enim utrique maxime valebant et per longissimum tempus alter alteri resistere poterant: hac maxime defatigabantur et frangebantur. Sed in prima hac congressione sola illa paria certabant: ἔφεδρος huius immunis erat. Hic igitur ubi cum primo victore congrediebatur, hunc fractum labore facile vincere poterat, eaque victoria, ut consentaneum est, non defatigabatur tantum, quantum secundus victor prima congressione fatigatus erat: itaque etiam secundum victorem vincere facilius poterat. Quodsi tertius iam illi victor aggrediendus erat, concedamus ἔφεδρον iam ita fractum fuisse ut illos, qui prima congressione certaverant: sed hoc tamen commodo usus erat, ut in prioribus vincendis minore labore constitisset victoria; in reliquis autem commissionibus non maius ceteris quam ἐφέδρῳ commodum obtingebat. Quod sane haud spernendum erat. Iam vero ipsa ea, quam posui, sententia firmari videtur verbis Aeschyli Choeph. 856. τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὀρέστης ἄψειν: quo loco edocemur, ἔφεδρον certe cum duobus deinceps aliquando dimicasse, nempe cum victoribus duorum parium, ita ut hi duo victores non inter se certaverint, sed cum ἐφέδρῳ. Idem etiam in tribus paribus et ἐφέδρῳ Barthelemium statuentem video Anachars. T. III. p. 404 sq. ed. German. Et cum pluribus ἐφέδρῳ certandum fuisse, ipse Lucianus docet plurali τοῖς πεπιηκόσιν utens. Attamen, ut alia minus probabilia omittam, tertia superest ratio, qua quis, etiamsi ἔφεδρος non fuerit, quattuor potuerit pueros vincere: quippe si sex ab initio paria erant. Tum enim prima congressione sex illa paria certabant, et sex evadebant victores: deinde sex victores in tria componebantur paria et secunda commissione tres prodibant victores: tertia commissione primi ex tribus paris victor compositus fuerit cum victore secundi paris: quarta tandem congressione tertiae commissionis victor cum victore tertii paris, qui ex secunda commissione solus iam supererat, componebatur. Quapropter si quis in quattuor his commissionibus usque ad finem victor permanserat, iam is quattuor pueros proiecerat. Sed haec tertia ratio mihi non probatur. Nam etsi in hoc parium numero quattuor tantum pueros proiecit is qui victor evasit, sex tamen paria fuerunt; quod Pindarum vix putaverim non dicturum fuisse, si sex fuissent. Utroque enim loco quattuor deiectos pueros esse significavit, ut insigniore victorem laude mactaret: quodsi sex paria fuissent, hoc tam insigne vix videtur reticendum fuisse. Itaque in secunda ratione acquiesco, ex qua ἔφεδρος affuisse statuitur. Hactenus de quattuor pueris: nunc transeo ad reliqua. Ὁμῶς, ut tibi; κρίθη, non ab iudicibus, sed opinor certamine, κρίσει ἀέθλων. Mox ἀμφὶ adverbium est: *Nec risus dulcis excitavit circa eos gratiam et hilaritatem, quum ad matrem venissent pueri:* nam ad ὦρσεν non τοῖς ex prioribus repetendum est, sed structuram mutatam esse vel genitivus μολόντων docet. Seqq. victoris opponuntur pompae: *Victi non ut victor in pompa incedunt via urbis maxime conspicua, sed per angiportus trepidant inimicorum occursum suspenso animo devitantes.* Hoc est ἐχθρῶν ἀπάοροι. Νέον καλὸν, *recens decus*, ut Pyth. VII, 18. νία εὐπραγία, et supra vs. 34. νεώτατον καλῶν. Quod qui nactus fuerit, *animum attollit virtutum alis sublatus*, πέταται ὑποπτέραις ἀνορέαις, idque *quod ob florentes res magnam de se spem concepit*, ἐκ μεγάλης ἐλπίδος ἐπὶ ἀβρότητος, *ex magna spe florenti statu subnixa.* Nempe maiora appetit ex magna illa spe: Aristomenes credo Olympicam cupiebat victoriam; poeta vero anxius est ne ille ausis excidat, ideoque com-

www.libtool.com.cn
mode de fortunae fragilitate admonet, quae insuper nupera Midylidarum calamitate comprobata erat (v. ad vs. 40 sqq.): unde tam diserte et tam lugubri sententia de imbecillitate generis humani loquitur. Nova decora eum appetere, qui recenti bono auctus sit, his significatur verbis: *ἔχων κρέσσονα πλούτου μέριμναν. Μέριμνα* est *studium gloriae futura victoria parandae*, ut Olymp. I, 108. quae notio etiam Olymp. II, 60. continetur generaliori significatione, ex qua est *studium gloriae ex magnis rebus quibusvis*; aliqua ex parte etiam Fragm. inc. 147. comparari potest: *νέων δὲ μέριμναι σὺν πόνοις εἱλισσόμεναι δόξαν εὑρίσκοντι*. Haec igitur *μέριμνα* dicitur *κρέσσων πλούτου*: nam haec iungenda sunt, non *μέριμναν πλούτου*. Sed *μέριμνα κρέσσων πλούτου* varie explicari potest. Primum si *κρέσσων* dices esse *praestans s. praestantior*, erit aut *studium gloriae praestantius quam divitiae*, quod ieiunum videtur et nimium vulgare; aut *studium gloriae praestans studio opum*, *μέριμνα κρέσσων μερίμνας πλούτου*, ut Olymp. I, 7. *ἀγῶνα φέρτερον Ὀλυμπίας* p. *ἀγῶνος Ὀλυμπίας*. Sed selectius et Pindari ingenio magis congruum est, ut *κρέσσων* explicetur *vincens, superior*, veluti in certamine. „Qui recenti ornatus decore est, is magna elatus spe semper maiora appetit habetque studium et curam amplioris gloriae divitias vincentem, ita ut ille opes, quibus tamen homines maxime ducuntur, posthabeat neque acquirendis incumbat, sed ipsas potius in gloriam parandam eroget." Quod faciunt omnes, qui sacris ludis operam dant, non soli qui curulibus ludis student: omnes enim nihil lucrantur, sed operae liberali otium impendunt; in itinera, in diuturnam apud peregrinos commorationem, in corporis exercitationem, in victum curatissimum et praeceptores, postremo in sacrificia, poetas, musicos, choreutas pompaeque apparatum, haud raro etiam in donaria dedicanda sumptus faciunt. Idem est Nem. IX, 32. *κτεάνων ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας ἄνδρες*. Cf. etiam Pyth. IX, 32. *μόχθου καθύπερθε νεᾶνις ἦτορ ἔχουσα*. Postremo conferri meretur locus de familia pancratiasticis ludis dedita Isthm. IV, 64. *οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι ἐλπίδων, ἔκνισ' ὄπιν*. Hominum felicitatem afflictare dicitur *ἀπότροπος γνώμη*, hoc est *ἐχθρὰ, aversum et infensum consilium*, quippe eius cuius est de talibus rebus statuere, Fortunae, Fati, Dei. Mox *σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος* scripsi ex Plutarcho et Schol. Nem. accedit Eustathius ad Iliad. *ι*, p. 757. 32. ubi *Πινδαρικὸν ῥητὸν* vocatur *Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος*. Sophocleus quidem Scholiasta ad Aiacem *ἄνθρωποι* habet; quod translatum inde etiam in Scholia ad Oed. R. 1178. Dictionem invertit Damascius ap. Suid. v. *σκιὰ ὀνείρων* (et ap. Schol. Ven. Iliad. *ε*, 449. qui paulo aliter profert): *ὅταν ἀντὶ πραγμάτων γεγενημένων εἴδωλα ἄττα συγγραφώμεθα, σκιὰν ὀνείρων κατὰ Πίνδαρον*. Aegina heroina mater *Aeginetarum* est. *Ἐλευθέρῳ στόλῳ κόμιζε, deduc et serva Aeginetas cursu libero, cursum civitatis liberum porro iis praesta*; dictio de maritimis maxime rebus, quibus Aeginetae studebant, desumpta est, licet *στόλος* etiam de terrestri itinere dicatur. Lectionem *κἀγαθῷ* Pal. C. firmat scripturâ *καὶ ἀγαθῷ*.

www.libtool.com.cn

PYTH. IX.

Telesicrates Cyrenaeus Carneadae f. (vs. 73.) Pythia vicerat armato cursu, qui Pythiis additus erat Pyth. 23. (Pausan. X, 7, 3.): hinc *χάλκασπις* dicitur. Victoria contigit Pyth. 28. Olymp. 75, 3. Idem stadio Pythia vicit Pyth. 30. Olymp. 77, 3. Utriusque victoriae mentio est ap. Schol. princ. sed posteriorem Pindarus non memorat. De aliis eiusdem victoriis dixit poeta vs. 83 sqq. et celebrem Telesicratem statua fecit Delphis posita (v. Schol.). Victor, quo tempore Pindarus hanc odam scribebat, nondum Cyrenas redux factus erat, quod docet formula vs. 76. *ἅ (Κυρήνη) νιν εὐφρων δέξεται*: pompae Cyrenis ducendae scriptum carmen esse nusquam significatur: *πόλιν τάνδε* vs. 79. de ea urbe, de qua agitur, non de ea, ubi chorus praesens canat, intelligendum. Nec Cyrenis cantatum carmen esse ex *ἀστῶν* vs. 96. mentione colligi potest: nam etiam Delphis et in itinere Telesicrati aliquot affuisse populares pompam comitantes vix dubitem. Sed ne Pythiae quidem comissationi carmen inservisse videtur. Omnino ubi cantatum sit, non licet accurate definire; fortasse tamen Thebis in comissatione cantatum est, de quo v. ad vs. 79 sqq. Oda tribus potissimum partibus constat. Prima usque ad vs. 78. patriam victoris illustrat, Cyrenae nymphae et Apollinis amores persequens; quo nihil aptius in carmine Pythiam victoriam canente, quae ab Apolline sit Cyrenis data. Altera usque ad vs. 107. varias complectitur res, quarum nexum in notis examino. Tertia in splendido Telesicratis genere versatur, quod deducebatur ab Alexidamo, magno et ipso cursore, qui hac arte Antaei Irasorum regis filiam erat uxorem nactus. Igitur quum etiam Alexidamus cursu excelluerit, aptissima etiam ex hac parte huius rei mentio est. Plura non opus praemonere; simplex enim maxima ex parte carminis adornatio est, quippe in narratione potissimum versantis: quapropter etiam metrum tranquillius, aut Dorium aut Dorio proximum poeta elegit. Nam Dorium vel simile Dorio metrum narrationi lyricae imprimis aptum merito habitum est: quod comprobatur comparatione plurium carminum, quibus longiores narrationes intextae sunt, ut Olymp. III. VI. VII. Pyth. III. IV. ne alia afferam.

Vs. 1—26. *Canam Telesicratem, Cyrenae decus, quam olim ex Pelio raptam Apollo in Libyam transtulit, ubi eos excepit Venus, amabilemque eorum nuptiis verecundiam addidit, Apollinis inquam et Cyrenae Hypsei gnatae, quem Peneo genuerat Creusa Nais Terrae filia. Sed ab Hypseo educata Cyrena mulierum et negotia et oblectationes aspernata venationi operam dedit, bestiis necandis securitatem paternis praestans gregibus primoque mane surgens, ut venatum iret.* Χάλκασπις est Telesicrates, quod in armato cursu clypeum habent cursores *δραμόντες ἀσπίων ὁμοῦ*, ut ait Pausan. V, 8, 3. cf. eundem V, 12, 7. et Pindar. Isthm. I, 23. *Σὺν Χαρίτεσσι*, Gratiis propitiis; cf. Nem. IX, 54. X, 38. V, 54. Isthm. IV, 24. *Διώξιππος Κυρήνη* proprie ob equestria Cyrenaeorum studia; venatrici tamen nymphae epitheton optime attemperatur. Fabulam de Cyrena nympha universam persequitur Müllerus Orchom. p. 346 sqq. Currum, de quo Pindarus, cycnos vexisse Veneris aves, tradiderat Pherecydes; v. Fragm. p. 160 sq. Libyam tertiam terrae radicem poeta dicit, quod tres statuebat continentes, Asiam, Europam, Libyam: cf. Herodot. IV, 42 sqq. *Εὐήρατον* et *θάλλουσαν* refer ad *ῥίζαν*.

www.libtool.com.cn

De vs. 11. cf. nott. critt. p. 370. Aliter explicat Döderlin. Act. phil. Monac. T. I. F. I. p. 50. construens *ὑπέδεκτο ὀχέων, ex curru suscepit:* quod mihi nondum persuasi. *Ἱστῶν παλιμβάμους ὁδοὺς* recte Schol. de mulieribus instrumentum textorium ambientibus explicat; cf. Etym. M. p. 367. 47. et Eustath. ad Iliad. α, p. 31. *Οἰκόριαι, οἰκούριαι ἑταῖραι,* puellae non ut Schol. arbitratur, nuptae, sed *innuptae sodales, quae domi manent,* non ut Cyrena venatum eunt: cum iis non vult usitata domi convivia habere, in quibus solita puellis oblectatione fruatur. Ultima sic construe: *τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν ὕπνον πρὸς ἀῶ ῥέποντα ἀναλίσκοισα παῦρον ἐπὶ γλεφάροις, somnum vero ad matutinum tempus vergentem, qui solet dulcis concubitor esse, rarum nec multum impendens palpebris,* id est, *somnum non in auroram extrahens.*

Vs. 27—67. *Cyrenam igitur quum aliquando Apollo cum leone colluctantem conspexisset, Chironem quae ea esset, rogavit, numque eius amore frui liceret; Centaurus autem respondit, primos amplexus et deos et homines tegere; itaque haud recte nunc Apollinem de hac re cum ipso colloqui; neque omnino Apollinem alius debere sententiam quaerere; ludentem hoc deum facere, quippe qui omnia sciat; si tamen sese aemulari summum vatem Apollinem et se huic comparare oporteret, velle se futura edicere: Apollinem enim maritum illam in Libyam translaturum, ubi Libya heroina terram ei regendam esset traditura; Cyrenam autem Aristaeum enixuram.* Sic *ἐρατὰν αἰδῶ* (vs. 12.) nuptiis affuisse docetur. Narrationem de leone ad Thessaliam referunt Pindarus et Callimachus l. c. ap. Schol. alii rem in Libya factam tradunt; v. Schol. Apollon. II, 498. Nempe utroque loco ponitur Eurypylus, cuius greges ille leo vastabat, et Thessalicae Libycaeque res in hac de Cyrene fabula varie omnino commistae videntur, quod Cyrenarum conditores Minyae ab initio fuerunt Thessalicae originis. Vs. 30. obscurum est *ἐκ μεγάρων*: mihi Apollinis aedes Delphica intelligenda videtur, ubi etsi tum Apollo versari dicitur, tamen simul in Thessalia degentem Chironem alloquitur, quippe praesens ubicunque: qui Delphis audit quae in Thessalia geruntur (Pyth. III, 27.), idem Chironem in Thessalia versantem alloqui ex Delphica aede potest. Vs. 32. construe: *ἐπάγει κεφαλῇ νεῖκος, φιλοτιμίαν, contentionem adducit capiti.* Vs. 38. noli premere particulam *ἤ*, quae sequentia prioribus adiungit non ut opposita sed ut explicantia et praegressam sententiam amplificantia. *Μελιηδέα ποίαν ἐκ λεχέων χεῖραι* est *δρέπειν καρπὸν, ἄϊθος Ἥβης, ὥρας, ἐκ συνουσίας τῆς Κυρήνης, ex amplexu eius carpere fructum virginalis maturitatis,* hoc est Veneris voluptatem; cf. vs. 113 sqq. Vs. 40 sqq. ex quo loco nonnulla recitat Hermias in Plat. Phaedr. p. 69. sententia haec est: *Clandestina persuasione et artibus amatoriis perficitur et quasi aperitur primi amplexus facultas, qui fugit lucem publicam hominum nec quasi edicto nuncupatur.* Duae res igitur his continentur: et tegendos primos amplexus esse, et persuasione perficiendos, contra quam Apollo dixerat *κλυτὰν χέρα οἱ προσενεγκεῖν* vs. 37. quo vis designatur. Schneiderus annotat: „Suada et hic et Pyth. IV, 219. Veneris ministra est. Amorem quoque eadem translatione clavigerum fingunt veteres, ut in gemma ap. Winckelmann. Mon. ined. Vol. II. p. 40. Eurip. Hippol. 538. *"Ερωτα δὲ τὸν τύραννον ἀνδρῶν, τὸν τᾶς Ἀφροδίτας φιλτάτων θαλάμων κληδοῦχον."* *Suadela Venusque* iungitur etiam Horatio Epist. I, 6, 38. *Πειθὼ* cum *Ἀφροδίτῃ Πανδήμῳ* coli iussit Theseus (Pausan. I, 22, 3.), et Veneris statuae vicina Athenis Suadae statua fuit (ib. I, 43, 6.); *Πειθὼ* Veneri adstans ipsis nominibus adscriptis repraesentatur in vase fictili Attico nuptias Pelei et Thetidis ostendente, apud Ed. Clarkium, edito in Walpolii opere Travels in various countries of the East p. 410. Veneremque modo natam Suada coronabat in throno Iovis Olympii (Pausan. V, 11, 3.). In rebus ad Venerem pertinentibus Sua-

www.libtool.com.cn
dae mentionem habes etiam ap. Aeschyl. Suppl. 1403. *Πειθὼ* adest Theoxeno puero pulcherrimo ap. Pind. Scol. eidem meretriculae dicuntur *Πειθοῦς ἀμφίπολοι* Scol. Fragm. 1. Sed verba Pindari hoc loco ambigua sunt: aut enim *κλαῖδες Πειθοῦς* sunt claves, quibus persuasio aperitur, aut quas Suada tenet; rursumque *φιλοτάτων* aut a voce *κλαῖδες* aut a voce *Πειθοῦς* suspendi potest. Si *κλαῖδας Πειθοῦς* claves dices, quibus aperitur persuasio, *φιλοτάτων* debet a voce *Πειθοῦς* pendere; sin illa verba explicabis *claves, quas tenet Suada*, aut a voce *Πειθοῦς* aut a voce *κλαῖδες* pendere potest genitivus *φιλοτάτων*: mihi ipse ordo verborum hanc constructionem suadet, ut iungantur *κλαῖδες Πειθοῦς* et a voce *Πειθοῦς* pendeat alter genitivus *φιλοτάτων*. *Πειθὼ φιλοτάτων* est *Suada amores concilians; κλαῖδες Πειθοῦς* sunt *claves Suadae amores conciliantis*, non quibus aperiatur persuasio, sed *quas tenet Suada:* ut adeo Suada amorum conciliatrix suis clavibus aperiat amplexum, Veneris cubiculo praefecta, ut alibi Amor. Illae vero claves clandestinae sunt, hoc est, *clandestina debet amoris persuasio esse.* *Ἀμφανδὸν, palam et aliis consciis;* sic de nuptiis legitimis *ἀναφανδὸν ὀπυίειν* Iliad. *π*, 178. oppositum *τῷ κρύβδην*, ut Odyss. *λ*, 454. *ξ*, 330. *τ*, 299. Vs. 42. iunctim scribe *τοπρώτον*. Iam vs. 43 sqq. hoc sibi Chiro vult: „Quum nec dii neque homines palam facere suos amores soleant nec vi utendum sit, miror te de ea me re interrogare atque adeo de manu inferenda dixisse; magis miror etiam de virginis loco et parentibus te me consulere, qui omnia scias." Ita in verbis *καὶ γὰρ σὲ τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν* duplex inest reprehensio: altera quod Apollo Chironem consulat de concubitu, qui celandus sit, et de vi molienda; altera quod res sciscitetur, quas ipse optime norit: sed quoniam prior iam vs. 40—42. occupata erat, alterum tantum Chiro accuratius persequitur vs. 44 sqq. Sic prioribus recte connexa sunt verba *καὶ γὰρ σὲ* etc. *Edico tibi concubitum persuasione perficiendum et celandum esse; tu namque haud recte dicis, sed nunc peccas, quod de illa re me consulis, nec de persuadendo te cogitare simulas sed de vi: tu inquam, qui tamen veracissimus es, male et hoc quaeris et cetera, quae ipse scis; quod non pro tua sinceritate facis, ficta me oratione deludens.* De voce *παρφάμεν* v. ad Olymp. VII, 54 sqq. Chiro tamen excusat Apollinis fallacias: *ἔτραπε μείλιχος ὀργὰ, induxit te come ingenium;* comitatis enim hoc est, quod ea ex Chirone quaerit: comis autem mitisque deus Apollo. Itaque Chiro non increpat Apollinem, sed iucunde cum eo agit, simul autem eius a sese arrogantiae crimen defendit, ut sibi ipso Apolline sapientior videatur. *Οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν* non ad aliud refertur nisi *Apollinem nec fallere nec falli;* cf. Pyth. III, 29. Aeschyl. Prometh. 1032. et ap. Plat. Rep. II, p. 383. B. Platonemque ipsum Apol. Socr. p. 21. B. ne plura. Ille autem dativus *ψεύδει* regitur a verbo *θιγεῖν*; v. ad Olymp. I, 67 sq. De vs. 49. cf. ad Pyth. VI, 10—14. Ad rem Heynius bene contulit verba oraculi ap. Herodot. I, 47. *οἶδα ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης.* Vs. 55. *Διὸς κῆπον* bene illustrat Schol. Vs. 56. *λαὸς νασιώτας* sunt Theraei. *Ὄχθος ἀμφίπεδος*, collis Cyrenaeus campo cinctus; cf. ad Pyth. IV, 1 sqq. Vs. 57. *νῦν* opponitur postero tempori, quo Theraea colonia condita est. Vs. 58. Libyae reginae tribuitur regia auro ornata, ut vs. 70. *θάλαμος πολύχρυσος*, utrumque propter opulentiam, maxime ex mercatura, de qua dixit Thrige. *Δωρήσεται Λιβύη τῇ Κυρήνῃ αἶσαν χθονὸς ὥστε συντελεῖν αὐτὴν, ut cum ipsa unâ eam gubernet et augeat Cyrene, ἔννομον, legitimam, rite ei tributam, ut ius illi in ea sit.* *Οὔτ' ἀγνῶτα θηρῶν, neque ignaram ferarum*, ut adeo venationibus suetis indulgere Cyrene queat. *Mercurius* Aristaeum nutricibus affert, quippe deorum minister, isque etiam Cyrenaearum haud dubie religionum particeps: certe in Thera cultum esse inscriptio quaedam inedita docet. Similiter in signo Olympiae posito et in

www.libtool.com.cn

alio Spartae collocato Mercurius Bacchum parvulum portat (Pausan. V, 17, 1. III, 11. extr.), quippe quem ad Inonem detulerit (Apollod. III, 4.). *Telluri* traditur infans, quia Tellus mater est Creusae, quae Hypseum genuit Cyrenes patrem. *Horis* Aristaeum apportari ob inventa plurima, lactis coagulationem, mellificationem, olei confectionem, lanae tractandae opus, medicinam, vaticinium, scite notat Gedikius comparans Olymp. XIII, 17. Neque omittendum Etesias eum advocasse aestatis temperamentum (Schol. Apollon. II, 498.); et ceterae quoque eius artes ad dona naturae et tempestatum et iustam rerum temperationem pertinent: quae omnia Horis debentur. Cf. de Aristaeo intt. Virg. Ge. IV. Vs. 64. scribe *αὐταῖς*, ut diserte Pal. C. Mox construe: *θήσονταί νιν Ζῆνα καὶ Ἀπόλλω*, efficient eum Iovem et Apollinem, efficient numen hominibus praesentissimum et ovium custodem. *Ἀνδράσι φίλοις χάρμα ἄγχιστον, maxime praesens numen et bonum viris ab eo dilectis.* Dum autem Horae et Tellus efficiunt, ut Iuppiter et Apollo sit hominibusque et ovibus propitius, simul eum praestant *nominibus apud alios Agrei et Nomii, apud alios Aristaei vocandum.* *Καλεῖν*, pro quo usus Graecus etiam *καλείσθαι* ferebat, absolute positum est, quasi sit *ὀνόματι τοῖς μὲν Ἀγρέα καὶ Νόμιον, τοῖς δὲ Ἀριστᾶιον.* *Τοῖς* est *ab aliis, apud alios:* vel talia annotare interpretum imperitia cogit. Tria vero illa nomina Aristaeo propria esse docent Diodorus IV, 81. Apollon. Rhod. II, 509. Nonnus Dionys. V, 215. Iuppiter et Apollo factus dicitur, quod divinos honores habuit, *ἰσοθέους τιμάς* (Diod. l. c.): quippe est *Ζεὺς Ἄριστος* s. *Ἀριστᾶιος, Ἀπόλλων Ἀγρεὺς καὶ Νόμιος*, hoc ob pecudes. Cf. Müller. Orchom. p. 348. qui pro ingenii perspicacitate recte notat deum Aristaeum antiquiorem esse matre sua. Schol. Apollon. II, 494. *καὶ κατακαλεσάμενος τοὺς ἐτησίας Ζεὺς Ἀριστᾶιος ἐκλήθη καὶ Ἀπόλλων Ἀγρεὺς καὶ Νόμιος.* Pro Iove cultus est apud Arcades, ut docet Serv. ad Virg. Ge. I, 14. Apollinem Agreum habes ap. Aeschyl. in Plutarch. Amator. c. 14. Agraeum ap. Pausan. I, 41, 4. Nomius Apollo passim occurrit, etiam ap. Schol. Pind. Nem. V, 42. ubi nomen *gregum custodem* significans ad nomos musicos transfertur: et utrumque sane in eo nomine quaesivere veteres. Sed etiam Iuppiter Agreus a Schneidero annotatur ex nummo Corcyraeo ap. Pellerin. T. III. p. 57. Ceterum cultus Aristaei ex Arcadia, Thessalia, Boeotia progressus ab Arcadibus in Ceum insulam, a Minyis Cyrenas translatus est.

Vs. 68 — 78. *His ipsis, quae locutus erat, verbis Chiro impulit deum ad nuptias perficiendas, quae eodem die in Libya factae sunt; ibi vero pulcherrimam Cyrenarum urbem ipsa regit et celeberrimam ludis. Atque etiam nunc Pythiâ victoriâ dominam condecoravit Telesierates, Cyrenam heroinam illustrans, quae eum propitia recipiet gloriam patriae reportantem.* *Γάμου τελευτὰν κραίνειν*, ut ap. Aeschyl. Agam. 739. *παραχλίνουσ' ἐπέκρανεν γάμου πικρὰς τελευτάς.* Vs. 69. *ἤδη* pertinet ad *ἐπειγομένων*: ubi *iam festinant* dii, hoc est, *quando iam eo est perventum, ut festinare incipiant.* Vs. 70. construe: *ἄμαρ κεῖνο διαίτασε κεῖνο, id is* dies perfecit. *Κλεινὰν ἀέθλοις* Cyrenes urbem vocat partim ob ludos domesticos partim ob victorias ex peregrinis ludis. Ita aditus paratur ad Telesicratis victoriam celebrandam. *Carneadis* nomen nota esse Cyrenaicum; quod recurrit in philosopho, qui tamen certam ob causam hoc nomine appellatus dicitur. Vs. 75. *ἀνέφανε* maxime ad vocem praeconis refer, coll. Olymp. V, 8. Vs. 77. laudis causa immiscetur Cyrenas esse *καλλιγύναικας*, epitheto ex poetis noto de aliis quidem civitatibus. Et Sparta maxime, Cyrenarum avia, mulierum pulchritudine clara habebatur: neque tamen ideo potissimum hoc epitheto ornantur Cyrenae, sed quod res vera erat. Non improbabile quidem dixerim ex Spartana origine aliquid etiam in Cyrenaicas mulieres pulchritudinis manasse; nec tamen negaverim *simili*

www.libtool.com.cn

pulchritudine gavisam esse eam mulierum gentem Cyrenaicam, quae Libycâ esset origine: *simili* dixi, hoc est *virili et athletica.* Nam Libycae virgines ut Spartanae corporis exercitationibus operam dabant (v. ad vs. 100.): denique talis ipsa Cyrena heroina est, venationi dedita et ab omni molliore cultu aliena (vs. 4 — 33.). Ea ipsa mulier, a qua Telesicrates genus repetebat, Libyca *καλλίκομος* paulo post vocatur vs. 110. eique vs. 112. tribuitur *θαητὸν εἶδος.* Neque omittendum Libyes virginalem pulchritudinem praerogativa insigni auxisse (Herodot. IV, 180.). Postremo quaesiveris cur hanc Cyrenarum laudem, esse eas *καλλιγύναικας,* aliis Pindarus hoc loco praetulerit. Quodsi dixeris, epitheton hoc esse ornans neque singularem subesse rationem, ferri haec sententia poterit; attamen plura conveniunt, quae mihi illud ipsum vocabulum de industria delectum esse suadeant: nec Pindarum epithetis promiscue sed acri cum iudicio usum esse plurima docent exempla. Hoc quippe loco id imprimis aptum fuit, quod in mulierum potissimum mentione facienda carmen versatur: dictum enim de Cyrena heroina est, dicetur de Antaei filia pulcherrima: dictum etiam vs. 100 sqq. de virginibus mulieribusque Telesicratem admiratis.

Vs. 79 — 107. Telesicratis victoriâ nominatâ pergitur: *Magnae autem virtutes, quales tuae sunt, largam quidem carminum materiam praebent; sed si magnas res paucis in luce posueris, oblectamentum hoc prudentibus et pulcherrimum acroama. Igitur modus tenendus et observanda opportunitas, quae optima est;* ea vero ipsa postulat, ut breves simus, quia opportunitas brevis est, *καιρὸς ὀξὺς,* ut ait Hippocrates. *Etiam Iolaus olim Thebanis observatae opportunitatis brevis specimen edidit, qui ad hoc tantum redivivus, ut Eurystheum occideret, re peracta statim sepulcro avi conditus est Amphitruonis Argolide relicta Thebas olim habitantis: ex quo et Iove prudens Alcmena genuerat Iphiclem Iolai patrem et Herculem. Hos vero stultus fuerit qui non cecinerit eorumque nutrices Dircaeas undas: ego vero illos ex voto celebrabo, beneficio ab iis auctus.* Ut autem nunc felix fui in re ad victoriam Telesicratis pertinente, ex voto illo, cuius particeps factus sum, ita *utinam ne deficiat Gratiarum lumen,* quibus debentur victoriae, quas ego cano. Quod lumen nunc quidem praesto est. *Aeginae enim eundem vicisse dico et Megaris, et hic quidem ter, laudes sibi parantem, quas ne inimicus quidem secundum Nerei dictum detrectare debet. Etiam in domesticis ludis Palladis te miratae sunt mulieres, in Olympiisque et Telluriis et omnibus ceteris patriae certaminibus.* Hic est sententiarum nexus, quo despero meliorem afferri posse. *Βαιὰ ποικίλλειν ἐν μακροῖς, in rebus uberrimis pauca verba facere cum arte.* Deinde *ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν,* in quo iunge *παντὸς ὁμοίως,* pertinet et ipsum ad brevitatis commendationem; cf. Olymp. XIII, 45 sqq. Pyth. I, 81. et de sententia Sophocl. Electr. 75. Sed quo magis nuno poeta opportunitatem commendat, tanto magis mirere importunam intrudi de Iolao, Iphicle, Hercule, Thebis digressionem, ut bene notat Gedikius. Fabulam de Iolao, ut necaret Eurystheum Heraclidas urgentem, reviviscente narrat Schol. Euripides Heraclid. 843 sqq. tantum tradidit ex sene voluisse iuvenem Iolaum fieri: cf. Ovid. Metam. IX, 399. et de morte Eurysthei Strab. VIII, p. 579. A. Alm. Apollod. II, 8, 1. et ibi Heyn. Haec igitur cur nunc assumpsit poeta, qui se brevem futurum et commoda propositurum ipse significet? Patet profecto ex ipsa hac poetae significatione, haec debere pro commodissimis haberi. Et apte Müllerus Orchom. p. 346. Telesicratem putat Aegidam fuisse, etiam ob nomen patris Carneadis a Carneis Aegidarum sacris vocati; Aegidae enim et Thebis et Heraclidis coniunctissimi fuerunt, et Heraclidis quidem imperium repetentibus, quod abstulerat Eurystheus ab Iolao debellatus. Contra Scholiastae Telesicratem Iolaïa s. Heraclea (v. ad Olymp.

www.libtool.com.cn
VII, 77 sqq.) vicisse arbitrantur, quae ad tumulum Iolai celebrata sunt: neque obest quod Iolaus hoc loco Amphitruonis sepulcro conditus dicitur, quippe quod non diversum est (cf. Nem. IV, 20. ubi v. Schol. et Dissen.), nec quod alii eum in Sardinia humatum tradiderunt. Eodem in Scholiis referuntur verba poetae vs. 92. *τοῖσι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ κωμάσομαί τι ποδῶν ἐσλόν*, et ab altero quidem Scholiaste ita, quasi haec, quae poetae potius ipsius sunt, ex victoris persona dicantur. Sed victor, qui vs. 100. secunda persona compellatur, non potest nunc primâ dici; neque in Heracleis s. Iolaiis Telesicratem vicisse ullo verbo significatur. Equidem in hoc loco fere nihil video: si tamen Aegides Telesicrates est, aptiorem narrationem iudicabis; votumque, quod sibi poeta ab Hercule et Iphicle praestitum dicit, certe pro ipsa Telesicratis hac Pythia victoria susceptum videtur: neque enim non probabile est, Pindarum pro Telesicratis victoria, quam deinde celebraret, vota fecisse, praesertim si is Aegides ac proinde poetae propinquus fuerit (v. Pyth. V, 75.), atque in itinere, antequam Delphos venisset, Thebis Pindari familiaritate usus sit; Herculi autem potissimum votum facere poeta potuit ut heroi certaminibus insigni, et cuius posteri ab Aegidis maxime adiuti sint, ut ipsum par sit Aegidas vicissim adiuvare. Similem rem vidimus Pyth. VIII, 61 sqq. Nec reticebo, quae mihi praeterea coniectura oblata sit. Nam sicuti carmen Olymp. VI. Stymphali apud Iamidas cantatum est, ut eo cognatus Agesias Syracusius celebraretur; sicuti Pyth. X. non in patria Hippocleae sed in alia civitate, ut victor splendide exciperetur, cantatum reperiemus: ita vide ne Aegides Telesicrates ex Pythiis redux ab Aegidis Thebanis comissatione exceptus sit in ipsa Thebarum urbe, ideoque et Thebae et indigetes heroes celebrentur; immo apud ipsum Iolai tumulum, quod ibi stadium erat, haec potuit comissatio haberi. Ibidem fuit hippodromus, ut vidimus ad Olymp. VII, 77 sqq. quo aptius epitheton Amphitruoni tributum *διφρηλάτης*, si eo loco carmen cantatum; item quod Thebarum vici *λεύκιπποι* dicuntur. Dicas quidem carmini Thebis cantato non convenire tantam in Cyrenaicis fabulis tractandis ubertatem; dicas verba *μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων ἀὲ μέμνασαι* etc. magis eo deducere, ut carmen non Thebis cantatum sit: unde poeta dicat in quovis loco et quovis tempore debere Dircaeas aquas memorari; postremo quod vs. 96. de civibus Telesicratis prolatum sit, non aptum esse carmini in aliena civitate audito. Sed de prima, quae opponi potest, re ita iudico, in aliena quoque civitate ornandi victoris causa patriam eius celebrandam fuisse; quo simul id lucrabatur poeta, ut etiam Cyrenis iucunde audiri carmen posset. Nam etsi studiose indagare soleo, cui loco unumquodque carmen maxime destinatum fuerit, tamen non nego pluribus locis unum et alterum potuisse cantatum esse: immo id prope necessario statuendum est. Quippe plus semel pro una victoria habita comissatio est; in tali vero comissatione plura esse carmina cantata, praesertim in convivio, vix potest dubium esse: itaque verisimile est, si cui Cyrenaeo Pindarus Thebis carmen ibi canendum obtulisset, ubi deinceps in patria comissatio haberetur, etiam illud carmen repetitum esse, quod Thebis esset cantatum: in quo facile ferebatur, siquid ex loco, ubi primum cantatum esset, admistum erat, quum omnes scirent, sollemnibus alibi habitis carmen scriptum fuisse. Ita oda Pyth. I. quam ad Aetnam retuli, potuit etiam Syracusis cani, et Olymp. VI. Stymphali primum et iterum Syracusis; immo poeta in uno alteroque carmine potuit ita versari, ut pluribus id locis accommodaret: illud tamen potissimum indagandum, qui maxime locus inter scribendum Pindaro obversatus sit; quem locum in hoc carmine Thebas esse dixerim. Praeterea, ut redeam ex hoc deverticulo, ex Pyth. V, 78 — 81. prout ego illum locum interpretandum censeo, colligitur a Cyrenarum lau-

www.libtool.com.cn

dibus Thebanos, Aegidas quidem, haud alienos fuisse. Deinde quod de civibus dictum habetur, id comitibus maxime Telesicratis dictum arbitror, ut in introductione significavi: quibus id, ut amicis, maxime placere debuit, quique eorum verborum sententiam penitus perspiciebant. Dircaeas autem aquas numquam obliviscendas esse etsi non opus erat ut Thebis diceretur, commode tamen hoc loco additum est, ut et Thebani, qui choro adessent, suam una cum Cyrenis urbem celebrarent, et Cyrenaei Thebis versantes Thebana urbe praedicanda hospitalitatis gratias referrent hospitibus suis. Prorsus ita in carmine Syracusio victori scripto et Stymphali cantato Stymphali et Arcadiae iucunda fit mentio Olymp. VI, 77—100. Denique nisi carmen Thebis cantatum iudices, quare universus locus de Iolao et cetera admista sint, non satis perspicio: sola enim mihi satisfacere videtur causa ex loco, ubi carmen primum cantatum, petita. Nam si id apud Iolai et Amphitruonis tumulum canebatur, ipsa opportunitas, *ὁ καιρὸς παντὸς ἔχων μέτρον*, et religio heroum postulabat, ut eorum fieret mentio: atque ita simul transitus aptissimus ad Herculem et Iphiclem parabatur, ad quos transeundum necessario fuit, si votum pro Telesicrate Herculi et Iphicli fecerat Pindarus. Ita quidem instituta interpretatione nihil in universo loco incommodum, nihil alienum est: quodsi illud *ἐαλὸν* vs. 92. ipsa Telesicratis victoria est, vel ea, quae vs. 93 sqq. de ceteris eiusdem victoriis dicuntur, prioribus accurate connexa erunt. Et haec quidem in universum. De *λευκίπποις ἀγυιαῖς Καδμείων* cf. ad Olymp. VI, 82 sqq. atque nota hoc ideo dictum esse, quod Amphitruonem dixerat *διφρηλάτην*. Huc opinor spectat Dionysius Phaselita ap. Schol. Pyth. II. inscr. *λευκίππους Θήβας* a Pindaro dici notans. Vs. 90. *κωφὸς* est de surdo mutoque ac proinde stulto: locum respicit Synesius Epist. ad Pylaemen. p. 257. collect. Cuiac. ubi est *περιβάλη* ex lectione librorum nonnullorum *περιβάλλει*. Vs. 92. *τέλειόν τι ἐπ' εὐχᾷ παθὼν* de singulari quadam, quae poetae contigerit, felicitate dictum esse, non universim hoc significare, *Quoties bono aliquo ex voto afficior*, ipsa sententiae ratio docet, quippe prorsus vacantis, ubi universe accipiatur. *Τέλειον ἐπ' εὐχᾷ, ex voto perfectum et praestitum:* ipsae etiam preces, quibus eventus respondet, sunt *εὐχωλαὶ τέλειαι*, ut Fragm. Scol. 1. extr. Vs. 95. *φυγὼν* p. *φυγόντα* explicui in nott. critt. ubi Scholiasten in hac enallage ne offendisse quidem dixi; sed Schol. sibi non constat, quum verba inde a *φαμὶ* usque ad *φυγὼν* ex victoris persona pronunciata iudicet in fine notae: *ὁ δὲ λόγος ἀπὸ τοῦ νικηφόρου*. Mihi quidem fuit quum *φυγὼν* ad ipsum poetam referendum videretur, hoc sensu: „Affirmo me ex Aeginetica et Megaricis Telesicratis victoriis hanc urbem illustrare, quum victoris illius labore et materia carminis ab illo praebita inopiam taciturnam effugerim." Quae interpretatio priori quidem sententiae, *Χαρίτων μή με λίποι καθαρὸν φέγγος*, eximie convenit, sed minus sequentibus *οὕνεκεν εἰ φίλος ἀστῶν* etc. Nec tum *εὐκλεῖξαι* commodum, sed desideres *εὐκλεΐζειν*: ne alia afferam, quae huic obsunt explicationi. Itaque redeo ad id, quod in nott. critt. proposui. De *σιγαλῷ ἀμαχανίᾳ* cf. ad Olymp. VIII, 67 sqq. Mox quae de Nereo habentur, ex prisco poemate petita sunt; cf. etiam Nem. IX, 6. III, 28. Vs. 100 sqq. Schol. *εἶδον* refert ad chorum, quasi singularis sit; sed iungendum: *εἶδον ἄφωνοί τ' εὔχοντο, ὡς ἑκάστα, παρθενικαὶ πόσιν, ἢ γυναῖκες υἱόν*; *omnes* mulieres viderunt, *singulae*, prout quaeque erat, aut virum aut filium expetebant. *Ἄφωνοι* recte Schmidius explicat *Nihil quidem dicentes, sed tacite optantes*. *Ὡς ἑκάστα* dividit inter mulieres, *ut quaeque aut virgo erat aut nupta:* posterius *aut nupta* non expressum est, sed facile suppletur ob *υἱόν*. Totum locum de ludis Atticis, *Panathenaeis*, *Olympieis*, *Telluriis* veteres intellexerunt, Heynius de Cyrenaicis, qui verum vidit: mire enim

www.libtool.com.cn
poeta Atticas imprimis mulieres, quae gymnicos ludos ne spectabant quidem, Telesicratem diceret vel maritum vel filium sibi exoptasse; atque ubi ludorum locus non definitus est, proxime de patriis cogitandum: quo ducit etiam adiectum *ἔν τε καὶ πᾶσιν ἐπιχωρίοις, et in reliquis quoque omnibus Cyrenaicis*, in quibus verbis vocabulo *πᾶσιν* summam inesse vim tam numerus docet quam praepositum *καί*; est igitur: *Et in illis Palladiis, Telluriis, Olympiis ludis, et in ceteris adeo omnibus domesticis.* In Libycis autem certaminibus et maxime in Palladiis, mulieribus spectandi copiam fuisse non solum ideo coniicio, quod Cyrenae a Spartanis originem duxerunt, apud quos licentior mulierum vita fuit, sed etiam quod Cyrenensium puellae ludis et ipsae exercitabantur. Primum enim in Libya feminarum gymnica certamina instituta esse vel apud barbaros, statim demonstrabitur; deinde vero quum a Spartanis originem ducerent Cyrenaei, Spartae autem etiam puellae exercitarentur, haud dubie Cyrenis quoque virginum certamina instituta sunt, cursus maxime ut opinor, qualia etiam apud Eleos obtinebant (Pausan. V, 16.). Quam rem eximie confirmat inscriptio Cyrenensis, quam edidit Della-Cella in Itinerario p. 142. ex qua patet vel Romanorum sub dominatione mulierum in ludis Cyrenaicis partes haud exiguas fuisse; in illo enim titulo Claudia Olympias *αἰώνιος γυμνασιαρχίς* memoratur. Ad nostrum locum simul hoc tenendum, non de nudo stadio (*γυμνῷ σταδίῳ*) sed de armato cursu (*δρόμῳ ὁπλίτῃ*) dici. De singulis his ludis, quoniam rebus Cyrenaicis nihil obscurius, nulla ad nos pervenit notitia; religiones tamen conveniunt. *Palladios* ludos ab *ὁπλιτοδρόμοις* statis temporibus (*ὡρίαις ἐν τελεταῖς*) actos esse vel inde coniicias, quod in ea plaga Palladis armatae cultus celebratissimus fuit; neque arcendae mulieres erant, ad quas haec religio maxime pertinebat. Statuam Palladis Cyrenis dicaverat Amasis (Herodot. II, 182.), haud dubie quod ibi iam antea insigniter culta est, ut eiusdem simulacrum Lindum misit ob cultus Lindii auctoritatem: et in Palladis ludis annuis decertabant virgines Ausensium, Libyci populi; ante certamen pulcherrima virginum circumvehebatur exornata *πυνῆ τε Κορινθίη καὶ πανοπλίη Ἑλληνικῇ* (Herodot. IV, 180.). Quod non alienum a rebus Cyrenaicis: nam ut Ionum mulieres Caricae fuerunt, ita Cyrenaicae mulieres haud dubie magnam partem fuerunt Libycae; unde Cyrenaicae et magis etiam Barcaeae feminae Libycis obstrictae religionibus reperiuntur (Herodot. IV, 186.). Quis vero ignorat Palladem Tritogeniam? Cuius res etsi a Tritone Boeotiae in Libyam translatae videntur (v. Müller. Orchom. p. 213. p. 355 sqq.), a veteribus tamen magna ex parte ad Libyae Tritonem referuntur. Adde aegidem Palladis Libycam secundum Herodotum (IV, 189.), sive hic vere scripsit sive falso. *Olympia* autem quidni ut Athenienses ita Cyrenaei celebraverint? Vicinus est Ammon Olympi dominus (Fragm. Hymn.), in nummis Cyrenaicis frequens; ad cuius sollemnia *θεωροὺς* mittebant Cyrenaei Strabone teste, cuius statuam in curru positam Delphos iidem miserant Pausania referente: in vicinia Cyrenarum habes etiam Lycaeum Iovem (Herodot. IV, 203.); Libya est Iovis hortus (vs. 55.); Eleus Iuppiter Olympius et Iuppiter Ammon fuere coniunctissimi (v. Oecon. civ. Ath. T. II. p. 259. Müller. l. c. p. 359.). Quid dicam de *Telluriis?* Cyrene enim Hypsei filia aviam habuit Creusam, cuius mater Tellus (vs. 17. cf. vs. 62.).

Vs. 107—130. *Iam tua, Telesicrate, laude celebrata, quaedam antiqua quoque maiorum tuorum gloria exigit a me, ut debitum oblitteratum revocem et sitim carminum restinguam, quibus illa maiorum fama indiget. Nam quum Antaeus Irasorum rex filiam vellet nuptui collocare, Danai exemplum imitatus certaminis praemium illam apud metam constituit, ut qui primus eo pervenisset, uxorem eam duceret. Tum ex procis, qui plurimi*

www.libtool.com.cn

convenerant et propinqui et peregrini, Alexidamus victor salutatus est, qui saepe etiam prius vicerat. *Δόξα τις παλαιὰ,* non gloria universe, sed *certa quaedam:* quae quum antiqua fuerit et, quod carmine necdum celebrata erat, oblivioni tradita, nunc illa *πράσσει χρέος ἐγεῖραι.* Qui vocem *τὶς* initio sermonis positam reprehendunt, non callent sermonis elegantiam: equidem doleo voculam illam illo loco poni neque in vernacula lingua posse neque in Latina interpretatione potuisse; quamquam vel ex hac quamvis scabra, quid praestet praemissum *τὶς,* intelligere licet. Ceterum scribendum est *παλαιὰ,* ut conieci in nott. critt. cf. Isthm. III, 40. *Καὶ παλαιὰ* dicitur, *etiam* antiqua quaedam gloria, non novitia, quam Telesicrates modo paraverat. Illi igitur antiquae gloriae *debetur carmen;* sed debitum illud oblitteratum oblivione est; itaque id *debitum* ut quasi ex somno excitetur, gloria illa a poeta postulat: sic ipsa haec gloria in memoriam revocatur. *Χρέος* de carmine debito est Olymp. XI, 8. III, 7. ubi *πράσσοντι χρέος στέφανοι,* ut h. l. *δόξα πράσσει χρέος*: adde Pyth. VIII, 34. Ad dictionem *ἐγεῖραι* cf. Isthm. III, 39 sqq. *Ἀοιδᾶν δίψαν ἀκειόμενον,* poetam, qui carminum sitim restinguit; non suam sed qua Telesicratis maiorum gloria premitur: alias *δίψαν ἀκεῖται* ipse qui bibit, ut Iliad. *χ*, 2. Gloria et maxime victoria sitit carmina (Nem. III, 6 sq.). *Αὖτις ἐγεῖραι*: quum olim debitus illi gloriae honos tributus fuerit, hic *rursus* suscitandus est. Mox *προγόνων* et *οἷοι ἔβαν* est de Alexidamo, *uno ex maioribus,* quibus, ut solet, omnibus tribuitur, quod unus ex eorum societate fecit: hic enim totius ea aetate gentis personam sustinet. *Μναστῆρες, ἅτε μνηστῆρες. Antaeus* idem est qui ab Hercule occisus fertur (cf. Isthm. III, 70 sqq.): hunc enim Irasis habitasse tradiderat Pherecydes (v. Schol.). Adde Dissen. ad Isthm. III, 61 sqq. Sed Alexidami fabula gentilicia alia haud dubie de eo tradebat non inhonesta. *Alexidamum* autem fabulae gentiliciae more usitato in remotiora haec tempora removisse videntur, licet Telesicratis gens longo intervallo post cum Batto in Libyam pervenisset: simile in ipsa Batti gente Euphemidis vidimus Pyth. IV. quum enim Battus demum Libyam occupasset, iam Euphemo terra in Libya data esse ferebatur cum Argonautis eo delato. Cf. Müller. Orchom. p. 346. Nam quod Schol. vs. 183. Pindarum putat fabulam de Alexidamo mutasse, nihil est. Puellae nomen est *Barca s. Alcеis* (v. Schol.). Vs. 112. *σύγγονοι* non populares sunt sed propinqui, *οἱ συγγενεῖς, οἱ ἐκ γένους,* quibus olim proximum connubii ius. Vs. 113. scribe *Ἥβας* littera maiuscula: v. ad Olymp. VI, 57. Duodequinquaginta Danai filiae sunt, exclusa Hypermnestra Lynceo nupta et Amymone Neptuno amata: de gymnico apud Danaum certamine v. Apollod. II, 1, 4. Pausan. III, 12, 2. idem institutum Icario Penelopae patri Pausanias tribuit: Indos pugilatus certamine proposito filias in matrimonium locare Strabo tradit XV, p. 1044. A. Vs. 120. *γαμβροὶ* sunt *sponsi futuri;* cf. ad Olymp. VII, 1 sqq. *Πρὶν μέσον ἆμαρ ἑλεῖν,* sc. *τοὺς παρόντας, priusquam meridies supervenisset.* Vs. 121. *ἐδίδου ἁρμόζων* idem fere est quod *ἥρμοσε διδούς*: *Λίβυς,* Antaeus. Vs. 123. *ἐν μέσοις* refer ad *εἶπε.* Vs. 124. construe *ψαύσειέ οἱ ἀμφὶ πέπλοις.* Vs. 125. *φύγε λαιψηρὸν δρόμον, postquam cursum superaverat et ante ceteros absolverat.* De Libyum Nomadum locis v. Herodot. IV, 186. sqq. hic ii sunt, qui circa Barcam habitant, ubi Irasa urbs fuit. Vs. 128. ad *φυλλοβολίαν* cf. Pausan. VI, 7, 1. extr. et quae collegit Casaub. ad Suet. Ner. c. 25. Apponam tamen notabilem locum Clementis Alexandrini Paedag. II, 8. in quo ordo munerum victoribus oblatorum secundum temporum successionem traditur: *ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἄθλων δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμός* (de quo cf. Ruhnk. ad Tim. p. 216.), *τρίτον ἡ φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά.* Plura et de

www.libtool.com.cn

φυλλοβολίᾳ et de ἐπαγερμῷ ex Eratosthenis annotatione praebent Schol. Eurip. Phoen. 574. Suid. v. περιαγειρόμενοι, Mich. Apostol. XV, 97. Phot. Lex. p. 303. De πτεροῖς νικᾶν cf. not. ad Olymp. XIV. extr.

P Y T H. X.

Carmen scriptum Hippocleae s. Hippocli (formae enim hae diversae eiusdem nominis sunt, Ἱπποκλῆς, Ἱπποκλέης, Ἱπποκλέας; cf. Muncker. ad Antonin. Lib. 34. p. 271.), inter pueros victori diaulo (vs. 9.): qui ludus Olymp. 48, 3. Delphis institutus est, tum nondum coronarius (Pausan. X, 7, 3.). Parta victoria Pyth. 22. (v. Schol.), Olymp. 69, 3. Eundem eodem die stadium vicisse Schol. perhibet, cui difficile est in tali re obloqui: Pindarus quum huius decoris non meminerit, statuendum est plures poetas ad celebrandum Hippocleam invitatos Pindaroque solius diaulo victoriae canendae negotium datum esse; quod suo more pinguius expressit Schol. ἐν δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐνίκησε καὶ στάδιον, οὗ οὐκ ἐμνήσθη, ἴσως τοῦ διαύλου μόνον μισθὸν λαβών. Ceterum postea Hippocleas vicit Olymp. 72. et 73. hoc vero carmen multo ante scriptum est statim post Pythiam victoriam Olymp. 69, 3. quae prima haud dubie Hippocleae fuit: quo refer dictionem γενέται γὰρ ἀέθλων (vs. 7.) a Scholiaste quoque (vs. 11. vulg.) ita intellectam, et cf. poetam vs. 25. etsi alia illius formulae vis alibi reperitur, ut Isthm. I, 21. Ut vero puer Hippocleas tum primum vicit, ita etiam poeta adolescens fuit, quum hanc odam scriberet, quippe viginti annos natus; necdum sibi soli confidebat (vs. 64. c. not.). Immo iuvenili ingenio aliquis digressionem de Perseo (vs. 31—50.) tribuerit, splendidam quidem et iucundissimam, sed argumento non satis, ut putes, connexam: neque enim sufficit de Apollinis cultoribus Hyperboreis dictum esse, hoc est eius dei, in cuius ludis Hippocleas vicisset; neque illam digressionem inde excusaveris, quod Perseus inter Heraclidarum maiores sit ac proinde etiam Aleuadis, qui carmen hoc procurarunt, utpote Heraclidis coniunctus: certe pari iure Hercules assumi poterat, et ipse apud Hyperboreos versatus. Quae quum veteres intelligerent, haud absurde Pindarum reprehendebant ap. Schol. vs. 47. vulg. μέχρι δὲ τούτων ὁ Πίνδαρος καλῶς τὸν ἐπίνικον γράφει· ἠστόχησε δὲ τὰ μετὰ ταῦτα ἀλόγῳ παρεκβάσει χρησάμενος. Sed re accuratius spectata plane aliter iudico. Nam primum etsi carmen hoc ab adolescente poeta scriptum est, nihil tamen in ceteris rebus imperfectius deprehenderis, licet Bothius nonnulla iuvenilis indolis vestigia sibi reperire visus sit: nisi quod vs. 36. iuvenilem licentiam grassatam esse putem et ipse. At hoc tamen minutum est, nec poterit cum tanto incommodae digressionis vitio comparari. Deinde ab argumento sese digressum esse ipse poeta sentit et uberius excusat vs. [illegible]—54. (cf. Schol. vs. 79. vulg.): itaque si nihilo minus digressionem assumpsit, hoc certe non imprudens fecit nec contra artem, sed cum ratione, prorsus ut Pyth. XI. in carmine matura aetate scripto et digressionem, quae aeque aliena videatur, ausus est, et pari utitur excusatione. Iam vero quum in Pyth. XI. satis intelligatur, digressionem illam ad rem vel maxime pertinere, potest inde de hoc quoque carmine coniectura fieri et certa via colligi, peculiarem quandam narrationis de Perseo innectendae causam fuisse. Quid quod ut Pyth. XI. ita etiam hic digressio

www.libtool.com.cn

dedita opera arcessitur transitu per sermonis ambages facto (vs. 27—30.)? Quod siquis Pindarum ob argumenti penuriam fecisse putaverit, et Pindarum et Aleuadarum res et lyricae poesis ingenium ignorat. Itaque Persei res non temere immisceri mihi constat; quo pacto tamen illae huius odae argumento coniunctae sint, indagare arduum. Confugiendum ad coniecturam est. Nempe Aleuadis et eorum propinquis amicisque Persei mentio videtur gratissima fuisse, quod eum ut heroem gentilicium *imprimis colerent:* ac nescio an hanc quoque ob causam Aleuadae Xerxi addicti fuerint, quod Persarum gentem et regiam stirpem sibi cognatam putarent. Nam Persae credebantur a Perseo esse; unde in Argivos propensus Xerxes (Herodot. VII, 149 sqq.): similiterque Aristippus Aleuades et Cyrus minor hospitio iuncti erant (Xenoph. Anab. I, 1, 10.); atque inter Scopam tertium, Aleuadarum necessarium, et eundem Cyrum aliquam fuisse familiaritatem ex historiola ap. Aelian. V. H. XII, 1. colligo.

Redeo ad Hippocleam, a quo et ipse Pindarico more digressus sum. Ille igitur non primus victoriae decus in familiam intulit, sed prius pater *Phricias* Olympia bis armato cursu vicerat (vs. 12—14.), quod contigit inter Olymp. 66—69. tum cursus armatus Olympiae adscitus est Olymp. 65. victore tum Demarato Heraeensi (Pausan. V, 8. VI, 10.): idem Phricias Pythia vicerat cursu (vs. 15. 16.), non tamen armato, qui Pyth. 23. demum, quattuor post hoc carmen annis, Pythiorum ludis additus est, victore tum primo Timaeneto Phliasio (Pausan. X, 7, 3.). Patria Phriciae et Hippocleae *Pelinnaeum* poetae dicitur (vs. 4.), Thessaliae oppidum haud procul a Peneo: nomen loco et *Πέλιννα* sive *Πέλινα* (N tam simplex quam duplex nummi praebent: v. Spanh. U. et P. N. Diss. IX, p. 602. Eckhel. D. N. T. II. p. 146.) et *Πελινναῖον,* quod Strabonî (IX, p. 688. C. p. 689. B. Alm.) *φρούριον* est; cf. Cellar. N. O. A. T. I. p. 853. unde intelliges esse etiam *ἱερὸν Πελινναῖον* aliquod. Ab eodem loco mons Chii Pelinnaeus vocatus est (v. Schol. et Cellar. N. O. A. T. II. p. 11.), ubi Iuppiter cultus; et videtur id oppidum prioribus temporibus haud exigua potentia valuisse, quum Philippi Amyntae aetate bellum Pelinnaeorum contra Pharsalios, Pheraeorum contra Larissaeos memoretur ap. Polyaen. Strateg. IV, 2, 19. Ibi vero Phriciam et eius familiam inter principes fuisse colligo ex ipso poeta vs. 17—21. Neque tamen ab ipsis, qui Pelinnae habitabant, Hippocleae necessariis poeta ad carmen hoc pangendum excitatus est, sed ab Aleuadis, qui Hippocleae pompam ducere cum comissatione volebant: *Ἀλεύα τε παῖδες, Ἱπποκλέᾳ ἐθέλοντες ἀγαγεῖν ἐπιχωρίαν ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα:* Aleuadae enim hoc loco non Thessali universi sunt, sed certi quidam ex nobilissima illa gente viri, Thorax imprimis Pindari hospes, odae huius scribendae auctor (vs. 64.). Quae res me cogit de Aleuadis uberius disserere, praesertim quum neque Ruhnkenius ad Tim. p. 22 sq. et auctores ab illo allati, nec Schneiderus in eximia disputatione Add. ad Aristot. Polit. p. 494 sqq. ita de iis dixerint, ut omnia plane videantur perspicua esse. Attamen ne ipse quidem universum hoc historiae caput tractabo, sed ea quae Pindari causa notanda sint, sola exponam: ex Aleuadarum enim mentione facta haud exiguae interpreti difficultates oboriuntur, quod non intelligitur, primum quomodo Hippocleae coniuncti Aleuadae sint, deinde quomodo Thessaliae stirps Heraclidarum imperet, quae Lacedaemone regnum teneat (vs. 1 — 13.); postremo quid sibi velint Ephyraei vs. 55.

Aleuadarum originem melius cognitam haberemus, si superesset Euphorionis *τὸ περὶ Ἀλευαδῶν,* de quo v. Ruhnk. l. c. et Ephori Cumaei minoris de iisdem liber (v. Suid.): ex Pindaro Heraclidas illos fuisse discimus. Nam etsi Aleuadae non omnibus Thessalis legitima potestate imperasse videntur, tamen quod principum urbium

et maxime Larissae domini fuerunt, vs. 70. Aleuadae fratres dicuntur *ὑφοῦ φέρεσν νόμον Θεσσαλῶν αὐξοντες*, ubi simul vs. 71. pluribus illos urbibus imperasse patet: unde dubium non est, qui vs. 2 — 3. Thessaliae reges Heraclidae dicuntur, iis Aleuadas imprimis contineri, qui paulo post vs. 5. vel nominatim producuntur. Accedit quod Heraclidas esse Aleuadas diserte testatur Ulpianus ad Demosth. Olynth. I. *Ἀλεύας ἀπόγονός τις τοῦ Ἡρακλέος Θετταλὸς ἐτυράννησε Θετταλῶν, εἶτα καὶ οἱ τούτου παῖδες*: et similia habet Schol. Bav. ap. Reisk. T. II. p. 19. Etiam *Eurylochus* Thessalus, belli Cirrhaei dux circa Olymp. 47. Heraclida fuit auctore Thessalo Hippocratis f. in oratione ad Athenienses (Opp. Hippocr. ed. Francof. a. 1621. p. 1293.). A quo tamen Herculis filio Thessalici Heraclidae originem repetiverint, incertum est; ab Aristomacho Cleodaei, Hylli, Herculis f. Aleuadarum genus repeti cum Schmidio et Heynio in nott. critt. putabam: nunc spreta hac sententia vs. 2. *ἀριστομάχου* minuscula littera scribo, propterea quod Aristomachi filii omnes et universum Hylli genus in Peloponnesum migrasse secundum veteres videntur, Temenum dico, Cresphontem, Aristodemum. Sunt autem duo alii Herculis filii, quos Thessalicis rebus coniunctos putem. Alter est *Antiochus*, cuius nomen in Thessaliae dominis redit; etsi is inter Eponymos Atticos receptus est, de qua re vide Pausaniam: alter *Thessalus*, a quo nonnulli Thessaliam dictam perhibebant (Vellei. I, 3.); neque hunc putaverim a stirpe Heraclidarum Thessalica alium habitum esse quam Thessalum Thesprotum, quum Thessalos Penestarum dominos ex Thesprotia immigrasse constaret; et memorabile est Eurypylum, cuius nomen inter Aleuadas bis recurrit, Thessali huius Thesproti avum dici ap. Apollod. II, 7. extr. quamquam alii dissentiunt (v. Heyn. not.). Quid quod Thessalorum duces ex Thesprotia immigrantium Heraclidae vocantur? V. Polyaen. Strat. VII, 44. Hos fuisse *Antiphum* et *Phidippum*, filios Thessali Herculis f. qui Ephyrā Thesprotiae in Thessaliam profecti sint, ex Strabonis loco quamvis mutilo lib. IX. extr. collatis variis lectionibus intelligas: quamquam Homericus catalogus alium his locum assignat Iliad. *β*, 678. Hinc igitur, ni fallor, plurimae Thessalorum nobiles familiae, fortasse etiam Phricias Pelinnaeensis, et maxime *Antiochi gens*, *Aleuadae* et *Scopadae* sive *Creondae* originem repetebant: quae tres celeberrimae Thessaliae familiae a Simonide celebratae erant (Theocrit. XVI, 34 sqq.), equestribus etiam studiis insignes, quod de Aleuadis diserte tradit Athen. XII, p. 534. B. Has vero ternas domus genere coniunctas fuisse vestigia quaedam docent; et de Aleuadis quidem et Scopadis id paulo post demonstrabo: de Antiocho et Scopadis nominum ratio idem evincit, ap. Schol. Theocr. XVI, 34. *ὁ δὲ Ἀντίοχος Ἐχεκράτιδος καὶ Σύριδος υἱὸς ἦν, ὥς φησι Σιμωνίδης*, et vs. 36. *Σκόπας ὁ Κρανώνιος Κρέοντος καὶ Ἐχεκρατίας υἱός*: postremo Antiochi gentem Thessalicam Aleuadis propinquam fuisse vel hoc videtur significare, quod Aleuadarum res Euphorio perscripsit, haud dubie Antiocho Magno Syriae regi, cuius bibliothecae praefuit, gratificans. Ex *Aleuadarum* autem gente primus innotuit *Aleuas Rufus Σιμίου* vel potius *Σιμοῦ* filius et Archedices: hic est *ἄναξ Ἀλεύας* apud Theocritum ditissimus, de quo multa collegerat Euphorio. Schol. Theocr. XVI, 34. *τὰ δὲ περὶ Ἀλεύαν τὸν Σιμίου πάντα ἀνείλκυστο Εὐφορίων. Πύῤῥον* vocatum esse ex Aristotele ap. Harpocr. v. *τετραρχία* collato Plutarcho *περὶ φιλαδελφίας* extr. docet Valesius ad Sozomen. Hist. eccles. I. init. neque alius opinor est Aleuas a dracone amatus, cui auream comam fuisse Hegemon scripsit ap. Aelian. H. A. VIII, 1. quem compilavit Tzetz. Chil. IV, 325. Idem Thessaliam in quattuor divisit partes (Aristot. l. c.), quarum duabus principes urbes Larissa credo et Cranon fuerunt. Ab hoc ni fallor primo Aleuadae vocati sunt *Larissae* imperantes. Larissam enim illis

www.libtool.com.cn

tribuit Plato Menon. princ. ubi *Aristippum* Larissaeum Aleuaden habes, qui Xenophonti Anab. I, 1, 10. Aristippus Thessalus est; item ad Larissam illos referunt Aristoteles Polit. V, 5, 9. (ubi *Ἀλευάδαι οἱ περὶ Σάμον* vel potius *Σιμὸν*, de quo paulo post), Diodorus XV, 61. Ovidius Ib. 325. ubi *Larissaeus Aleuas*, postremo Timaeus Sophista, Scholiastes Platonis, Suidas, qui simul a rege Aleua descendere Aleuadas annotant. Iam huius ipsius Aleuae filii sunt *Thorax* Larissaeus et fratres *Eurypylus* ac *Thrasydaeus*, qui in bello a Xerxe Graecis illato a Persarum steterunt partibus (Herodot. IX, 58. cf. VII, 6. ubi reges Thessaliae vocantur, VII, 172. 130. adde Valck. ad Herod. VII, 6. Pausan. III, 7, 8. VII, 10, 1. collato etiam Herodot. VI, 72. postremo de Thorace v. Ctesiae Pers. c. 24.): hi sunt quos poeta nominat vs. 5. 64. 69. cf. Schol. vs. 99. vulg. Eadem etiam posteris temporibus Aleuadarum fama erat. Nam Olymp. 102, 4. Macedonum regem Alexandrum in Thessaliam vocarunt (Diod. XV, 61.), mox Philippum Amyntae Olymp. 105, 4. (Diod. XVI, 14.): sed eiusdem machinationes contra Aleuadas Larissae tentatas narrat Polyaenus Strat. IV, 2, 1. et Philippum deinceps adversus eos arcessitum ipsorum tyrannidi finem imposuisse docet Ulpianus l. c. Nempe ille proditores, ubi iis uti iam non opus habebat, solitus est abiicere. Quod accidit *Simo* Larissaeo Aleuadae, de quo v. Demosth. de cor. p. 241. 27. Orat. in Neaer. p. 1352. 23. p. 1382. 6. Aleuaden fuisse docet Harpocratio v. atque his auctoribus et hoc nomine fretus etiam ap. Schol. Theocr. *Σιμίου* muto in *Σιμοῦ*, et ap. Aristot. *Σάμον* cum Schlossero in *Σιμόν*. Neque vero dubito *Eudicum* quoque Larissaeum, de quo v. Demosth. l. c. et Harpocr. v. Aleuaden fuisse. Num ex eadem gente fuerit *Thrasydaeus* Thessalus, quem Theopompus (ap. Athen. VI. p. 249. C.) a Philippo dicit popularium tyrannum constitutum esse, ignoratur: nomen tamen viri id suadet: idem haud dubie est, qui inter Thessaliae principes et proditores recensetur ap. Demosth. de cor. p. 324. Et nomen et argumentum, quod tractavit, *Eurypylum* Larissaeum scriptorem ap. Quintil. I. O. XI, 2, 14. ex Aleuadarum gente fuisse persuadet: eundem nominat Athen. XI. p. 508. F. Omitto alios Larissaeorum principes, *Medium* et *Hellanocratem*, quos ad eandem stirpem referendos censeas: v. Schneider. l. c. Sed ex alia familia est Aleuas Niconis in Inscript. ap. Viscont. Catal. Marm. Elgin. XVI. qui quum ille titulus manifeste Orchomenius sit, Orchomenum Boeotiae videtur patriam habuisse. Est etiam Aleuas statuarius, de quo Plin. H. N. XXXIV, 19, 26.

Brevior sum in *Scopadis;* quos *Cranone* regnasse satis certum est, licet eos Pharsalum transferat Schneiderus l. c. p. 491 sqq. de quo in veteribus nihil traditum reperio; nam ex Quintiliano, cuius verba virum doctissimum in errorem induxisse videntur, nihil colligitur, nisi domum Pharsali Scopadas habuisse: quamquam ne de hoc quidem constat. Primus, quem novimus, *Scopas* est illo, quem Simonides celebravit, antiquior, de quo ut gentis auctore loquitur Quintilian. XI, 2, 15. ubi v. nott. Deinde circa Olymp. 46. floruit *Diactorides* Cranonius unus ex Scopadis (Herodot. VI, 128.); praeter hunc notus est *Creon* Scopae illius filius; huius Creontis et Echecratiae filius *Scopas* alter fuit, qui Cranone in patria urbe periit cum convivis, a quibus Simonidem Dioscuri avocarunt: v. Schol. Theocr. XVI, 36. collato ipso Theocrito et Cicerone de Or. II, 86. cui in patria Scopae non obest Quintil. XI, 2, 14. etsi hoc putabat Periz. ad Aelian. V. H. XII, 1. et quodammodo Schneiderus l. c. p. 494. Ut vero a Scopa primo Scopadae vocati sunt, ita alterius huius Scopae pater Creon nomini *Creondarum*, quo Theocritus utitur, originem dedit; et Theocritus quidem, licet Creondas Cranonios faciat, hos ipsos et Scopadas distinguere videtur, quod quomodo defendi possit, non intelligo. Sed hunc alterum Scopam Creontis filium

www.libtool.com.cn
et Scopae primi nepotem, ut dixi, fuisse, docent Phanias Eresius ap. Athen. X, p. 438. C. et Aelian. V. H. II, 41. quod bene notavit Dukerus de Simonide. Idem est, de quo Xenophon Hell. VI, 2, 7. dixit: sed cuius ap. Plutarch. Cat. mai. 18. et de cupidit. divit. 8. mentio fit, is aut Creontis filius habendus aut *Scopas* tertius, qui Socratis et Cyri minoris aetate vixit, *ὁ νεώτερος* Aeliano V. H. XII, 1. Cranonius auctore Diogene Laert. II. 25. ex quo hausit Liban. Declam. XXIX. Ceterum Scopadas Aleuadis consanguineos fuisse Ovidius Ib. 512. docere videtur, ubi Scopadae sunt *sanguis Aleuae*.

Quae hucusque dixi, eo maxime consilio disputavi, ut singulis rebus in unum collectis liqueret, Aleuadas proprie dictos Larissae, Scopadas Cranonis dominos fuisse. Iam vero quum Thorax Aleuades odam hanc procuraverit, ut Hippocleae Pelinnaeensi pompa duceretur, mireris quid sit quod non a Larissaeis, sed ab *Ephyraeis* cani carmen dicatur vs. 56. Ephyraei autem Cranonii sunt, quod bono auctore Cinea Schol. p. 414. docet, ubi in not. animadverti esse hunc Pyrrhi legatum: *Κινέας ὁ ῥήτωρ* dicitur ap. Steph. Byz. v. *Ἐφύρα*. Etenim Ephyram in Thessalia prope Cranonem fuisse plures tradunt scriptores, ut Schol. Nem. VII, 53. Strab. VIII, p. 520. C. Steph. Byz. v. *Κρανών* et v. *Ἐφύρα*, estque ea a Thesprotica haud dubie Ephyra denominata. Huius incolas Homerus Iliad. *ν*, 301. *Ἐφύρους* dixit, de quo praeter Scholia Homerica et Stephanum Byzantium v. Strab. Excerpt. VII, p. 508. A. et lib. IX. p. 674. B. et Eustathium etiam alteram formam *Ἐφυραῖοι* afferentem: cf. ad Iliad. *β*, p. 300. extr. p. 337. 14. Iliad. *ν*, p. 933. 8 sqq. Odyss. *α*. p. 1415. 50. Immo in nummis Cranonis urbis extat titulus *KPANNOT. ΕΦΥΡ.* (Eckhel. D. N. T. II. p. 136.). Contra vero quod Ephyraei phatria Thessaliae ap. Schol. vs. 85. esse dicuntur, id ipsa ratio dicendi sola coniectura niti demonstrat. Num igitur carmen hoc ab Ephyraeis apud Aleuadarum propinquos Scopadas Cranonios cantandum fuisse dicemus? Ne hoc quidem licet: canitur enim apud Peneum (vs. 56.), a quo Cranon longo intervallo distat. Pelinnae cantatum eo minus videtur, quod non Phricias et eius familia, sed Aleuadae poetam ad carmen faciendum invitarunt. Ne multa: omnis tollitur difficultas, ubi odam Larissae in Aleuadarum urbe primum cantandam fuisse dicemus. Quippe sive Thoracis propinquus Hippocleas fuit sive illi imprimis dilectus (*ἑταίρους* Hippocleae Aleuadas Schol. vs. 8. et Thoracem vs. 99. vocat), ut Aristippo Larissaeo Meno Pharsalius carissimus fuit (Plat. Menon. princ.): Hippocleam Thorax Larissam deducere volebat pompa suis sumptibus instructa; chorum in proxima urbe Cranone conducere constituerat, ut Larissam incedens carmen hoc Hippocleae illustrandi causa caneret. Quod quum Pindaro praedictum esset, Ephyraeos nominare non dubitavit.

Vs. 1 — 22. *Thessaliae eadem quae Lacedaemonis felicitas est: utraque enim ab Heraclidis gubernatur: quod si praeter opportunitatem nunc effari videor, id tamen postulant Pythia victoria et patria victoris et Aleuae filii, qui Hippocleae diaulo victori pompam ducere volunt. Ut vero divinitus bonorum initium et finis hominibus contingit, ita etiam Hippocleas Apollini quidem debet victoriam, naturâ vero patris institit vestigiis. Quos utinam fortuna posthac quoque opibus ornet; utinam ne deorum invidia prosperitatem eorum insignem laedat.* Initium carminis Horatium putes respexisse Carm. I, 7, 10 sq. Vs. 2. nunc me scribere *ἀριστομάχου*, paulo ante monui. Vs. 6. cave cum Schol. ad *ἀγαγεῖν* suppleas *με*: ipsi Aleuae filii pompam ducere constituerunt. Vs. 11. τοῦτο est *ταύτην τὴν νίκην*. Vs. 12. simplicissimam iudico rationem, ut *τὸ συγγενὲς* sit subiectum et *ἐμβέβηκε* causativum, intellecto *αὐτόν*: *insita autem natura, ut patris in vestigiis ingrederetur, effecit.* Vs. 15. construe: *ἔθηκε καὶ* (fecit etiam) *ὑπὸ βαθυλείμωνα πέτραν ἀγὼν Λίῤῥας Φρικίαν χραισμοπόδα. Πέτρα βαθυλείμων* Crisaeus est

www.libtool.com.cn

collis, de quo v. ad Pyth. V, 23 sqq. ex hoc loco patet in saxo fuisse amoenum campum, ut multis locis: neque enim poterat *πέτρα βαθυλείμων* vocari, nisi in ipso saxo campus sive pratum erat; nec opus eos refutare, qui *βαθυλείμων* scribi postulant, quo recepto praepositio *ὑπὸ* ab accusativo suo nimium remota esset. Vs. 16. Pal. C. *Φοινικίαν*. Vs. 17. ad verbum *ἔσποιτο* Schol. recte supplet *αὐτοῖς*, ut deinde ad infinitivum *ἀνθεῖν* ex vulgari ratione intelligatur *ὥστε*.

Vs. 23—30. *Felix enim est et poetis praedicandus, qui summorum certaminum Olympicorum, ut Phricias, victor filium viderit Pythia corona insignitum: ad caelum escendere non potest; sed quae ad homines pertinent decora et gaudia, iis potitus est. Ad Hyperboreos nec navali nec terrestri itinere pervenias.* De felicitate patris victoris filium victorem conspicientis cf. dictum Laconis ad Diagoram ap. Cic. Tusc. I, 46. et v. ad Olymp. V. extr. Lectiones *οὔποτ'* et *αὐτῷ* firmat Vindob. 144. *ἂν εὕροις* Par. 2834. Vs. 28. *ἀπτόμεσθα* dativum habet; v. ad Olymp. I, 67 sqq. Ad structuram *ἀπτόμεσθα βροτὸν ἔθνος* cf. si tanti est Nem. III, 70. *ἔχομεν βρότειον ἔθνος*. Verba *περαίνει πρὸς ἔσχατον πλόον* refer ad usitatum genus dicendi de columnis Herculis: v. ad Olymp. III, 36 sqq. Hac vero formula, quae a navigando petita est, transitus paratur ad alteram: *ναυσὶν οὔτε πεζὸς ἰὼν* etc. Vs. 30. usu antiquo, etiam Homerico, *ἀγὼν* est *conventus*, ubi Hyperborei sacra celebrant: v. Schol. h. l. Hesychius: *ἀγών, ὀξύτονον, στάδιον, ἄθροισμα*: cf. etiam v. *ἀγωνία*. Idem passim tradit Eustathius. Hinc Boeoti *ἀγῶνα* dixerunt *τὴν ἀγοράν* (Eustath. ad Iliad. *ω*, p. 1335. 57.).

Vs. 31—54. Sed Perseum olim poeta narrat ad Hyperboreos venisse, qui Apollini asinos mactent et inter musicos ludos epulas celebrent, morbis et senecta liberi, iustissimi homines. Illum eo a Minerva deductum esse, ab illo occisam esse Gorgonem, cuius capite praetento Seriphiis mortem attulerit. Mira haec videri, sed nihil esse incredibile, quod dii effecerint. Iam sese Pindarus a digressione revocat: transeundum esse ad aliud; sic enim hymnos solere ab alia re ad aliam vagari, sicut apis vagetur nulli flori diutius insidens. Vs. 31. expressisse videtur Simmias Rhodius in Apolline ap. Brunck. Anal. T. II. p. 525.

Τηλύγετον δ' ἀφνειὸν Ὑπερβορέων ἀνὰ δῆμον,
Τοῖς δὴ καί ποτ' ἄναξ ἥρως παρεδαίσατο Περσεύς.

Cf. de Hyperboreis ad Olymp. III, 9 sqq. et de vita eorum I. H. Vossium *Alte Weltkunde* I. A. L. Z. 1804. T. II. p. XXX. ubi ex Scymno vs. 182 sq. similia Pindaro attulit de Celtis musicae et festorum conventuum amantibus maximeque hospitalibus. *Δώματα* intellige templum Apollinis, ubi epulae celebratae: v. Pherenicum ap. Schol. Olymp. III, 28. Diodor. II, 47. et Antonin. Liber. Metam. 20. qui sua ex Boeo et Simmiae Rhodii Apolline derivavit. De asinorum hecatomba idem Antoninus dicit; cf. Callim. Fragm. 187. 188. Pindarica respicit Eustath. ad Iliad. *α*, p. 36. med. ubi de Apolline: *οὐκ ἀποστέργει δὲ οὐδὲ ὄνους· Ὑπερβόρεοι οὖν, ὡς ὁ Πίνδαρος ἱστορεῖ, τοιαῦτα ἐκείνῳ κνώδαλα ἔθυον*. Vs. 35. *εὐφαμίαι* laudes sunt ab Hyperboreis Apollini cantatae. Vs. 36. ludere Pindarum recte notat Schol. *Ὕβρις ὀρθία* est de salacibus asinorum gestibus, non de rudentibus asinis: in lascivia asinorum est quod rideas, non in ruditu. De voce *ὑβρίζειν* sensu *lascive exsultandi* cf. Koen. ad Gregor. p. 542. Lips. et Wessel. ad Herodot. IV, 129. Heynius *bene pastos* asinos intelligit: de quo Pindarus vix cogitaverit, etsi opimi fuerunt, qui deo mactarentur. De felicitate Hyperboreorum et longaeva vita nota omnia vel ex Plinii Historia Mundi; cf. tamen Fragm. inc. 53. *Δάφνη χρυσῆ* est *τιμία*; cf. ad Olymp. X, 13. Lauri gratior mentio fit, si cogites chorum cum victore lauro redimitum incedere, atque etiam apud Thessa-

www.libtool.com.cn

los, ut in Boeotia et Attica Daphnephoria celebrata esse: quod docet Inscriptio a Leakio Britanno edita in Walpolii Travels in various countries of the East p. 506. imposita olim donario, quod Ἄπλουνι, hoc est Ἀπόλλωνι, dedicabat Σουσίπατρος ἱερομναμονείσας καὶ ἀρχιδαυχνοφορείσας, hoc est ἀρχιδαφνοφορήσας. Hyperborei Nemesin effugerunt, quippe morum innocentia deorum ultioni non obnoxii. Νέμεσις ὑπέρδικος non est *maxime iusta*, sed ὑπερδικαιοῦσα, *ius exercens, quod supra homines est.* Θρασεῖα πνέων καρδία, πνέων θράσος. De Perseo Seriphiis mortem afferente cf. Pyth. XII, 12. Dativum δρακόντων φόβαισι refer ad ποικίλον. Vs. 51, 52. bene explicat Schol. Σχάνον κώπην est κώπην στῆσον; cf. Schol. Aristoph. Nub. 107. et 737. ac Suid. v. σχάσον: priori loco Schol. ex Pindari hac oda affert κώπαν ἤδη μοι σχάσαι, altero κώπαν σχάσας; Suidas habet κώπαν ἤδη μοι σχάσαις. Photius p. 413. σχάσον· κατάπαυσον, μετάβαλε. Ὕμνων ἄωτος, *flos hymnorum*, id est *floridus hymnus.*

Vs. 55—72. *Hoc autem carmen canentibus Ephyraeis Hippocleam celebriorem me facturum spero ob coronas, quas reportavit. Nam alii alia appetunt: siquis vero id nactus fuerit quod appetivit, ut tu coronas, fruatur bono cito arrepto, futura autem mittat. Equidem, ut dixi, non despero carmen meum gratum futurum; certe fretus sum Thorace, qui id provocavit: is vero et fratres, quum eorum mens experientiâ probata sit, ut aurum lapide Lydio, laudabuntur a nobis, quod Thessaliae res efferunt et augent; nempe penes illos, optimos viros, est iustum a patre Aleua et maioribus traditum imperium urbium.* Vs. 55—58. iunge ἔλπομαι θησέμεν; quod de hoc ipso carmine intellige praesentem victoriam celebrante, non de futuro carmine et futura victoria. Ἔτι καὶ μᾶλλον, *magis etiam quam vel nunc est absque hoc carmine.* Maxime vero nota illud ἕκατι στεφάνων, quo nititur carminis progressus. *Tu per victoriam felix es*, inquit, *et carmine demulceris, certaminibus studens: alii aliis rebus delectantur: ea vero, quae quisque sibi proposuit, ubi consecutus fuerit, satis habere debet nec futura spectare, quae incerta sunt.* Ad παρθένοισι μέλημα cf. nott. Olymp. I, 88 sqq. Ὑπέκνισεν, urit, pungit, sollicitat: cf. ll. cc. in not. critt. et Wessel. ad Herodot. VI, 62. Locum afferunt Schol. Ven. Lips. ad Iliad. α, p. 469. ubi legitur ἔκνιξε φρένας, et Etym. M. p. 379. 38. ubi est: καὶ γὰρ ἑταίροις ἑταίρων ἔκνιζεν ἔρως φρένας. Vs. 61 sq. construe: τυχών κεν ὧν ὀρούει ἕκαστος, hoc est ὅτ' ἂν τύχῃ; ut Nem. IX, 34. Χρομίῳ κεν ὑπασπίζων: σχέθοι optantis est: *is teneat, retineat id quod consecutus est, eoque contentus sit.* Quod vero illi dicitur retinendum esse, vocatur ἁρπαλία φροντὶς ἡ παρὰ ποδὸς, *praesens cura vel studium* sive *id quod concupivit, quodque ei contigit cito raptum cupideque arreptum.* De voce ἁρπαλέαν v. ad Pyth. VIII, 63 sqq. Vs. 64. poeta redit ad id, quod vs. 55 sqq. dixerat, sperare sese fore, ut carmine suo Hippocleae honor accederet; certe Thoracem carmini auctoritatem conciliaturum; iuvenili enim modestia sibi poeta nondum satis confidit alienam opem expetens. Ποινὰν ἐμὰν χάριν, *gratiam* sive *officium*, quod carmine pangendo praesto, *provocans.* De curru Musarum v. ad Olymp. VI, 22 sqq. eum nunc ludibundus vocat ἅρμα τετράορον, quod quaternis strophae antistrophaeque et epodi systematis carmen constat. Verba φιλέων φιλέοντ' (ἐμὲ), ἄγων ἄγοντα (ἐμὲ) προφρ. mutuam Thoracis et poetae caritatem et auxilia significant: ubi alter alterum ducit, iunctim incedentes amici alter alterum sublevant: ut Thorax Pindarum, quum huic carmen scribendum mandat, Pindarus Thoracem, ubi ille hunc laudat. Ad vs. 67. cf. Nem. IV, 82. Vs. 69. ἀδελφεοὺς dicit non solos Eurypylum et Thrasydaeum, sed omnes tres incluso Thorace: de Aleuae enim filiis agi orationis nexus demonstrat; nec quisquam paulo attentior de Hippocleae fratribus cogitaverit, quibus, etiamsi Hippocleam fratres habuisse sciremus, tantum potentiae tribui non

www.libtool.com.cn

potuit, ut Thessaliam regere dicerentur: id quod fratribus Larissaeis, summis homini bus, eximie convenit. *Νόμον Θεσσαλῶν* vocat *rempublicam Thessalorum, quatenus a certam quandam formam et legem constituta est;* cf. Pyth. II, 81 sqq. Vs. 72. mali aliquis *πατρωΐαν*: sed de industria poeta *πατρῴαι* dedit, ut *ipsum imperium* non al Aleuadis occupatum, sed ex patre traditum hereditario iure videretur. Postremo no rediisse poetam ad Aleuadas Thessaliam beantes; a qua sententia exorsus erat.

P Y T H. XI.

Interpretis munere siquis rite fungi constituerit, vix illi ulla oda tantam, quantan haec, difficultatem obiiciet. Primum videamus de tempore victoriae et carminis. Ete nim Thrasydaeus Thebanus Pythia bis vicerat auctore Schol. ad Inscr. *Γέγραπται φῶδὴ Θρασυδαίῳ παιδὶ Θηβαίῳ σταδιεῖ, νικήσαντι κη΄ Πυθιάδα, καὶ λγ΄ δίαυλον ἢ σ διον ἄνδρας.* Alterum confirmat alter Schol. etsi perplexius loquens; neque audi dus Schol. vs. 21. dicens: *αὐτὸς γὰρ ἅπαξ ἀναγράφεται Πύθια νικήσας,* quod no est antiqui grammatici. Illud tamen verum, quo tempore hanc odam poeta scripsit Thrasydaeum nondum bis victorem fuisse. Recte enim Schol. ad Inscr. priori Thra sydaei victoriae hoc carmen tribuit; nam ut taceam vs. 13. Thrasydaeum dici *μνῆσα πατρῴαν ἑστίαν τρίτον ἐπὶ στέφανον βαλόντα*, unde eum nondum sui iuris fuisse patet atque etiam vs. 43. patris mentionem redire, quae licet nihil demonstret, solet tame in iis maxime carminibus fieri, quae pueris destinata sunt: haec inquam ut omit tam, superest argumentum, quo res plane conficiatur. Nam haec, quae nunc celebra tur, victoria familiae est tertia (vs. 14.); atqui prima fuit Olympica curru parta (vs 46—48.), non patris credo, ut Schol. vs. 21. arbitratur, sed alius cuiuspiam; plure fuere Pythiae stadio (vs. 49.), ex quibus quae inter tres illas secunda est, ea parat erat a patre *Πυθονίκῳ* (vs. 43. ubi cave de lectione dubites): igitur una tantum re linquitur Thrasydaei prior victoria. Quae quum ita sint, carmen hoc ad victorian Pyth. 28. Olymp. 75, 3. reportatam pertinet; ipsum vero statim post victoriam canta tum esse liquet. Oda tres fere partes comprehendit, primam vs. 1—16. alteram vs 17—37. tertiam usque ad finem, quae ipsa in duas dispescitur particulas vs. 38—50 et vs. 50—64. Prima parte Semela et Ino Cadmi et Harmoniae filiae divinis hono ribus auctae cum Alcmena convocantur ad Meliam in templum Ismenii Apollinis, the saurum illum aureorum tripodum et oraculi sedem, ubi nunc quoque conventus he roinarum sollemnis et usitatus agatur, ut Themis et Pytho et Delphicum Apollinis do micilium Pythiae victoriae causa celebretur sub vesperam. Etenim prope Thebas Apoll Ismenius cultus est, cui Melia Ismenum et Tenerum peperit: in illo autem templ tripodes plurimi fuerunt, quos eo mittebant *οἱ Θηβαγενεῖς* aureos, et pueri daphn phori si non omnes certe nonnulli aereos. Hinc Pindarus Hymn. 1. in carmine The banis scripto deliberat, num canat *Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν*: plura de Apo line Ismenio et eius sollemnibus dixi ad Parthen. init. et ad Paean. Fragm. 15. Aliu est Tenerium oraculum in Ptoo monte, de quo v. Parthen. Fragm. 9. Sed in Ismeni quoque templo oraculum fuit, ubi Herodoto auctore VIII, 134. deus sacrificiis imm landis (*ἱεροῖς*), hoc est *δι' ἐμπύρων* consulebatur, ut Olympiae; v. Schol. Sopho

www.libtool.com.cn

Oed. T. 21. ad verba tragici *ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ ὁδῷ*: et in hoc quoque oraculo aliquas Teneri partes fuisse Schol. vs. 5. docet; ante templum, cuius locum in colle ad portas Electridas Pausanias definit, Mantus Tiresiae filiae sella fuit. V. Pausan. IX, 10. Müller. Orchom. p. 487. Iam quum Apollo Pythiam Thrasydaeo victoriam dederit, is convocare heroinas videatur, ut proinde verbum *καλεῖ* vs. 8. ad Apollinem referendum sit. Sed si vocem *ἐπίνομον* respexeris, potius cum Schol. Meliam censebis verbi *καλεῖ* subiectum esse: neque enim Apollini, sed Meliae ceterae heroinae *ἐπίνομοι* sunt, quippe *σύννομοι* et paris iuris, ut Thebaicae heroinae. At Melia cur heroinas Cadmi filias convocet, intelligi non potest, nisi apud Meliam illis in Ismenio sollemnes epulas et lectisternium statis temporibus fuisse putemus, credo tum quum Daphnephoria celebrabantur: id ipsum autem docet additum *καὶ νῦν*. *Nunc quoque*, ait, in victoriae sollemnibus, ille conventus cogitur, licet tempore non stato, ut alias. Cur tamen una cum Melia Cadmi filiae in Ismenio cultae sunt? Nempe quod hoc templum et sacrum non Boeoticum fuit, sed Cadmeum: quamobrem *οἱ Θηβαγενεῖς* Cadmei tripodes eo deducunt (v. Müller. Orchom. p. 397 sqq.), et tripodes ibi antiquissimi ante Boeotos Cadmeorum aetate positi fuisse feruntur (Herodot. V, 59.), etiam ab Hercule daphnephoro (Pausan. IX, 10, 4.). Postremo nunc quoque heroinarum conventus agi dicitur, quod pompa victorialis ad templum Ismenium deducitur: sed modo nunc convocantur heroinae, ut Themin et Pythonem canant, necdum congregatae sunt: unde recte mihi colligere videor, carmen in via cantatum esse, non in templo: in templo tandem aliud poema cantatum est inter comissationem *ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ, vespera adulta*, non incipiente sed media, ut *ἄκρα νὺξ* est media et concubia nox. Quod vero Apollini Ismenio ducta pompa est, eius rei non alia videtur causa fuisse nisi quod Apollo victoriae auctor est; neque inde iure collegeris Thrasydaeum aut *Θηβαγενῆ* Cadmeum fuisse aut daphnephorum Apollinis sacerdotem, de quo munere v. Pausan. IX, 10, 4. Potuit tamen et *Θηβαγενὴς* esse et daphnephorus. Nam nomen Thrasydaei videtur significare Aegidam fuisse hunc hominem: occurrit certe hoc nomen in Theronis filio ab Aegida Thera originem repetente (v. introd. Olymp. II.). Aegidae autem haud dubie *Θηβαγενεῖς* fuerunt; eosdem Aegidas potuisse daphnephoros constitui docet Pindari Aegidae filius daphnephorus.

Sed quum in fine primae partis vs. 16. Orestae mentionem poeta iniecisset, iam in secunda huius herois res tractavit, ut illum Arsinoe matris sceleri subtraxisset tum, quum aut propter immolatam Iphigeniam aut propter Aegisthi adulterium Clytaemnestra Agamemnonem et Cassandram caederet, utque Orestes in Phocide hospitaliter exceptus mox redux matrem et Aegisthum trucidasset. Quae quum argumento carminis non connexa videantur, recte putes Scholiasten dixisse vs. 21. vulg. *Ἄριστα ὁ Πίνδαρος τὸ ἐγκώμιον εἰργάσατο, ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς σφόδρα ἀκαίρῳ παρεκβάσει ἐχρήσατο.* Cf. eundem ad vs. 58. vulg. Ipse etiam poeta digressionem disertis verbis agnoscit vs. 38—40. Nihilo magis tamen adducor ut credam Pindarum nihil inepte molientem, annos natum quadraginta quattuor carmen adeo stulte adornasse, quum praesertim haud casu in digressionem inciderit, sed eam de industria quaesiverit, transitu parato verbis *ἐν ἀφνειαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νικῶν ξένου Λάκωνος Ὀρέστα.* Quid quaeso illi dixissent, quibus se mercede conductum carmen scripsisse vs. 41, 42. poeta fatetur, si carmen ipsis obtulisset re plane aliena refertum? Interior potius et interprete egens sensus huic digressioni subest, ut Olymp. II. et Pyth. II. invidiaeque declinandae causa Pindarus illum sensum aliquatenus tegere cupiens universam narrationem tamquam alienam excusat. Quae ipsa excusatio eo me deducit, ut The-

www.libtool.com.cn
banas res civium, apud quos carmen cantatum est, uni et alteri fortasse minus gratas significari putem: neque enim ad talem confugerim coniecturam, qualis haec est, Orestem inter Thrasydaei Aegidae maiores fuisse; quod neque verisimile neque digressionis rationi explicandae idoneum. Quodsi Thebanorum res spectantur, necesse est digressionem ad publicam aliquam calamitatem referri, quae Thrasydaei familiam circa pugnae Plataicae tempus afflixerit: illa enim pugna Olymp. 75, 2. circiter d. XXVII. mensis Attici secundi Metagitnionis, sive Panemi Boeotici pugnata est (v. Ind. lect. Univ. Berol. aestiv. a. 1816. p. 4.), Thrasydaei autem victoria contigit Olymp. 75, 3. mense Attico decimo Munychione (Corsin. Diss. agon. II, 12.): ut proinde haec oda viginti fere mensibus post illud proelium composita sit. Iam vero tale quid in illo episodio latere, ex tertia carminis parte docebo, in qua quidquid dictum est, non potest non victori et publicis rebus accommodatum esse. Nam postea-quam in priore tertiae partis articulo poeta sibi in viam redeundum pronunciavit et familiam Thrasydaei victoriis insignem celebravit, inde a vs. 50. ponit sententias, quarum haec summa est: „Bona divinitus data, quaeque consequi licebat, sectanda esse; mediocria in civitate tutiora esse et stabiliora, ideoque *se sortem tyrannidis reprehendere:* communes se virtutes appetere et sibi habere cupere, adversus quas invidia nihil moliri queat: *quodsi quis summam virtutem adeptus tamen a superbia alienus sit, morientem illum suis pulcherrimam famam relinquere*, ut Iolaum, ut Tyndaridas dimidium aetatis in Olympo degentes." In quibus quod ultimo loco de Iolao et Tyndaridis adiectum est, id eam ob causam assumptum videtur, quod illi maxime ludorum victoriis nobilitati sunt; ita quidem etiam Isthm. I, 15—32. illos heroas nominat in oda Thebano scripta, utroque loco commodissime, quum Iolaus et Dioscuri et stadio et curru insignes fuerint, atque illic curulis, hic stadii victoria additâ etiam curulis decoris Olympiae parati mentione celebretur: Iolaus autem potissimum, utpote heros indigena, poetae ante oculos versatus ad Castores quoque addendos invitasse videtur. Mirere sane in Castoribus adiungi, altero illos die Therapnae habitare, altero in Olympo: verum id eo consilio dictum est, aut ut miraculo maior Castoribus honos accederet, aut ut alicui ex Thrasydaei maioribus illorum simili immortalitatem augurareturexemplum nobilissimum. Sed ut redeam ad sententias, quod sortem tyrannidis Pindarus improbat, id infelicibus Atridarum casibus, sive Agamemnonis, sive Clytaemnestrae et Aegisthi, manifeste aptatum est: igitur si haec sententia a familia Thrasydaei et Thebanis, quae tum fuerunt, rebus non potest aliena haberi, ne episodium quidem de Oreste et Agamemnone sine ratione interpositum videbitur: nisi quod nemo omnia, quae illa digressio complectitur, ita iudicabit Thrasydaei familiae et Thebanis rebus accommodata esse, ut singulae quaeque narrationis partes, etiam Arsinoes, Clytaemnestrae, Cassandrae personae, quas poeta exornandi argumenti causa, prout res acta ferebatur, innexuit, ab interprete respiciendae sint. Propius ad vim illius episodii accedere non licet; si tamen de obscurissima re, quam despero unquam quemquam in clara luce positurum esse, coniectura proferenda est, ea in hunc fere modum exornari poterit. Perierit unus ex Thrasydaei necessariis, non tamen pater, qui superstes est (vs. 14. 43.), sed alius quidam, isque iustus vir, *ἀσυχᾶ νεμόμενος, αἰνὰν ὕβριν ἀποφυγών* (vs. 55.), qui *μέλανα ἀν' ἐσχατιὰν καλλίονα θάνατον ἔσχε, γλυκυτάτᾳ γενεᾷ εὐώνυμον κτεάτων κρατίστων χάριν πορών* (vs. 56 sqq.). Fuerit is homo potens; interemptus sit in turbis, quae ante pugnam Plataicam Thebis fuerunt, per propinquum vel affinem haud minus potentem, ut Agamemno per Clytaemnestram et Aegisthum; excesserit illius familia ex urbe, fortasse in Phocidem; mox ubi Graeci Pausania duce The-

www.libtool.com.cn
bas in deditionem acceperant, Thrasydaei familia aliqua ratione ulta eos sit, qui propinquo necem attulerint, opitulante forsitan Lacone Pausania. Ita quidem Agamemnone significaretur is, qui ex Thrasydaei familia scelere circumventus esset; Oreste illi, qui facinus essent ulti; Aegistho, in cuius nece episodium vs. 37. desinit, iste qui Thrasydaei necessario exitium molitus esset: tyrannidis autem reprehensio eo commodissime referetur, ut poeta nimiam potentiam, quae utrique parti perniciosa fuerit, non appetendam esse doceat, et sibi aequum ius, quod post Thebarum deditionem abolita paucorum dominatione institutum est, maxime probari declaret. Quae quamvis ficta sint, tamen non praeter probabilitatem ita fingi posse, Thebanarum rerum, quae tum fuerunt, ratione considerata intelliges. Primum enim ante pugnam Plataicam Thebis discordias fuisse ipsius poetae locus docet, isque paulo ante id proelium scriptus, Fragm. inc. 125.

Τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ τινθείς
Ἐρευνασάτω μεγαλάνορος Ἁσυχίας τὸ φαιδρὸν φάος,
Στάσιν ἀπὸ πραπίδος ἐπίκοτον ἀνελών,
Πενίας δότειραν, ἐχθρὰν κουροτρόφον:

ex quibus verbis quod Polybius Pindarum Medis favisse colligit, id quidem mihi non probatur: sed illud Polybio credendum, ante Plataeensem pugnam ad Thebanos haec dicta esse, ut Thebani a discordiis revocarentur et tranquillitas atque obsequium optimatibus praestandum commendaretur, quibus Pindarum magis quam populari imperio addictum fuisse credo etiam ob Pyth. II, 87. 88. Accedit Diodorus XI, 4. *διεφέροντο γὰρ οἱ τὰς Θήβας οἰκοῦντες πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς πρὸς τοὺς Πέρσας συμμαχίας.* Igitur etsi Thebani in Medos magis inclinabant a primoribus civitatis in eas partes tracti, altera tamen factio videtur effecisse, ut Thermopylas mitterentur quadringenti milites cum Leonida, duce vel Leontiade, ut Herodotus tradit, vel Anaxandro (Plutarch. de Herod. malign. 33.): *ὁμοίως δὲ καὶ Θηβαίων ἀπὸ τῆς ἑτέρας μερίδος ὡς τετρακόσιοι,* inquit Diodorus; adde de his quadringentis Herodotum VII, 202. Pausan. X, 20, 2. coll. Valck. ad Herodot. Ceterum Thebani Persis terram et aquam dederant (Herodot. VII, 132. 233.); Leonidas tamen quadringentos illos secum duxit experimento fidei (Herodot. VII, 205.), eosque quum ceteros Graecos dimitteret, ob suspicionem Medismi apud se retinuit (ib. 222.): quamquam Plutarchus fidos Graecis illos Thebanos fuisse arbitratur. Sed ut Herodoto (ib. 225. 233.) contra Plutarchi dubitationem et argumenta non admodum tuta concedamus, a pugna illos secessisse, et quum antea inviti dimicassent, inclinante proelio ad Persas transfugisse, a quibus tamen partim necati partim stigmate signati essent: ne hinc quidem colligi potest inde ab initio illos quadringentos Medis studuisse nullasque Thebis de Persarum vel Graecorum rebus capessendis dissensiones fuisse. Postea ad Plataeas dimicantibus Persis Thebani auxilium tulerunt et adversus Athenienses fortiter pugnarunt; non omnes quidem ex animo, sed *οἱ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων, οὗτοι ἔχον προθυμίην οὐκ ὀλίγην,* ut ait Herodotus IX, 67. unde hausit Plutarchus Aristid. 18. Quorum principes fuerunt Attaginus Phrynonis f. et Timegenidas, qui cum reliquis proditionis auctoribus excepto, qui effugerat, Attagino post Thebarum obsidionem traditi et a Pausania rege Corinthi necati sunt (Herodot. IX, 15. 86 sqq. cf. Pausan. VII, 10, 1. Athen. IV. p. 148. F.). Hi vero Thebas in modum tyrannorum rexerant: quod docent Thebani ap. Thucyd. III, 62. *ἡμῖν μὲν γὰρ ἡ πόλις τότε ἐτύγχανεν οὔτε κατ' ὀλιγαρχίαν ἰσόνομον πολιτεύουσα οὔτε κατὰ δημοκρατίαν· ὅπερ δέ ἐστι νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυνασteία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα,*

www.libtool.com.cn

καὶ οὗτοι ἰδίας δυνάμεις ἐλπίσαντες ἔτι μᾶλλον σχήσειν, εἰ τὰ τοῦ Μήδου κρατήσειε, κατέχοντες ἰσχύϊ τὸ πλῆθος ἐπηγάγοντο αὐτόν. Adde Pausan. IX, 6, 1. Plutarch. Aristid. 18.

Complectar nunc paucis annotationes ad vs. 1—37. Vs. 4. ἄδυτον est adiectivum. Vs. 9. ὀρθοδίκης ὀμφαλὸς γᾶς, oraculum Delphicum verax et proinde *iustum*. Vs. 12. χάριν est appositio ad verbum κελαδήσετε (v. ad Olymp. XI, 81 sqq.). Vs. 13. ἑστίαν intellige sacrum in aedibus locum, ubi ara domestica (v. ad Olymp. I, 8—17.). Ibi igitur, utpote in domus penetrali religiosissimo suspensae coronae sunt. In patris autem penetrali suspenditur corona, quia puer Thrasydaeus nondum propria gaudet domo. Ceterum iunge ἐπιβαλὼν στέφανον. Vs. 14. cave deleas comma post participium βαλών; neve vs. 17. scribe νικᾶν: quod tum probari posset, si omnes tres familiae victoriae Pythiae fuissent: sed prima fuit Olympica. Νικῶν est νικητήρ, ut tot aliis locis. Orestes Laco dicitur, quippe Spartae rex factus (Pausan. II, 18, 5. III, 1. 4.). De Orestae nutrice docte disputatur in Scholiis: Γελίσσαν vocat Aeschyl. Choeph. 731. ubi Pindari non oblitus est Schol. Hoc loco Schol. ad Pherecydem provocat, qui si Orestem, ut Pindarus, tum quum Agamemnon occideretur, in Phocidem emissum esse narravit, non potuit illud τριῶν ἐτῶν dicere, unde Gurlittus coniecit τριῶν καὶ δέκα vel δέκα τριῶν: cf. Eurip. Iphig. T. 835. Iliad. ε, 143. Vs. 18. iunge ἐκ δόλου χειρῶν ὑπὸ κρατερᾶν Κλυταιμνήστρας. Vs. 19. Δαρδανίδα accusativum esse mensura docet. Vs. 23. σφαχθεῖσα neutiquam de conatu accipiendum: sive enim Pindaro iudice subtracta Iphigenia et cerva pro ea immolata est, sive ipsam Iphigeniam mactatam putabat; Clytaemnestra quidem virginem, quae matri erepta erat, Dianae caesam esse credidit, τὰ δ' ἔνθεν οὐκ εἶδεν, ut Aeschyli verbis utar Agam. 246. Qua ipsa immolatione Agamemnonis caedem Clytaemnestra excusat ap. Aeschyl. Agam. 1407 sqq. ne alios afferam. Vs. 26. ἔχθιστον ἀμπλάκιον est *flagitiosissimum, odiosissimum, probrosissimum;* quod quum tegi nequeat et a civibus invidiosis maxime vulgetur, eo magis Clytaemnestra *metu mariti* in scelus impulsa est. Vs. 29—30. respondent sibi ἴσχει τε et ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων, de quo genere structurae v. nott. critt. p. 476. Prior sententia haec est: *Magni et felices homines non minori, quam eorum felicitas est, invidiae obnoxii sunt, ideoque vexantur a civibus maledicis.* Οὐ μείονα, aeque magnam atque eorum est fortuna: nolim enim μείονα simpliciter esse μικρόν. Alterum, ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων ἄφαντον βρέμει, cum Heynio ita intelligo, ut *humiles et plebeii homines clam potentium obtrectent laudibus:* quod quum Hermanno iam prioribus, Κακολόγοι δὲ πολῖται, inesse videretur, verbum βρέμειν ex Homerica Εἰρεσιώνῃ interpretatus est *Ferocem esse*, hoc sensu priori sententiae opposito: *Ex plebe homines si ferociores sint, scelera eorum facilius latere atque ignorari quam nobilium.* Quae ratio etsi in universum perpulchra est et ex parte a Schol. occupata, tamen ferociae mentio, ubi de adulterio agitur, videtur incommoda. Aliam explicationem proposuit Gurlittus, cui ὁ δὲ est ὁ φθόνος: sed etiamsi tota haec sententia priori opponi non videtur, tamen ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων me iudice opponitur τῷ ὄλβῳ. Igitur acquiesco Heynii interpretatione, ex qua haec sententia priorem κακολόγοι δὲ πολῖται amplificat et explicat in hunc modum: *Nam primum potentiorum fortuna invidiam invitat; deinde vero humiles et plebeii homines clam calumniantur, fremunt, frendunt;* ut eorum maledicentiae occurri haud facile queat. Sic Olymp. I, 47. ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτίκα φθονερῶν γειτόνων. De sententia cf. Nem. VIII, 22. Χαμηλὰ πνέων, qui humilia spirat et sectatur et proinde humilis est: nam proprie πνέων τι est *aliquid moliens et agitans:* cf. Nem. III, 33. et ibi Dissen. etiam Pyth. X, 44. Qui de vento cogitant, nugantur. Cete-

www.libtool.com.cn
rum hae sententiae vide ne ad familiam Thrasydaei pariter atque ad Atridarum res pertineant. Formam solutam Ἀτρεΐδας ex h. l. aliisque veteres ut Doricam notarunt; v. Eustath. ad Iliad. α, p. 21. 14. p. 13. 20. De Agamemnone Amyclis occiso v. nott. critt. et cf. Müller. Orchom. p. 319. Vs. 50. iunge δόμους Τρώων. Νέᾳ κεφαλᾷ ut diceret, oppositum γέροντα ξένον poetam invitavit. Χρονίῳ σὺν Ἄρει, sera caede: Ἄρην in eadem re eadem vi habes ap. Sophocl. Electr. 1419. Formulam ᾤκτειρεν ἐν φοναῖς circumlocutionem putes esse simplicis ἐφόνευσε: sed rectiorem iudico Scholiastae explicationem de *loco caedis*, ut Iliad. κ, 521. interpretantur veteres: favent etiam Sophoclis verba ab Heynio collata Antig. 696. ἐν φοναῖς πεπτῶτ' ἄθαπτον. Pindaro prior Clytaemnestra, mox Aegisthus caesus dicitur, ut Sophocli Electr. 1411 sqq. apud quem Aegisthus in eodem loco occiditur, ubi Agamemno trucidatus erat: quem locum vide ne φοναὶ significent. Sed Aeschylus Choeph. 859 sqq. Gurlitto notante priorem Aegisthum, mox Clytaemnestram morti dat.

Vs. 38—64. Nexum sententiarum quum introductio doceat, alia in nott. critt. exposita sint, hic quoque nonnisi paucula addam. Vs. 38. τρίοδοι dicuntur ἀμφιπόροι, quod in triviis viae declinant et mutantur. Pluralem τρίοδοι vix opus est ut illustrem post locum Hesychii in nott. critt. allatum: ne quis tamen id poeticum putet, Pindaro, Callimacho (H. in Cerer. 115.), aliis usurpatum, adeo id vel in vulgari sermone usitatum fuisse noto, ut locus Arcadiae Τρίοδοι vocatus sit (Pausan. VIII, 36, 5.). Adde Theophrast. Char. 16. καὶ ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι, ubi cave de pluribus cogites triviis. Vs. 39. ὀρθὰν κέλ. ἰὼν τοπρὶν pertinet ad vs. 1—16. Vs. 42. ἄλλοτ' ἄλλᾳ τραπόμεν φωνάν, *alias ad aliud argumentum vocem admovere*, neque in una re diutius consistere, ut nunc in Oreste, sed transire etiam ad victoris laudes; cf. Pyth. X, 54 sq. Ὑπάργυρος ex vulgari usu res vocatur, quae sub alia materia argentum habeat, ut πρόσωπον ὑπάργυρον ἐπίχρυσον, *persona argentea aurata*: sic ὑπόξυλος et alia; diversum est ἀργυρωθείς Isthm. II, 8. Sed hoc loco φωνὴ ὑπάργυρος dicitur *vox mercede conducta*, cui argentum quasi subsit, utpote causa quamobrem vox canat. Vs. 43. ad formam Πυθόνικος cf. nomen proprium Πυθονίκη ap. Diod. XVII, 108. et Plutarch. l. c. a Wessel. ad Diod. etsi etiam Πυθιονίκη dictum reperies. Vs. 44. τό γέ νυν refer ad τραπόμεν. Vs. 45. ἐπιφλέγει, *splendet*, intransitive. Vs. 49. γυμνὸν στάδιον ut alibi nominatur, quo id distinguatur ab ὁπλίτᾳ δρόμῳ: ceterum notum est Pindari aetate, qui certarunt, nudos prodiisse, ne subligaculo quidem tectis pudendis, quae Graeci olim barbarico more velaverant: cf. Corsin. Fast. Att. T. III. p. 22 sq. Thucyd. I, 6. quem non intellexit Gurlittus. Vs. 48. Θοὰν ἀγώνων ἁρμάτων, *gloriam currus velocitate celeriter paratam*. Vs. 50 sq. quae poeta de semet ipso pronunciat, generatim accipe, ut Pyth. III, 106 sqq. Nem. I, 31. et passim. Vs. 51. ἐν ἁλικίᾳ, *in flore aetatis*, in quo homines, quod sibi proposuerunt, maxime perficiunt. Vs. 54. ξυναὶ ἀρεταὶ sunt virtutes civibus communes, quas non unus et alter, ut tyrannus, exercere possit, sed unusquisque liberaliter educatus: *illis igitur*, inquit, *maxime studeo, illas sector et mihi comparare cupio; quibus qui invident, ii nonnisi sibi nocent*. De voce τέταμαι, *sector, intentus sum*, cf. Isthm. I, 49. ex quo loco illud mihi tenere videor, τετάσθαι ἀμφὶ ξυναῖς ἀρεταῖς non esse de laudibus, quibus virtutes prosequi poeta velit, sed sua consilia poetam exponere, ut audientes inde, quid ipsis et statuendum et faciendum sit, intelligant. Haec est loci sententia, ubi nostram probaveris lectionem, quam praeter Rom. exhibet Pal. C. Ἀμύνεσθαι ἄτᾳ est, *suo damno arceri, propulsari*: ἀμύνεσθαι passive dici qui negavit, non videtur cogitasse ἀμύνειν τι et τινὰ dici, ut Nem. I, 50. IX, 37. et ubivis. Fa-

www.libtool.com.cn

teor tamen haec mihi non satisfacere, libensque accederem Hermanno nunc scribenti, *Φθονεροὶ δ' ἀμεύονται· τᾶν εἴ τις* etc. hoc sensu: *communibus virtutibus operam do, quo avertuntur invidi;* si modo illud *Quo* in Graecis inesset aut in hoc verborum tenore suppleri posset, quod vix crediderim. *Ἄκρον ἐλὼν* explicandum de *summis virtutibus, at popularibus:* quod magnopere commendat Hermanni coniecturam *τᾶν*; quamquam etiam absque illo *τᾶν* verba *ἄκρον ἐλὼν* non de tyrannica potentia, sed de aliis decoribus, ut ludorum victoriis, intelligi debere docet additum *ἀσυχᾶ τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν ἀπέφυγεν.* Hac autem re et morte pulchriore, non inhonesta, liberis quisque relinquit *gratiam et famam celebrem, rem optimam omnium, quas possident homines.* Vs. 60. *διαφέρει, divulgat et clarum reddit.* Ad fabulam de Dioscuris v. Nem. X, 55 sqq. et extr. Odyss. λ, 299 sqq. Dissen. ad Nem. l. c.

P Y T H. XII.

Midas Agrigentinus tibicen victor fuit Pyth. 24. et 25. itemque Panathenaeis, auctore Schol. ad Inscr. itaque oda haec Olymp. 71, 3. vel 72, 3. assignari debet. Et dicat aliquis priorem nunc victoriam celebrari, quod de duabus nihil in hoc carmine dicatur: sed tale argumentum probabile in oda, ubi id singulares quaedam rationes efficacius reddant, hoc loco parum firmum est. Certabant autem ea aetate in Pythiis tibicines tibiis assis (*ψιλῇ αὐλήσει*); nam cantus ad tibiam (*αὐλῳδία*) secunda erat Pythiade sublatus: v. Pausan. X, 7, 3. et cf. Polluc. IV, 81. qui prius bene *ἄχορον αὔλημα* vocat: adde Strab. l. c. Metr. Pind. p. 182. Inter certandum Midae aliquam calamitatem accidisse credendum est veteribus, quibus Schol. narrationem suam satis disertam debet; illi autem ex Pythionicarum indicibus eximiam videntur notitiam duxisse. Ceterum memorabile est initio carminis Agrigenti urbis pulchritudinem et elegantiam celebrari: de qua v. Polyb. IX, 27, 8. Diod. XIII, 82. Et sub Therone quidem tyranno ex Punica praeda inde ab Olymp. 75, 1. urbs magnifice ornata est (Diod. XI, 25.); sed ex hoc loco etiam ante Theronem splendide instructum Agrigentum fuisse patet: et Agrigentinos in templa deorum aedificanda iam tum opes erogasse historiola docet, ex qua Minervae aedes exstruenda Theroni tyrannidis capessendae ansam praebuit (v. ad Olymp. II, 1 sqq.). Enimvero haec oda liberâ republicâ ante Theronis principatum composita est, qui incipit ab Olymp. 73, 1. (v. ad Olymp. II. introd.) Carmen scriptum reduci Midae, ut pompam Agrigentum ducente victore caneretur (vs. 1 — 5.).

Vs. 1 — 18. *Accipe, o Agrigentum, Midae coronam Pythiam Midamque ipsum, qui Graecos vicit arte inventa a Pallade, quae Gorgonum imitata est lugubres sonos tum editos, quum Perseus ex tribus unam occidisset, Seripho insulae et Seriphiis fatum adducturus. Quippe hic Phorci filias perdidit, ac Polydectae funestum reddidit et munus symbolarum in convivio olim postulatum et matris suae Danaes servitium invitumque coniugium, Medusae capite abscisso.* Agrigentum urbs quasi heroina invocatur, commixtis, ut solet, heroinae urbisque attributis. Urbs sacra est Proserpinae et in colle posita prope fluvium Acragantem: v. ad Olymp. II, 1 sqq. et de colle cf. Fragm. Encom. 2. ubi Agrigentum dicitur *ὑψηλὰ πόλις*, item Polyb. IX, 27. Hinc perspicua sunt verba *ἄ, τ'*

www.libtool.com.cn

ὄχθαις ἔπι μηλ. ναίεις Ἀκράγ. ἔνδμ. κολώναν, ὦ ἄνα, quae de Agrigento dicta sunt: nam quo pacto haec nuper ad Proserpinam referri potuerint, non capio. Vs. 4. construe σὺν ἀθανάτων, ἀνδρῶν τ' εὐμενίᾳ, *cum favore deorum et hominum:* genitivus voci δέξαι male iungitur in Act. philol. Monac. T. I. F. 1. p. 50. Contra dativus Μίδᾳ coniungendus verbo δέξαι est, *accipe a Mida Pythiam coronam:* v. nott. critt. p. 461. Ἑλλάδα, *aemulos concertantes*, quod bene notavit Heynius; ita quidem, ut qui principes Graeciae artifices in certamen prodeuntes vicerit, *Graeciam* vel *Graecum conventum* vicisse dicatur. Cf. Pyth. XI, 50. Isthm. III, 48. Nem. X, 25. Vs. 8. διαπλέξαισα, *artificiosis nexibus flexibusque componens*, ut Pyth. II, 82. ἀγὰν διαπλέκειν. Vs. 9. construe: ὑπὸ παρθενίοις ὑπό τε ἁπλάτοις ὄφιων κεφαλαῖς; nempe et Gorgonum ipsarum et serpentium capita sonitum ediderant, serpentium dico, qui in Gorgonum erant capitibus. Vs. 12. pernicies afferri dicitur et Seripho et Seriphiis: vera enim haud dubie lectio est λαοῖσι τε: Seripho quidem, quod saxum inde ab eo tempore facta est; Seriphiis, quod una cum Polydecta periere insulanorum multi (v. Pyth. X, 47 sqq.). Solum tamen Polydectam in saxum versum dat Ovid. Metam. V, 242 sqq. Vs. 13. μαύρωσεν est de occaecatis uno oculo subducto trinis Gorgonibus (v. Schol. h. l. et Nem. X, 6.); deinde vs. 16. reditur ad unius Medusae caedem, de qua iam vs. 11. dictum erat. Fabulam de *Polydecta* et reliqua explicat Schol. Pyth. X, 72. vulg. et Apollodorus II, 4, 2. 3. c. nott. Heyn. Ἔμπεδος δουλοσύνη, *diuturna servitus.* Vs. 16. εὐπάραος pulchritudinem faciei designat, qua Medusa cum Minerva contendebat: v. Schol. et Apollod.

Vs. 18—32. *Ex hoc igitur labore Perseo servato Minerva invenit tibiarum artem, imitans Euryalae Gorgonis planctus* (Stheno omittitur); *inventa autem arte, quam hominibus traderet, nomum illum denominavit Polycephalum, qui aes tenue et calamos Cephisios chori comites permeat.* Iam quoniam Midas non sine labore atque insuper insperato vicerat, adduntur sententiae, quae si ad solam Persei fortunam referrentur, frigidae forent; etsi Persei eadem experti res ad eas deducere non nego. *Felicitas*, inquit, *hominibus non sine labore contingit; sed deo omnia facilia sunt, eoque adiutore fortuna cito perficitur:* quod in Persei rebus comprobatum est Minerva adiuvante ex periculis servati: nec minus in te. *Quod fatale est, nemo effugerit:* neque tu casum infaustum devitare potuisti: *sed fortuna saepe ea affert, quae minime speraveras, atque ubi infausta acciderint, ex his ipsis felicitatem elicit:* quod in te cernitur, qui quum tibia praeter exspectationem fracta de victoria desperasses, ipso hoc infortunio victor extitisti (v. Schol.). Gorgonum sonos imitantem Minervam tibiarum usum invenisse, nota res. Non tamen, ut est qui putet, huc pertinet *Minerva Musica.* Plinius. H. N. XXXIV, 19, 15. de Demetrio statuario: *Idem et Minervam, quae Musica appellatur, quoniam dracones in Gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resonant.* Schneiderus ad nostrum locum comparat Nonnum Dionys. XXIII, p. 622. ubi de Minerva:

Ἦ ποτε Γοργείων βλοσυρὸν μίμημα καρήνων
Φθεγγομένων Λίβυν εὗρεν ὁμοζυγέων τύπον αὐλῶν.

Et hic quidem inventum Palladis in patria Gorgonum Libya ponitur, ad Tritonidem paludem (cf. Pausan. II, 21, 6 sqq.), ubi culta Minerva; notaeque sunt Libycae tibiae: sed acute Müllerus Orchom. p. 356. fabulam de tibiis inventis a Tritone Boeotiae fluvio et palude Copaide ad Libyam coniicit translatam esse; neque quidquam obstare videtur, quominus Pindarum tibiarum inventionem in Boeotia collocasse putemus, ubi Minerva Ἰτωνία et Ἀλαλκομενηΐς et Ὀγκαία; immo secundum Pausaniam ipsa Τριτογένεια a Boeotico Tritone vocata ferebatur. Ibidem sunt calamorum optimi:

www.libtool.com.cn

et Stheno atque Euryala Gorgones Perseum usque in Boeotiam persecutae sunt (Schol. vs. 31.), ubi tandem earum planctus Minervam dixeris imitatam esse calamis Cephisiis vs. 25—27. memoratis; illic demum, in Boeotia, omni periculo exemptus Perseus erat (vs. 18.). Sic illa, quae vs. 25—27. de calamis Cephisiis dicuntur, non iam vacabunt, sed rei accommodatissima erunt; ac profecto nihil in hoc carmine alieni ornatus assumptum esse ex iis perspicies, quae de Polycephalo nomo statim addentur. Sed transeo ad singula. Vs. 21. iunge *χριμφθέντα ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων*, quod Schol. exponit *ἐκδοθέντα*. De voce *χρίμπτω* multis egit Ruhnk. ad Tim. p. 104 sqq. ex cuius disputatione inter alia patet dici *ἐγχρίμπτειν ἰὸν, κέντρον, immittere venenum, stimulum;* propius ad Pindari locum accedit usus Aeschyli Sept. c. Theb. 64. *ἐγχρίμπτεται βοὰ, vehementi ictu vox admovetur auribus.* Ita igitur *γόος χριμφθεὶς ἐκ καρπ. γεν.* est *planctus ex genis auribus audientium vehementer admotus. Εὑροῖσ' ἀνδράσι θν. ἔχειν*, quippe quod Minerva non ipsa tibiis uti voluit sed eas abiecit: v. Athen. XIV, p. 616. E. sqq. cf. Böttiger. in Wieland. Mus. Att. T. I. P. II. Minerva autem modum a se inventum vocavit *κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον*, quo certum quendam nomum significari constat; unde tamen is vocatus sit, dubitatur ap. Schol. *Οἱ δὲ*, inquit, *κεφαλὰς ἀκούουσι τὰ προοίμια*, ut sit *ᾠδὴ διὰ πολλῶν προοιμίων συνεστῶσα*: alii nomen a choro quinquaginta virorum ductum putabant, quod vel hanc ob causam improbes, quod non *αὐλῳδικὸς* is nomus fuit, sed *αὐλητικὸς*, tibiis assis; de quo postea. Pindarus quidem hunc modum a capitibus serpentium multis, quae in Gorgonum capitibus erant sibilumque edebant, denominatum censuit; etenim vs. 9. Minerva imitata dicitur *ὀρῆνον παρθενίοις ὑπό τ' ἀπλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς λειβόμενον*: et haec etiam Scholiastae vs. 15. et 39. vulg. sententia est. De nomo ipso Schol. vs. 39. *ᾠδὴ οὖν διὰ πολλῶν προοιμίων συνεστῶσα, ἣν λέγουσι τὸν Ὄλυμπον πρῶτον εὑρηκέναι.* Is fuit, ut dixi, *αὐλητικὸς*, in Apollinem. Plutarchus de musica c. 7. *λέγεται γὰρ τὸν προειρημένον Ὄλυμπον αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα, τὸν καλούμενον Πολυκέφαλον. εἶναι δὲ τὸν Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου, πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους· οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν Πολυκέφαλον νόμον γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου· ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον.* Vides hunc nomum cum aliis antiquissimis apud Graecos in festis deorum usitatum fuisse atque etiam a Pratina Pindari aequali celebratum esse: quum autem Apollineus fuerit, vix dubitem hoc ipso nomo Pythia Midam vicisse. Hinc intelligis, cur a Pindaro de tibiis inventis narratio in hoc sit carmine proposita. Illud poetae fabulosa historicis de industria praeferenti condonabimus, quod *Πολυκέφαλον νόμον* a Minerva ex Gorgonum imitatione inventum et a multis serpentium capitibus denominatum perhibet: verius illi, qui Olympi nomum, quem putabant, ob multa capita partesque cantici *Πολυκέφαλον* dictum esse contenderunt. Quae quum nominis ratio sit, idem etiam citharoedico nomo inditum reperitur. Hesychius: *Πολυκέφαλος, τῶν κιθαρῳδικῶν τι μέλος.* Talis fuit *Πυθικὸς* quoque *νόμος*, quem longo post Pindarum tempore Timosthenes ex citharistarum tibicinumque et citharoedorum musica composuit (v. Metr. Pind. p. 182 sq.). Ab illo autem Polycephalo fortasse diversus *Ἀθηνᾶς νόμος*, quem certe Pollux ab Apollineo distinguat (v. Poll. IV, 77. coll. IV, 66. Hesych. v. *Ἀθηνᾶ*), licet is quoque varius et multiplex fuerit (Plat. Cratyl. p. 417. E.). Iam vero Polycephalum nomum Pindarus dicit *εὐκλεᾶ λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων*. Bellica certamina

www.libtool.com.cn

plane hinc aliena male intelligunt novitii interpretes: unice recte Schol. *ἔνδοξον ὑπόμνημα τὸ τῶν ἀγώνων τῶν τοὺς λαοὺς σοσύντων καὶ παρορμώντων εἰς τὴν θέαν.* Nam festis deorum celebrandis nomum illum inservisse docuimus, ipsis etiam Pythiis, sc tum haud dubie quum Midas certaret: igitur *ἀγῶνες λαοσσόοι* sunt certamina sacra spectatorum turbam congregantia; nam *ἀγὼν ὀτρύνει ποτὶ βουθυσίαν ἀέθλων τε κρίσιν* (Nem. X, 23.). *Λαοσσόον* est quidquid turbam populi qualemcunque concitat: etsi maxime de bellico tumultu dicitur. *Μναστῆρα, qui meminit rei eique studet.* Cf. Nem. I, 16. Isthm. II, 5. cum nott. Ceterum qui artem Pindari noverit, intelliget, cur noluerit scribere *εὐκλέων λαοσσόον μναστῆρ' ἀγώνων.* Nam etsi etiam nomus ille potuit *λαοσσόος* dici atque agones *εὐκλεεῖς,* nunc tamen *nomus* laudandus erat, quo Midas vicerat: itaque hunc dixit *εὐκλεᾶ,* non *εὐκλέων ἀγώνων.* Accedit quod magnificentius sonat *εὐκλεᾶ λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων,* exilius *εὐκλέων λαοσσόον μναστῆρ' ἀγώνων*: soni autem gravitatem de industria Noster quaerit, huius quoque rei artifex admirabilis; leniter sonantia declinat. Hinc recte eum austerae compositionis auctorem Dionysius Halicarnassensis dicit; hinc illud Arcesilai philosophi ap. Diog. L. IV, 31. *Πίνδαρον δεινὸν εἶναι φωνῆς ἐμπλῆσαι*: hinc et ob sententiarum gravitatem est *μεγαλοφωνότατος* vocatus. Nunc autem ubi de auletico nomo canit, plenior sonus tibiis conveniens etiam magis captandus erat. Quod legitur in nonnullis libris *λαοσσόον,* potuit et ipsum ferri: pulchrius tamen est *λαοσσόων,* et ob sonum pleniorem et ne *ἀγῶνες* careant epitheto. Postremo qui *agones* intelligendi sint, dubitari potest. Primum cogites de *gymnicis,* quia gymnicis ludis Pythone coniuncti sunt hi musici, quibus vicit Midas; et *Πυθικὸν αὔλημα* etiam Olympiae pentathli saltui accinebatur (Paus. V, 7.): itaque dicas *certaminum gymnicorum studiosum* dici nomum Pythium auleticum. Sed nulla causa est, cur non *musicorum certaminum studiosus* nomus dicatur, quippe quo tibicines in ludis musicis certaverint; ac praeferenda esset haec explicatio, si modo aut gymnica certamina exclusis musicis, aut musica exclusis gymnicis intelligenda essent. Sed Pindarus quae non distinxit, non debent ab interprete distingui. Ille dixit simpliciter *ἀγώνων*; itaque certamina generatim intelligenda sunt: his enim studet ille nomus, quum in Pythiis ludis promitur, qui et musici et gymnici sunt. Haec de nomo Polycephalo. Idem in seqq. dicitur *λεπτοῦ διανισσόμενος χαλκοῦ θαμὰ καὶ δονάκων, τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ ναίοισι πόλει Χαρίτων,* iucundissime. Tibiam aere vel orichalco vinciri, unamque et alteram partem aeream habere, non est quod demonstrem: cf. tamen Hor. Epist. ad Pis. 202. Hoc loco ea potissimum aerea pars intelligitur, quae admovetur ori. Calamos poeta dicit nascentes prope Orchomenum Gratiis sacram urbem chorisque insignem, Charitesiorum maxime (v. Oecon. civ. Ath. T. II. p. 357 sqq.). Scribi posse *καλλίχορον* et *πόλιν,* dixi in nott. critt. *πόλιν* bis habet Schol. et praeter Par. B. etiam Pal. C. Illi vero calami tibiis faciendis unice aptissimi fuerunt; vide eximium locum Theophrasti Hist. Plant. IV, 11. et intt. Salmas. ad Solin. p. 82. A. Müller. Orchom. p. 73 sqq. Ii nasci dicuntur *Καφισίδος ἐν τεμένει. Καφισὶς* est palus Copais, Fragm. inc. 108. Iliad. *ε,* 709. Hom. Hymn. Apoll. 280. Pausan. IX, 24, 1. IX, 34, 4. Igitur aut *Καφισίδος τέμενος* simpliciter est palus Cephisis sive Copais, ut si dixeris *Ἅλιος τέμενος* pro *Ἅλιει*; aut quod magis probo, palus Copais *τέμενος* Cephisidis nymphae dicitur, quia si palus ipsa Cephisis est, debet etiam nympham Cephisidem habere. Elegantissime autem Copais palus *τέμενος, lucus* vocatur, in quo calami vigeant velut arbores in luco. Calami dicuntur *πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες,* quod comites choricis cantoribus adsunt et cantus quasi legitimi iustique probatores (*δοκιμασταί*). De vs. 29 sqq. v. nott. critt. ex quibus tamen priorem animadversionem re-

www.libtool.com.cn

tracto. Quippe olim lectum est ἐκ δὲ τελευτάσει νιν (τὸν ὄλβον) ἤτοι σάμερον: in quibus verbis quum putarem inesse significationem praesentis Midae felicitatis, scripsi ἐκ δ' ἐτελεύτασεν, ex qua lectione σάμερον ad diem pompae pertinebat: „*Hodie vero sane deus felicitatem tibi paravit*, pompae ducendae facultate tibi oblata per victoriam, quam numini debes." Sed repudiata hac lectione et repetita antiqua scriptura ἐκ δὲ τελευτάσει νιν ἤτοι σάμερον ita locum interpretor, ut fere Schmidius ceperat: *Siqua inter homines felicitas est, non potest sine labore contingere; at numen tamen profecto vel hodie eam perfecerit;* hoc est: *Numine favente citissime perficitur prosperitas*, mora non longa sed brevissima. Etiam ἀελπτίᾳ fortasse non mutandum erat: βαλὼν ἀελπτίᾳ τινὰ est *percutiens aliquem re non exspectata*, non tamen opprimens, ut Heynius dicebat: atque illud loco non male convenit.

www.libtool.com.cn

LUDOLPHI DISSENII

EXPLICATIONES AD NEMEA.

NEM. I.

Chromius Agesidami filius, cui scriptum hoc carmen et quod infra habetur nonum, artis equestris dicitur fuisse peritissimus, cf. Schol. vs. 8. Praestans robore et virtute dilectus fuit Geloni iam tum quum hic Hippocrate Gelae regnante equitatui praefectus ad Helorum contra Syracusanos pugnavit, eiusque commilito factus egregiam laudem ex illa pugna adolescens reportavit. Vid. Nem. IX, 42. ibique Schol. vs. 93. 95. Unde simul liquet Chromium Gela fuisse oriundum. Hinc cum Gelone concessit Syracusas, atque interfuit haud dubie bellis etiam iis, quae postea a regibus Syracusanis gesta sunt. Unde bellicam viri virtutem Pindarus eximie laudat hic et Nem. IX. Nam et sororum unam ei in matrimonium dedisse Gelo et filii curam commisisse traditur, cf. Schol. Nem. IX, 95. coll. Schol. Pyth. II, 34. ubi Hieronis dicitur *κηδεστής*. Nec minus gratus fuisse videtur Hieroni, cuius olim auriga fuisse perhibetur (Schol. Nem. I, 8.); ab eodem missus ad Anaxilaum Regii tyrannum, hunc a bello adversus Locros deterruit (Schol. Pyth. II, 34.): ac praefectus adeo fuit per aliquod tempus Aetnae, de quo mox dicam. Adde Chaeridem ap. Schol. Nem. I, 49.

Videamus iam quid de temporibus huius et noni carminis probabiliter statui possit. Constat Aetnam ab Hierone conditam Olymp. 76, 1. (v. ad Olymp. I.) idemque, *κτίζωρ Αἴτνης*, Pythiad. 29. Olymp. 76, 3. Aetnaeum se pronunciari iusserat reportata victoria Pythia carmine Pythio primo celebrata. Quum rex huic urbi ornandae quantum posset prospiceret, mirum non est, si etiam Chromium Aetnaeorum civium numero adscripsit, quem tamen regiae stirpi affinem non continuo dicam inde ab eo tempore semper ibi degisse. Habitantem eum videmus Aetnae in carmine nono, quum ab Hierone *ἐπίτροπος* urbis esset constitutus, ut tradit Scholiastes ad carminis illius initium. Illud igitur carmen manifesto ibi cantatum est. Hoc tamen mirum quod traditur Chromius Aetnae *ἐπίτροπος* fuisse, quum ex carmine Pythio primo vs. 70. c. Schol. constet, Hieronem filium suum Dinomenem ei urbi praefecisse. Neutrum horum per se negari potest; utrumque traditur fide historica. Quare equidem sic censeo. Dinomenem et Chromium eodem tempore Aetnae fuisse praefectos, plane incredibile est. Videtur igitur Dinomenes, quum conderetur et ordinaretur colonia, eo

www.libtool.com.cn
missus esse ab Hierone, ut in partem honoris veniret operae in ea re collocatae; qui quum primis annis eam regeret, Pindarus in carmine Pythio primo circa ea tempora scripto recte videbitur hoc memorasse. Post Dinomenem Chromius ad urbem gubernandam vocatus est. Quare carmen nonum pluribus post Aetnam conditam annis statuo esse scriptum. Nihil dicat qui opponat urbem ibi vs. 2. nominari *νεοκτίσαν*. Nam ne potuit quidem aliter appellari etiam pluribus annis post quam condita erat, nec dubitavit Pindarus Camarinam, restitutam Olymp. 79, 4. *νέοικον* dicere Olymp. V, 8. victoriam celebrans Olymp. 82. reportatam. Quare haec probabiliter ita nobis constituisse videmur. Veniendum iam est ad carmen Nem. primum. In hoc et Syracusas videmus memoratas et Iovem Aetnaeum. Fac scriptum esse hoc carmen post nonum, et valde mirum videbitur, quod poeta non in primo post migrationem carmine sed in secundo demum laudat priorem Chromii sedem, Syracusas, imprimis si contuleris quae ego infra ad huius carminis exordium disputavi. Malo igitur carmen hocce prius scriptum credere, nec movet me quod ex hac ratione Chromius post Nemeaeam victoriam reportavit Sicyoniam, donec probes ei, qui in periodicis vicerit ludis, non licuisse adire minores, praesertim quum Pythia Sicyonia minime ignobilia fuerint. Ac priorem fuisse victoriam Nemeaeam significat etiam Scholiastes ad huius carminis vs. 8. quamquam non constat utrum de coniectura an historica fide. Tamen quare eum plane contemnam non video. Quae quum ita sint, equidem etiam hoc coniicio, Ortygiae, non Aetnae carmen esse cantatum. Nam Aetnaeum quidem Iovem poeta nonnisi uno verbo nominat, Ortygiam vero laudat disertius, quod ita explicari posse videtur, si Chromius etiam tum habitabat plerumque Syracusis, adscriptus autem etiam Aetnaeorum civium numero Aetnaeum se iusserat pronunciari Hieronis causa. Aetnaeum enim recitatum esse et Iovis Aetnaei mentio docet et Schol. ad Inscr. ex Didymo tradit: a quo nolim recedi. De anno Boeckhius: „Carmen videtur paulo post Aetnam conditam scriptum, Olymp. 76, 4. quum Pindarus in Sicilia versaretur, quo non ante extremum annum Olymp. 76, 3. devenit, nec post inceptum annum Olymp. 77, 1. (v. ad Pyth. III. et Olymp. I.): Olymp. 76, 4. autem acta Nemea sunt (v. Indicem Temporum). In Sicilia fuisse Pindarum, quum hoc carmen scriberet, ex vs. 19 sqq. coniicio: poeta enim carmen ante aedes Chromii cantatum iri et epulas apparatas fore vix potuerit nisi praesens resciscere: certe prius tam singulare est, ut dici a poeta ex coniectura non potuerit. Neque illum locum de solo choro excluso poeta intellexerim, quum poetam mihi persuaserim suam et chori personam non distinguere. Aliter nonnemo, qui carmen hoc in Olymp. 76, 2. et Nemeaeum nonum in Olymp. 76, 4. refert, ex poetae silentio mire argumentatus carmen Nem. I. ante Cumanam pugnam (Olymp. 76, 3.) scriptum esse." De loco ut pauca addam, hoc quidem Nem. primum cantatum est ante aedes Chromii, ut Pindarus ipse significat vs. 19 sqq., quasi privata amicorum gratulatione, paratis splendidis epulis, quibus post cantum excipérentur choreutae ceterique praesentes. Addam pauca de verbis memorabilibus Scholiastae ad vs. 7. ubi haec leguntur: *ἢ εἰς χάριν τοῦ Διὸς ἢ ἕνεκεν τοῦ Διὸς, παρόσον ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ ἐν τῇ παινηγύρει τοῦ Αἰτναίου Διὸς ἦγον οἱ περὶ τὸν Ἱέρωνα τοὺς ἐπὶ τοῖς στεφανίταις ἀγῶσι πεποιημένους ἐπινίκους καὶ ᾖδον*, quem locum pars interpretum plane neglexit, alii perperam ceperunt. Apertum est regem Iovis Aetnaei sacra administrantem et urbi a se conditae insigniter faventem hoc instituto festi Aetnaei splendori augendo eximie prospexisse, neque habet ea res quod mirum sit, modo ita explices ut ne pugnet cum Pindari verbis. Etenim hoc carmen Nem. tum quum primum caneretur, cantatum esse ante aedes Chromii, minime vero

www.libtool.com.cn
in *παννηγύρει*, hoc tam clarum est ut nihil possit esse clarius, atque etiam alia carmina tum facta suo quodque loco quo minus canerentur non impeditum est, opinor, eo instituto. At potuerunt ea alio tempore repeti in sollemnitate Iovis Aetnaei, quemadmodum etiam hoc carmen iterum cani potuit in illo festo. Illud hic mirum esset, si Scholiastes diceret, haec carmina tum quum primum canenda essent, postulatum esse ab Hierone ut in illa sollemnitate canerentur; hoc autem nec dixit nec potuit dicere, quoniam contrarium habet Pindarus. Est igitur Hieronis institutum ab huius carminis explicatione alienum, erravitque Scholiastes in eo quod verba *Διὸς χάριν* inde explicanda censuit.

Vs. 1—12. De Ortygia, quae vulgo Insula dicta, nobili Syracusarum parte, v. ad Olymp. VI, 92 sqq. Ego ponam quae huius loci sunt. Diana cum Alpheo eandem habebat aram Olympiae, vid. Herodorum in Scholiis ad Olymp. V. vs. 10. Pausan. V, 14. fuitque culta cum Alpheo apud Letrinaeos, cf. Pausan. VI, 22. et apud alios etiam, ut equidem suspicor, in illis regionibus. Erat igitur huic Dianae aqua sacra, quam rem hodie non ignorant mythologi. Hoc cultu Dianae ex Peloponneso in Siciliam translato, nam inde translatum dubitari nequit, etiam Alpheus secutus est, h. e. eadem sacra Syracusis sunt instaurata. Nam in Ortygia omnis aqua sacra fuit (cf. Schol. p. 428.) ipsaque dea ad fontem Arethusae colebatur, ubi est *ποταμία* et *Ἀλφειώα*: v. Schol. ad Pyth. II, 12. et nott. Pyth. II, 1 sqq. Finxerunt igitur Alpheum per mare secutum in Ortygia se cum Arethusa miscuisse, de qua fabula plena omnia, Strab. VI, p. 270. (ubi locus noster affertur, ut ap. Cic. ad Att. XII, 5.) Plin. Hist. Nat. XXXI, 5. Beckm. ad Antig. Caryst. hist. mirab. c. 155. Göller. Fragm. Sic. p. 303. Ipsa vero Ortygia dicitur *δέμνιον Ἀρτέμιδος, Δάλου καφιγνήτα*. Difficillima est quaestio de Ortygiis, nondum absoluta iis, quae I. H. Vossius disputavit in Append. Ephemerid. Ienens. 1804, p. XI. Nec a nobis ea res plane expediri potest. Tamen non dubitamus, Syracusanam insulam post adventum demum Graecorum e Peloponneso profectorum Dianae sacratam; quare si Ortygiae nomen cum Dianae cultu coniunctum fuit, non videtur ante illud tempus haec insula ita nominata esse. Ortygiam Homericam esse hanc Syracusanam nemo certis argumentis demonstraverit; non multum efficias e Strabonis loco, I, p. 23. nec si oraculum afferas fictum apud Pausan. V, 7, 2. Taceo etiam de versu Hymn. Homer., quum de aetate illius fragmenti non constet. Tamen quae prima dicta Ortygia, obscurum est. Ac Delus quidem cur ita nominata sit, Phanodemus apud Athenaeum IX, p. 392. explicat sic: *ὡς κατεῖδεν Ἐρυσίχθων Δῆλον τὴν νῆσον, τὴν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καλουμένην Ὀρτυγίαν παρὰ τὸ τὰς ἀγέλας τῶν ζώων τούτων φερομένας ἐκ τοῦ πελάγους ἰζάνειν εἰς τὴν νῆσον, διὰ τὸ εὔορμον εἶναι*. Quum igitur coturnices migrantes in Delo pausam facerent volandi, non video cur post Homerum demum Ortygiae nomen Delo a sacerdotibus tributum credam. Ducta autem hinc videtur fabula de Asteria in coturnicem mutata (cf. ad Callimach. in Del. 37.), quod translatum videbis in Latonam apud Serv. ad Virg. Aeneid. III, 72. Post haec permira est Nicandri sententia in Schol. Apollon. Rhod. I, 419. omnes Ortygias esse colonias Ortygiae Aetolicae, quod fateor me non intelligere. Ut ad Pindarum veniam, quum sacrum haberetur, uti videtur, Ortygiae nomen, quod cuius loci esset, in eo natam putarent significari Dianam, etiam Syracusis quidam natam dixere deam, haud dubie Ortygiae nomine ducti, explicuitque inde *δέμνιον* Aristarchus, sive cunas sive nidum interpretatus est. Quaeras, quum poeta addat *Δάλου κασιγνήτα*, quonam sensu hoc dixerit. Manifestum enim est, haec verba ita interpretanda esse, ut Ortygia quo sensu *δέμνιον Ἀρτέμιδος* sit, eodem similive soror sit

www.libtool.com.cn

Deli. Num igitur poeta Ortygiam dicit natalem Dianae et Delum, ambabusque in insulis natam vult deam non dici sed esse? Non credo. Habeas tamen quomodo hoc expedias, si respondeas, sorores dici insulas, quarum altera Dianae, altera Apollinis natalis. Sed ne hoc quidem mihi plane satisfacit. Nam et paullo longius hoc petitum videtur, quum qui verba *Δάλου κασιγνήτα* post antecedentia legat, de Diana non de Apolline cogitet, et paullo significantius verbum eligere Pindarus debebat quam *δέμνιον*, in quo non necessario inest ista notio, quam ponit Aristarchus. Ac quum poeta nominans Alpheum et Dianam, non obscure significet *ποταμίαν s. Ἀλφειώαν Ἄρτεμιν*, h. e. quam Alpheus secutus est e Peloponneso, non videtur mihi hoc quidem loco et in hoc rerum nexu natam in Ortygia dicere potuisse deam, quam iam in Peloponneso amatam fluvius secutus est Syracusas, ut etiam ibi cum ea esset. Atque etiam qui Arethusam venatricem nympham in hac re nominabant, hanc e Peloponneso in Ortygiam profectam, tum Alpheum secutum tradebant, cf. Pausan. V, 7, 2. Quae quum ita sint, statuo Pindarum alio sensu vocem *δέμνιον* accipi voluisse. Ac quidni *δέμνιον* dixerit insulam, ubi cubare amet dea verseturque lubentissime? Afferuntur Pindari verba in Schol. Victor. Iliad. *ω*, 615. ubi in Sipylo dicuntur esse *θεάων εἰναὶ Νυμφάων*, non male; simile enim habent vivendi genus Diana et Nymphae. Nec iniucunde mihi dicere videtur poeta: *Ortygia, ubi respirat requiescitque Alpheus, ubi cubat Diana.* Iam soror Deli est Ortygia, quum et nomen habeat idem et pariter amata sit Dianae, quod etiam Scholiastis venit in mentem. Ceterum persuasum mihi habeo, Dianam, de qua disputavimus, non esse cum Proserpina confundendam, et Pindarus in hoc ipso carmine Ortygiam sacram significat Dianae, universam Siciliam Proserpinae. Post haec ut etiam de constructione loci moneam, dele mecum comma post *θάλος* et construe sic: Nobilium Syracusarum pars Ortygia, *ἄμπνευμα Ἀλφεοῦ, δέμνιον Ἀρτέμιδος κ. τ. λ.* nam Alphei commemoratio cum Dianae nomine cohaeret, Alpheum et Dianam appellans, Dianae *Ἀλφειώας* religionem significat. His explanatis restat ut videamus de consilio loci. Chromius quum Syracusis versaretur, in Ortygia videtur habitasse, quemadmodum Hiero (v. ad Olymp. VI, 92 sqq.): de Chromii stabulis id veterum nonnulli perhibebant (v. Schol. vs. 1.). Unde hanc primo loco nominandam censuit poeta. Aptus est qui conferatur locus carm. Pyth. VII. init. *Κάλλιςον αἰ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι προοίμιον Ἀλκμανιδᾶν ἐρισθενεῖ γενεᾷ κρηπῖδ' ἀοιδᾶν ἵπποισι βαλέσθαι.* Porro quemadmodum Hiero Pyth. II, 7. non sine Dianae *ποταμίας* auxilio domuisse dicitur equos victoriamque adeptus esse, quoniam *ἱππικὴ* haec dea, ita nec Chromius, puto, sine hac dea domuerat equos. Sic igitur intelligo, cur ab Ortygia ordiatur Pindarus et cur Dianae *Ἀλφειώας* in ea religionem commemoret. Cur enim inania dicamus haec ornamenta apud poetam, qui nihil in his rebus temere ponit? Iudicent iam acutiores, utrum Aetnae an Syracusis probabilius sit cantatum esse carmen, in quo ne nomen quidem Aetnae urbis expresse commemoratur, sed innuitur tantum. Porro num credibile est haec de Ortygia cantata esse post Nem. IX. h. e. quum iam diutius abesset Syracusis Chromius? Expediant hoc nobis ii, qui vel sic carmen nonum prius scriptum esse contendant. Nos interim ad hunc locum revertimur. Vs. 5. *θέμεν αἶνον* quid sit, disce ex Nem. VII, 76. Sequuntur vs. 6. verba: *Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν.* Vertunt nonnulli: Beneficium, donum Iovis Aetnaei, atque hoc explicant sic: Victoriam esse Iovis Aetnaei donum. Utrumque manifeste diversum est, Pindarus *αἶνον* dicit non *νίκην*. Ac victoriam deberi diis mox significat; carmen autem repeti a Iove non memini me legere apud Pindarum. Alii explicant: decus Iovis Aetnaei. Mihi hoc quoque displicet, vel propter praecedens

www.libtool.com.cn

vocabulum αἶνον. Nam *laudem equorum, decus Iovis*, sonat fere ita quasi dicas: ornamentum equorum quod sit ornamentum Iovis. Certe paullo significantius verbum eligere debebat Pindarus, si hoc volebat, nec alibi apud poetam hymnum video hoc sensu χάριν θεοῦ dictum. Verto igitur cum Schol. simpliciter: *Propter Iovem Aetnaeum s. quod gratum sit Iovi Aetnaeo.* Nam quum Homerus Iliad. o, 744. χάριν Ἕκτορος, dixerit, cur non etiam Pindarus potuit simile? Atque hoc unum hic aptum; ceterae, ut vidimus, explicationes incommodae sunt. Vs. 7. ἅρμα δ' ὀρύνει Χρομίου: Missus erat, opinor, currus cum auriga; nam equos et currum memorat, non ipsius Chromii in regendo dexteritatem, ut Herodoti Isthm. I. Ζεῦξαι μέλος, ut ζεύξω Isthm. I, 6. et ἅρμοσαν Pyth. III, 114. Vs. 8. ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν, h. e. fundamenta sunt his factis iacta deorum s. divina, quandoquidem deorum sunt etiam ea quae profecta, facta, posita, missa sunt a diis, usu genitivi hodie notissimo. Monuit de sensu iam Hermannus. Sic αἶσα Διός, τύχα θεοῦ, τιμὰ θεῶν, aliaque multa huius generis. Illud tamen quaeras cur ἀρχὰς commemoret poeta, cur non perfectas dicat has res virtutibus Chromii et faventibus diis. Nempe hoc ipsum voluit haud dubie. Quare hic est sensus: ἀρχαὶ *contigerunt Chromio faustissimae, unde felix fuit successus; habet hanc victoriam faustissimis debitam auspiciis.* Iam pergit: Est in bono successu sive parta victoria summa gloria; insignium autem certaminum feliciter gestorum Musa recordari amat.

Vs. 13—18. Exponuntur laudes Siciliae. De insula hac Proserpinae donata cf. Diod. V, 2. et Wessel. De ubertate Siciliae omnia nota; debebatur ea Proserpinae, cui una cum Cerere insula sacra fuit. Cf. Cic. Verrin. act. II. libr. IV. c. 48. Strab. VI, p. 273. Porro vs. 14. 15. constructio est: Κατένευσεν Σικελίαν πείραν, ἀριστεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς, ὀρθώσειν κορυφ. πολ. ἀφν. h. e. *annuit Iuppiter se terram ubertate prae aliis insignem, aucturum opulentissimis urbibus.* Nempe Iuppiter promittit opulentas urbes hominesque addit virtute insignes, ut ab omni parte ornata esset insula. Κορυφαὶ πολίων dictae sunt ut κορυφαὶ ἀρετᾶν infra vs. 34. ἄθλων κορυφαὶ Nem. X, 32. h. e. eximiae urbes. Fortasse ne monuissem quidem, nisi de murorum pinnis vidissem cogitatum a nonnullis. Olymp. XIII, 107. dixit: καλλίπλοντοι πόλιες. Vs. 14. πολέμου μναστῆρα est: belli studiosum. Ductum ab Homerico μνᾶσθαι ἀλκῆς, χάρμης. De proco belli populo tanquam puellae nollem cogitatum unquam. Cf. nott. critt. et comm. ad Pyth. XII, 24. Addit Pindarus ἵππαιχμον, nam eximius fuit Siculorum equitatus non semel memoratus in bellis, et equi praestantissimi; cf. Burmann. ad Dorvill. Sicul. p. 289. Thucydid. VI, 20 sq. Monuimus iam supra etiam Chromium bellica laude fuisse clarissimum; quare haec etiam propter hunc dicta sunt. Ceterum iungendum est: πολέμου μναστῆρα λαὸν ἵππαιχμον, et quod sequitur θαμὰ δὴ καὶ verto: *saepe etiam.* Boeckhius ad Olymp. VII, 11. nott. critt. interpretatur, *simul*, quod hoc quidem loco minus aptum dicam. Addit Boeckhius: „Hoc loco Timaeus inductus erat, ut carmen hoc Olympicum putaret (v. Schol. h. l. et ad Inscr.); at Olympicae victoriae hae non Chromii sed aliorum sunt, Gelonis maxime et Hieronis (v. introd. Olymp. I.)." Et nota quia victoriae plures aliquot Olympiadibus paratae fuerunt, Ὀλυμπιάδων ἑλαίας dici, non Ὀλυμπιάδος. De χρυσέοις v. ad Olymp. X, 8 sqq. Sequuntur iam haec: πολλῶν ἐπέβαν καιρὸν οὐ ψεύδει βαλών. Dubitatur de constructione huius loci eximia brevitate insignis. Me si audis, iunge: πολλῶν καιρὸν ἐπέβαν. Quum enim καιρὸς sit etiam id quod res aliqua habet laudandum, Pindarus nunc καιρὸν dicit laudes quas offerat Sicilia. Significat igitur, *multarum laudum se attigisse ab insula oblatam copiam*, nec posuisse se quidquam quod non vere habeat Sicilia.

www.libtool.com.cn

Hinc commode addit: *οὐ ψεύδει βαλών, non locutus mendacia.* Quemadmodum enim Graeci dicunt *ἀκοντίζειν αἰχμαῖς* Isthm. I, 24. sic *βάλλειν χερμαδίοις* Odyss. *κ*, 121. *λίθοις* Thucyd. IV, 43. *ἔδικε πέτρῳ* Olymp. XI, 75. et quae sunt alia, ponuntur absolute, *iaculari lapides*, ita ut non requiratur accusativus, atque usitatior fere dativus certe in dialecto epica. Similiter hoc loco nec *καιρὸν* nec *αὐτὰ* supplendum, unde sensus non exsistit aptus, ac dissimile est genus dicendi quod illustrant interpretes ad Sophocl. Ai. 1231. Erfurdt. Sed videbimus etiam alias quae iniri posse videantur huius loci explicationes, ne credar temere unam ex multis arripuisse. Primum igitur qui *καιρὸν ἐπέβαν* dictum putaret ut *καιρὸν ἐφῆκεις* et quae similia sunt, is dicentem faceret Pindarum se opportune ad has laudes accessisse, quasi nunc maxime dicere oportuisset, alibi aut alias non licuisset. Quare etiamsi *καιρὸν* pro *κατὰ καιρὸν* accipias, nihil efficias. Poeta non de tempore loquitur sed de veritate rerum. Denique *καιρὸν ἐπέβαν* non vertam: *scite accessi*, quippe repugnante lingua. Porro siquis iungens *πολλῶν καιρὸν ἐπέβαν*, ut ego feci, *καιρὸν* tamen non de rebus sed de occasione opportuna dictum contendat, exsistet hic sensus perquam ieiunus: Usus sum data occasione ad res multas enarrandas. Quare malint alii sic construere: *καιρὸν οὐ ψεύδει βαλών*. Sane *καιρὸν* tanquam scopum ferire, dici potest; sed *οὐ ψεύδει* pro *non aberrando*, dici non potest, ut mihi quidem videtur. Sin vertas: *καιρὸν verbis non mendacibus feriens*, videris ipse an hoc placere possit. Quae quum ita sint, satis defensa est opinor ea quam supra proposui explicatio. Sed singulis verbis illustratis de universo loco nonnulla addenda sunt. Laudavit poeta in prooemio Chromii victoriam Nemeaeam; laudabit in sequentibus Chromii in divitiarum usu prudentiam et bellicam virtutem, ut infra ostendam. Quid sibi vult inter haec locus de laudibus Siciliae? Dicas quum hoc carmen in Sicilia cantatum sit, etiam insulam laudari debuisse, certe potuisse. Sed vides ipse, quam leve hoc sit. Quod potest memorari, non semper etiam debet memorari; debet memorari nonnisi id, quod cum ceteris apte conveniat et ad unum finem conspiret. Nihil non idonea de causa ponit Pindarica Musa. Quae quum ita sint, aliam viam ineo. Triplicem carmen exponit Chromii laudem; triplicem similiter Siciliae hic locus habet laudem: praedicat enim Pindarus insulae opes, virtutem bellicam et ludorum victorias: ut non obscurum videatur, eum alterum cum altero comparari voluisse. Quum enim ei interdum nonnulla tectius dicenda essent, ne lateret quid vellet, ubi commodum videretur curabat, ut locus aliquis adesset, qui verum rerum nexum acutioribus ostenderet. Ac paullo difficilior etiam huius carminis ratio est ob mythicam fabulam in fine, quae tectiores habet Chromii laudes bellicas. Quemadmodum igitur alibi prooemio, sic nunc hoc post prooemium posito loco complexus est quodammodo universum carminis argumentum, ut etiam sic de vera eius ratione constaret. Ac vide mihi tractationem poetae. Chromii laudabit prudentem divitiarum usum, Siciliae universe laudat opes, quum universa insula sic aptius laudaretur, nec sequens de Chromii hospitalitate locus, utpote apertam orationem habens, alia illustratione opus haberet. Porro pro victoriis gymnicis appellat Olympicas, non excludens ceteras aliorum, at regum, ut par erat, instar omnium significans coronas. Denique id, ad quod maxime attendi volebat ob fabulam de Hercule, bellicam dico virtutem, quam disertissime eloquitur, *πολέμου μναστῆρα χαλκεντέος λαὸν ἱππαιχμον* dicens. Post haec nonnisi unum monendum restat. Etenim universo hoc loco interposito simul illud consecutus est poeta non leve commodum, ut quum Chromius invidia laboraret, uti videbimus infra, iam non magis Chromius quam Sicilia ceterique cives laudari viderentur, essetque carmen quodammodo

www.libtool.com.cn

etiam pro hymno in sacram insulam, revocatis Chromii virtutibus ad universae insulae laudes. Habes summam de carminis ratione sententiam.

Vs. 13 — 33. Sequuntur laudes Chromii, ac primum quidem prudentiae hospitalitatisque. De nexu rerum explicabo infra, ubi singula explanata erunt. Accedimus igitur primum ad haec. Vs. 19. ἔχων δ' ἐπ' εὐεργεσίαις ἄνδρὸς φιλοξεινίαν. Est εὐεργεσία ἔργον ἢ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη ἔργα τῆς οἰκίας, ut dicit Harpocration; cf. Thom. ad Lys. p. 21. Reisk. T. V. Res nota. Vides igitur chorum ad vestibulum Chromii stantem hymnumque canentem, ut Isthm. VII. init. *Τελεσάρχου παρὰ πρόθυρα τὸν ἀνεψιὸν κώμων.* Olim haec pro inanibus ornamentis et figmentis poeticis habebantur: nunc non dubitamus rem vere ita factam. Digna est quae hoc loco memoretur inepta Gedikii sententia explicata ab eo in notis ad hoc carmen. Ita igitur scribit: "Quaeritur quid sibi velit insulae Ortygiae invocatio. Equidem propterea commemorari Ortygiam credo, quoniam iis qui ex Peloponneso redibant Syracusas (ut Chromius) appellendum erat primum ad insulam Ortygiam. Erat praeterea in insula Ortygia domus regis Hieronis, ut diserte dicit Cicero in Verr. Act. 2. l. 4, c. 53., quumque Chromius in aula Hieronis versaretur, necesse omnino erat, ut insulam Ortygiam Hieronisque sedes primo statim adventu salutaret. Locus igitur noster contineret victoris reducis primam patriae salutationem: Salve patria tellus Ortygia, salvete Hieronis sedes. Confirmatur haec interpretatio sequentibus *σεθεν ὕμνος ἑρμᾶται*. Verosimile enim est ex insula Ortygia inde victorem hanc pompam duxisse Aetnam." Haec Gedikius. Vides hunc virum credidisse pompam ductam Syracusis Aetnam; in prima igitur strophe procedit hymnus Syracusis, in secunda stant choreutae ante domum Chromii Aetnae. Num quid fingi potest ineptius? Nos quam accuratissime tenemus Pindari verba quae clarissima sunt. Contendimus igitur hoc carmen tum quum primum epinicia celebrarentur, omnino non cantatum esse in pompa nec Syracusis nec Aetnae nec alio loco. Stant igitur, ut dixi, ad vestibulum Chromii, in quo illud suavissimum, quod Pindarus hac re simul ita utitur ut pro documento hospitalitatis Chromii sit, de qua plura dicturus est. His explicatis videbimus reliqua. *Καλὰ μελπόμενος, egregias laudes canens.* *Θαμά*, h. e. *saepe*, cf. nott. critt. ad Olymp. VII, 11. De voce *ἀνίκατος* v. notata in nott. critt. ad Olymp. VI. 54. Sensus: *non civibus tantum ille benignus sed exteris etiam.* Vides chorum e civibus fuisse; sed cum Boeckhio censeo praesentem fuisse etiam Pindarum, siquidem ubi prima persona utitur, etiam se ipsum intelligit. Nempe loquitur chorus e domesticis constans amicis, quibus opponuntur *ἀλλοδαποί*: choro autem domestico immixtus poeta huic ipsi se annumerat. Pergit poeta: *λέλογχε δὲ — ἀντίον*, h. e *nactus autem est hospitii liberalitate viros probos, qui adversus obtrectatores aquam fumo restinguendo obviam ferant.* Construe: *λέλογχε φέρειν ἑαυτοῦ τοῖς μεμφομένοις* (adversus obtrectatores) *ἴδωρ καπνῷ ἀντίον.* Fumus, qui aqua restinguitur, est invidia illorum obtrectatorum. Plutarchus Fragm. XXIII, 2. *τὸν φθόνον ἔνιοι τῷ καπνῷ εἰκάζουσι· πολὺς γὰρ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ἐστ, ὅταν ἐκλάμψωσιν, ἀφανίζεται· ἡδιστα γοῦν τοῖς πρεσβυτέροις φθονοῦσιν.* Adde eundem an seni sit resp. ger. c. 7. Sequuntur iam vs. 25. nonnulla de corporis robore animique consilio in Chromio. Orditur poeta a generali sententia: *Aliorum aliae sunt artes*, h. e. alius alia re valet: *oportet autem recta via incedentem pro sua quemque contendere indole.* Transitum quaerentes nonnulli vertunt ita: Aliorum bonae, aliorum malae sunt artes, quia de invidia locutus sit poeta. Sed transitus tales non curat anxie Pindarus; de altiore vero nexu mox videbimus. Deinde refutatur illa explicatio sequentibus, unde patet non artes bonas et malas sed corporis et animi vires distingui. Res

www.libtool.com.cn

haec est: Variae sunt a natura artes, aliae corporis, aliae animi, quarum nullam per se malam dicit Pindarus. Nostrum est naviter uti his viribus sed cum honestate, ut facit Chromius, non faciunt malevoli homines. Ac robur si habeas, res geres; mens consiliis se prodit. Sensum verborum: *πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος κ. τ. λ.* explicuit Hermannus et indicavit etiam Boeckhius in nott. critt. Cur verba *ἐσσόμενον προϊδεῖν συγγ. οἷς ἕπεται* addita sint, mox apparebit. *Συγγενὲς* de *ingenito* non semel apud Pindarum aliosque, ut apud Aeschyl. Agamemn. 841. Iam quae universe posuerat, transfert ad Chromium, propter quem dicta erant. *Tibi naturae tuae indole utriusque rei usus. Σέο δέ*: vide de particula *δὲ* in allocutionibus nott. critt. Olymp. XIII, 109. *Ἀμφὶ τρόπῳ*, ut *ἀμφὶ σοφίᾳ* Pyth. I, 12. et *ἐμᾷ ποτανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ* Pyth. VIII, 35. Accedimus ad locum difficiliorem, *οὐκ ἔραμαι — ἀνδρῶν*, vs. 31—33. Haec verba aut monentis sunt et hortantis poetae, ut intellexit Scholiastes, aut probantis et laudantis. Quum Chromius admonitione non eguerit, quippe admodum liberaliter divitiis suis usus ut ex utroque carmine patet, magis laudantis nunc est haec formula, quod etiam consilio totius loci explicato apparebit clarissime. Veniamus ad singula. Heynius vertit ita: „Nolo in divitiis congerendis studium collocare, sed liberaliter inde amicos iuvando strenue factis etsi aerumnosis gloriam parare." *Εὖ παθεῖν*, fortuna secunda uti, apud Pindarum etiam ita dicitur ut sit, res gerere feliciter s. victorias reportare. Heynius, qui saepe hoc monuit, etiam hoc loco ita verba cepisse videtur, dubito tamen an recte. Nam siquis utitur pecunia ad res strenue gerendas s. victorias parandas, et ad amicos iuvandos, duplex hic est divitiarum usus, in quo quae sunt diversae notiones necessario discerni et disiungi aliquo modo debent. Pindarus autem verba: *φίλοις ἐξαρκέων*, ita coniunxit ceteris, ut de sola liberalitate eum loqui intelligas ex qua illud *εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι* tanquam ex causa effectus pendeat. Quae quum ita sint, haec explicatio admitti non posse videtur, ut vidit etiam Gurlittus, qui tamen nec ipse verum plane assecutus esse mihi videtur. Non explico *εὖ παθεῖν* de interna quam dicunt felicitate, ex conscientia bene factorum orta, sed hoc quidem non una de causa haud cunctanter reiicio, et externa intelligo commoda. Nempe sunt *χρεῖαι παντοῖαι φίλων ἀνδρῶν*, ut cum Pindaro loquar Nem. VIII, 42. Praedicat igitur poeta Chromium, quod amicos beneficiis obstringendo rebus suis prospiciat, et parare velit qui sibi adsint et rerum suarum successus adiuvent, iidemque laudatores exsistant factorum suorum. Verto igitur: *Nolo magnas in domo divitias absconditas servare, sed inde amicis largiendo felices habere rerum mearum successus et bene audire.* Ceterum qui iunget *ἐόντων* cum *ἐξαρκέων*, comparabit Homericum *χαριζομένη παρεόντων*, collocationis audaciam eo excusans, quod *ἐόντων* in principio ponendum fuerit propter antecedentia, *φίλοις ἐξαρκέων* in fine propter sequentia. Tamen non repugnabo, si quis *ἐόντων* absolute dictum accipere maluerit pro *ἔχων*, quemadmodum etiam Boeckhio meo placet. Sed nunc eo perventum est, ut ostendatur propositam loci explicationem unice convenire et cum antecedentibus et cum sequentibus. Atque ut ab his ordiar, nollem recentiores interpretes plane recessisse ab interpretatione Scholiastarum et Schmidii, qui illud egregie perspexerunt, *ἐλπίδας* quas dicit Pindarus, esse temporis futuri incertam fortunam ancipitesque rerum vicissitudines. Nempe *ἐλπίδες* sunt *metus;* cf. nott. ad Thom. M. h. v. quamquam subinde minus caute de ea re statuerunt viri docti, neglectis diversitatibus locorum: hic ne alia comparem, v. Eurip. Orest. 857. (849. Pors.). Iam confer Nem. VII, 30.: *ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' Ἀΐδα, πίσα δ' ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα*, aliaque, ut ap. Demosth. de cor. p. 295. *νῦν μέν γ' ἀποτυχεῖν τῶν πραγμάτων, ὃ πᾶσι κοινόν ἐστιν ἀνθρώποις,*

www.libtool.com.cn
ὅταν τῷ θεῷ ταῦτα δοκῇ: et videbis hunc esse sensum: *Communes enim veniunt metus aerumnosorum hominum*, h. e. *Sumus enim omnes obnoxii fortunae inconstantiae rerumque iniquis vicissitudinibus.* Quibus verbis aperte significat poeta, recte et prudenter agere Chromium, qui liberalitate amicos sibi paret, etiam in rebus adversis, siquid accidat, affuturos. Atque eum obtrectatores habuisse et inimicos nec per se improbabile est, et supra a Pindaro significatum. Nihil efficias ubi ἐλπίδας explices *vota*, crede mihi, nam tentavi et comparavi omnia; fidenter dico aptum esse nihil nisi quod ego revocavi. Ac vix intelligeres cur interpretes hoc tam constanter reiecissent, innumeris sese difficultatibus irretientes, nisi duabus maxime causis moti fuissent. Altera haec est quod transitum quaerebant ad sequentia, unde πολυπόνους ἄνδρας nonnulli intellexerunt strenuos, quo semel admisso etiam ἐλπίδες et εὖ παθεῖν secus acceperunt. Sed ante omnia de nexu cum antecedentibus quaerendum erat; de transitu autem ad sequentia ne simus solliciti, quum ipsa formula dicendi, qua utitur poeta Herculis mentionem faciens, indicetur eum ad hunc transire abruptius. Altera causa erroris fuit haec, quam ponam ex Gedikii notis ad hunc locum. „At enim, inquit, quam parum conveniat laeto carmini tristis haec et severa admonitio, nemo non sentit." Non ab omni parte hoc verum. Nam qui Pindarum accuratius legerunt, sciunt etiam aliis epiniciis admonitiones ab eo intextas; hoc tamen observare iuvat, quam prudenter poeta mitigaverit rei tristitiam leniore genere dicendi. Nolo afferre ipsum vocabulum ἐλπίδες, quod ad has disputationes nos deduxit, sed aliud addam ad Pindarum intelligendum maxime notabile. Nempe non dixit poeta: *Tu bene agis amicos parans; es enim communibus fortunae casibus subiectus:* sed rem ad se, vel quod idem est, ad chorum revocavit, hoc modo: *Nolim divitias condere, sed largiar inde amicis; nam communes sunt hominum aerumnosorum casus.* Vides hoc artificio etiam ultima verba ad loquentis personam retrahi, atque haec ipsa causa est quare prima persona inducta. Facit Pindarus hoc etiam aliis in locis, sed nusquam sine idonea causa, nusquam inepte, errantque vehementer qui nonnisi mutandae orationis causa hoc ab eo fieri opinantur. Cf. Ol. III. fin. et quae moneo ad Nem. X, 39. Erit igitur ab hac parte, spero, satis defensa explicatio nostra. Restat ut de nexu loci cum antecedentibus dicam. Dixerat poeta inesse in Chromio robur et prudentiam, et hanc quidem explicuerat disertius adiectis verbis: ἐσσόμενον προϊδεῖν συγγενὶς οἷς ἕπεται. Quo consilio? Nempe hanc ipsam Chromii prudentiam nunc illustrat eius liberalitate, quandoquidem ille amicis parandis cautus et providus rebus suis prospiciebat. Videbis iam etiam hoc, inde a principio strophae secundae usque ad finem huius, quem tractamus, loci omnia eximie cohaerere. Orditur ab hospitalitate, qua amicos habeat Chromius adversus invidiam ipsum defensuros; commemorat deinde robur et prudentiam, non tam id agens, ut diversarum virtutum laudes congerat, quam ut hospitalitatem ad prudentiam revocet atque ita oratione in orbem redeunte hunc locum absolvat. En tibi exquisitam sententiarum compositionem! Pindarus etiam in hoc genere plane eximius. Adiiciendum nunc est id quod inde sequitur. Vidimus per totum hunc locum imprimis id agere poetam, ut laudet Chromii prudentiam in amicis parandis, quorum ope se tueatur si quid adversi accidat. Hoc per multos versus continuatum sine idonea causa positum non est. Quare quum etiam significet Pindarus vs. 24. esse μεμφομένους Chromio, plane dubitari nequit virum benevolentia duorum regum eximie auctum habuisse invidiam malevolorum hominum fortunam eius aegre ferentium. Tamen quid illi moliti sint, nescimus. Atque haec hactenus.

Sequitur iam ultima hymni pars vs. 33 sqq. de cuius ratione nunc statim videndum

www.libtool.com.cn

est. Narrat poeta, ut Herculem vixdum natum serpentes a Iunone missae petierint, ipse vero manibus constrictas audacter necaverit, territa Alcmena feminisque praesentibus et accurrentibus Cadmeorum principibus et patre Amphitryone. Hic mirabundus advocat Tiresiam, qui vaticinatur Herculem occisurum belluas infestas terra marique virosque insolentes non paucos, tum peractis laboribus inter deos receptum felicissimam vitam habiturum. Oritur igitur nunc nobis etiam quaestio iam a veteribus agitata interpretibus, qua mente poeta hanc fabulam attexuerit, et quomodo ea cum argumento carminis cohaereat. Pindarus in principio dicit se in magnis virtutibus lubenter harum rerum facere mentionem, unde credas eum nonnisi ornamenti causa adiecisse hanc quam dicunt digressionem, tenui vinculo cum ceteris cohaerentem. Sed hoc nihili est; sunt hae dicendi formulae, quibus saepe decepti interpretes satis habuerunt phantasiae Pindaricae sive laudare sive accusare licentiam, arctioris rerum nexus nimium incuriosi. Quae quum ita sint, res tractanda est accuratius. Si comparamus alia carmina, in quibus Herculis mentio fit, duo fere a Pindaro observata videmus in hoc heroe laudando. Ac primum quidem curare solet, ut gentis quam celebrat originibus aut patriae victoris priscis fabulis apta sit Herculis mentio, veluti quum in res Aegineticas inducitur Hercules aut quum Thebani victores canuntur gentesve inde oriundae. Huiusmodi aliquid quod certum esset hoc loco reperire non contigit. Novimus quidem Chromium Gela oriundum fuisse, ubi Rhodii consederant non sine Heraclidis (v. Introd. ad Olymp. II. et comment. ad Pyth. I, 55 sqq.) et Aegidis Thebanis; sed nihil inde efficias, quoniam maiores Chromii plane ignoramus, nec video quod probabile sit, nisi fortasse hoc unum, eum e gente Heraclidarum vel Τλλέων ex tribu fuisse, quam Aetnae institutam esse docuit Boeckhius ad Pyth. I, 55 sqq. Nam ignobilem eum non habeo. Accedimus igitur ad alterum. Curare etiam solet Pindarus ut ea quae de Hercule commemoret, apta sint aliquo modo victorum quos canit rebus gestis. Laudat igitur Herculis facta bellica, ubi victores ornandi robore et fortitudine conspicui, velut sunt *παλαισταί, πύκται, παγκρατιασταί,* etiam *ὁπλιτοδρόμοι*: nusquam in carmine ob curulem victoriam scripto eius pugnas exponit; nam in re equestri Castor et Iolaus magis conspicui. Quum igitur nobis impositum sit, ut fabulae hoc loco propositae sensum investigemus, ita vides nobis in ea re esse versandum, ut ne quid statuamus quod ab usu Pindari plane abhorreat. Ac plane abhorrens ab usu Pindari dicam, siquis contendat nonnisi ob equorum tractandorum artem et ob hanc victoriam curulem exposita esse haec eximia Herculis facta, quasi sic comparari possit cum Hercule Chromius. Circumspiciendum igitur est aliud. Etenim constat Chromium etiam bellica virtute fuisse insignem. Tradit poeta in carmine nono, Chromium iam in prima iuventute gloriam reportasse e pugna ad Helorum, et postea eum alia praeclara terra marique gessisse significat. Ergo etiam in Chromio mature splenduit insita virtus, fuit et huic iuvenilis pugna futurae nuncia gloriae, et clarus etiam hic rebus terra marique gestis. „At enim, obiiciat aliquis, de bellicis rebus in antecedentibus nihil legitur. Si poeta supra Chromii prudentiam in re militari laudasset, haec quae sequuntur de facinoribus Herculis ita possent cum antecedentibus coniungi, si in toto carmine imprimis inesse diceremus laudem Chromii bellicam. Nunc autem vidimus prudentiam laudari in amicis adversus invidiam parandis, quare haec de Hercule dicta inexspectata venire videntur." Apposui haec ne tacuisse credas quod molestum videri possit. Accipe igitur nunc etiam quae respondeo. Non debet negligi in hac re diiudicanda locus vs. 25 seq. ubi Pindarus dicit: *Aliorum aliae sunt artes; oportet autem recta via incedentem pro sua quemque con-*

www.libtool.com.cn

tendere indole. Ac robur facto, mens consilio se prodit, tu a natura habes utrumque. Vidimus deinde prudentiam Chromii disertius declaratam, de robore autem et fortitudine nihil ibi addidit. Tamen cur nominavit? Nihilne dicendum habuit de hac quae fuit maxime insignis viri eximii virtus? Attentus lector haud dubie iam supra miratus est quid esset quod hanc plane inornatam relinqueret poeta; ecce causam vides; reservaverat sibi hoc Pindarus ad ornandum carminis finem. Quae quum ita sint, equidem minime inexspectate venire dico haec nunc de altera Chromii virtute dicta; certo nexu cum antecedentibus ea contendo cohaerere, si recte interpretemur poetam. Qualis igitur est qui hic describitur Hercules? Non de quibusvis bellis hic sermo; sed ut puer serpentes insidiosas occidit, ita vir factus belluas infestas iniustosque homines terra marique, atque ita meruit caelum iustissima fortitudine. Talis fere significatur etiam Chromii virtus. Vide igitur an hoc voluerit Pindarus: *Rebus a puero gestis vere eximiis Hercules meruit caelum. Sic etiam tu robore et fortitudine innata insignis post res terra marique iustissime gestas auspicia habes futuri temporis faustissima. Oportet recta via incedentem pro sua quemque contendere indole; talis tu, prudentia honestissima, fortitudine iustissima conspicuus. Macte virtute tua! Firma stabit fortuna tibi!* Comparari potest, licet alio loco dictum quod habetur in carmine nono, vs. 44. *ἐκ πόνων δ' οἱ σὺν νεότατι γένωνται σύν τε δίκᾳ, τελέθει πρὸς γῆρας αἰὼν ἀμέρα. ἴστω λαχὼν πρὸς δαιμόνων θαυμαστὸν ὄλβον.* Sic igitur haec mihi quidem videntur omnia satis apte cohaerere. Denique scire cupias, cur poeta tecte quam aperte hic laudare Chromii res gestas maluerit. Causa videtur haec, quod invidia tum flagrabat Chromius, ut vidimus supra, quam ne magis etiam moveret illustrium viri factorum commemoratio, mythicum poeta dicendi genus praetulit nonnisi intelligentibus perspicuum. Usum poetam fabulis ubi apertius loqui nollet, et Boeckhius ostendit in antecedentibus et nos ostendemus in sequentibus.

Vs. 33—54. Prima pars narrationis mythicae. *Ego vero*, dicit poeta, *Herculis lubens recolo memoriam.* Nam *ἀντέχεσθαι* est *studiose tenere, amplecti, colere.* *Ἐν χορυφαῖς ἀρετᾶν μεγάλαις, in magnis virtutibus*, ubi magnae virtutes mihi celebrandae sunt. *Ὀρούεσθαι* et *ἐγείρεσθαι* dicuntur etiam ea quae ex antiquitate repetuntur. Vs. 35. minus mihi quidem placeret *ὥς τ' ἄρα*. Nam Ol. XIII, 73. duo sunt membra parem fere vim habentia; hoc loco potior vis in altero. Recte enim dixisset sic: *ὡς, ἐπεὶ — μόλεν, οὐ λαθὼν Ἥραν — ἐγκατέβα*, quia hic est sensus: Dicam ut Hercules vixdum editus adverterit Iunonem. Pro hoc si dixit: *ὡς ἄρα μόλεν, ὥς τ' οὐ λαθὼν ἐγκατέβα*, certe in secundo membro *ὡς* repetendum fuit, ne nimium depressa esset huius membri vis. Tamen Hermannus nunc in novissima Heynii editione monet, *ἐπεὶ* paullo audacius mutatum videri in *ἄρα*, et e cod. Augustano, qui Boeckhio littera E. notatur, lectione, *ὥς του τ' οὐ*, deleto *ὥς τ'*, coniicit *οὔτοι λαθὼν* legendum. Ac Scholiastes obiter locum inspexit, nam etiam *αὐτίκα* omittit. Porro post *ἐγκατέβα* malim colon positum; non ut etiam verbum *πέμπε* pendeat a particula *ὡς*, quod minus suave sit, sed ut haec membra paullo tamen arctius coniungantur. Nam ut in omni sententiarum apte structa compage maiores minoresque partes et articulos facile distinguas, ita non obscurum est huius narrationis primum ut ita dicam comma finiri demum vocabulo *ἄφαρ*. Inde a verbis *τοὶ μὲν* explicatur Herculis facinus usque ad *ἀφάτων* vs. 47. quibus quae subiungitur descriptio usque ad finem epodi *γ'*. continuatur. Ad *ὑπὸ σπλάγχνων* cf. Ol. VI, 43. Si retinetur *ἐπεὶ* paullo ante, iungendum videtur *ἐπεὶ αὐτίκα*, ut dicitur *ἐπεὶ τάχιστα, ἐπειδὴ εὐθέως, ἐπειδὴ πρῶτον*. et cum participio *αὐτίκα γενόμενον* Herodot. II, 140. Et hoc sententiae est aptissimum. Sin

www.libtool.com.cn

pro ἐπεί substituitur ἄρα, vox αὐτίκα de facili partu explicanda erit, ut Ol. VI, 43. Tamen secundum alios non facilis fuit hic partus, cf. Antonin. Liberal. c. 29. et Ovid. Metamorph. IX, 290 sqq. ne afferam plures; censendus igitur erit Pindarus hoc neglexisse, ut apud Plautum in Amphitryone Alcmena sine doloribus parit. Qui hoc probabunt, dicent validum et non fatigatum partus laboribus significatum videri Herculem, quum statim de serpentibus ab eo necatis dicendum esset. Ceterum, ut etiam de altero addam, quod in hoc loco inest, videmus hic Herculem et Iphiclem eodem tempore natos; ab aliis dicitur Iphicles una nocte iunior, cf. Theocrit. XXIV, 2. Apollod. II, 4, 8. Antiquissimi testes quum Alcmenam una nocte a Iove et Amphitryone compressam narrent, videntur filios etiam una editos credidisse. Alii qui Iphiclem insequente nocte genitum dicunt, hoc maxime sensu videntur eum Hercule iuniorem dicere, ut etiam ex hac ratione eodem tempore editi sint. *Κροκωτὸν* dixit; nam hic color et purpureus sunt celebratissimi apud veteres; cf. I. H. Voss. Epist. mytholog. T. II. p. 80. Vs. 39. verum est *βασιλέα*: male Schmidius *βασιλῆς*. De Herculis cum serpentibus certamine vide locos allatos ad Antonin. Liberal. p. 228. Verheyk. Maxime memorabilis expositio tabulae pictae ap. Philostrat. min. Imag. 5. ex hoc praesertim carmine adumbrata. *Χρόνος*: quippe cum ille firmiter teneret nec dimitteret serpentes, ipse continuatus angor eas exstinxit. Mox *ἀφάτων* est ingentium; cf. Suid. h. v. et Hesych. *Βέλος, dolor;* cf. Il. λ, 269. ibiq. Schol. brev. et Hesych. ac Thom. Mag. in *βέλος*. Notum etiam illud: *ἄχεϊ βεβολημένος* Od. κ, 247. add. Il. ε, 3. Atque ut Pindarus infra vs. 53. dicit: *ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς*, sic Hom. Il. υ, 125. *τὸν δ' ἄχος ὀξὺ τύψε*. Hinc *ἄτρωτος κραδία*, dolore non contristata, Nem. XI, 10. ut apud Latinos *vulnus*. *Καὶ γὰρ αὐτά*: Quippe tanta erat mulierum trepidatio, ut ipsa Alcmena resciret et succurreret. Mox *ὅμως*, h. e. quamquam erat *ἄπεπλος*. Ipsum autem *ἄπεπλος* est *ἐν χιτωνίσκῳ*, ut explicat Scholiastes, s. *μονοχίτων*. Vide, qui etiam de hoc loco monet, Boettigerum de Raptu Cassandrae p. 59. Vir celeberrimus I. G. Huschkius ad Tibull. I, 3, 92. Pindari verba de veste altius adstricta intelligens, iunxisse videtur *ποσσὶν ἄπεπλος*. Non assentior; *ποσσὶν* certo usu poeta iunxit cum *ὀρούσαισα*, unde non credo Theocritum XXIV, 35. hunc locum imitatum esse. *Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὁμῶς*: Quum et mulieres in domo miro casu commotae essent et Cadmeorum principes accurrissent, Pindarus hoc explicationis causa adiecit. Quare *οἰκεῖον* potest videri h. l. esse id quod apud cives eiusdem urbis fit, nisi praestat ita vertere: *Nam si quod malum accidit apud homines aliquo vinculo coniunctos, pariter commoventur omnes.* Est enim haec sententia ex iis quae angustiorem et latiorem sensum admittunt, et ex contextu locorum definiendae sunt. Sententiam affert a verbis *τὸ γὰρ* usque ad *ἀλλότριον* Schol. Eurip. Med. 1186. ed. Matth. Respicit Gregor. Naz. Stelit. I. p. 61. ed. Montag. *εἰ τὸ οἰκεῖον πιέζει πᾶν κατὰ Πίνδαρον*: ubi Schol. *τὸ οἰκεῖον ἕκαστον πιέζει κακόν*. Pausan. X, 22. *καί μοι φαίνεται Πίνδαρος ἀληθῆ καὶ ἐν τῷδε εἰπεῖν, ὃς πάντα τινὰ ὑπὸ κακῶν οἰκείων ἔφη πιέζεσθαι, ἐπὶ δὲ ἀλλοτρίοις κήδεσιν εὐπήμαντον (ἀπήμαντον) εἶναι*. Ceterum credas Cadmeorum duces fuisse alicubi congregatos cum Amphitryone, unde nuncio allato succurrerunt omnes. Iam quid sit *ἀλλότριον*, res ipsa docet. Porro iungo *ἀπήμων ἀμφὶ κᾶδος*, ut est *μέριμνα ἀμφὶ πτόλιν*. Aeschyl. Sept. 845. et *θυμὸν εὐφραίνειν ἀμφ' Ἰόλαον* Isthm. VI, 9. Ceterum absolutam iam habemus primam narrationis partem. Placent in ea tum alia, tum haec ultima particula, communem domus et amicorum principum trepidationem describens. Egit de virtutibus huius narrationis Schneiderus in Vita Pindari p. 75 sqq.

Vs. 55. usque ad fin. Altera pars narrationis. Vaticinium Tiresiae de Herculis fa-

www.libtool.com.cn

cinoribus eiusque post labores peractos ad deos adscensu. *Θάμβει μιχθεὶς* s. *συγκραθείς*, cf. Musgrav. ad Sophocl. Antigon. v. 1317. *Ἀγγέλων ῥῆσιν*, nunciorum narrationem. Sic dicebantur *ῥήσεις ἀγγελικαὶ* in tragoediis. *Γείτονα Τειρεσίαν*: Constat Amphitryonem habitasse ante portas Thebarum Electras; cf. Pausan. IX, 9. ibi igitur etiam Tiresias videtur domum habuisse, ac memorat Tiresiae *Οἰωνοσκοπεῖον* in illa regione Pausan. IX, 16. Nota vero *Δία ὕψιστον* de industria dici: hoc enim nomine Thebis cultus est. Pausan. IX, 8, 2. *πρὸς δὲ ταῖς Ὑψίσταις Διὸς ἱερὸν ἐπίκλησίν ἐστιν ὑψίστου.* In universum cf. Nem. XI, 2. Aeschyl. Eumen. 28. Idem cultus est Corinthi (Pausan. II, 2, 7.) et Olympiae (Pausan. V, 15, 4.), item Athenis ad Pnycem, ut notat Boeckhius ex inscriptionibus votivis. Ceterum traditur Tiresias ab aliis septem ab aliis novem aetates a Cadmo vixisse, cf. Schol. Lycophr. 682. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. 125. *Παντὶ στρατῷ*, h. e. omnibus praesentibus. Mox verte: *Dixit qualia experturus esset quot in terra occidendo quot in mari belluas immanes.* Accedimus ad locum difficillimum: *καί τινα σὺν πλαγίῳ ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα τὸν ἐχθρότατον φᾶσε ἐν δώσειν μόρον.* Sic coniecit Hermannus, cuius notam vide apud Boeckh. in nott. critt. Intelligit Hermannus Nessum, qui fraudulenta malitia Herculi crudelissimum mortis genus paravit. Meo iudicio haec coniectura admitti nequit. Quid enim? Bestias quot esset occisurus Hercules, praedixit Tiresias, de viris nihil dixit? At Gigantas nominat. Sane, sed ita ut manifestum sit praecessisse aliquid non diversum sed simile, quo spectet illud *καὶ γάρ*. Quod enim Hermannus censet non ad proxime praecedentia has particulas pertinere sed ad summam vaticinii, hoc argutius quam verius excogitavit vir praestantissimus. Ac vide mihi perversum rerum ordinem: Hercules occidet belluas, peribit a Nesso, prosternet Gigantes, adscendet caelum. Porro aliena est haec res a ratione vaticinii. Nam ex prima infantis victoria Tiresias auguratur futura Herculis facinora et ad ipsos deos aditum; quid sibi vult inter haec tristis ista crudelissimae mortis mentio? Denique aliena est a consilio carminis res teterrima, nec ullam idoneam causam proferas qua ductus videri possit Pindarus ad hoc adiiciendum. Quod Theocritus prudenter cavit ne audiretur; cf. Idyll. XXIV, 81. Pindarus profecto non minus cavit. Quae quum ita sint, aliud mihi quaerendum fuit, quo locum haud dubie corruptum sanarem; num verum invenerim, iudicabunt alii. Etenim quantum equidem video, vera sedes corruptionis est in articulo *τόν*. Hic enim articulus eam hoc loco vim habet, ut verbum *ἐχθρότατον* seiungatur ab antecedentibus et iungendum sit cum substantivo *μόρον*, quod magnopere languere senserat iam Heynius et sentiunt nunc post Hermanni disputationem, opinor, omnes. Hoc igitur molesto articulo expuncto, propono hoc: *καί τινα σὺν πλαγίῳ ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντά ποτ' ἐχθρότατον φᾶσέ νιν δώσειν μόρῳ*, h. e. *atque etiam virorum insolentes quosdam infestissimos dixit eum olim daturum morti.* Nota est coniunctio duorum epithetorum quorum alterum fortius, ut *ἀφνεὰν μάκαιραν ἑστίαν* Ol. I, 10. *βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν* Ol. II, 60. aliaque multa. Sic et hoc loco minime languet *ἐχθρότατον*, sed digne claudit versum. *Μόρῳ διδόναι*, ut Pyth. V, 60. *ἔδωκε δ' Ἀπόλλων θῆρας αἰνῷ φόβῳ.* Denique notabis verba *ἀϊδροδίκας* et *σὺν πλαγίῳ κόρῳ στείχοντα* ut *ἐχθρότατον* eo consilio congesta esse, ut iustae caedes significarentur. Nam laudabilibus factis Hercules caelum meritus est. Post haec iam recte pergit Pindarus: *καὶ γάρ*. Ponit enim e multis unum idque maximum. Qui notissimus est harum particularum usus. Atque haec quidem est mea de hoc loco sententia. *Ὅταν Γιγάντεσσιν μάχαν ἀντιάζωσιν*, *quando pugnam inibunt cum Gigantibus.* Coniunctivum posuit, non optativum, quamquam sequitur *ἔννεπεν*, ut in re futura. *Ἱε-*

www.libtool.com.cn

φύρσεσθαι κόμαν, cf. Mitscherlich. ad Horat. I, 15, 20. De pugna cum Gigantibus vid. Apollod. I, 6. ibiq. Heynium. Disputat etiam de ea re I. H. Vossius Epist. mythol. T. II, p. 260. Phlegram cum Scholiis intelligo Thraciam; malunt alii Cumanum agrum, sine idonea causa, quamquam Siculus Chromius. Ultima sic vertam: *Ipsum tamen magnorum laborum praemium requiem nactum in felicibus sedibus, celebratis nuptiis cum Hebe apud Iovem, habitaturum sanctas domos.* Boeckhius in nott. critt. p. 513. videri potest iunxisse ἀσυχίαν καμάτων μεγάλων: at ipse iungi vult καμάτων μεγάλων ποινάν. Ponam comma post δώμασι. Nam verba ὀλβίοις ἐν δώμασι eiusmodi sunt, ut statim in primo commate requiri videantur. Ceterum ἐν σχερῷ est *continuo:* at nondum sequitur, quod *continuo* felix Hercules futurus sit, ideo eius felicitatem *sempiternam* fore: nam etiam continua felicitas potest aliquando finiri. Itaque τὸν ἅπαντα χρόνον non vacat. Porro iungo: γάμον δαισαντα παῤ Δὶ Κρονίδᾳ, ne displiceant verba: γάμον δαισαντα, nude subiecta. Αἰνήσειν quid sit, non obscurum est. Laudamus loca quae prae aliis placent, e quibus non discedimus. Ceterum Hermannus qui nunc restituit asynartetos olim a se e Pindaro eiectos, nunc in Heynii novissima editione contendit transpositione facta vs. 69, 70. opus non esse. Equidem sequar Boeckhium.

N E M. II.

Timodemus Atheniensis fuit e Timodemidarum antiqua gente, pago (δήμῳ) Acharnensis; tamen ipse in insula Salamine educatus, credo etiam natus erat, quum maiores eius, ut videtur, eo concessissent. Nam qui pago Acharnensis esset, potuit tamen alibi et natus esse et habitare et fundos habere. Vide, ne plura, censuram libri Hüllmanniani Heidelb. Iahrb. 1818. n. 20. p. 311. Sic quidem expedita difficultas est, in qua haesere veteres ap. Schol. vs. 19. qui tamen hoc recte monuerunt, pago Acharnensem Timodemum fuisse, sed fundum maiores habuisse Salamine, quippe κληρουχίᾳ. Nam Salamine educatum testatur Pindari vox θρέψαι; ibi igitur habitavit pater. Carmen cantatum est Athenis; nam reducem factum victorem ad cives videmus significari in fine; neque tamen pro ipso hymno epinicio habendum sed quasi quoddam praeludium amplioribus cantibus videtur praemissum, uti colligitur ex fine et ex brevitate carminis. Hinc scriptum id esse suspicatur Boeckhius meus, quum poeta Timodemum Nemea Athenas comitaretur; ivit autem Pindarus aliquando Nemea Athenas post pugnam Plataeensem, quum iam instaurata esset urbs, quam in rem conferri Boeckhius iubet Dithyr. Fragm. 3.

Vs. 1—5. *Quemadmodum Homeridae epicorum carminum cantores plerumque a Iovis prooemio auspicantur, sic etiam hic vir initium victoriarum in sacris ludis fecit in Nemeaei Iovis celebratissimo luco.* Verba ὅθεν περ — ἀοιδοί, laudat Strabo XIV. p. 645. B. Eadem usque ad προοιμίου habet vita Arati T. II. p. 437. ed. Buhl. Eodem respicit Eustath. ad Iliad. α, p. 4. med. ἀμφισβητοῦσι δ' αὐτοῦ (τοῦ Ὁμήρου) καὶ Χίοι μαρτύριον προχειριζόμενοι τοὺς καλουμένους Ὁμηρίδας, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται, et particulas duas hinc recitat Schol. Nem. V, 46. unamque Schol. Isthm. III, IV, 63. De locutione ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοί disputat Eustath. ad Il. α, p. 6. De Homeridis egerunt Wolfius in Prolegom. in Homer. p. XCVI sqq. et Heynius ad Iliad. libr. XXIV. Ex-

www.libtool.com.cn
curs. II. sect. III. Ibidem disputatum de significatione verbi *ῥάπτειν*, quod cum Wolfio de cantu rhapsodico epicorum carminum connexorum interpretamur. Tamen quum *ῥαπτὰ ἔπη* pro rhapsodiis non credam vulgo dicta apud Graecos, video hunc esse lusum etymologicum poetae, quo nolim quisquam serio utatur ad originem vocis *ῥαψῳδός* declarandam. Ac qui Isthm. III, 55. legerit, vix dubitabit Pindaro etiam alteram vocis etymologiam notam fuisse multo meliorem. Quum tamen *ῥάπτειν ἔπη* munus esset Homeridarum, poeta hoc loco, ubi de ratione cantus rhapsodici loquitur, praetulit quod consilio suo erat convenientius. Sensus enim: *Ut Homeridae a Iovis prooemio plerumque ordiuntur, antequam carmina epica ab ipsis connexa decantent.* Non sunt grammatici poetae, sed utuntur etymologiis uti commodum pro consilio suo. *Ταπολλὰ* quid sit explicat Scholiastes. Auspicabantur Homeridae, carmina epica recitantes, plerumque a prooemio Iovis; interdum etiam a laude Musarum, aut aliorum deorum; nam etiam in ceteros praeter Iovem et Musas deos prooemiari solitum Wolfius colligit e Plutarcho de Musica pag. 1133. C., Wyttenb. p. 633. Denique quum essent etiam *ἀγῶνες μουσικοὶ* rhapsodorum, ut in Panathenaeis ab Hipparcho instituti (Plat. in Hipparch. p. 228.) et in Aesculapiis Epidauri (Plat. in Ion. init.) et in Sicyoniis ante Clisthenem (Herod. V, 67.), poeta licet non de his solis loquens, tamen simul etiam ad talia certamina videtur respexisse, quo posito suavior etiam fit comparatio. Erit enim sensus: Quemadmodum in sollemnibus festis musicisque agonibus rhapsodi a Iovis prooemio ordiuntur, sic hic auspicatus est in sacris certaminibus victorias a Iove Nemeaeo auctore. Duae autem h. l. structurae confusae videntur: at has poeta non temere confudit, sed idonea de causa coniunxit, quum res comparatae non plane similes essent. Nam Homeridae auspicabantur cantum a Iovis laude, Timodemus auspicatus erat sacrorum certaminum *νικηφορίαν* in Iovis luco; illi ad cantum accedentes Iovem primum canebant; hic quum ad certamina sacra accederet, a Iove primam victoriam acceperat. Hoc quum Pindarus sentiret, noluit arctius coniungere has sententias, ut ipsa laxiore constructione significaret comparationem ingeniosam non ab omni parte esse accuratam. *Καταβολὰν*, fundamentum, initium; v. Schweighaeus. Emendatt. in Suid. p. 66. *καταβολὴν ποιοῦμαι* Polyb. I, 36. *ἀρχαὶ βέβληνται*, Nem. I, 8. *Ἅλσει* ait Pindarus; fuit enim *ἄλσος κυπαρίσσινον* cum templo Iovis, Pausan. II, 15, 2. Strab. VIII. p. 377. fin.

Vs. 6—12. Verbum *ὀφείλει* videtur nunc etiam Hermannus intactum relinquere: sequimur Boeckhii explicationem. *Πατρίαν εἴπερ κατ' ὁδόν νιν εὐθυπομπὸς αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκε κόσμον Ἀθάναις*, h. e. *si quidem aevum patrio tramite eum deducens dedit eum Athenis ornamento.* Videbimus enim infra multas iam habuisse gentem victorias ex Isthmiis et Pythiis reportatas, quemadmodum etiam e Nemeis. Unde par est etiam Timodemum eadem tentare. *Θαμὰ*, h. e. *simul*, cf. Boeckh. nott. critt. ad Ol. VII, 11. Transeo ad haec: *Ἔστι δ' ἐοικὸς ὀρειᾶν γε Πελειάδων μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι.* Citat haec verba Athenaeus libr. XI, p. 490. F. ubi etiam nonnulla cum Scholiis conferenda, et Eustathius ad Odyss. *ε*, p. 1535. 50. ubi est illud, de quo Boeckhius, *τηλόθι Ὠαρίωνα*; respicitque hunc locum idem ad Odyss. *μ*, 1713. 3. item Schol. Nem. I, 3. qui locus Boeckhio notante ille est, quem ex Prolegg. ad Nem. citaverat Schmidius: et hic quoque *Ὠαρίωνα* praestat, in ceteris praeter *τε* pro *γε* vulgatum servans; atque etiam apud Athenaeum olim fuit *Ὠαρίωνα*, nunc est *Ὠαρίωνα*. Orion ex una traditione filius Hyriei, natus Hyriae in Boeotia, secundum Hesiodum filius Neptuni. Fuit insignis olim in Boeotia heros. Cf. Heyn. Obss. ad Apollod. p. 21. Mueller. Orchom. p. 100. Fertur Pleiadum amore flagrasse, cf. Schol. ad Il.

www.libtool.com.cn

σ, 486. Hygin. Astron. 21. Etymol. M. p. 675, 33. Athen. XI. p. 490. ubi ut dixi, hic Pindari locus laudatur. Pleiades autem fuerunt, ut constat, filiae Atlantis et Pleiones, natae et degentes in monte Cyllene, cf. Apollod. III, 10, 1. unde nunc montanae dicuntur, quemadmodum una earum Maia ὀρεία dicta a Simonide (Schol.). Fulgent iam in caelo Pleiades et Orion, non ita longe distantes. Post haec ut de sensu loci dicam, comparatis verbis ὀρειᾶν — Ὠρίωνα, vix dubites παρονομασίαν inesse, quem lusum ab hoc carmine minime alienum dicas, quum etiam quae praecessit Homeridarum comparatio, lusum habeat. Iam sensus: *Qui in uno sacro certamine vicit, eum par est mox vincere etiam in aliis.* Ac quum septem retulissent Timodemidae victorias e saltu Nemeaeo, proclivis erat comparatio Pleiadum montanarum. Reticebo alia quae argutando elicere possem; quod posui, videtur simplicissimum. Etiam illud liquet, cur voci ὀρειᾶν poeta γε addiderit.

Vs. 13. usque ad fin. Tangit poeta breviter Salaminem, Acharnas, et Timodemidarum victorias. Ἄκουσαν, h. e. ἠσθετο, *vim Aiacis expertus est.* Comparavit iam Scholiastes Homericum ἀΐοντες Il. λ, 531. quod est *sentientes.* Cf. ibi Heyn. ceterum non eam tantummodo pugnam intelliges quae describitur Il. η, 244 seqq. Ἄξει, *clarum, insignem reddit, honore mactat.* Ἀχάρναι δέ παλαίφατοι εὐάνορες: robusti enim homines Acharnenses. Cf. Aristophan. Acharn. 179 seqq. Ὅσσα δ' ἀμφ' ἀέθλοις προλέγονται: dictum ὅσσα ut alibi τὸ δὲ, τὰ δὲ, ὅσον δέ. Praepositio ἀμφὶ significat *in.* Sensus: *In certaminibus autem Timodemidae praestant,* s. *ceteris praestantiores iudicantur.* Nam προλέγεσθαι est *distingui, primo loco poni.* Ἐν ἰσθμοῦ Πέλοπος πτυχαῖς, Isthmum intellige: ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ Isthm. III, 11. Ἴσθμιον ἂν νάπος Isthm. VII, 63. *Pelopis* dicit, quoniam tota peninsula a Pelope nomen habet. Corinthii erant ludorum iudices. Διὸς ἀγῶνι, h. e. in *Olympiis* sive Ὀλυμπιείοις Atheniensibus; de quibus vid. Corsin. Dissertt. Agonist. I, 13. Veris tempore hanc sollemnitatem actam ostendit Boeckhius Oecon. civ. Athen. T. II, p. 253. Cur in aliis ludis Timodemidae Athenis non certaverint, difficile dictu; cultui Iovis eos maxime adhaesisse Boeckhius censet; de Diasiis certe Salaminiis, de quibus Heynius cogitabat, non arbitror locum intelligendum esse. Τὸν, h. e. Δία. *Iovem, victoriae recentis auctorem, canite cives Timodemo reduci facto.* Ἐξάρχετε, *auspicamini.* Hinc ipsum κῶμον orsi sunt.

N E M. III.

Aristoclides, Aristophanis filius, Aegineta vicerat pancratio in Nemeis aliisque in locis. Genere non dubito eum fuisse nobili, ut alii multi Aeginetarum Eupatridae victorias e ludis gymnicis reportarunt; ac ducit ad hoc credendum etiam Thearii mentio vs. 67. Pindarus multis annis post victoriam ei misit carmen olim promissum; nam sero mitti clare dicit vs. 77. idemque iam in prima stropha haud obscure significat. Cantatum est carmen in Aegina ipso tempore Nemeorum, ut liquet ex verbis: ἐν ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι ἴκεο Αἴγιναν, stropha prima, quum quondam his ludis redeuntibus Aristoclides victoriae olim reportatae epinicia repeteret. De tempore nihil traditum; probabile tamen est victoriam partam esse ante pugnam Salaminiam, carmen autem scriptum pluribus annis post eam. Nam Aristoclides, qui senex erat, quum hoc car-

www.libtool.com.cn
men caneretur (cf. vs. 71 seq.), vicerat certe virili aetate. Quare quum anni non pauci intercessisse videantur inter utramque rem, vix credas eum et vicisse et cantatum esse ante pugnam Salaminiam, sed carmen quidem tulit, opinor, post hanc pugnam, neque tamen statim post eam, quandoquidem nulla eius pugnae hic mentio, sed pluribus iam elapsis annis, florentibus etiam tum Aeginetarum commerciis, quod coniicere licet ex vs. 2. ut adeo ante Aeginam Olymp. 80, ¾. subactam scriptum videatur. Denique quaeri potest de ratione celebratorum epiniciorum quibus hoc carmen cantatum; quae quidem quaestio quum pendeat ex comparatione plurium locorum, vide quae in hanc rem disputavi ad vs. 14. et 67. Accedimus igitur ad explicationem carminis ipsam.

Vs. 1 — 12. Carminis principium. De forma feminina *πολυξένα* cf. Boeckh. nott. critt. ad Nem. V, 8. Notissima est haec laus Aeginae commerciis deditae; tamen hoc velim simul notes, quam apte poeta ex aliis, quae in promptu erant, elegerit hoc epitheton, significans Musam et ipsam hospitam hanc terram habituram. Sic Olymp. XI, 16. 17. Musas ut ad Locros tendant hortans, dicit eas venturas non ad *φυγόξενον στρατόν*. Adde similem locum Nem. IV, 11, 12. De dictione *μᾶτερ ἀμετέρα* cf. Scholia. *Δωρίδα* manifeste honoris causa additum, ut Nem. V, 37. Isthm. II, 15. VII, 64. Etenim prae ceteris illustre fuit Doricum nomen, puto quod Dorienses Hellenes maxime genuini habebantur; cf. Herodot. I, 56. *Ἐν ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι*, h. e. redeuntibus nunc Nemeis. Nam *ἱερομηνία* s. *τὰ ἱερομήνια* est festa mensis sollemnitas. Vid. Duk. ad Thucyd. III, 56. V, 54. et cf. Suid. Hesych. Etymol. Magn. Harpocrat. ne afferam alios. Loquitur autem Pindarus manifesto non de ea Nemeade, qua vicerat Aristoclides, sed diu post quum quondam iterum agerentur ludi, hoc carmen cantatum censendum est, ut monitum supra. Sic carmen Nem. X. cantatum est redeuntibus iterum Heraeis; cf. ib. vs. 23. Denique ex verbis *ἵκεο — Αἴγιναν*, liquere vides epinicia in Aegina celebrata esse, ut mirum sit de hoc potuisse dubitari. At sequentia scrupulum iniecerunt, vs. 3 — 8. *ὕδατι γὰρ μένοντ' ἐπ' Ἀσωπίῳ — ὀπαδόν*. Fuit huius nominis fluvius notissimus apud Sicyonem, cf. Nem. IX, vs. 9. Hunc intellexit Aristarchus, et tenent eandem sententiam etiam Spanh. ad Callimach. Hymn. in Del. 78. et Heynius, qui sic scribit: „Victor est in reditu a Nemea versus Aeginam. Qui eum deducunt, ubi propius ad patriam accesserunt, hymnum, *κῶμον*, canunt; exspectantur Musae utpote carmen *ἐξάρχουσαι*. Perventum erat ad Asopum haud longe a Nemea, apud Sicyonem." Sed victorem tum non fuisse in reditu a Nemea, plane certum, quum carmen diu post victoriam scriptum sit. Quare ne dubites hunc Asopum fuisse rivulum prope urbem Aeginam, monente etiam Muellero, collega doctissimo, Aeginet. p. 6., qui ibid. p. 10. disputavit de antiqua Phliuntis cum Aegina cognatione, unde nomen Asopi in Aeginam traductum probabile est. Rivulum dico, ut mirum non sit, veteres de eo tacere. Verum inter Grammaticos perspexerat etiam Didymus in Scholiis et Callistratus, et amplexi essent etiam Heynius aliique, nisi de Asopo in Aegina nimium dubitassent. Quare non opus est eos refellere qui Asopum in Boeotia intellexerunt. Porro *μελιγαρύων τέκτονες κώμων* sunt *χορευταί*. Nam *κῶμοι* sunt *ἀοιδαὶ ἐπικώμιοι*, quarum cantores dicuntur *τέκτονες*, h. e. artifices, ut *ἐπέων τέκτονες* sunt poetae Pyth. III, 113. ubi v. comment. *Μένοντι εἶδὼν ὅπα μαιόμενοι, carmen cupide requirunt.* Haec manifeste dicta sunt ob carmen diu dilatum, atque in eandem sententiam addita quae sequuntur. Nam verborum: *δισσὰ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου — ὀπαδόν*, hic est sensus: *Atque hoc desiderium plane consentaneum est. Nam ut alia aliorum cupida, sic certamen nihil magis desiderat hymno,*

www.libtool.com.cn

quippe accommodatissimo coronarum et pulchre factorum comite. Pergit vs. 9—12. *τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε — κοινάσομαι.* Ex verbo *ἀφθονίαν* intelligis poetam amplum meditari carmen, ut Aristoclidam, qui diu caruerat hymno, luculentius laudet. Atque hoc praestitit; summorum heroum fortissima facta persequendo fortitudinis, quae olim in Aristoclida fuerit, imaginem videtur exhibere voluisse illustriorem, quemadmodum, praeclare monente Boeckhio Olymp. XI. antiquissimorum Olympicorum victorum laudes recoluntur ad memoriam victoriae ab Agesidamo olim reportatae fortius suscitandam. Parat autem poeta sensim transitum ad rem ipsam; igitur dicit: *Cantus nunc copiam largam suggere mihi, o Musa, ex mente mea; praei vero Iovi hymnum, filia,* h. e. doceri autem cupio a te hymnum Iovi, qui est *νεφεληγερέτα Ζεὺς,* quod adumbravit poeta dictione *οὐρανοῦ πολυν. κρ.* Pertinent talia ad summam Iovis maiestatem declarandam: cf. Olymp. II, 13. Nem. I, 13. V, 34. atque hoc loco, ubi magnificum carmen Iovi dedicatur, apertum est cur gravia verba posuerit poeta et debuerit ponere. Ceterum Iovem potissimum appellat, ut ludorum Nemeorum rectorem et patrium Aeginetarum deum. Certe duabus hisce de causis nominat Iovem poeta infra vs. 62. Verbum *ἄρχειν* Pindarum h. l. cum accusativo iunxisse, notat Scholiastes ad Eurip. Hecub. 684. Sic *ἐξάρχω μολπὰν* habet Eurip. Troad. 148. quemadmodum *ἐξάρχειν βουλὰς* iam dixit Homer. Iliad. *β*, 273. Similiter *κατάρχειν λόγον* ,est apud Platon. Euthyd. p. 283. B. Ceterum cf. Spanh. ad Callim. in Del. 18. Pergit poeta: *ἐγὼ δὲ κείνων τέ μιν ὀάροις λύρᾳ τε κοινάσομαι,* h. e. *ego vero eum communicabo cum choreutarum cantibus et lyra. Ὄαροι,* cantus, Pyth. I, 98. Spanh. ad Callim. in Pallad. 66. *Μίν,* h. e. *ὕμνον.* Porro *κοινάσομαι,* ut *λόγον ξυγγενέσιν παρεκοινάτο* Pyth. IV, 133. Musa igitur docebit poetam, ipse quod a Musa accepit, cantatoribus et musicis tradit praecipitque canendum. Sed haec in aperto sunt; oritur alia gravior hoc loco quaestio. Etenim orsus erat cantum haud dubie coryphaeus; iam quaero num probabile sit, quum haec verba pronunciarentur, iam cecinisse chorum. Meo iudicio, qui dicebat: Ego tradam hymnum illorum cantibus et lyrae, etiam tum solus canebat, nec nisi post hunc locum accessit chori et lyrae cantus. Compara mihi locum Olymp. I, 17. *Ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου λάμβανε.* Inepte ibi dixisset: Sume citharam, si iam sonuisset, quare inde ab eo ipso loco demum eam audiri coeptam credo. Erunt qui dicant, molestius a nobis premi Pindari verba; permulta enim similia reperiri apud Horatium aliosque non urgenda. At enim equidem hic magnum credo subesse errorem. Decepti lectione Horatii similiumque poetarum coepimus talia ubique pro inanibus phrasibus et ornamentis habere nullo discrimine facto. Inanes sunt haec phrases apud eos poetas, qui nonnisi lecturis scribebant, sed in his quidem carminibus, quae vere canebantur et agebantur concinentibus instrumentis musicis, inanes eas esse non facile credam, quandoquidem oratio in his quidem rebus non potuit repugnare actioni. Obiicient alii ex hac ratione nimis diu tacere instrumenta, quae statim in stropha, recitatis aliquot versibus a coryphaeo, audienda, quemadmodum siglae musicae carminis Pythii primi ostendant. Sed hanc rem semper eodem modo factam esse et fieri debuisse, nemo probabit; tenemus de his rebus tam pauca ut non liceat ad unum omnia exemplum exigere. Tamen quum probabile non sit, coryphaeo tot versus pronunciante, nullum instrumentum auditum, equidem suspicor, coryphaeum haec cecinisse sonante tibia; tum inde ab hoc, in quo versamur, loco accessisse chori lyraeque cantum. Haec si non plane falsa sunt, etiam illud opinor inde discimus, coryphaeum partes e[illegible]s Pindari, h. e. quum nonnulla insint in Pindari carminibus nonnisi e poeta[illegible] dicta et quae non potuerint apte dici a

www.libtool.com.cn

choro, haec a coryphaeo pronunciata existimo, vel a Pindaro misso vel ab eo carmen arcessente (cf. ad Olymp. VI.), nisi ubi ipse coryphaeus erat. Quo admisso consequimur hoc, ut etiam in his rebus oratio minus repugnet actioni.

Vs. 12 — 25. Accedit ad Aristoclidae laudes. *Χαρίεντα δ' ἕξει πόνον χώρας ἄγαλμα, Μυρμιδόνες ἵνα πρότερον ᾤκησαν.* Aristoclides nondum nominatus intelligi non potest, nec debet, sed Iuppiter, monento Hermanno. Durum, mihi crede, hic nihil est. Nec qui tautologiam metuunt, locum intelligunt. Attendendum est ad vocem *χαρίεντα*. Non dicit Pindarus: Iuppiter habebit carmen, sed: *gratum acceptumque habebit hoc carmen Iuppiter*, unde *χαρίεντα* ceteris verbis praepositum est. Si negligas integra verba aut pondus et ordinem verborum, profecto etiam facillima non intelligas. Porro *χώρας ἄγαλμα* nec Aristoclides est nondum nominatus ut dixi, nec urbs Aegina sic hic designari potuit, sed hymnus intelligendus. Atque hoc manifesto postulat ratio et nexus loci. Nam sententia haec est: *Lubens autem accipiet hoc carmen Iuppiter utpote ornamentum Aeginae ubi Myrmidones olim habitabant*, h. e. *utpote ornamentum terrae sibi carissimae.* Myrmidonum et Aeacidarum patrius deus fuit Iuppiter, hi Iovis Hellenii religionem in Aeginam traduxerant eique insulam commendaverant: cf. Nem. V. antistroph. α'. ibiq. not. Aliter explicat Boeckhius. „*Χώρας ἄγαλμα*, inquit, chorus est, *κεῖνοι* paulo ante, quibus poeta hymnum tradit. Is igitur chorus, cui carmen tradetur, habebit pulchrum et elegantem laborem, carmen hoc canendo. Interpretationem firmat usus formulae *πόνον ἔχειν*, ut Pyth. II, 79. Olymp. I, 59. et ubivis apud alios. Itaque *ἕξει* mihi non ad Iovem refertur, sed ad chorum, qui dum hoc carmen canit, Aeginae ornamentum est." Vs. 14—17. *ἐν παλαίφατον ἀγοράν — στόλῳ.* Nunc demum ad Aristoclidem venit. Pro voce *ἀγοράν* coniicias *ἀρετάν*. Tamen *ἀγοράν* agnoscunt libri et Scholia. Quare vide an explicari possit: *ἐν παλαίφατον ἀγῶνα*, siquidem *ἀγορά* est etiam eorum, apud quos certamina habentur, (cf. Odyss. *θ*, 109. cum vs. 156.). Hoc igitur dicere videtur poeta: Qualem olim se exhibere debebat, qui in Myrmidonum claro conventu certaret, talem se in Nemeis exhibuit Aristoclides, h. e. Myrmidonum veterum virtutem gymnasticam spectandam praebuit. Sic non dedecorasse cognatos dicitur apud Pindarum, qui similem virtutem gymnasticam ostendit, Pyth. VIII, 37. Isthm. III, 14. Isthm. VII, 65. *Ἐλεγχίεσσι μαίνειν*, ut alias *κατελέγχειν*, *καταισχύνειν*; de verbo *καταισχύνειν* exempla congessit Wyttenb. ad Plutarch. de Sentiend. Profectu in Virtut. pag. 608. Tom. VI, P. I. Porro *οὐκ ἐμίανε — μαλαχθείς*, non ille fractus dedecoravit. Veluti apud Aeschyl. Prometh. 173, 4. *στερεὰς τ' οὔποτ' ἀπειλὰς πτήξας τόδ' ἐγὼ καταμηνύσω*, *non ego timore minarum hoc indicabo*; nam in his locutionibus participium pro ablativo substantivi est. *Ἐν περισθενεῖ μαλαχθείς παγκρατίου στόλῳ*: Qui dicitur hoc loco *στόλος παγκρατίου* nec pugna pancratiastica est, nec armatura nescio quae, in qua fractus sit Aristoclides, sed eximie ita designantur antagonistae qui steterant adversus Aristoclidem, ut ceperunt Heynius, Gurlittus, alii. Nam Aristoclides quibuscum ei in illo certamine certandum fuerat, eos devicerat omnes. Sed quid est *μαλαχθείς ἐν στόλῳ*? Noli nude vertere: Certantium numero, quasi *ἐν* sit *per*. Non enim assentior iis qui hanc praepositionem haud cunctanter comparant cum Latino *per*, locorum discrimina negligentes, cf. ad Isthm. I, 25. nec hoc quidem modo *ἐν πολεμίοις* dici potest pro: per hostes, ab hostibus. Verto potius ita: *In pugna cum pancratii exercitu*, ut quum *ἐκπεπτεῖσθαι ἐν πολεμίοις* est: occidi in pugna cum hostibus. Denique addit Pindarus: *τεᾶν κατ' αἶσαν*, h. e. *tuo beneficio o Musa.* Nam Musam solam allocutus erat in antecedentibus. Porro ut dicitur *κατὰ δαίμονα* Olymp. IX, 30. et *Διὸς αἶσαν*

www.libtool.com.cn

ibid. vs. 45. et τύχᾳ δαίμονος Olymp. VIII, 67., sic hoc loco τεὰν κατ' αἶσαν dictum esse pro: *te dante, te volente, per te*, plane dubitari nequit. Existit igitur iam haec quaestio, quo sensu poeta victoriam pancratiasticam tribuat Musae. Nam quod non succubuerit in pancratio Aristoclides, hoc est quod nunc a Musae favore repetit, quae in fine carminis dicitur Clio. Equidem donec meliora docear, rem ita expediam. Diu ante carmen scriptum reportatam esse hanc victoriam ab Aristoclida vidimus supra. Tamen manserat rei memoria, ita ut poeta eam canere posset. Nam servaverat eam Clio, quandoquidem Clio est quae servat κλέα ἀνδρῶν. Quid autem movit deam, ut laudem viri tam diu servaret, nisi peculiaris in eum favor? Ornatam voluit Aristoclidae virtutem, eaque de causa et victorias dedit et earum memoriam servavit. Addi potest, poetam ut haec ita poneret, fortasse simul adductum esse nomine viri; nam Aristoclides nomen habet a κλέος, unde etiam Clio dicta est. Cf. quae de Sogenis nomine monui ad Nem. VII, 1 sqq. Ac placuisse sibi veteres in his nominum etymologiis satis constat; cf. Lobeck. ad Aiac. p. 288. Iam vide, quaeso, artificium poetae. Non temere in exordio allocutus erat Musam ab eaque diserte expetierat carmen, sed consulto; par erat ut quae victorias dederat earumque memoriam servaverat, etiam ipsum carmen nunc praeiret. Musa igitur est quae in exordio memoratur et hic et in fine. Iovem nominat bis, quandoquidem hic, patrius Aeacidarum Aeginaeque deus et Nemeorum patronus, necessario cum Aristoclida victore laudandus erat; Musae vero peculiari beneficio debentur victoriae viri et carmen. Quae cum ita mihi videantur, etiam illud coniicio, non cantatum esse hoc carmen in sollemni festo Iovis. Nam si Iovis alicui festo ornando hoc carmen scripsisset Pindarus, nisi omnia me fallunt, ab ipso Iove omnium Aeginetarum communi deo et universae sollemnitatis principe etiam hanc victoriam repetiisset Pindarus: nunc hoc tantum dicit, σέο δ' ἀγὼν τὸν ὕμνος ἔβαλεν, vs. 62. Musae autem tribuit victoriam. His adde quae scripsi ad vs. 67. Nos pergimus. Vs. 17. καματωδέων δὲ πλαγᾶν — φέρει: Ut ἄκος h. l. sic φάρμακον ἀρετᾶς Pyth. IV, 187. ubi cf. not. Τὸ καλλίνικον, *victoriae laudem*, ut apud Euripidem Med. 45. καλλίνικον οἴσεται. Cf. ad Olymp. IX, 1 sqq. Φέρει, h. e. ἔχει. Nam sensus est: *dolorum autem habet lenimen in Nemea victoriam.* Sic Isthm. VI, 21. φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ νίκαν παγκρατίου. Olymp. XIII, 36. Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου τε. Pyth. VIII, 82. Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας. Pro ἔχειν dictum φέρειν etiam Nem. VII, 39. Addit magnificentiorem sententiam vs. 18 — 25. Εἰ δ' ἐὼν καλὸς — φράδασσε. Verba ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα verte: *ad summam virtutis laudem, ad victoriam, pervenit.* Nam de hac poetam loqui, res docet. Idem dicit τέλος ἄκρον ἱκέσθαι Isthm. III, 50. et πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον Nem. VI, 24. Sensus: *Si cum corporis pulchritudine et virtute etiam successum rerum coniunctum habuit Aristoclides, summum finem assecutus est*, s. tetigit Herculis columnas ultra quas procedere non licet. Herculis columnas memoratas vidisti iam Olymp. III, fin. Pergit: ἥρως θεὸς ἃς ἔθηκε etc., de quo Herculis facinore cf. Apollod. II, 5, 10. Plin. Hist. N. III. init. Pompon. Mel. I, 5. II, 6. Diod. I, 17. Ἥρως θεός, heros qui simul ut deus colitur: v. Schol. et Pausan. II, 10, 1. Additur: Δάμασε δὲ — ὑπερόχος. Vere monitum ante nos de bellua, cui Hesione exposita fuit, non cogitari debere. Occidit has belluas marinas Hercules ut mare navigaturis pacaret. Nam totus hic locus est de patefacta navigatione et finibus eius constitutis. Comparari potest Isthm. III, 75. ναυτιλίαισί τε πορθμὸν ἀμερώσαις, ubi Schol. ἀπὸ λῃστῶν καὶ θηρίων καθάρας. Ad διά τ' ἐξερεύνασε cf. Odyss. μ, 259. πόρους ἁλὸς ἐξερεείνων. Porro τέναγος est, ut Schol. Apollon. IV, 1264. dicit, γῆ ἐπιπόλαιον ὕδωρ ἔχουσα ἢ πηλῶδες ὕδωρ, *vadum*. Et πη-

www.libtool.com.cn

λάδη πελάγη explicant τενάγη Phot. Etymol. Magn. Suid. Usus est hoc vocabulo Pindarus quia Hercules navigabat in omnes partes, ut cognosceret qua navigari posset, qua non posset; maximeque ob vada, quae inde a columnis Herculis in Oceano esse putabantur, propter quae ibi navigari non posset. Qua de re ex Atlantica apud Platonem fabula constat. *Ὅπα πόμπιμον κατέβαινε νόστου τέλος, pervestigavit totum mare usque eo ubi tangeret metam itineris ultimam* s. eam quae quidem tangi posset. Constat καταβαίνειν de iis dici qui ad aliquem itineris finem deveniunt. *Πόμπιμον*, quod passivo sensu proprie significat id quod transmitti potest, ut sunt πορεύσιμος, ἀγώγιμος, alia, hoc loco dixit terminum quo quidem deduci possint naves, veluti ubi βάσιμα sunt quae assequi possis. *Νόστου, viae, itineris*, Soph. Philoct. 43. Eurip. Rhes. 427. ubi vid. Barnes. *Καὶ γᾶν φράδασσε*: idem fere proprie significat hoc verbum quod φράζω et φραδεύω. Sic φραδεύουσιν Hesych. explicat per λέγουσι et φραδαίον per ἑρμηνεῦον. Similiter φράζειν saepe explicant grammatici per λέγειν, δεικνύναι, σημαίνειν. Hoc loco φραδάω idem videtur quod *terminare*, ut vertit Hermannus, h. e. definire terrae terminos. Nam columnae Herculis ut navigationis fines sunt, ita etiam terrae. Post haec monendum de iunctura membrorum. Post ὑπερόχος equidem comma ponam, ut iungatur: δάμασε δὲ — διά τ' ἐξερεύνασε κ. τ. λ. Nam sic fere locum verto: *Quas columnas Hercules posuit navigationis extremae testes inclytas, quum domaret belluas marinas et pervestigaret mare quousque navigari posset terraeque fines definiret*, seu ut brevius dicam, *quum domaret belluas marinas et maris pervii terraeque terminos exploraret et definiret*. Etenim horum quae sequuntur post ἃς ἔθηκε — κλυτάς, omnium nunc eadem ratio est; facta sunt eodem consilio et eundem in finem; perfecta autem expeditione columnae positae. Si autem colon post ὑπερόχος teneas et iungas: ἃς — ἔθηκε, διά τ' ἐξερεύνασε κ. τ. λ., verba: δάμασε δὲ — ὑπερόχος, primo membro adhaerebunt et seiungentur a sequentibus, in quo certam rationem desidero. Belluarum domatio facta est cum pervestigaret mare Hercules; cum sequentibus igitur hoc cohaeret sensu. Nec alterum, quod restat, placebit opinor, si διά τ' ἐξερεύνασε — καὶ φράδασσε, ita iungenda dicat aliquis, ut nulla particula cum antecedentibus nexa pro quadam ulteriore antecedentium explicatione habeatur. Nam hic quidem locus non est ex eo genere, ubi res ante universe aut obscurius indicata explicatur accuratius, quum verbis διά τ' ἐξερεύνασε — φράδασσε non dicatur plane idem quod inest in verbis ἃς ἔθηκε — κλυτάς, sed columnas posuerit Hercules illis rebus peractis: atque iterum offendunt incommode sic posita verba: δάμασε δὲ — ὑπερόχος. Atque haec quidem de his. Restat ut de ratione et consilio huius loci videamus. Herculis mentionem non alienam esse a carminibus in Aeginetas scriptis, certum est. Nam Hercules hospitio quondam exceptus ab Aeacidis (cf. Isthm. V. antistr. β', add. Schol. Nem. IV. 36.), multa cum Telamone facinora perpetraverat, nec unum sacellum habebat in Aegina (cf. Xenoph. Hellen. V, 1, 10. Pindar. Nem. VII, 93. Mueller. Aeginet. p. 147.); immo tribus Aeginetas Doricas habuisse in iisque etiam Ὑλλέων tribum, recte Muellerus et ex Pindaro et aliunde demonstravit Aeginet. p. 139. Fuit autem imprimis nobile Herculis factum columnarum ingentium, quae ab eo nomen habent, collocatio. Quare ubi Pindarus victorem aliquem eximie laudat, dicit eum attigisse columnas Herculis; facit tamen hoc nonnisi in iis carminibus, ubi etiam per se apta est Herculis mentio, ut Olymp. III, fin. et Isthm. III, 30. et facit in laude eximia. Hactenus igitur etiam hoc loco obscurum non est, quid sibi velit columnarum illarum commemoratio. Differt tamen hic locus ab aliis eo, quod non memorantur nude, sed navigationis extremae testes dicuntur, et quod praeterea subiiciuntur non-

www.libtool.com.cn

nulla de mari ab Hercule pacato et navigationis finibus exploratis. Hoc temere posuisse Pindarum ingenii impetu abreptum, vix concedent paullo diligentiores poetae lectores. Ac suspicatur Mueller. Aeginet. p. 81. Pindarum significare Aeginetarum navigationes ad Tartessum, et comparat Nem. IV, 69. 70. ubi iterum hae regiones innuuntur. Profecto cum in aliis rebus ponendis Pindarus accuratum adhibuerit iudicium, consentaneum est eum etiam in his rebus praetulisse id quod locis ubi audiebantur carmina, maxime conveniret. Quare si posuit haec ut placerent in Aegina, non improbabile est respectas ab eo fuisse Aeginetarum navigationes et rerum nauticarum usum, etiamsi de Tartesso nihil affirmandum dicas. Ac quum saepius laudet Aeginam *ναυσικλυτάν*, cur non etiam hoc loco simile quidquam innuerit?

Vs. 25—31. Revocat se poeta et transitum parat ad *Aeacidas*. *Αἰακῷ σε φαμὶ γένει τε Μοῖσαν φέρειν* dictum est ut Olymp. IX, 44. *φέροις Πρωτογενείας ἄστει γλῶσσαν*. Aeacum honoris causa nominat, utpote auctorem gentis, nec quidquam praeterea de eo legitur in hoc carmine. Nam Aeacus aliis potius quam bellicis rebus clarus fuit; hic autem bellica commemorare par erat, quum pancratistica caneretur victoria. Verba *ἔπειται δὲ λόγῳ δίκας ἄωτος ἐσλὸς αἰνεῖν*, Heynius interpretatur sic: dictum istud, carmen, veritatem habet, quod est *ἐσλοὺς αἰνεῖν* s. *δεῖν αἰνεῖν τοὺς ἐσλούς*. Iungit igitur *ἐσλὸς αἰνεῖν* cum voce *λόγῳ*. Hoc mihi durum videtur. Potius *λόγος* est quod modo dixerat, nempe Aeacum et Aeacidas esse laudandos. Iunge igitur verba *ἐσλὸς αἰνεῖν* cum verbis *δίκας ἄωτος*, ut Schmidius, Gurlittus, alii fecerunt. Nam flos iustitiae, h. e. summum decus, summa laus iustitiae est, bonos viros laudare, quae sententia vere Graeca, ac dicit Pindarus saepe similia, ut Pyth. IX, 98. Nem. IX, 6. 7. Isthm. III, 7. Iam verte: *Habet autem hoc dictum meum iustitiae laudem summam, bonorum virorum praedicationem*, seu, *Convenit huic sermoni, quem dicendum esse profiteor, summum ius, quod viros bonos laudari postulat.* *Ἕπεσθαι* de eo quod conveniat, explicitum ad Olymp. II, 17 sqq. *Οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν κρίσσονες*, *nec sunt extera praeferenda domesticis*. *Φέρειν* est habere; *φέρειν κρέσσονες* genus dicendi frequentissimum tamen Pindari interpretes passim fefellit. Sic *καιρὸς νοῆσαι ἄριστος* Olymp. XIII, 45. *τὸ σιγᾶν σοφώτατον νοῆσαι* Nem. V, 18. *ἀπάλαιστος ἔλκειν* Nem. IV, 94. ut *ἄμαχον κρύψαι* Olymp. XIII, 13. *βαρὺς ἀντιάσαι* Nem. X, 20. et ibid. 72. *χαλεπὰ ὁμιλεῖν*, Isthm. IV, 50. *ὑψηλαῖς ἀναβαίνειν*. Ad sententiam cf. Pyth. III, 21 sqq. Pergit: *Ποτίφορον — γαρυέμεν*. Heynius: Habes accommodatum, idoneum laudum argumentum, unde dulce carmen confici possit.

Vs. 31 — 40. Sequuntur laudes Pelei et Telamonis, ac primum quidem *Pelei*. Verba *παλαισῖσι δ' ἐν ἀρεταῖς γέγαθε Πηλεὺς — ταμὼν*, fortasse vertas: *In priscis rebus laetatur Peleus praegrandi hasta*, h. e. in traditionibus de priscorum hominum virtutibus conspicuus est Peleus praegrandi hasta. Tamen hoc magnopere displicet, ubi veterum in talibus usum dicendi comparo. Malo sic: *Antiquis in virtutibus Peleus laetatus est abscissa praegrandi hasta*. *Γεγαθὲ* vim perfecti habet ut *δέδορκε* Nem. IX, 41. Antiquis in virtutibus, quod de Pelei heroico robore accipio, dictum est ut *χαλκέοις ἐν ὅπλοις, ἐν ἀλκᾷ*, similia. Fuit autem perquam nobilis haec hasta e fraxino in monte Pelio excisa, Peleo in nuptiis a Chirone oblata, cf. Il. *π*, 143. ibiq. Observatt. Heynii, et eundem ad Apollod. p. 314. Pindarus tamen monente Scholiasta in eo diversa sequitur, quod ipsum Peleum hastam dicit excidisse. Porro hasta, quam habebat Peleus, nunc declaratur ingens eius robur; nam quum a patre eam accepisset Achilles, praeter hunc nemo Graecorum ante Troiam ei regendae par erat (Iliad. l. c. 141.). Iam pulchre conveniunt duo quae subiecta sunt roboris et virtutis facinora. *Ὅς καὶ*

www.libtool.com.cn

Ἰωλκὸν εἶλε μόνος ἄνευ στρατιᾶς: Urbs Iolcus sita fuit sub Pelio ad sinum Pagasaeum; cf. Mueller. Orchomen. p. 248. Ad hunc locum intelligendum tenenda haec: Hippolyta s. Astydamia uxor Acasti, regis Iolci, Peleum ad illicitos amores invitaverat et his a Peleo recusatis calumniata Peleum persuaserat Acasto, ut ei insidias strueret. Subduxerat igitur Acastus Pelei ensem et abdiderat, ut hunc quaerens in Pelio monte a Centauris occideretur. Peleus tamen servatus ope Chironis, cepit Iolcum eumque tradidit Thessalis. V. Schol. ad hunc locum et Pindar. Nem. IV, 55. ibiq. Schol. et Pind. Nem. V, 26 seq. Adde not. ad Antonin. Liberal. p. 257. ed. Verh. et Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 312. et 314. Clavier. Hist. II, 9. Tradiderat Pherecydes Peleum socios habuisse in ea expeditione Iasonem et Dioscuros; cf. Schol. ad hunc locum et Apollod. III, 13, 17. ibiq. Heyn. Pindarus qui in robore et virtute Pelei laudanda versatur, hoc praeterit, non tamen diserte negat. *Μόνος ἄνευ στρατιᾶς, sine exercitu.* Notum hoc genus dicendi, ut *οἷος ἄνευθ' ἄλλων* Il. *χ*, 39. *οἷος νόσφιν ἑταίρων* Odyss. *δ*, 367. Ac permulta huiusmodi apud tragicos, ut Soph. Ai. 471. *οἷος Ἀτρειδῶν δίχα.* Sequitur alterum Pelei factum: *Καὶ ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν ἐγκονητί.* Post Iolci expugnationem vicit Thetidem. Thetis enim Peleo destinata uxor cum varias indueret formas, ut declinaret matrimonium, Peleus a Chirone monitus eam tenuit donec se ei traderet. Vide Schol. h. l. et Pindar. Nem. IV, 62 seq. ibiq. Schol. adde Apollod. III, 13, 5. ibiq. Heyn. Ceterum observes iudicium poetae etiam in his rebus tractandis. De nuptiis Pelei et Thetidis agit etiam Pyth. III. Nem. V. Isthm. VII. sed alio modo quum aliud consilium esset; hic unice de robore Pelei dicturus nihil posuit nisi quod huc spectaret. Iam accedit ad *Telamonis* laudes. Similiter enim nunc etiam huius duo ponit facinora. Quemadmodum Peleus Iolcum cepit et Thetidem, sic Telamo *εὐρυσθενὴς* vicit Laomedontem et Amazones. Ac primum notum est Herculem cum Telamone adversus Laomedontem profectum cepisse Troiam; cf. Nem. IV, 25. Isthm. V, 27. Apollod. II, 6, 4. ibiq. Heyn. Observatt. p. 182. Ac Laomedontem quidem occidit Hercules, Telamon tamen primus ceperat muros, unde *ἔπερσεν* vertam: *exitium attulit Laomedonti.* Nam, ni fallor, Pindarus ita in hac re versari debebat, ut et Telamonis laudem augeret, nec plane negaret quae ab Hercule in ea expeditione gesta erant. Ceterum *πέρθειν, ἐκπέρθειν, πορθεῖν, ἐκπορθεῖν* hominem, homines, saepe dicitur, cf. Pyth. IX, 84. Nem. IV, 26. et Heindorf. ad Platonis Protagor. p. 571. Porro *Iolaus* perpetuus Herculis comes, cf. Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 145. et Wernsd. ad Himer. p. 680. Cur hoc loco Iolaum poeta nominet, non Herculem, quaesiverunt iam alii. Respondet Heynius: „Iolaus satis notus est Herculis comes, famulus et auriga: ut adeo qui Iolao affuisse semper et adhaesisse memoretur, eum simul et in Herculis comitatu fuisse ad assequendum proclive sit. Nec vero Pindaro tamquam Thebano Iolaus inter infimos heroes censeri potuit, quippe qui inter heroes *ἐπιχωρίους* a Thebanis praecipuo honore, ludorum quoque, afficeretur." Intelligimus hinc potuisse Iolaum nominari, sed illud nondum explicitum est cur maluerit eum nominare Pindarus. Hoc vide an sic expediri possit. Pindarus quae supra memoraverat de Hercule, si non maxima certe inter maxima sunt quae ab Hercule gesta feruntur; minora cetera pleraque, etiam haec. Quare cum Herculis honori ita satisfactum esset ut exquisitius fieri non posset, hic praetulit Iolai nomen, non negans Herculem affuisse, sed silentio premens. Additur expeditio contra *Amazones.* De Herculis expeditione contra Amazones vid. Apollod. II, 5, 9. et Heyn. Observatt. p. 153 seq. Inter socios fuit Telamon; cf. versus veteris poetae in Scholiis, ubi Melanippen, sororem reginae, occidisse dicitur, et Lycophr. Cassandr.

www.libtool.com.cn

vs. 1327. *Χαλκόστοξον ἀλκάν*, ut *λῆμα τοξοῦλκον* Aeschyl. Pers. 55. Dicunt Amazones apud Herodotum IV, 114. *ἡμεῖς μὲν τοξεύομέν τε καὶ ἀκοντίζομεν καὶ ἱππαζόμεθα.* Claudit iam Pindarus haec, ut facit etiam alias, sententia generali. *Εὐδοξία* est *virtus praeclara*, ut Aeschyl. Pers. 28. dixit: *ψυχῆς εὐτλήμονι δόξῃ.* Porro ad verba *μέγα βρίθει* cf. Sophocl. Ai. 130. *εἴ τινος πλέον ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει*, quod Eustath. ad Il. *α*, p. 54. 29. explicat *δυνατὸς εἶ.* Atque hoc quidem loco verum sensum monstrat opposita sententia, de qua statim dicam. *Πνέων* est *animo agitans.* Ol. XI, 97. *κενεὰ πνεύσαις ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν*, h. e. vana conatus operam perdidit. Similiter *spirare* dicunt Latini. *Ἀτρεκὴς, cui fidi potest, pes certus, firmus.* Inconstantia animi ex innatae virtutis inopiâ orta facit, ut pes firmus non sit; pede autem non firmo nihil assequaris. *Ἀτελεῖ νόῳ*, mentis vim non habens ad perficiendum idoneam. Denique *ψεφηνὸς ἀνὴρ* est *virtute genuina carens.* Nam opponitur *εὐδοξία*, quae quid sit, vidimus. Similiter *ἄφαντοι* Nem. VIII, 34. Huc spectat Etym. M. p. 818. 34. *ψεφενὸς καὶ ψεφηνὸς ἀνὴρ, σκοτεινός, οὐκ ἐπιφανής. ψέφος γὰρ τὸ σκότος φησὶ Πίνδαρος Ἀριστοκλεῖ.* Porsonus Adv. p. 312. Etymologum fortasse *ψεφεννὸς* legisse putat. Iam verte: *Innata virtute eximie valet homo, s. multa egregia perficit; qui autem nihil habet nisi quae didicit, is vera praestantia carens, alias alia agitans nunquam certo pede incedit, sed innumera gustat mente nihil perficiente.* Vides oppositas sententias sibi plane respondere.

Iam ad Achillem venit. Quo loco pauca praemonenda sunt. Vidimus Pindarum pancratiasticam Aristoclidae victoriam canentem rem deduxisse ad Aeacidas; vidimus eum de Peleo et Telamone ita dicentem, ut robur et fortitudinem eorum celebraret, similiterque mox dicit de Achille. Intexuntur autem heroum laudes non ad patriam solum victoris sed etiam ad ipsos victores ornandos. Atque Aristoclides quidem erat pancratiasta, victoriamque reportaverat iisdem virtutibus, quae in Aeacidis conspicuae; commemorans igitur Aeacidarum facinora poeta hoc simul agit, ut Aristoclidem ostendat digna gessisse Myrmidonum gente, atque ita eum quam exquisitissime laudet. Quae enim aptior et exquisitior laus ea quae ex comparatione heroum similibus virtutibus insignium oritur? Sed haec manifesta; minus animadversum videtur aliud quod nunc addam. Pindarus ubi has fabulas persequitur, saepius ita in iis tractandis versatur, ut tangat quidem plura, unum tamen ex Aeacidis aut unum aliquod factum uberius tractet pro carminis ratione et consilio. Sic nunc postquam praemisit de Peleo et Telamone quantum res postulabat, tendit ad Achillem, in eoque celebrando per viginti versus occupatur. Hic enim iam a puero robore et audacia insignis mox ad Troiam hostium fregerat catervas summosque duces prostraverat, quemadmodum similiter Aristoclides iam maturis annis, opinor, robur exercuerat (cf. vs. 69.), mox devicerat *παγκρατίου στόλον.* Omnino ad pancratiasticam victoriam ornandum nihil aptius quam si compares robustam iuventutem Achillis. Agnosces igitur iterum poetae divini artificium. Quemadmodum enim in imaginibus scite curant pictores, ut una persona in clariore luce posita praefulgeat ceteris, sic etiam in his rebus nihil potest cogitari suavius tali uberiore et ornatiore inter alia brevius tractata unius facti uniusve personae laudatione.

Vs. 41 — 60. Exponit poeta de Achillis puerilibus factis, eius in Chironis antro educatione rebusque ad Troiam gestis. Constructio eorum quae proxime sequuntur, haec est: *ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς τὰ μὲν μένων Φιλύρας ἐν δόμοις παῖς ἐὼν ἄθυρε μεγάλα ἔργα κ. τ. λ. — ὅλον δ' ἔπειτ' ἂν χρόνον κ. τ. λ.*, quemadmodum recte mea sententia iunxit Heynius. Verto: *Achilles vero tum vivens in domo Philyrae puer ludebat magna,*

www.libtool.com.cn

et eximia cum celeritate leones caprosque occidebat, corpore vero anhelante ad Cronidam ferebat, sex primum annos natus — reliquum vero per tempus vitae admirabantur eum Diana et Minerva cervos cursu assequentem, nullis nec canibus nec retibus adhibitis. Agit poeta hoc, ut ponat et quae in puero et quae in iuvene conspicua fuerint. Vides igitur primam periodi partem, quae orditur a verbis *ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς τὰ μὲν*, absolvi demum verbis *ἐξέτης τὸ πρῶτον*, apte collocatis in fine, ne quum remotiora sint verba *παῖς ἐών*, oppositionis ratio te fugiat. Porro videndum de membris quibus constat longior haec periodi pars. Verba *ἄνδρε μεγάλα ἔργα* explicantur iis quae sequuntur: *ἴσα τ' ἀνέμοις κ. τ. λ.*, quae subiecta sunt, ut appareret quaenam essent illa *μεγάλα ἔργα*. Quare non intelligo Hermannum ad Viger. p. 701. ita iungentem: *τὰ μὲν λεόντεσσιν ἔπρασσε φόνον, κάπρους τ' ἔναιρε*, h. e. nunc leones nunc apros occidebat. Enimvero quum sensus sit: Et dexterrime pugna occidebat leones aprosque, Pindarus prius *τε* posuit, ut haec cum antecedentibus copularentur, alterum *τε* ut verba: *λεόντεσσιν ἔπρασσεν φόνον* et *κάπρους ἔναιρε*, iungerentur; quare illa *ἴσα ἀνέμοις* et *μάχᾳ*, etiam ad *κάπρους τ' ἔναιρε*, pertinent. Sic igitur haec satis mihi expedita videntur. Sequitur altera pars periodi inde a verbis: *ὅλον δ' ἔπειτ' ἂν χρόνον* procedens, in qua nollem a Boeckhio colon positum post *χρόνον*. Nam quum ex hac ratione post *χρόνον* verbum aliquod supplendum sit, sive repetas antecedentia verba, sive generale aliquod verbum pro singulis substituas, meo quidem iudicio semper displicebunt separatim posita: *τὸν ἐθάμβεεν Ἄρτεμις κ. τ. λ.* Nam ut nihil dicam de oratione abrupta in hac quidem sententia, offendor sententia ipsa. Nam sensus erit hic: *In pueritia occidit leones aprosque, et reliquo vitae tempore; Diana vero et Minerva admiratae sunt cervos celeritate assequentem;* quae mihi quidem non satis cohaerere videntur. Quum enim leones et apri occidantur imprimis robore, cervi capiantur velocitate, quid est quod cum robur in illis occidendis inde a puero ostendisset Achilles, deae eius in cervis capiendis velocitatem admiratae sunt, de qua nihil antea dictum? Hanc difficultatem ut declinemus, verba *ὅλον — χρόνον*, continua oratione cum sequentibus coniungere praestabit. Nolim igitur *ὅλον τ'*, sed retineam *ὅλον δ'*, quandoquidem nunc haec non coniunguntur tantum antecedentibus sed etiam opponuntur. Nam quum puer cominus leones aprosque robore dexterrimo occidisset, postero tempore eum admiratae sunt deae propter cursus velocitatem. In quo duo monenda sunt. Primum hoc est: Potuisse Achillem etiam adultum occidere leones et apros, non negat Pindarus, nec potuit negare, sed quoque loco commemorat id quod pro aetatis ratione maxime mirum. Ut igitur in puero magis memorabile robur et audacia in feris saevissimis necandis, sic in iuvene cursus celeritas notabilior, quae minor fuit in puero. Alterum quod addam, hoc est: Diana et Minerva miratae sunt fortasse etiam pueri robur in leonibus et apris occidendis, atque etiam hoc expresse non negat poeta. Nam ubi duo sunt membra orationis, interdum in altero additur aliquid quod per se etiam priori convenit. Nem. X, 25. *ἐκράτησε δὲ καὶ ποθ' Ἕλλατα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολὼν καὶ τὸν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ στέφανον.* Adde ibid. vs. 28. verba *σεμνοῖς δαπέδοις*. Fit hoc nunquam sine causa. Sic igitur etiam hoc loco non negatur etiam pueri robur mirum potuisse videri deabus, sed deas ipsas maluit nominare in altero membro, ubi non de puero sed de adulto agitur. Quare etiam haec videntur satis expedita. Denique quod Pindarus totum locum ita conformavit: *ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς τὰ μὲν ἄνδρε κ. τ. λ. — ὅλον δ' ἔπειτ' ἂν χρόνον ἐθάμβεεν Ἄρτεμίς τε καὶ θρασεῖ' Ἀθάνα κτείνοντα κ. τ. λ.*, in eo nemo haerebit. Verba *ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς* ponenda erant ante *τὰ μὲν* necessario, quoniam in antecedentibus de Peleo et Telamone locu-

www.libtool.com.cn

tus erat; in altero autem membro, ut saepe fit, mutavit constructionem et posuit accusativum. Haec omnia si non plane inepte disputavimus, apparet iam τὸν ante ἐθάμβεεν mutandum esse. Ac coniecit Hermannus τό γ', quo melius equidem invenire non potui. Boeckhius tamen in sua sententia perstans verba ita coniungenda arbitratur: τὰ μὲν μένων Φιλ. ἐν δόμοις, ἐξέτης τοπρῶτον, ὅλον δ' ἔπειτ' ἂν χρόνον, ut τοπρῶτον et ἔπειτα more usitato sibi respondeant; et quae sequuntur τὸν ἐθάμβεεν etc. per egressionem eo quidem fine addita censet, ut celeritas quoque Achillis deabus admirabilis visa celebraretur ob id ipsum, quod antea de illa nihildum dictum erat; non tamen ita, ut haec in iuvene tandem praedicaretur, sed simpliciter; haud aliter ac si esset: ὃς ἔκτεινεν ἐλάφους ἄνευ κυνῶν δολίων θ' ἑρκέων, ὥστε καὶ θαμβῆσαι αὐτὸν Ἄρτεμιν etc. Illud autem τὰ μὲν μένων Φιλ. ἐν δόμοις oppositum iudicat ei Achillis aetati, quum ad Troiam dimicaret, de qua re deinde mutata oratione dicatur vs. 57 sqq. transitu facto inde a vs. 50. Haec Boeckhius. Post quae omnia vix restat quod monendum sit. Φιλύρας ἐν δόμοις est *in antro Chironis*, qui matrem habebat Philyram, patrem Cronum, cf. Apollon. Rhod. II, 1254. ibiq. Schol. Fuit autem illud antrum etiam Philyrae sacrum: cf. Pyth. IV, 103. Βραχυσίδαρον est epitheton iaculo per se conveniens. Cum Diana iungit Minervam bellicarum virtutum ipsiusque Achillis insigniter amantem. Denique ἕρκεα sunt retia, cf. Herod. VII, 85. Heindorf. ad Platon. Sophist. p. 285. Pergit Pindarus vs. 50. λεγόμενον δὲ τοῦτο προτέρων ἔπος ἔχω, *traditum autem hoc habeo ab antiquis*. Quidnam? Referunt vulgo ad antecedentia, vix recte. Nam ne abrupta sint, quae sequuntur, censendum est Pindarum nunciare rem statim explicandam. Similia exempla vide ab Hermanno allata ad Hom. Hymn. in Vener. p. 99. Quare etiam colon malim post ἔχω positum, quemadmodum Lonicerus, Philippus, Portus, alii voluerunt. Ceterum nexus hic est: Quum in antecedentibus Achillem puerum viderimus apud Chironem habitantem, Pindarus hoc nunc accuratius explicat. Fuisse enim eum in disciplina eiusdem Chironis, qui Iasonem et Aesculapium celeberrimos heroes educaverit. Τράφε — ἔνδον στέγει, ut Nem. VII, 44. ἔνδον ἄλσει ἔμμεναι. De Iasone a Chirone educato cf. Pyth. IV, 102 seq.; de Aesculapio Pyth. III, 5 seq. Φαρμάκων μαλακόχειρα νόμον, herbarum legem s. veram tractandi rationem, herbarum usum leni manu administrandum. Nam μαλακὰ χεὶρ est quae dolorum lenimen affert, Pyth. IV, 271. adde μαλακὰς ἐπαοιδάς Pyth. III, 51. Νύμφευσε δ' αὖτις κ. τ. λ. *alio tempore partes eius fuerunt in Thetidis cum Peleo nuptiis conciliandis*. Nam ut caperet Thetidem, monuerat Peleum et apud se in antro celebratas viderat nuptias. Ἀγλαόκρανον scripsit Boeckhius ex libro scripto et librorum scriptorum vestigiis, cum antea haberetur ἀγλαόκαρπον. Significavit mihi Theophilus Fridericus Welckerus, amicus coniunctissimus, sibi non probari hanc emendationem. Quamquam enim, sit, ἀγλαόκαρπος hoc uno loco audit Thetis, sunt tamen similia quibus hoc defendi potest. Neptuno enim Cereri se miscente orta Despoena (Pausan. VIII, 42.), et habuit Ceres caput equinum (cf. ibid.), Neptuni symbolum, ut apparceret coniunctas esse horum deorum vires. Porro Neptunus dictus φυτάλμιος apud Argivos (Pausan. II, 32, 7.), quandoquidem plantae nutrimenta capiunt ex aqua. Adde Plutarch. Sympos. Tom. III. Part. II. p. 1013. Wyttenb. ubi tamen res perperam explicatur. Etiam γεωργὸς fuit Neptunus (cf. Philostrat. Icon. II, 17. p. 835.). Nec praeteriri debet Εὐάρνην dictam Nereidum unam, quum pascua irrigua secundent agrorum proventum. Adde nos pauca tenere de Thetidis religione et interiisse multa de Achille cantata ab epicis, unde quum Pindarus haurire potuerit hoc epitheton, non statim videbitur esse damnandum. Nam Tethys quidem πολύτεκνος mater fuit fluminum et

www.libtool.com.cn

fontium, quemadmodum apud Homerum Il. φ, 595. Oceanus dicitur pater fluviorum et fontium, sed de Thetide hoc dictum nunc non minus singulare est altero. Haec Welckerus. Vs. 56. ἐν ἁρμένοισι πάντα θυμὸν αὔξων, h. e. idoneis et convenientibus rebus omnem alens animum s. penitus imbuens eius animum. Quaerit Mingarellus cur Pindarus non scripserit πᾶσι. Respondeo, quoniam aliud dicere voluit. De educatione Achillis apud Chironem cf. Apollon. IV, 812. I, 558. ibiq. Schol. et Apollodor. III, 13, 6. ibiq. Heyn. Chiron igitur Achillem ad res magnas educavit, ut aliquando etiam hastarum pugnas sustineret, de qua re nunc dicit poeta. Ἀλαλὰν Λυκίων καὶ Φρυγῶν Δαρδάνων τε, haec nomina congerit rei augendae causa. Porro θαλασσίαις ἀνέμων ῥιπαῖσι dictum noto usu. Restant ultima verba huius loci, quae sunt de Memnone ab Achille occiso. De Memnone cf. Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 301. Naekium ad Fragment. Choerili p. 186. et Iacobs. Memnon. Boeckh. ad Olymp. II, 91. Fuit imprimis nobile Achillis factum Memnonis caedes saepius memorata Pindaro, Olymp. II, 91. Nem. VI, 51. Isthm. V, 22. Dicitur hoc loco ζαμενὴς, vehemens, fortissimus, ἀνεψιὸς Ἑλένοιο: nam Helenus Priami filius ex Hecuba, Memnon Tithoni ex Aurora filius qui frater Priami: quare Helenus et Memnon fuerunt patrueles. Denique addenda sunt nonnulla de verbis: καὶ ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις Αἰθιόπεσσι χεῖρας, ἐν φρασὶ πάξαιθ' ὅπως. Heynius iunxerat: χεῖρας ἐν φρασὶ πάξαιθ', h. e. manus impingeret praecordiis. Hermannus, quem sequitur Boeckhius, interpunxit post χεῖρας, ne ἐπιμίξαις nudum poneretur et ne manus dicerentur impingi praecordiis, quod foedum et immane esset. Heynii sententiam nuper defendere conatus est Vir celeberrimus I. G. Huschkius in libello: Albii Tibulli Elegiae tres, Rostoch. 1814. p. 39, 1. ubi tractat Tibulli locum I, 3, 4. repetiitque eandem sententiam in ornatissima Tibulli editione. Explicat Huschkius verba Tibulli: Abstineas avidas, Mors, precor atra manus. Allatis igitur Homeri locis Iliad. φ. 548. et α, 97. et comparato loco Pind. Ol. II, 76. cum Odyss. χ, 316. transit ad hunc Pindari locum et dicit: „Enimvero nec nudum ponitur ἐπιμίξαις, siquidem vox χεῖρας ad utrumque verbum referri debet, nec immane foedumve est manibus tribuere, quod manuum vi impingitur, siquidem eodem modo scribit Sophocles, poeta humanissimus, Ai. 97. ἢ καὶ πρὸς Ἀτρεΐδαισιν ἤχμασας χέρα; Sed adeo insolens visa est haec dicendi figura viris doctis, ut quoties occurreret, toties ei substituerent vel insolentiorem, vel certe minus probabilem. Nam ut Marklandus Homero, ita Iacobsius Pindaro substituit κῆρας, Musgravius Sophocli ἥμαξας, quamvis Scholiastes explicet accurate ἤχμασας, σὺν αἰχμῇ ἐκίνησας. Euripid. Orest. 265. βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί; Monstra coniecturarum peperit, qui vel solus lectionum illarum sanitatem demonstrat, insignis Propertii locus, I, 9, 29. de Amore: *Qui non ante patet donec manus attigit ossa.* A quo loco corrigendo in posterum spero se abstinebunt critici nostri. Sagittae manu mitti dicuntur, ut apud Sophoclem Trachin. 565. Hercules in Nessum χερσὶν ἧκεν κομήτην ἰόν. Ergo hoc dicit Propertius: Amor non ante patet, quam manus, id est, sagitta manu eius emissa attigit ossa. Cum Homericis locis comparandus imprimis est Sophocl. Ai. 50. ubi quaerente Ulysse: καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου; respondet Minerva: Ἐγὼ σφ' ἀπείργω. Quae verba ita construenda sunt: καὶ πῶς ἐπέσχε φόνου χεῖρα μαιμῶσαν; et quomodo manum avidam abstinuit vel cohibuit a caede? Hom. Il. ν, 75. et 77 de eodem Aiace: Οὕτω νῦν καὶ ἐμοὶ περὶ δούρατι χεῖρες ἄαπτοι Μαιμῶσιν. Ubi Eustathius, laudans locum Sophoclis, construit μαιμῶσαν φόνου. Vereor ut recte. Aeschyl. Suppl. 909. (895.) absolute: Μαιμᾷ πέλας δίπους ὄφις. Homer. Odyss. υ, 266. Τμεῖς δέ, μνηστῆρες, ἐπίσχετε θυμὸν ἐνιπῆς καὶ χεῖρας.

www.libtool.com.cn

De morte item ut Tibullus scribit Callimachus Ep. II, 5. *Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ἦσιν ὁ πάντων Ἅρπακτὴρ Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ*, et qui Callimachum imitatur Ovidius III. Am. 9. 19. *Scilicet omne sacrum Mors importuna profanat, Omnibus obscuras iniicit illa manus.*" Ita Huschkius. Apposui hanc doctam Huschkii notam ipsis verbis transscriptis, ne quid omitterem quod ad eam sententiam defendendam utile videri posset. Iam meum si quaeris iudicium, paucis id verbis declarari potest. Unice veram dico Hermanni rationem. Primum enim nihil eorum quae attulit Huschkius plane simile est ei, quod hoc loco Pindarus diceret. Nam *manus inferre, iniicere alicui*, alia huiusmodi, et *manus impingere praecordiis alicuius*, haec non sunt plane eadem. Sed dabimus hoc; vel sic ea explicatio ab hoc loco aliena est, quum manifesto obstet sensus. Vide modo: *Ut Achilles conserens cum Aethiopibus manus impingeret in praecordia, ne Memnon domum rediret.* Quid quaeso hoc est? Ad hoc instituit Chiron Achillem, ut Aethiopes trucidaret, ne Memnon domum rediret, ut exercitum occideret, ne dux vivus abiret? Hoc ut a Pindaro dictum credam, nunquam adducar. Scio Heynium ad verba: *χείρας ἐν φρασὶ πάξαιθ'* supplere genitivum *Μέμνονος*, sed hoc per linguam fieri nequit. Tertium ex hac ratione non video; quare non dubito eam plane esse spernendam. Tu igitur ita verte: *Ut manus cum Aethiopibus conserens eam animo infigeret sententiam, ne Memnon rediret*, h. e. *ut pugnans cum Aethiopibus imprimis curaret hoc, ne Memnon rediret.* Haec ab omni parte apta sunt. Nec in oratione invenias quod iure displicere possit, siquidem *βάλλεσθαι, τίθεσθαι, γράφεσθαι ἐν φρεσίν*, alia similia dicuntur, atque etiam *ὅπως* cum his omnibus recte iungi potest. „Addit Boeckhius: Ut alibi ita hic quoque barbari, Lycii, Phryges, Dardani, Aethiopes ab Achille victi non sine respectu bellorum, quae paulo ante fuerant, afferri videntur, hoc loco ob bella Persica, in quibus Aeginetae excelluerant. Cf. introd. ad Olymp. II. et ex Pindaricis in Aeginetas odis Isthm. IV, 43 sqq. Nem. VI, 51. Isthm. VII, 54. Neque praeter Olymp. II. et Pyth. VI. ubi singulares obtinent rationes, Memnonis mentio facta est nisi in Aegineticis carminibus: quippe quam carae Aeginetis heroicae hae fabulae fuerint, docent vel signa nuper eruta. Ac Memnon quidem *Aurorae* filius aptum est symbolum Persis significandis, apud quos etiam Memnonia erant."

Vs. 61 — 73. Redit poeta ad Aristoclidem. Ac primum quidem dicit hoc: *Longe splendens gloria Aeacidarum apta est hinc*, ex rebus ab Achille ad Troiam gestis, nominatim ex Memnonis caede. Compara Nem. VI, 50 seq. *πέσεται δ' ἐπὶ τε χθόνα καὶ διὰ θαλάσσας τηλόθεν ὄνυμ' αὐτῶν, καὶ ἐς Αἰθίοπας Μέμνονος οὐκ ἀπονόσταξαντος ἔπαλτο*, et Isthm. V, 20, 21. *τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχοινῷ κέλευθοι, καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν καὶ δι' Ὑπερβορέους*. Unde vides quid sit illud *τηλαυγές*. Memnonis enim caede Aeacidarum gloria ad Aethiopes propagata est. Cave igitur *αὐτόθεν* mutes in *οἴκοθεν* cum Iacobsio Animadv. in Eurip. Tragoedias p. 228. Porro *ἄραρεν* est *ἤρτηται*, ut apud Platon. Legg. I. p. 631. *ἤρτηται δ' ἐκ τῶν θείων θάτερα*, ubi plura attulit Astius. Ceterum dum priscam Aeacidarum gloriam commemorat, id quoque velle poetam arbitror, ut praesens Aeginetarum virtus audientium mentibus obversetur, gloriaque virorum, quos nunc ipsum habet, eximiorum, quorum unus hic Aristoclides. Pergit poeta: *Ζεῦ, τεὸν γὰρ αἷμα, σέο δ' ἀγών, τὸν ὕμνος ἔβαλεν. Iuppiter, tuus sanguis Aeacidae, tuum etiam certamen Nemeaeum est, quod hymnus cecinit*, h. e. Iuppiter, tu nobis non uno nomine venerandus: agnoscimus quid tibi debeamus qui et Aeacidarum pater es et Nemeaeorum ludorum rector. Particula *γὰρ* post vocativum posita ne te offendat, cf. Olymp. IV, 1 sqq. et not. Denique *ἔβαλεν*,

www.libtool.com.cn

ut Olymp. II, 98. Pergit: *βοὰ δὲ — πρέπει, cantus enim victori Aristoclidae competit, qui hanc insulam ornavit eximia victoria.* Apte nexa est haec sententia verbis proxime antecedentibus: *ὀπὶ νέων ἐπιχώριον χάρμα κελαδέων,* quae transitum parant. Recte Mingarellus et Heynius ad dictionem *σὺν Ἀριστοκλείδᾳ πρέπει,* hoc est *συμπρέπει Ἀρ.* comparant Aeschyl. Sept. 13. et Suppl. 474. Verum sensum vidit etiam Scholiastarum unus. Ac verbum *πρέπειν* in his rebus usitatum Pindaro, ut Ol. II, 50. Pyth. V, 104. Nem. VII, 82. Accedimus ad sequentia: *ὃς τάνδε νᾶσον εὐκλεΐ προσέθηκε λόγῳ καὶ σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις Πυθίου Θεάριον.* De Thearios et Thearis s. Theoris disputavit nuper Muellerus Aeginet. p. 134 seq. Fuerunt hi Theari, ut videtur collegium sanctum non ad tempus creatum sed perenne, quod religiones curabat, quamquam accuratiora de eius ratione non tenemus. Reperitur hoc genus Thearorum non in Aegina solum, sed etiam Mantineae, Thucyd. V, 47. Porro Apollinis Thearii templum apud Troezenios memorat Pausan. II, 31, 9. et fuisse Thearos etiam Naupacti liquet ex inscriptione apud Cyriac. P. VII. nr. 59. Thearium, quod Pindarus dicit, fuit aedificium publicum, in quo degebant Theari, iunctum templo Apollinis Pythii, ut tradit Scholiastes ad hunc locum. Iam de constructione videndum. Noli iungere: *Νᾶσον προσέθηκε λόγῳ εὐκλεΐ καὶ σεμνὸν Πυθίου Θεάριον (προσέθηκε) ἀγλααῖσι μερίμναις,* insulam admovit famae clarae et Thearium admovit eximiis curis s. *cantibus*, ut interpretantur *curas.* Nam quum ratio postulet hunc sensum: *Aristoclides illustravit insulam et Thearium*, perquam inepte Pindarus in eadem re diversis vocabulis usus esset. Quid enim? Num tantum insulam *λόγῳ εὐκλεΐ προσέθηκεν* Aristoclides? Annon etiam Thearium? Idem quaeram de altero. Num Thearium solum *μερίμναις ἀγλααῖς προσέθηκεν*? Annon etiam insulam? Vides ex hac ratione ridicule distingui et sibi opponi quae hoc modo distingui nec possunt nec debent. Nec voluisse Pindarum talem distinctionem etiam particula *καὶ* docet. Non minus errare dicam, qui iungant *Θεάριον σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις Πυθίου*, aut *Θεάριον σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις*, sc. Thearorum. Nam magnopere displicet *σεμνὸν* cum ablativo iunctum, quod melius ponitur absolute. Ne multa, sic verte: *Qui hanc insulam illustravit et sanctum Pythii Thearium eximiis conatibus suis. Ἀγλααὶ μέριμναι* sunt *studia, consilia, conatus Aristoclidae in rebus praeclare gerendis*, quae explicatio iam in Scholiis habetur. Sic Olymp. I, 106. *θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν τεαῖσι μερίμναισιν*, ubi v. nott. quas cf. etiam ad Olymp. II, 60. et ad Pyth. VIII, 85 sqq. His expeditis quaerendum restat, quid hoc loco sibi velit Thearii commemoratio. Dubitari nequit Aristoclidem aliquo modo cum Thearis fuisse coniunctum. Aut igitur unus e familia sua fuit inter Thearos aut ipse. Si ipse Thearus fuit, credam eum aliquanto post victoriam reportatam Thearum factum; nam quum haec certamina obiret, nondum videtur mihi fuisse in hoc illustri collegio. Vides quid inde sequatur. Si sensus est: Aristoclidem quum vinceret illustrasse Thearium, credam unum e familia eius fuisse inter Thearos; sin omnino hoc dicit Pindarus: *factum esse egregiis viri conatibus ut iam laudem inde habeat et Thearium*, nihil obstabit quo minus ipsum Aristoclidem statuamus Thearum fuisse, quum haec caneret Pindarus. Atque hoc equidem praeferam. Nam si unus e familia Aristoclidae inter Thearos fuit, mihi quidem minus apta videtur Thearii commemoratio. Quid enim? Num Aristoclides eum tantum illustravit e gente sua, qui inter Thearos erat? Annon etiam ceteros gentiles? Aptius igitur erat et aequius dicere, quod saepe dicit alias, victorem illustrasse patriam et gentem suam. Hanc difficultatem declinabimus, si statuemus Aristoclidem ipsum tum fuisse Thearum. Etenim, ut aperte loquar, coniicio carmen cantatum esse in Thearo, sollemnibus institutis epulis ad epinicia

www.libtool.com.cn

celebranda. Sic demum aptissima est Thearii mentio et rationem habet ab omni parte idoneam. Pergit Pindarus: *ἐν δὲ πείρᾳ τέλος διαφαίνεται, ὧν τις ἐξοχώτερος γίνηται κ. τ. λ.* De hoc loco exposuit Boeckhius in nott. critt. nobis nonnulla addenda sunt. Ac primum quidem cave vertas: Usu cernitur summum ex iis, in quibus quis excellat; hoc enim permire dictum sit; sed ita verte: *Usu cernitur summa rei qua quis excellat, τέλος τούτων, ἃ ἐξ. γέν.* per attractionem. Nam ut monuit iam Heynius, *τέλος* est ipsius rei summa vis, summa. Hinc Boeckhius simpliciter vertit: *experientia cernitur, in quibus quis excellat.* His positis sensus erit hic: Usu cernitur cuiusque hominis virtus, qua quis excellat inter iuvenes, qua inter viros, qua inter seniores. Sic singularum aetatum per se plures erunt virtutes, plures igitur iuvenum, virorum, seniorum, pro diversa hominum indole, ei autem qui tribus aetatibus excellit, tribuentur tres, uniuscuiusque aetatis virtutum una. Est tamen etiam alia ratio, si omnino iuvenilis aetatis praestantiam dicas iuvenilem virtutem, et virilis aetatis praestantiam eodem modo virilem virtutem, ac similiter in senioribus; h. e. si universe florem cuiusque aetatis dicas propriam eius virtutem, omissis ingeniorum diversitatibus. Sic tres omnino erunt humanae vitae ad senilem aetatem virtutes, quibus accedet quarta senum iamiam decrepitorum *ἐπὶ γήραος οὐδῷ*. Si hoc voluit Pindarus, non potuit scribere *ὧν τις* ut mihi quidem videtur, sed dicendum erat *ὅστις*, quod ipsum Scholiastes videtur habuisse. Iam haec erit sententiae ratio: *Usu cognoscitur hominis praestantia, siquis excellat, iuvenili virtute inter iuvenes, virili inter viros, senili inter seniores. Longior vita potest etiam adducere quartam, sapere in loco.* Fateor mihi hoc melius videri. Nam ut decrepitorum omnino una est generalis virtus, dico illud *φρονεῖν τὸ παρκείμενον*, sic etiam unicuique ceterarum vitae aetatum omnino unam videtur tribuisse virtutem, missis singulorum hominum diversitatibus. In ceteris plane assentior Boeckhio meo, nisi quod sponte intelligitur, me quattuor aetates ponere, iuvenilem, virilem, senilem et senum decrepitorum. Contra Boeckhius etiam nunc censet tres tantum aetates designari, puerilem (*ἐν παισὶ νέοισιν*) usque ad initium virilium annorum, *μέχρι τοῦ ἐκ παίδων ἐξέρχεσθαι καὶ ἐς ἄνδρας ἐγγράφεσθαι*, cuius rei terminus apud Athenienses in annum duodevigesimum constitutus erat, inclusa prima adolescentia s. *ἐφηβείᾳ*; tum virilem (*ἐν ἀνδράσιν*); senilem (*ἐν παλαιτέροισιν*): harum tres esse virtutes, singularum aetatum singulas: quartam autem virtutem, ut Hermannus statuit, esse tribus illis aetatibus communem, et in senibus quidem maxime elucentem et perfectam, non tamen senibus propriam, eamque formalem quodammodo, *φρονεῖν τὸ παρκείμενον*, quae et in puero et in viro et in sene cernatur, quippe quae efficiat, ut unusquisque suam rem agat neque alius aetatis virtutem occupet; hanc igitur qui una cum tribus illis nactus sit, eum habere quattuor: quae tamen quum nonnisi cum longa vita contingere omnes possint, quod senilis virtus et communis illius quartae virtutis absoluta perfectio seni demum competit, ideo dici quattuor illas longâ vitâ afferri. Idem etiam illud *ὧν* expelli non vult, sed ita explicandam sententiam censet: Esse quidem tres tantum pro aetatibus in unoquoque virtutes, sed, ut dixi, varias pro hominum indole, unde alius alia re excellat; uniuscuiusque tamen nonnisi tres esse, unam quam ille puer iuvenis, alteram quam idem vir, tertiam quam senex habeat; quibus quarta illa omnibus communis accedat; itaque nihil mirum esse, si, licet singularum aetatum plures pro uniuscuiusque indole virtutes sint, tamen singuli usque ad senium praeter communem quartam nonnisi tres habeant. Has autem quattuor virtutes quum in Aristoclide laudet poeta, perfectum quodammodo hominem describi, qui et tribus singularum aetatum virtutibus excellat, et quartam habuerit, quae effecerit, ut puer iuvenis plane pueri-

www.libtool.com.cn
lem, vir virilem, senex senilem virtutem exercuerit. Quodsi tamen quattuor aetates distinguendae sint, et quarta virtus quartae aetatis sit, non tribus aetatibus communis, aetatem quartam Boeckhius quoque censet *extremum* esse *senium ἐπὶ γήραος οὐδῷ*, quo posito *φρονεῖν τὸ παρκείμενον* esse putat *Rebus praesentibus acquiescere nec quidquam ultra quaerere:* quod seni decrepito unum superest. Et haec quidem Boeckhius, qui ultro fatetur sibi hunc locum, quo eum diutius consideret, eo obscuriorem fieri: nunc his accuratius expositis certe hoc effectum est, ut status controversiae liqueat. Quodsi verior iudicabitur Boeckhii mei sententia, ego quoque non reluctabor. De forma praesentis *ἐνέπει* monet Buttmann. Lexilog. p. 280. Addit Pindarus: *τῶν οὐκ ἄπεστι*, sc. Aristoclides, quem vides tum senem fuisse. Tertia persona, qua supra usus erat poeta, utitur etiam hic, quia haec cum antecedentibus cohaerent.

Vs. 73. usque ad fin. Sequitur iam ultima pars hymni, in qua excusat carminis dilationem. *Χαῖρε*: Recte nunc mutatur persona; nam ipsum nunc alloqui debebat Aristoclidem. Et fortasse haec a coryphaeo pronunciabantur. Ad ipsam salutationem et universum locum cf. Pyth. II, 67. hoc loco Schol. *τὸ χαῖρε* a propinatione desumptum putat: quod non probo. Pergit poeta: *ἐγὼ τόδε τοι πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ σὺν γάλακτι κ. τ. λ. Ego tibi mitto hoc mel cum lacte mixtum, quod admixta spuma ambit, potum cantatum Aeoliis tibiis*, ut *ἀπύων ἐν αὐλοῖς* Olymp. V, 19. Sed de constructione loci expositum iam in nott. critt. Notum autem est, Pindarum passim hymnum epinicium cum potu comparare; tenendum vero hanc comparationem reperiri nonnisi in carminibus in convivio cantatis, ut Olymp. VI, 91. VII. init. ubi cf. Boeckh. et Isthm. V. ubi v. nos. Tales enim metaphorae ab intelligente poeta accommodabantur ad epiniciorum formam, qualem declaratam accepisset. Hoc loco pro vino placuit poetae mel cum lacte mixtum dicere carmen, ut solebant veteres mel addere lacti; cf. Aelian. H. A. XV, 7. Quum igitur Pindarus hic spreverit usitatiorem vini comparationem, quaeras quae causa eum ut hoc faceret moverit. De qua re nihil habeo praeter coniecturam. Videtur inesse hoc: *Mitto tibi potum dulcem et lenem*, ut habet dulces hoc carmen laudes et placidum rerum decursum ac numeros molliores Doriis sed non fractos. Aptior videtur hic potus Aristoclidae seni quam vino spumans poculum, et fortasse etiam Musae, cui Aristoclides victoriam suam debebat, aptius erat hoc libamen, siquidem traditur Musis libatum esse *νηφαλίοις*, cf. Schol. ad Sophocl. Oed. Colon. 100. *Νηφάλια* propriè dicta *ὑδρόσποιδα* et *μελίσποιδα*; cf. Wyttenb. ad Plutarch. T. VI, P. II, p. 849. Fortasse tamen etiam *μελίκρατον* quod antiquo usu dicebatur, huius generis fuit; cf. Odyss. *κ*, 519. et Schneider Lex. Gr. Dixi me nonnisi coniecturas habere ad locum explicandum; tamen aliquid quam nihil tentare malui. Denique quum probabile sit cantatum esse carmen in Theario paratis epulis, fortasse etiam huc simul respexit poeta, significans se ad convivium ornandum suavem hunc potum mittere, ut in alia re est in Fragm. Scol. 3. *ὦ Θρασύβουλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν τοῦτό τοι πέμπω μεταδόρπιον*. Addit Pindarus: *ἔστι δ' αἰετὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς, est tamen aquila velox inter volucres*, h. e. admodum velox avis, velocissima avis. Sic *ἐν παισὶν νέος* Pyth. IV, 281. est *iuvenili robore praestans*, ut *ἴσος ἐν ἴσοις* est iustissimus vir. Porro comparatio aquilae quae celerrime capit, e longinquo delata, cruentam praedam, significat poetam scopum quem petit facili certoque volatu assequentem, h. e. rem propositam optime tractantem. Non possunt idem crocitantes graculi, qui eximia illa alarum vi destituti humilia sectantur. Nam poetam non victorem intelligi debere et aliorum locorum comparatio docet ut Olymp. II, 97. Nem. V, 21. et rerum nexus. Sensus igitur nude declaratus hic est = Sero quidem

www.libtool.com.cn

loco Theognid. vs. 1051. *Μή ποτ' ἐπειγόμενος πρήξῃς κακόν, ἀλλὰ βαθείῃ σῇ φρενὶ βούλευσαι σῷ ἀγαθῷ τε νόῳ.*

Vs. 9—32. Transitum facit ad rem ipsam et memorat Timasarchi victorias. *Τό μοι θέμεν — ὕμνου προκώμιον εἴη.* Quum *κῶμοι* saepe sint cantus *ἐπικώμιοι*, *προοίμιον* hymni *ἐπικωμίου* recte dici potuit *προκώμιον*. Porro *θέμεν* est dedicare. Sensus loci hic est: *Iovem et Nemeam ac Timasarchi luctam cantaturo mihi pro exordio hymni liceat offerre haec de carminum epiniciorum iucunditate et praestantia dicta.* Eorum enim operae coniunctae haec victoria debebatur; ornaturus igitur eos et delectaturus cantu, praefatur de carminum iucunditate, tanquam aptissimo introitu. *Δέξαιτο*, illud ipsum puta *προκώμιον*. Veram constructionem intellexit etiam Scholiastes; ac dictum illud est faustissimum, unde perquam aptum est verbum *δέχεσθαι*. *Αἰακιδᾶν ἠὐπυργον ἕδος, urbs Aegina.* Muellerus Aeginet. p. 146. de ea scripsit sic: „Sita erat ad mare, adversus Africum, Epidauri puto et Chersonesi e regione; munitissima usque ad Olymp. 80. ita ut novem mensium oppugnationem sustinuerit; portubus circumdata duobus et haud dubie tam ampla, ut a templo Veneris ad australe usque insulae promontorium pertinuisse et fana, Pausaniae tempore disiecta, pleraque continuisse videatur. *Ἐν ἐπιφανεστάτῳ τῆς πόλεως*, ut scribit Pausanias II, 29. 6. situm erat Aeaceum, marmoris candidi *περίβολος τετράγωνος.*" *Δίκᾳ ξεναρκεῖ κοινὸν φέγγος, iustitia advenas sublevante communis omnibus lux* s. salus, *κίων παντοδαποῖσι ξένοις*, Ol. VIII, 26. Suaviter iterum utitur hac laude Aeginae; nam hoc vult, ut quae omnes advenas admittat, dictum quoque illud benigne recipiat. Cf. ad Nem. III, init. Ceterum videmus Aeginam etiam tum commerciis florentem. *Εἰ δ' ἔτι ζαμενεῖ Τιμόκριτος ἀλίῳ σὸς πατὴρ ἐθάλπετο κ. τ. λ., Pater tuus si viveret, is imprimis laetaretur hoc hymno, qui tres filii victorias complectitur.* Sic et patrem laudat et ad victorias ipsas transitum parat. Pater Timasarchi musicam calluit: ex eadem hac Theandridarum gente fuit etiam Euphanes poeta lyricus, avus Timasarchi, de quo in fine legitur. Florebat tunc poesis lyrica inter Dores. *Ποικίλον κιθαρίζων* iunge, ut dicitur *χορίον, ἐρατὸν, ἱμερόεν, λαμπρὸν κιθαρίζειν.* Porro *τῷδε μέλει κλιθείς, huic carmini inclinans*, h. e. lubenter canens hoc carmen. Commode haec interposita sunt inter verba: *θαμά κε — κελάδησε.* Vulgatius est verbum *προσκλίνειν* et *προσκλίνεσθαι*, ubi operam damus alicui rei, ei favemus. *Ὕμνον κελάδησε καλλίνικον κ. τ. λ.* h. e. *saepe cecinisset hunc hymnum ferentem laudum ex tribus victoriis complexum.* De voce *ὅρμος* cf. Boeckh. nott. critt. ad Olymp. I, 82. Porro iunge *ὅρμον στεφάνων Κλεωναίου ἀπ' ἀγῶνος καὶ ἀπ' Ἀθανᾶν ἐν Θήβαις τε.* Nam ut corona e Nemaeo certamine et corona ex Athenis est laus parta in illis locis, sic etiam *στέφανος ἐν Θήβαις* est laus parta Thebis. Persaepe similiter Pindarus, ut *κόσμος Ὀλυμπίᾳ* Olymp. VIII, 110. *πέντε Ἰσθμοῖ νῖκαι* Pyth. VII, 13. *κλέος τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις Πέλοπος*, Olymp. I, 93. et sic in aliis. Denique similiter quodammodo utramque constructionem coniungit Olymp. XII, 19. 20. *Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος Ἰσθμοῖ τε.* Ad *λιπαρᾶν Ἀθανᾶν* cf. Wyttenb. ad Iulian. Orat. p. 429. Bergl. ad Aristophan. Nub. 299. Schneid. Vit. Pindar. p. 38. De Atheniensibus ludis v. Schol. Olymp. VII, 151. et IX, 130. et comment. ad Olymp. XIII, 37. *Κλεωναῖον ἀγῶνα* dicit Nemea. Nam Cleonaei, a quorum urbe non ita longe aberat lucus Nemeaeus (cf. Strab. VIII, 377. Pausan. II, 15.), diu fuerunt praesides horum ludorum; cf. Schol. ad init. Nem. Argument. et Plutarch. Vit. Arat. c. 28. Praesides erant quum maiores Thiaei ibi vincerent; cf. Nem. X, 42. ac necesse est tenuisse eos etiam tum ius suum, quum hoc carmen scriberetur. Nam quo sensu Atheniensium et Thebanorum ludos hoc loco dicit, eodem par est dici

www.libtool.com.cn

lunii die, ut colligo e vs. 35.; sed quo loco et qua in re cantatum sit, nonnisi tenui suspicione assequi licet. Suspicor carmen cantatum esse in pompa victoris per urbem. Favet huic opinioni metrica carminis ratio monostrophica, qualem habet etiam carmen Nem. IX. vix alibi quam in pompa cantatum, neque adest quidquam in toto carmine quod obstet. Cum igitur hoc carmen in pompa canendum esset per Aeacidarum urbem incedente, ideo faciendum statuit poeta ut omnium Aeacidarum nomina celebrarentur. Ac res quidem Aeacidarum gestas complecti uno carmine non poterat; tractavit igitur hunc locum ita ut exhiberet eos in diversissimis locis cultos, duorum vero, Telamonis dico et Pelei, Aeaci filiorum, etiam facta insigniora intexeret. Congestis sic in unum locum omnium Aeacidarum nominibus hoc consecutus est poeta, ut gens ostenderetur heroica, qualem nulla alia Graeciae urbs habuit, atque ita ipsum illud *ἠΰπυργον Αἰακιδᾶν ἔδος*, spendidissimorum heroum mater, quorum etiam imagines videtur servasse omnium, quam magnificentissime celebratum haberetur. Si iam tum potuit esse aliqua suspicio bellorum insecutorum, faustissima auspicia habebat Aegina tot heroum vigente potentia munita. Quidquid est, fuit tum Aeginae splendor maximus, qui non potuit illustrari exquisitius quam tot heroum laudatis numinibus. Credas haec in publica aliqua Aeacidarum sollemnitate cantata; sed obstat hoc quod nulla est in toto hoc carmine Aeacidarum invocatio, quae abesse nullo modo poterat, si festo horum heroum die res esset acta. Multo minus alius cuiusdam dei sollemnitatem eo ornatam credo, quum etiam huius rei nullum reperiam vestigium. De ceteris expositum est suo loco.

Vs. 1—8. Exordium carminis, de cuius ratione nonnulla moneo ad vs. 32. Primorum verborum est sensus: *Optimum est hilaritas laborum peractorum lenimen.* Ad formulam cf. Aeschyl. Choeph. 693. *ἰατρὸς ἐλπίς*. Poterat etiam sic dicere: *ἄριστος εὐφροσύνα ἀνδρὶ πόνων κεκριμένων ἰατρός*, nunc omisit *ἀνδρὶ*, quod per se inest in sententia. Vides quo referam sequens *νίν*. Porro *κεκριμένων* recte explicat Scholiastes *συντελεσθέντων καὶ κρίσιν λαβόντων*. Res nota. Pergit poeta: *Carmina vero suavissime deliniunt eum*, h. e. *quum optimum sit laborum peractorum lenimen hilaritas, quam quis habet post res feliciter gestas, nihil magis eum carmine epinicio exhilarat.* Nam *θέλγειν* est *blande, suavissime delinire*, et manifesto hoc agit poeta in sequentibus, ut ostendat nullum esse iucundius levamen carminibus. Intelliges hinc cur carmina nunc ornatius dixerit *σοφὰς Μοισᾶν θύγατρας ἀοιδάς*, et cur haec ceteris huius commatis verbis praeposuerit. Nam ut omnino Pindarus admirabilis est exquisita collocatione verborum, sic in toto hoc exordio nullum verbum est, quod non aptissime positum sit. Semel monemus hoc, quia etiamnum nimis negligunt quidam in explicandis veterum scriptis verborum ordinem attendere, quasi rerum pondera recte sentiri possint ubi illud neglexeris. Ceterum post *ἁπτόμενας* malim colon positum. *Μαλθακὰ τέγγει γυῖα, emollit, lavando ut mollia fiant membra tarda et gravia ex laboribus.* Nam *τέγγειν* est *μαλάττειν, humore molle reddere*, unde pro *macerare* id dici constat, cf. Valcken. ad Hippolyt. p. 195. Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 248. Sio consecutus est poeta, ut emolliendi vim cum recreandi significatione exhiberet coniunctam. Mox *laus citharae socia* est laus ad citharam cantata. Pergit: *Verbum factis superstes est, quod quidem Gratiarum ope, cogitatum et meditatum protulerit lingua.* *Σὺν Χαρίτων τύχᾳ, fausta Gratiarum ope*; similiter explicandum est Nem. V, 48. Gratias constat esse *κώμων* amicas; hic aptissime memorantur, quoniam carmen significare voluit pulchrum et quod non displiceat Gratiis: tale enim par est rebus gestis vivere diutius. Hinc est quod addit: *φρεσὶ ἐξέλοι βαθείας*. Vim vocis *βαθείας* senties, comparato

www.libtool.com.cn

loco Theognid. vs. 1051. *Μή ποτ' ἐπειγόμενος πρήξῃς κακόν, ἀλλὰ βαθείῃ σῇ φρενὶ βούλευσαι σῷ ἀγαθῷ τε νόῳ.*

Vs. 9—32. Transitum facit ad rem ipsam et memorat Timasarchi victorias. *Τόμοι θέμεν — ὕμνου προκώμιον εἴη.* Quum *κῶμοι* saepe sint cantus *ἐπικώμιοι, προοίμιον* hymni *ἐπικωμίου* recte dici potuit *προκώμιον*. Porro *θέμεν* est dedicare. Sensus loci hic est: *Iovem et Nemeam ac Timasarchi luctam cantaturo mihi pro exordio hymni liceat offerre haec de carminum epiniciorum iucunditate et praestantia dicta.* Eorum enim operae coniunctae haec victoria debebatur; ornaturus igitur eos et delectaturus cantu, praefatur de carminum iucunditate, tanquam aptissimo introitu. *Δέξαιτο*, illud ipsum puta *προκώμιον*. Veram constructionem intellexit etiam Scholiastes; ac dictum illud est faustissimum, unde perquam aptum est verbum *δέχεσθαι*. *Αἰακιδᾶν ἡὑπυργον ἕδος, urbs Aegina.* Muellerus Aeginet. p. 146. de ea scripsit sic: „Sita erat ad mare, adversus Africum, Epidauri puto et Chersonesi e regione; munitissima usque ad Olymp. 80. ita ut novem mensium oppugnationem sustinuerit; portubus circumdata duobus et haud dubie tam ampla, ut a templo Veneris ad australe usque insulae promontorium pertinuisse et fana, Pausaniae tempore disiecta, pleraque continuisse videatur. *Ἐν ἐπιφανεστάτῳ τῆς πόλεως*, ut scribit Pausanias II, 29. 6. situm erat Aeaceum, marmoris candidi *περίβολος τετράγωνος.*" *Δίκᾳ ξεναρκεῖ κοινὸν φέγγος, iustitia advenas sublevante communis omnibus lux* s. salus, *κίον παντοδαποῖσι ξένοις*, Ol. VIII, 26. Suaviter iterum utitur hac laude Aeginae; nam hoc vult, ut quae omnes advenas admittat, dictum quoque illud benigne recipiat. Cf. ad Nem. III, init. Ceterum videmus Aeginam etiam tum commerciis florentem. *Εἰ δ' ἔτι ζαμενεῖ Τιμόκριτος ἀλίῳ σὸς πατὴρ ἐθάλπετο κ. τ. λ., Pater tuus si viveret, is imprimis laetaretur hoc hymno, qui tres filii victorias complectitur.* Sic et patrem laudat et ad victorias ipsas transitum parat. Pater Timasarchi musicam calluit: ex eadem hac Theandridarum gente fuit etiam Euphanes poeta lyricus, avus Timasarchi, de quo in fine legitur. Florebat tunc poesis lyrica inter Dores. *Ποικίλον κιθαρίζων* iunge, ut dicitur *χορίον, ἐρατὸν, ἱμερόεν, λαμπρὸν κιθαρίζειν*. Porro *τῷδε μέλει κλιθείς, huic carmini inclinans*, h. e. lubenter canens hoc carmen. Commode haec interposita sunt inter verba: *θαμά κε — κελάδησε*. Vulgatius est verbum *προσκλίνειν* et *προσκλίνεσθαι*, ubi operam damus alicui rei, ei favemus. *Ὕμνον κελάδησε καλλίνικον κ. τ. λ.* h. e. *saepe cecinisset hunc hymnum ferentem laudum ex tribus victoriis complexum.* De voce *ὅρμος* cf. Boeckh. nott. critt. ad Olymp. I, 82. Porro iunge *ὅρμον στεφάνων Κλεωναίου ἀπ' ἀγῶνος καὶ ἀπ' Ἀθανᾶν ἐν Θήβαις τε*. Nam ut corona e Nemeaeo certamine et corona ex Athenis est laus parta in illis locis, sic etiam *στέφανος ἐν Θήβαις* est laus parta Thebis. Persaepe similiter Pindarus, ut *κόσμος Ὀλυμπίᾳ* Olymp. VIII, 110. *πέντε Ἰσθμοῖ νῖκαι* Pyth. VII, 13. *κλέος τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις Πέλοπος*, Olymp. I, 93. et sic in aliis. Denique similiter quodammodo utramque constructionem coniungit Olymp. XII, 19. 20. *Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος Ἰσθμοῖ τε.* Ad *λιπαρᾶν Ἀθανᾶν* cf. Wyttenb. ad Iulian. Orat. p. 429. Bergl. ad Aristophan. Nub. 299. Schneid. Vit. Pindar. p. 38. De Atheniensibus ludis v. Schol. Olymp. VII, 151. et IX, 130. et comment. ad Olymp. XIII, 37. *Κλεωναῖον ἀγῶνα* dicit Nemea. Nam Cleonaei, a quorum urbe non ita longe aberat lucus Nemeaeus (cf. Strab. VIII, 377. Pausan. II, 15.), diu fuerunt praesides horum ludorum; cf. Schol. ad init. Nem. Argument. et Plutarch. Vit. Arat. c. 28. Praesides erant quum maiores Thiaei ibi vincerent; cf. Nem. X, 42. ac necesse est tenuisse eos etiam tum ius suum, quum hoc carmen scriberetur. Nam quo sensu Atheniensium et Thebanorum ludos hoc loco dicit, eodem par est dici

www.libtool.com.cn

etiam Cleonaeum certamen. Non convenit igitur mihi cum Corsino Dissert. Agonist. III. p. 52. qui inde ab Olymp. 53. Argivos semper praesides fuisse censet. *Οὕνεκ' Ἀμφιτρύωνος ἀγλαὸν παρὰ τύμβον — Αἰγίνας ἕκατι, quandoquidem apud Amphitryonis sepulcrum non inviti eum coronarunt, propter Aeginam.* Veniebat aliquando in mentem iungere: *Θήβαις τ' ἐν ἑπταπύλοις οὕνεκ' Ἀμφιτρύωνος κ. τ. λ.* tamen postea de hac constructione dubitare coepi. Amphitryonis supulcrum apud Thebanos memoratur etiam Pyth. IX, 84. et Pausan. I, 41, 1. Fuit ante portas Proetides; ibi enim Iolai gymnasium erat teste Pausan. IX, 23. cui iunctum fuisse Amphitryonis sepulcrum docent Scholia ad hunc locum. Atque in hoc stadio agebantur Heraclea (v. Schol.), quae etiam Iolaia dici solent. Cf. Comm. ad Olymp. VII, 77 sqq. In his vicerat Timasarchus. *Αἰγίνας ἕκατι.* Asopus, Aeginae pater, erat fluvius Sicyonius apud Phliuntem. Tamen Thebani hunc honorem suo Asopo vindicare studuerunt, unde confuso Boeotico et Phliasio flumine orta est fabula de cognatione Aeginae et Thebae, tanquam sororum, firmata, ut videbatur, ab Apolline Delphico (cf. Herod. V, 80.) pluribus cantata Pindaro Isthm. VII, 17. Vide de his rebus Mueller. Aeginet. p. 10. accurate disputantem. Accidit circa Ol. 68, 4. cum Thebani bellum gererent contra Athenienses, ut oraculo iuberentur socios quaerere sibi cognatos. Adierunt igitur Aeginetas et exstitit ex eo tempore foedus, amicitia et hospitium Thebanis cum Aeginetis: cf. praeter Herodotum Diod. IV. 27. Schol. Pindar. ad vs. 30. Disputat de hac re Mueller. Aeginet. p. 114. Ac vidimus ad Nem. III, 20. iam olim hospitium fuisse Herculi cum Aeacidis. Pindarus politicum foedus nusquam disertius memorat, uti par est, sed mythica tenet, nunc Aeginae et Thebae, quae ferebatur, cognationem et Herculis cum Aeacidis hospitalem consuetudinem. In verbis *Ἡρακλέος ὀλβίαν πρὸς αὐλὰν* obscurum est quaenam sit aula Herculis. Illud falsissimum sit, si ipsas Thebas aulam Herculis dici credas, in qua sententia videtur fuisse Scholiastes. Dicuntur urbes deorum sedes, etiam *δῶμα Ἥρας* dixit Argos Pindarus Nem. X, 2. sed aulam ubi dixerint hoc modo, monstrari mihi velim. Hoc autem loco etiam adiecta praepositio *πρός* huic opinioni manifeste obstat. Equidem intelligo *Ἡρακλεῖον,* quod situm erat ante portas Electras; cf. Pausan. IX, 11, 2. *Ὀλβίαν* vertes *praeclaram,* nisi est *εὐδαίμονα,* ob victoriam Timasarcho ab Hercule concessam. Cum Timasarchus Herculis ludos adiret, par erat eum templum Herculis petere ut ibi sacrificaret. *Ξὺν ᾧ ποτε Τροΐαν κ. τ. λ. cum quo iam Aeacidae amicitiae foedus habuerunt,* quo significat alteram mythicam amicitiae inter Thebanos et Aeginetas causam. Atque sic commode ad Herculis et Telamonis res gestas transit. De verbo *πόρθησε* cf. ad Nem. III, 36. Expeditiones contra Troiam, Meropes et Alcyoneum similiter coniunctim memoratas habes Isthm. V, 29 seq. De *expugnatione Troiae* vidimus Nem. III, 35. *Meropes* tenebant insulam Con, devicit eos Hercules a Troia redux (cf. Schol. et Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 183.). *Alcyoneus* Gigas post Meropes devictos debellatus fertur ab Hercule (cf. Apollod. I, 6, 1. coll. II, 7, 1. cum not. Heyn.): Telamoni caedem Alcyonei Pindarum tribuere Schol. Apollon. I, 1289. hinc notat. Factum esse in campis Phlegraeis significat etiam Pindarus Isthm. V, 31. ubi etiam de Telamonis auxilio. Tamen Scholiastes ad hunc locum pugnam prope Corinthum in Isthmo dicit factam, unde coniicias diversas fuisse de hac re fabulas. Sed Eustathium Thraciam agnoscere etiam in Scholiis Pindari h. l., Boeckhius notavit Praef. Schol. T. II. p. XXIX. additque nunc idem, in Scholiis verba *τῆς Κορίνθου* ab imperita manu addita esse: Thracicum Isthmum Schol. Isthm. V, 47. nominat in eadem re: igitur hic quoque hunc intelligendum esse: nec tamen de Isthmo Thracicae apud Lysimachiam Cher-

www.libtool.com.cn

sonesi cogitasse grammaticum, sed de Isthmo peninsulae Pallenae s. Phlegrae, in quo sita Potidaea. Nempe Alcyoneus in ipso introitu peninsulae, ubi defensioni locus aptissimus, Herculi obstitit ibique cum eo conflixit. *Οὐ τετραορίας γε πρὶν δυώδεκα — δὶς τόσους, non antequam duodecim currus et viginti quattuor viros, qui in curribus erant, iacta rupe occidisset Alcyoneus Herculi socios.* Erant enim in unoquoque curru duo heroes, more ex Homero noto. Ad ἕλεν cf. Hom. Il. λ, 228. *Ἔνθ' ἐλέτην δίφρον τε καὶ ἀνέρε δήμου ἀρίστω, υἷε δύω Μέροπος.* Verba *ἀπειρομάχας ἐών κε φανείη κ. τ. λ.* verto: *Imperitus sit pugnae qui hoc non intelligat, qui hoc incredibile esse dicat.* Ad sententiam quae sequitur Scholiastes affert versum e Tragico: *τὸν δρῶντά πού τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται,* cui similis est alius apud Stobaeum Eclog. Physic. I, 4. ed. Heeren. et Theophil. Antiochen. adv. Antolyc. II, 53. ed. Wolf. *δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.* Ceterum quaeri potest cur haec a Pindaro posita sint. Quamquam Hercules et Telamon in illa pugna fortissime steterant et terribilem istum Gigantem prostraverant, tamen excusanda erat clades virorum. Sic igitur haec propter Herculem dicta videbuntur. Erraveris tamen, si nihil praeter hoc subesse credas. Verior horum dictorum causa haec esse videtur, ut simul soletur victorem, qui nonnisi post multos labores victoriam videtur tulisse, attrito corpore. Sensit hoc etiam Scholiastes ad hunc locum. Atque infert Pindarus talia etiam alibi, ut Olymp. XI, 15 seq. Compara mihi iam exordium carminis, et intelliges, quid sit quod statim in principio *εὐφροσύναν* laudet et cantum tanquam optimum laborum peractorum levamen. Ad luctae labores exantlatos pertinet etiam comparatio calidae aquae membra fessa recreantis. Quamquam enim haec cuivis luctatori victori recte dici possunt, imprimis tamen apta sunt ubi quis non facilem habuit victoriam. Quare equidem non dubito haec omnia in eandem sententiam dicta esse. Iam, ut ad hunc locum redeam, vide rationem poetae. Timasarchi victorias enumerans ultimo loco posuit victoriam ex Heracleis reportatam, ut hinc ad Herculem et Telamonem veniret, quorum quaedam facta nobiliora recensens ultimo sic utitur, ut soletur simul Timasarchum, et excuset quae ille adversa in lucta perpessus erat. Post quae abrumpit orationem.

Vs. 33—43. Significat poeta se quamquam plura de his rebus dicenda habeat et aegre ab iis abstineat, tamen abrumpere orationem quum alia restent. *Τεθμὸς* quum vulgo legem significet aut institutum quod publice habetur, vix potest aliter accipi quam de ratione talium carminum more sancita, ut et domestica praeferantur peregrinis et ne domesticorum heroum in uno solo laudando se contineat oratio, ubi plures laudem postulent. Atque ita etiam facit fere Pindarus. *Ὧραι τ' ἐπειγόμεναι,* quippe *quum etiam alia celebranda sint in hac pompa.* Amamus enim haec et similia ita interpretari, ut etiam tempori apta sint, quo audiebantur. Alii sic intelligunt: *urget tempus, quum carmen ad certum diem promissum sit.* Pergo ad seqq. *Ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ νουμηνίᾳ θυγέμεν.* Haec obscuriora sunt; videbimus singula. De ave Iynge, cuius usus in re magica, v. ad Pyth. IV, 214. Similiter *ἕλκεσθαι* proprium in rebus magicis, ut Theocrit. II, 17. et apud Latinos *ducere* (cf. Virg. Eclog. VIII, 68. ibiq. Voss). Porro *νουμηνία* quum imprimis consecrata fuisse videatur epinicis celebrandis, quod colligi potest e Scholiis ad Nem. III, 2. eâ huius quoque festi epinicii tempus significari probabile est. Iam vide sensum loci. Credas vertendum esse: *Iynge vero ducor ut tangam novilunium s. festum epinicium.* Quamquam enim *θύειν* plerumque cum genitivo iungitur, tamen dubitari nequit etiam cum dativo id Pindarum iunxisse, de quo v. ad Olymp. I, 67 sqq. Sed etsi non nego per linguam ita verti quodammodo posse ut indicavi, hoc tamen loco quo minus verum hoc habeam,

www.libtool.com.cn

obstat sententiarum ratio. Imago e re magica petita indicat poetam insidiosa aliqua vi duci, cui nunc obsistere debeat. Et ipse statim addit: *ἀντίτειν' ἐπιβουλίᾳ, insidiosis illecebris*, ut apud Lucian. de Saltation. c. 3. est *ἐπιβουλεύειν τοῖς ᾠδοῖς*, de Sirenibus Ulyssem cantu allicientibus. Hinc intelligitur locum quem tractamus non posse intelligi de cupiditate novilunium attingendi, sed potius de ea vi esse cogitandum, qua Pindarus ad res quas modo orsus erat persequendas trahebatur. Atque ita fere etiam Heynius sententiam cepit. Verto igitur sic: *Iynge autem trahor animo, ut haec praesente novilunii die tangam.* Nempe sunt haec manifesto *opposita* antecedentibus; trahitur poeta in diversas partes; *retinet* eum, quo minus pergat, *τεθμὸς ὥραι τ' ἐπειγόμεναι, trahit*, ut ea nunc tangat, animi cupiditas. Fortasse facilius intellecta esset vera haec membrorum ratio, si scriptum haberetur: *ἐρύκει με τεθμὸς, ἔλκομαι δὲ θιγέμεν ἴυγγι*, aut sic: *τεθμὸς ἐρύκει, ἴυγγι δ' ἕλκομαι*. Non minus tamen usitata est haec verborum collocatio quam Pindarus hoc loco praetulit, immo dico eam exquisitissimam (cf. ad Nem. IX, 39 seq.). Quare haec quidem satis defensa sunt; nam *θιγέμεν*, attingere, sc. *τῶν μακρῶν*, per se clarum est, ut *ἅπτεσθαι λόγων, ϑιγγάνειν μύϑων*, alia dicuntur. Erant autem Herculis et Telamonis res gestae ad ornandam Timasarchi luctam aptae, atque etiam alibi commemorat haec Pindarus in celebrandis Aeginetarum victoriis, coniungitque horum heroum nomina lubenter, cum Herculis laudibus magnopere delectetur. Unde intelligitur quae sit haec vis animum trahens. Boeckhius tamen priorem, quam proposui, rationem ideo praeferendam censet, quod quum structura verbi *ϑίγειν* et *ἅπτεσθαι* cum dativo adeo usitata fuerit, vix separari *ϑίγειν* et *νουμηνίᾳ* possint: verba autem *ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ ν. ϑ.* tum explicationem esse praegressi *Ὧραί τ' ἐπειγόμεναι*, declarante poeta sibi in carmine conficiendo non licere ulterius evagari; summo enim se desiderio et quasi magicis incantamentis teneri, ut sollemnia epinicia attingat. Itaque quamvis iam medius insit medio mari (*βαϑείᾳ ποντιάδι ἅλμῃ*), hoc est digressioni, tamen maris insidiis, hoc est digressionis poetam abripientis illecebris, esse renitendum. *Ἔμπα* autem non ad priora spectare, sed ad seq. *καί περ*, ut Pyth. IV, 237. Nem. VI, 4 sqq. Haec ille. Pergit poeta: *Quamquam iam in medio cursu es, obsiste cupiditatis illecebris, et multum videbimur adversariis superiores cum laude incedere.* Verba *σφόδρα δόξομεν κ. τ. λ.* sunt pro apodosi antecedentis sententiae, ut in illo apud Persium Satir. II, 22. aperto exemplo: *Dic agedum Staio, „pro Iuppiter! o bone," clamet, „Iuppiter!"* Sunt haec nota e grammaticis. Hinc oratio nulla copula ligata est. Sensus igitur: Tamen obsiste, quod si feceris, adversarii non habebunt quod vituperent. *Δαΐων ὑπέρτεροι* est: *invidia adversariorum, reprehensorum maiores.* Addit: *φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων κ. τ. λ. invidis autem oculis adversarius persequens frustra in tenebris nocere conabitur.* Praesens *κυλίνδει* pro futuro est, quod huic loco aptissimum. Ceterum ut hodie Pindari in fabulis intexendis artificium non intelligitur ab omnibus, ita etiam eo tempore fuerunt, qui poetam vituperarent, quod inferret aliena et omitteret necessaria, Herculi nimium addictus. Credam autem carpi Aeginetas quosdam, quemadmodum Nem. VII. ubi dicta de Neoptolemo excusat, manifesto tanguntur Aeginetarum quorundam reprehensiones, et qui in hoc ipso carmine defenditur Melesias, apud Aeginetas censendus est invidia flagrasse. Nam inepte quod alibi factum esset, Aeginetis inculcasset. Addit: *Mihi vero qualem dedit fortuna facultatem tempus futurum perficiet, quatenus fato concessum;* nec poterunt me impedire in cursu meo adversarii. Etiam post pugnam Salaminiam ita scribere potuit Pindarus, ut male inde colligeres, haec iuvenem prodere poetam.

www.libtool.com.cn

Vs. 44—72. *Ἐξύφαινε — διελθεῖν.* Transit nunc poeta etiam ad ceteros Aeacidas, eosque recenset omnes praeter Telamonem, cuius supra iam facta erat mentio. Ac primum quidem commemorat Telamonis filios. Dicit igitur: *Pertexe iam, et hoc statim, o cithara, Lydia cum harmonia carmen, carissimum illud Aeginae et Cypro.* Lydiam harmoniam hoc carmen habere commode additur, quia haec dulcis est (v. Metr. Pind. p. 240.), dulcem autem modo citharam poeta appellaverat. De Lydia harmonia v. etiam Metr. Pind. p. 277. ubi Boeckhius docuit, tam quia puer vicerit Timarsarchus, quam quod defunctorum memoria carmini insit, Lydiam harmoniam usurpari: idem addit, carmen a pueris cantatum esse, quibus Lydia harmonia imprimis conveniat. Hoc est quod Schol. vult vs. 14. *ὕμνου προκώμιον εἶπε διὰ τὸ ὑπὸ χορευόντων μὲν λέγεσθαι τὸν ὕμνον νεωτέρων τινῶν*: et ipsos numeros tales esse Boeckhius animadvertit, vix ut alia quam puerili voce cani apte queant. *Oenona* vetus nomen Aeginae, cf. Herod. VIII, 46. Strab. VIII, p. 375. Pausan. II, 29, 2. de quo disputat Mueller. Aeginet. p. 7 sq. *Ἔνθα Τεῦκρος ἀπάρχει, ubi Teucer procul a patria regnat.* Usus praepositionis *ἀπό* certam analogiam habet, ut est *ἀπονάω, ἀπονάομαι, οἱ πρόσω ἀποικοῦντες* apud Xenophont. Oecon. IV, 6. Colebatur autem Teucer in Cypro pro heroe, ubi etiam posteri eius usque ad Euagoram regnum tenuerunt; cf. Pausan. II, 29. 4. Urbs ab eo condita dicta Salamis; cf. Tzetz. ad Lycophr. vs. 450. *Αἴας Σαλαμῖν᾽ ἔχει*: templum eius in insula commemorat Pausan. I, 35, 2. Epitheton *πατρῴαν* addit oppositionis causa. *Ἐν δ᾽ Εὐξείνῳ πελάγει φαεννὰν Ἀχιλεὺς νᾶσον*: Leucen, Achilli sacram, quae fuit parva insula in Ponto Euxino ad Istri ostia, ubi Achillis templum; cf. Pausan. III, 19, 11. Antonin. Liberal. c. 27. ibiq. Munck. p. 183. ed. Verheyk. Spohn. de extr. Odyss. parte p. 62. Probabiliter coniecit Muellerus Aeginet. p. 84. haec sacra a nautis Aegineticis instituta esse. Nomen Scholiastes insulae impositum tradit propter magnam multitudinem *ἑρωδιῶν* ibi degentium, nisi hoc commentum est: Boeckhio tamen verum videtur. Colebatur ibi cum Achille Iphigenia; cf. Schol. ad h. l. et Antonin. Liberal. l. c. quae cum dea Luna fuisse videatur, inde suspicor nomen *Λευκῆς* insulae datum. Cf. ad Isthm. IV. init. De lectione *Εὐξείνῳ* v. Boeckh. nott. critt. et cf. correctionem notae in Appendice ad hunc tomum. *Θέτις δὲ κρατεῖ Φθίᾳ*: eximie culta fuit Thetis in Thessalia, ut monet etiam Heynius ad Apollod. p. 313. Pertinet huc urbs *Θετίδειον* dicta, memorata a Pherecyde (cf. Schol. et Fragm. Pherecyd. Sturz. p. 83.), a Tzetz. ad Lycophr. 175. ab Eurip. Andromach. 20. Hellanic. Fragm. Sturz. p. 134. Strab. IX, p. 431. ubi plura indicata. Urbem fuisse dubitari nequit propter certa veterum testimonia. Quum poeta manifeste hoc agat, ut Aeacidas diversissimis locis coli ostendat, commemorat etiam Thetidem, quae Peleo nupta in gentem Aeacidarum venerat. *Νεοπτόλεμος δ᾽ Ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ*: nam constat Neoptolemum post Troiam eversam discessisse in Epirum; v. ad Nem. VII, 37. Fuit etiam Byllis in Illyria colonia Myrmidonum et Neoptolemi (cf. Stephan. Byz. v. *Βύλλις*). *Διαπρυσία* est *late patens:* cf. de voce ad Il. *ϑ*, 227. et ad Hesych. Tom. I. p. 962. *Βουβόται τόϑι πρῶνες* etc. *ubi pascuis apti colles descendunt a Dodona ad Ionium mare.* Erat Epirus *ὀρῶν πλήρης*, Strab. VII, p. 327. et Epirotici boves ob eximia pascua praestantissimi; cf. Aristot. Hist. Animal. III, 16. Plin. Hist. Nat. VIII, c. 45. ibiq. Hard. *Dodona* est notissima, ad montem Tomarum olim sita (cf. Strab. VII, p. 328.), a qua distinguendam esse aliam in Pelasgiotide certum est. Cf. Clavier ad Apollod. Tom. II, p. 77. Car. Ritter. in Propylaeis Historiar. Europ. p. 384. Mueller. Aeginet. p. 159. Habuit utraque cultum Iovis, quem plane persuasum habeo cum Muellero esse ipsum Iovem Hellenium, patrium Aeacidarum

www.libtool.com.cn

deum. Atque ad haec sacra secesserat Neoptolemus in Epirum. Iam Pindarus venit ad *Peleum*. De urbe Iolco sita in radicibus Pelei et de fabula, quam hic tractat Pindarus, v. notata ad Nem. III, 33. *Λατρείαν παρέδωκεν Αἰμόνεσσιν, subiecit Thessalis.* Verum quod subest, perspexit Muellerus mihi carissimus, Histor. Orchom p. 257. Nempe Acastus fuit ultimus Minyarum ibi regnantium; Minyarum imperio successit Thessalorum immigrantium dominatio. Sed in hoc nexu rerum, quod Iolcum Peleus Thessalis tradidisse dicitur, hoc sensu dictum est: *Iolci autem apud Thessalos Pelei memoratur nomen eximie de iis meriti.* *Πολεμίᾳ χερὶ προστραπών, hostili vi aggressus.* Pro medio *προστρέπεσθαι* (cf. Hom. Epigr. XVI.) h. l. est *προστρέπειν, accedere*, proprie *gressus admovere.* Sic notum est *πελάω* s. *πελάζω* (Aeschyl. Prometh. 282. Eurip. Electr. 134.), porro *νωμᾶν, ἐπινωμᾶν, στρωφᾶν* (cf. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 310.) ne afferam *ὑποστρέφειν* Il. γ, 407. *ἐπιστρέφειν*, alia. *Πολεμίᾳ χερὶ* dictum, ut *ἔρχεσθαι ἱκεσίᾳ χερὶ*, alia multa. *Δολίαις τέχναισι χρησάμενος, fraudulentas artes expertus*, ut monet Heynius. Sic dicitur *τύχη, δυστυχίαις, δυσπραγίαις, συμφοραῖς χρῆσθαι.* Adde etiam Wyttenb. ad Plutarch. T. VI. P. I. p. 567. De verbis *τᾷ δαιδάλῳ δὲ μαχαίρᾳ* v. Boeckh. nott. critt. qui Zenobii locum se nunc non reperire posse notat et addit Prov. App. Vat. III, 39. Prov. Suid. IX, 76. XI, 79. Ceterum Vulcanum etiam Daedalum vocatum esse Welckerus notat: quod nomen legitur in vasculo ap. Mazoch. Tab. Heracl. p. 137. cf. Millin. Galer. mythol. tab. 13. 48. Winckelm. Opp. T. V. p. 222. sed a Pindaro hoc alienum iudico. Subduxerat ensem Peleo Acastus et abdiderat, ut hunc quaerens Peleus in Pelio a Centauris occideretur (cf. Schol.). Schneiderus notat: „Winckelmannus Hist. Art. I. p. 551. narrat in antiqua gemma caelata in agathonyche extare Peleum ab Acasto in silvis derelictum; ubi somno inclinatum Centaurus saxo sublato aggreditur, sed eum Psyche adstans ex somno excitatum servat." Sed dicendum etiam de voce *ἔκφερεν*. Nam quum verbum *ἐκφέρειν* interdum significet *indicare*, ut Eurip. Ion. 1352. placuit haec significatio etiam hoc loco nonnullis, perperam. Errabis etiam si sic intelligas: *mortem prohibuit Chiron et fatum Iovis cum eripuit;* quo nihil potest esse magis ieiunum. Immo recte vertit Heynius: *ad exitum perduxit.* *Ἐκφέρειν μισθοῖο τέλος, adducere tempus mercedis constitutum*, dixit Hom. Il. φ, 450. Apud Aeschyl. Pers. 226. vera lectio videtur: *ἐξίκοιτο δὴ τὰ χρησταί*, pro *ἐκτέλοιτο*. Sed quid fuit fatale illud? An ut servaretur Peleus ex insidiis Acasti? Sic eandem sententiam habebimus bis dictam, quod equidem non feram. Immo in fatis erat, ut Peleus Thetidem in matrimonium duceret. Atque hoc perfecit Chiron servans Peleum et nuptias concilians; cf. ad Nem. III, 54. Significat ipse Pindarus iis quae sequuntur. Thetidem varias induentem figuras vi captam a Peleo vidimus Nem. III, 34. *Σχάσαις*, h. e. *ἐπισχών*. Proprium esse verbum de remis inhibendis s. remittendis (cf. Pind. Pyth. X, 51.) passim monent veteres, ut Scholia ad hunc locum et ad Eurip. Phoeniss. 455. Ac non semel est *cohibere*, ut Eurip. Phoeniss. 967. *Κρέον, τί σιγᾷς, γῆρυν ἄφθογγον σχάσαις;* Denique *ἀκμὰν, vim*, cf. nott. critt. ad Ol. II, 69. *Εἶδεν δ' εὔκυκλον ἕδραν, contigit ei videre; εὔκυκλον ἕδραν* vides esse *κύκλον ἑδρῶν*, nisi una fuit omnium deorum sedes, in qua divisi singulis diis loci, ut in uno Amyclaei Apollinis throno plures sedes fuerunt (v. Pausan. III, 19, 1.). Utrique interpretationi convenit Pyth. III, 94. *Καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον χρυσείαις ἐν ἕδραις.* Ibidem *ἕδνα* quae hic *δῶρα*. Porro *ἐκφαίνειν, oculis subiicere*, est *exhibere, offerre;* aptissime. Laetamur enim egregia dona perlustrantes. Similiter alterum accipe: *et obtulerunt ei potentiam ad posteros duraturam.* Nam etiam hanc tum dederunt cum *ἕδνοις*. Dictum vero *ἐς γένος*, ut *dare aliquid alicui in aliquod tempus*,

www.libtool.com.cn

in posterum, in aeternum, dicitur. Vides me retinere *ἐς γένος*, licet variet lectio. Nimis tenue est me iudice *γέρας*. Nam hoc agit poeta, ut ostendat Aeacidarum eximiam potentiam; quare ut religiose coluntur multis in locis, sic posteri Pelei etiam nunc regnant in Epiro. Pelei nuptias memoravit, ut diceret de insigni deorum in hanc gentem benevolentia, ut diceret de potentia perenni Aeacidis concessa. *Γαδείρων τὸ πρὸς ζόγον οὐ περατόν, ulterius provehi non licet*; cf. ad Nem. III, 20 seq. verba haec affert Schol. Eur. Hippol. 744. *Πρὸς ζόφον*, h. e. *πρὸς δύσιν*. *Εὐρώπαν ποτὶ χέρσον* verto: *Flecte iterum ad Europam continentem terram.*

Vs. 73. usque ad fin. Progreditur iam ad laudes gentis, unde Timasarchus oriundus. In fine laudat etiam Melesiam aliptam. Orditur sic: *Theandridarum certamina ut canerem lubens veni, Olympia, Isthmia, Nemea, pollicitus*; h. e. *alia sunt quae me iam vocant; Theandridas celebrare promiseram*, ut recte explicuit Heynius. Ceterum iunges: *ἀέθλων Ὀλυμπία τε καὶ Ἰσθμοῖ Νεμέᾳ τε*, de qua constructione vide supra ad vs. 19. *Ἔνθα πεῖραν ἔχοντες — στεφάνων, quoties ibi certant, redeunt cum coronis. Πεῖραν ἔχειν*, ut *δῆριν ἔχειν* Odyss. ω, 515. Accedo ad haec: *Πάτραν ἴν' ἀκούομεν, Τιμάσαρχε, τεὰν ἐπινικίοισιν ἀοιδαῖς πρόπολον ἔμμεναι*. Est *πάτρα* gens Theandridarum universe dicta; Theandridae, quos ante dixit, sunt singuli ex gente victores. Etenim gentes sunt, quae patronymicis nominibus vocantur; etiam Aegidas gentem, non ut Herodotum secutus Boeckhius in nott. critt. dicit, tribum esse, ipse alibi docuit. V. Comm. ad Pyth. I, 58 sqq. Adde tamen quae de vocis *πάτρα* usu ad Nem. VIII, 46. a me et Boeckhio notantur. Idem *σὰν*, pro quo tamen retine *τεὰν*, non alienum a Pindari sermone esse in Appendice notat. Universum locum Hermannus in novissima Heynii editione vertit ita: *Ubi gentem tuam victoriis nobilitatam accipimus.* Nam ministrum esse carminibus, ait, nihil est aliud quam materiam carminibus praebere vincendo. Sed vide mihi sententiarum nexum: *Theandridae quando certant in Olympiis, Isthmiis, Nemeis, domum non redeunt nisi coronati, ubi gens vincendo materiam praebet carminibus.* Quid tandem hoc est? Num gens domi vincendo materiam praebens carminibus proprias quasdam domi victorias refert ab illis diversas? Profecto hoc nec Pindarus voluit nec Hermannus, opinor. Respondeat aliquis hunc esse sensum: Theandridae quando ad illos ludos accedunt, nonnisi cum coronis domum redeunt, ubi gens inde laudem habet. Sed etiam hoc manifesto falsum. Nam et ineptum sic esset *ἀκούομεν*, nec conveniret vox *πρόπολος*, quae operam significat. Quae quum ita sint, duas tantum video rationes. Aut enim hic sensus est: *Ubi gentem audimus tuam praeclaro rei gymnasticae studio florere*, aut hic: *Ubi gentem audimus tuam epiniciis carminibus reduces ornare.* Prius, solum artis gymnasticae studium his verbis designari, nemo probabile dicat, qui verborum pondera aestimare consuerit. Alterum praetulit Boeckhius, de sumptibus choro praebendis explicans; Muellerus autem Aegin. p. 143. lyricam poesin ab hac gente eximie cultam statuit significari, quippe ex qua etiam hi duo poetae sint, quos Pindarus in hoc carmine nominet. Sane habuit haec gens poetas lyricos, sed Pindarus ipse dicit eos esse mortuos, alii autem nobiles gentis poetae si tum aderant, meo iudicio Pindarus non poterat ita loqui ut facit. Quare mihi quidem etiamnum placet Boeckhii sententia, quamquam alibi apud Pindarum huius rei laudem memoratam non videmus. Nam haec ratio cum verbis poetae optime convenit. Manifesto opponitur gens singulis gentilibus victoribus, unde in principio commatis posuit *πάτραν*, quod mihi neglexisse videtur Hermannus. Verte modo verba ita uti ordinata sunt a poeta, et senties accuratissimam esse Boeckhii rationem. Iudicet iam lector. Nos pergimus ad sequentia. Sequitur enim iam locus

www.libtool.com.cn

[illegible]

[illegible] Ἑρμαννος δὲ ἐν τοῖς ἀνωτάτω [illegible] ἀπόδοσιν ἔχειν τὸ ἐκ τοῦ ἐπεὶ τοῦ ἐν τῷ ἑξῆς. Verba ὁ γοῦν Ἄλλος ὅπως ἂν ἔχει ἐχόμενα εἶναι δοκεῖ. ὁ Ἑρμ. Quae periodus plane similis est illi in Ciceronis I. ii. 3. [illegible] Ita autem quia comparationi inserit, similem eam esse aliquis memoriae, plane ut in fine Cl. II. ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπεκτείνεται· ἐκεῖνος ἴσα χέουσι· εἶναι ἴσον, τὸ ἐκείνου δύνασθαι,' Hermanna Hermannus. Videamus paulo propius quid sit quo hunc vinculum referat. Praecipua verba ὁ γοῦν ὅ — quae, inquit cum antecedentibus, ut causa adhaeret, quare Timaearchus Callicli eam velit: Hermannus contra ea pro apodosi antecedentium habet, tali autem ita compositae periodo ultima subiecta esse statuit tanquam comparatum comparati; quare ex hac ratione primum loci membrum erit in protasi, apodosis autem constata ex antecedente et consequente sententia. Haec res ut diiudicetur, ordiar a verbis: στάλαν — Ἥφαιον λίθον ὑμνητήριον. Credat aliquis in his verbis inesse nonnisi generalem monumenti eximii significationem, hoc modo: Si vero Callicli postulas monumentum aliquod eximium, — quum nihil sit ex monumentorum genere illustrius hymno, hunc ille ex me habebit. Verum hoc haud dubie ineptum est. Timaearchus non poterat a poeta aliud expectare monumentum quam hymnum; quare absurde dictum esset: Si tu postulas monumentum aliquod insigne, equidem novi nihil melius hymno; hunc igitur dabo. Ergo tenendum est alterum, verba στάλαν Ἥφαιον λίθον ὑμνητήριον, dicta esse pro ipsa hymni laude. Ac iudicarunt idem haud dubie Boeckhius et Hermannus. Iam accedimus ad

www.libtool.com.cn

verba: *ὁ χρυσὸς — φῶτα.* Si haec nonnisi explicationem eiusdem notionis, hymni dico, referrent, haud cunctanter Boeckhii sequerer sententiam. Nam consentanea haec sunt: Si tu etiam Callicli postulas hymni laudem, quia nihil hymno illustrius, faciam uti iubes. Ineptum vero sit alterum: Si tu postulas hymni laudem, nihil est hymno illustrius; dabo igitur hymnum. Haec igitur si exsisteret sententia, non posset probari constructio ab Hermanno proposita. Tamen res aliter habet. In verbis *ὁ χρυσὸς — φῶτα,* comparatur cum auro splendente *homo* laudem hymni nactus; alia igitur notio regnat hic, alia in antecedentibus. Quae quum ita sint, instituta quam Hermannus proponit constructione, hic exsistit sensus: *Si tu etiam Callicli postulas hymni laudem, profecto quum nulla re magis quam hymno illustretur homo, non frustrabor eo Calliclem; meam vocem invenito ubi dignissime canere potero, in Isthmo.* Atque sic explicata haec veram Pindari mentem reddere videntur. Etiam inde apparet, cur poeta licet ipse non affuerit rebus gestis Calliclis, ut Euphanes affuerat, tamen eum canere non recuset. Redit sic disputatio nostra eo unde initium cepit. Accedit his nunc etiam Boeckhius. Post haec pauca addenda sunt de singulis. Dicitur Callicles *μάτρως* Timasarchi. Eustathius ad Il. *β*, p. 316. de patruis et avunculis loquens scribit haec: *Τούτους δὲ οἱ μὲν πατραδέλφους καὶ μητραδέλφους, οἱ δὲ πάτρωας καλοῦσι καὶ μήτρωας. Πίνδαρος δὲ οὐκ ἀδελφοὺς ἀλλὰ γονέας μητρὸς μάτρωας ἔφη.* Non satis accurate. Sane avus est *μάτρως* Olymp. IX, 68. et maiores materni sunt *μάτρωες* Olymp. VI, 77. Nem. X, 37. adde Nem. XI, 37. atque ita Stesichorus *πάτρωα* dixerat *τὸν κατὰ πατέρα πρόγονον,* monente Eustathio: sed tamen avunculum significat vox *μάτρως* haud dubie Nem. V, 43. ubi vide, quemadmodum etiam Isthm. V, 59. Dubium igitur est quid hoc loco significet. Ac Scholiastes ad vs. 129. ubi Boeckhio monente bis scribendum *πρὸς μητρός σου,* intelligit avunculum, et Euphanem tradit ad vs. 144. fuisse avum maternum. Ex qua ratione Euphanes fuit Calliclis pater. Et constat quum *μητροπάτωρ* sit matris pater, *πατροπάτωρ* avus paternus, *προπάτωρ* dici de utroque. Cecinerat igitur Euphanes filium suum, ut Timocritus, si vixisset, hunc in Timasarchum hymnum cecinisset. Tamen malit aliquis Euphanem pro avo paterno, Calliclem pro avo materno habere. Nam dicuntur hoc loco *ἅλικες*; patrem autem et filium dici *ἅλικας,* non memini. Non puto tamen a Scholiastae traditione recedendum esse, quum vox *ἅλικες* in generali sententia usurpata non de aequalibus strictissimo sensu, sed de iis intelligenda videatur, qui simul vixerint aliquo tempore, ut alter alterum viderit (vs. 91.). Mox *στάλαν Παρίου λίθου λευκοτέραν* dicit *λίθον Μοισαῖον* Nem. VIII, 47. *Στήλη* est *columna, cippus, tabula sepulcralis,* usu notissimo; tales cippi solebant ex candido marmore confici et anaglyphis, etiam figuras repraesentantibus ornari, cuius generis supersunt innumeri: ab his igitur petitur comparatio, quia Callicles iam defunctus est; *λίθον Μοισαῖον* autem cippum vocat Pario marmore candidiorem, quia latius splendet carmen quam marmor candidissimum. Itaque cave *στήλην* putes *statuam* esse, qui usus est barbarus (Inscr. ap. Brunck. Anal. T. III. p. 17. Anonymi vit. Plat. in Bibl. Gott. vet. litt. et art. P. V. Inedd. p. 18.). *Βασιλεῦσιν ἰσοδαίμονα τεύχει φῶτα, parem fortuna regibus facit hominem,* h. e. summis honoribus ornat. Nam *τὸ ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι.* Porro media haec sententia comparationem habet, ut vidimus, hominis hymni laudem nacti cum auro splendente; omissae sunt particulae comparativae, ut Olymp. I. init. Mox: *Ὀρσοτρίαινα ἵν' ἐν ἀγῶνι — σελίνοις, ibi ubi in Neptuni certamine ornatus est Corinthiaco apio,* h. e. in ipso victoriae loco, in Isthmo. *Σέλινα* sunt *ξηρά.* Verba *ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι* usque ad *φάσθαι,* ut vidisti, ad superiora traximus, ut a sese Calliclem non melius quam

www.libtool.com.cn

ab Euphane aequali cani posse poeta confiteretur. Ita simul nexus priorum cum seqq. existit simplicissimus: *Quam ille, qui aequalis Calliclem eximie cecinit, nunc si Melesiam laudaret, eximie hunc quoque caneret.* Pro hoc dicit: Quomodo ille si Melesiam laudaret, torqueret certamen s. rem gereret, dicendo. Melesiam num Euphanes noverit necne, nihil interest, nec potest decerni: etsi non tam ob vocem *γεραιὸς*, quae etiam de defuncto dici potest, quam ob magnas Euphani tributas laudes (vs. 93—96.) ne illud quidem certum videri Boeckhius putat, Euphanem iam defunctum esse. Mihi defunctus videtur. Ceterum *οἷον* mihi quoque *θαυμαστικὸν* est. Constat autem Pindarum ubi de virtute poetica loquitur, non semel uti locutionibus e re gymnastica petitis. Sic Pyth. I, 42 seq. *ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον αἰνῆσαι μενοινῶν ἔλπομαι μὴ χαλκοπάραον ἄκοντ' ὠσείτ' ἀγῶνος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων, μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμένασθ' ἀντίους.* Hoc loco placuit ei comparatio luctae, aptissime, quum hoc carmen sit de lucta Timasarchi. Significaturus igitur quam egregie cantaturus fuisset Melesiam Euphanes, describit eum tanquam insignem in dicendo luctatorem. *Στρέφειν* inter luctae vocabula affert Pollux libr. III. cap. ultim. fin. et cf. Fabr. Dissert. Agon. I, c. 10. Gronov. Thes. T. VIII. Ad vocem *ἕλκειν* contulit Heynius Il. *ψ*, 714. et Hesiod. Scut. 302. ubi vid. Heinrich. Adde Plat. Parmenid. p. 216. ed. Heind. et tropice dictum *καθέλκεσθαι ὑπὸ λήματος* Polluc. VI, 191. Disputat de his aliisque vocibus Burettus Mémoires de l'Acad. des Inscript. T. III. ubi de lucta agit p. 228 seq. Et *πλέκειν* quoque a luctae flexibus desumptum est, atque *ἔφεδρον* in certaminibus nemo ignorat. Hermannus verba *οἷον ἔριδα στρέφοι* vertit: *Quantum ille moveret invidiam.* Tamen de hoc sensu horum verborum mihi non constat, ac sunt reliqua omnia in hoc loco manifesto a luctae similitudine ducta. Unum malim ab Hermanno commendatum *ἔριδα* pro *ἔριδας*, siquidem nunc de uno Melesia laudando sermo est. Ultimis verbis carminis, et ut mihi quidem videtur nonnisi his, poeta paullo propius tangit adversarios Melesiae.

N E M. V.

Inter Aeginetas quum aliae gentes gymnicis victoriis clarae fuerunt tum Psalychidae. Ex hac enim gente (Isthm. V, 59.) fuit Lampo, Cleonici filius (Isthm. V, 14. coll. IV, 62.), artis athleticae studiis magnopere addictus (Isthm. V. fin.), cuius filiis tria carmina Pindarus cecinit. Maior natu filius Pytheas hoc ipsum carmen a Pindaro tulit, minor natu Phylacidas carmine Isthmio quarto et quinto celebratur. Iisdem studiis laudem meruerant etiam Themistius, Lamponi uxoris pater (cf. Schol. ad hoc carmen vs. 91.), et Euthymenes uxoris frater, de quorum victoriis suo loco videbimus. Fuit autem Lampo, ut ex Pindaro satis liquet, vir opulentus (Isthm. V, 9. et 66.) et quod non magis dubium, genere nobilis, qui inter principes esset Aeginetarum; nam nonnisi illustris viri filio accommodatum est huius, ad quod accedimus, carminis exordium. Quare verisimile videtur, quamquam certum non est, qui dicitur Herodoto IX, 78. *Λάμπων ὁ Πύθεω Αἰγινητέων τὰ πρῶτα* (adde Pausan. III. 4. fin.), quum tempora plane conveniant, eum esse hunc ipsum Lamponem, et Pytheam, quem Herodotus nominat, patrem non naturalem sed adoptivum fuisse, uti Boeckhio tamen

www.libtool.com.cn

non probante censet Muellerus Aeginet. p. 142. qui simul Larcherium castigavit ad Herodot. T. VI. p. 140. inepte de huius familiae genealogia disputantem. Hoc certum est Lamponem Salaminiae pugnae tempore vicisse, nec opus est testimonio Scholii ad Isthm. IV, 63. Ut enim iam de temporibus nonnulla addamus, carminum trium Lamponis filiis scriptorum primum est hoc ipsum, secundum Isthmium quintum, tertium Isthmium quartum: nam haec Pytheae Nemeaea victoria respicitur Isthm. IV, 21. et Isthm. V, 3. coll. 55. et primam Isthmiam Phylacidae victoriam celebrari Isthm. V. docet eiusdem carminis initium; Isthm. IV. autem utraque Phylacidae Isthmia victoria commemoratur. Cf. Schol. Isthm. IV. init. Tertium carmen proxime post pugnam Salaminiam scriptum esse, indicare videtur poeta Isthm. IV, 53. quod vidit etiam Schol. Isthm. IV, 60. Pugna Salaminia facta Ol. 75, 1. victoria igitur Phylacidae altera reportata videbitur aut Ol. 75, 1. aut Olymp. 75, 3. Atqui Olymp. 75, 1. reportata non est, quum aestiva huius anni Isthmia ante pugnam Salaminiam acta sint mense Boedromione factam; tenendum igitur est alterum, reportatam eam esse Ol. 75, 3. Isthmiis vernis. Sequor in hoc Boeckhium meum idem statuentem. Erat quidem, quum carmen Isthm. IV. putarem scriptum esse in intervallo pugnae Salaminiae et Plataeensis: quo me tum alia, quae reticebo, deducebant tum haec vs. 57. *ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ· Ζεὺς τά τε καὶ τὰ νέμει*: in quibus verbis putabam hoc inesse, nondum desiisse periculum, quum haec scriberentur. Sed illa verba commodiora ibi sunt post pugnam Plataeensem; mali ominis fuissent, si tum essent scripta, quum Persae nondum victi ad Plataeas essent, sed adhuc Graeciam obtinerent. Accedit quod qui carmen Isthm. IV. inter Salaminiam et Plataeensem pugnam scriptum putet, necesse est antea commonstret, quibus id sollemnibus scriptum fuerit: nam in eo temporis intervallo victoriae Isthmiae sollemnia Aeginae acta esse non est probabile, quia tempus id remotius a proximis Isthmiis, quam ut in id tempus dilatam victoriae in illis partae celebrationem censeas. Postremo quod maximum est, a pugna Salaminia usque ad Plataeensem interclusus Thebis in Aeginam aditus: Thebas enim Persae obtinent: itaque quomodo tum in Aeginam transmittere carmen poeta potuerit, non video; immo poetae Thebis degenti ne tutum quidem tum erat Salaminios victores laudare, quod fecit in Isthm. IV. Thebis enim poetam tum fuisse non est quod dubites. Itaque illa, cui Isthm. IV. scriptum est, victoria in Olymp. 75, 3. ponenda est. Fuit autem haec secunda Phylacidae Isthmiaca victoria; unde sponte patet, primam eiusdem victoriam Isthmiacam, cantatam carmine Isthmio quinto, reportatam esse ante pugnam Salaminiam. Denique duabus Phylacidae Isthmiis victoriis prior haec de qua hoc carmen agit, Pytheae Nemeaea victoria, quae pluribus etiam annis ante pugnam Salaminiam reportata est; nam Pytheas fuit natu maior, qui praeivit iuniori in his rebus: cf. Isthm. IV. fin. idemque hoc carmine dicitur imberbis. Ponas igitur hanc Nemeaeam victoriam aliquot Olympiadibus ante Phylacidae Isthmiacam priorem. Haec sunt quae probabiliter de temporibus statui posse videntur. Cantatum videtur hoc, ad quod iam accedimus, carmen apud Lamponem; certe nihil inest unde certo coniicias in publico aliquo loco id cantatum esse: in Aegina cantatum docet vs. 4. Scriptum autem est haud dubie non ita diu post victoriam. De sententiarum ratione disputavi suo loco.

Vs. 1 — 6. Introitus carminis, nuncians Pytheae victoriam. Initium citat Schol. Isthm. IV. princ. Verto: *Non sum statuarius, ut in loco mansura elaborem signa, quae non discedant ab ipso, quod subiectum sit, fundamento.* Placet aliis *αὐτᾶς* pro *τᾶς αὐτᾶς* dictum accipere, quod num recte fiat dubito. Hoc sensu Pindarus alibi articu-

www.libtool.com.cn

lum addit, ut τωὐτὸ Ol. I, 45. ταὐτὰ Nem. VII, 104. Nec sensus aptus. Quae non in eadem semper basi sunt, mutant quidem basin, semper tamen sunt in aliqua. At cantus plane non habet talem basin. Quare ut statuae basin tenent, sic cantus nulli omnino loco affixus est. Ipsam rem postulant, qui nolunt aut possunt sine ea esse; ipsam basin tenent, quae non possunt facile sine ea esse. De sententia Heynius comparat Diodor. in Excerpt. de Virt. et Vit. p. 556. 96. *ἵνα μὴ περὶ τὰς τῶν λιθίνων μνημείων κατασκευὰς σπουδάζωσιν, ἃ καὶ τόπον ἕνα κατέχει καὶ φθορᾶς ὀξείας συγχάνει· ἀλλὰ περὶ λόγον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, αἳ πάντη φοιτῶσιν διὰ τῆς φήμης. ὁ δὲ χρόνος ὁ πάντα μαραίνων τἆλλα ταύτας ἀθανάτους φυλάττει καὶ πρεσβύτερος γενόμενος αὐτὰς ταύτας ποιεῖ νεωτέρας.* Qui locus quamquam praeclarus est, tamen cum Pindari verbis non multum habet similitudinis. Omnino equidem huiusmodi aliorum scriptorum comparationibus non multum tribuo, quae plerumque ad eum, in quo verseris, scriptorem illustrandum non multum conferunt, quum si vel maxime similia sint verba, consilium fere semper subsit diversum. Quare haec qui in nostris Pindari explicationibus quaerent opsonia, perpauca invenient. Utilis tamen potest esse haec opera in eo scriptorum genere, qui plurima ex aliis hauserunt, ad ingenium et artificium eorum cognoscendum. Ceterum quae in Scholiis habetur de hoc exordio narratio, absurdum commentum est, simile ei quod a Callistrato excogitatum ad Isthm. II. affertur. Non opus est huiusmodi ineptiis ad Pindarum explicandum. Sed illud haud improbabile, Pindarum a statuariae artis studio Aeginetis quasi proprio ad hanc de statuis dictionem deductum esse. *Ἀλλ' ἐπὶ πάσας ὁλκάδος ἔν τ' ἀκάτῳ κ. τ. λ. Sed in omni nave oneraria et acato s. in maioribus navibus et minoribus, proficiscere ab Aegina, o dulcis cantus, nuncians victoriam Lamponis filii.* Si obscurior homo fuisset Lampo, plane ineptum dicerem tale exordium et acclamarem Horatianum illud *Parturiunt montes.* Sin inter principes Aeginetarum Lampo fuit, notus etiam apud exteros generis splendore et hospita liberalitate, quid aptius hac prooemii adornatione? Talis enim viri honores par erat non cohiberi insula, sed etiam ad exteros in omnes partes divulgari. Haec igitur causa est, quare nunc non signa in loco mansura se fabricari profitetur Pindarus, sed in omnes partes divulgandam dicit de illustris viri filio victore famam. Contra in aliis locis cum columna comparat carmen, ubi diversum est consilium, ut Nem. VIII, 46. 47. Nam quid aptum sit in his rebus, suo quodque loco diiudicandum est. *Εὐρυσθενὴς* de corporis robore, ut Nem. III, 35. Nota vero imperfectum *νίκη*: quod verbi *νικᾶν* tempus in victoriis ludicris indicandis vulgo usurpatum historicis et didascaliarum auctoribus esse vel Corsini Fasti Attici inspecti te docebunt. Fuerat hic usus haud dubie iam in antiquis victorum *ἀναγραφαῖς*: Pindarus autem similiter dixit etiam Isthm. III, 43. *Φάμα ἅρμα καρύξαισα νικᾶν*, hoc est *καρύξαισα ὅτι ἅρμα ἐνίκα.* Porro *νικᾶν στέφανον* est *potiri corona*, ut *κρατεῖν στέφανον* Nem. X, 26. Vincimus id quo potimur. Ornatius dictum est *νίκη παγκρατίου στέφανον*, ne vulgaris formula *ἐνίκα παγκράτιον* audiretur. *Οὔπω γένυσι φαίνων τέρσιναν ματέρ' ὀλυνθᾶς ὀπώραν*: Hermannus nunc postulat *γένυι* ex Boeckhii coniectura, ob epitritum, quum etiam Scholiastes habeat *τῇ γενειάδι*. Porro *ὀπώρα* quae sit proprie, quum alii monuerunt tum nuper Ideler in libello de ratione Calendariorum apud Graecos et Romanos, Goth. 1814. edito p. 15. Est tempus dierum canicularium, ubi sol versatur in signo leonis, ut tradit Olympiod. ad Aristot. Meteor. libr. I. p. 20. cf. etiam Iliad. *ε*, 5. cum Iliad. *χ*, 29. Eo tempore fructus colligebant. Hinc ad maturitatem et pubertatem indicandam vox adhibetur, ut Isthm. II, 5. et, quod ab aliis iam comparatum, in Chaeremonis versibus ap. Athen. XIII, p. 608. *πολλὴν*

www.libtool.com.cn

ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾶν παρῆν, Ἄραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου. Cf. cel. Mitscherl. ad Horat. II, 5. 10. Est autem alia fructuum maturitas, alia hominum pubertas. Atque haec quidem gignit lanuginem, lanugo vero, ἴουλος, propter teneritatem et mollitiem comparatur cum οἰνάνθῃ, h. e. cum teneris foliis, quae habet flos vitis. Explicatur vox οἰνάνθη a grammaticis ἡ πρώτη ἔκφυσις τῆς ὑταφυλῆς, quam in rem Schneiderus in lexico comparat Theophrast. Caus. Plantar. III, 19. Ὅταν βλαστάνῃ ἡ ἄμπελος, περιαιρεῖν τὰ ἄλλα πάντα πλὴν ὅσα καρπὸν ἔχει. τούτων ἐκνίζειν τὰς κορυφὰς ἐν αὐταῖς ταῖς οἰνάνθαις, ἵνα ἡ περιοῦσα τροφὴ συνειληφθεῖσα ἐπὶ ταῖς οἰνάνθαις αὔξῃ τὸν βότρυν. Ceterum de οἰνάνθῃ vid. etiam Valcken. ad Ammon. p. 175.

Vs. 7—18. *Victoria reportata Pytheas dignum se praebuit insula Aeacidarum patria, quorum sollemnibus aliquando factis ad Iovem precibus Aegina debet fortunam suam.* Sed antequam de universo loco disputemus, videbimus singula. Ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ζηνὸς ἥρωας αἰχματὰς φυτευθέντας καὶ ἀπὸ χρυσεᾶν Νηρηΐδων Αἰακίδας ἐγείραιτ. Aeaci filii fuerunt, ut constat, Peleus, Telamon, Phocus. Ex Endeide filii suscepti Aeaco Peleus et Telamon, quam Chironis Cronidae filiam tradiderunt praeter Pindarum Apollod. III, 12. 8. Philostephanus ap. Schol. Iliad. π, 14. at Scirone Megarensi natam dixerunt Plutarch. Thes. c. 10. Pausan. II, 29, 7. Ex Psamathe Nereide natus est Aeaco Phocus, Hesiod. Theogon. 1003. Hinc Pindari verba illustrantur. Originem habuerunt Aeaci filii omnes ex Iove, Aeaci patre; matrem vero Croni neptem habuerunt Peleus et Telamon, Nereidem Phocus Psamathen et qui Peleo natus est Achilles Thetidem. Verba ἀπὸ Νηρηΐδων qui vertet: *ex gente Nereidum*, ut Ἀδρηστιδᾶν θάλος Olymp. II, 49. θάλος Ἀλκαϊδᾶν Olymp. VI, 68. ei unam Psamathen licebit intelligere. Tamen, ut equidem opinor, pluralem hoc loco ea de causa posuit, ne quis Thetidem et Achillem, primarium heroem, praetermissum diceret, quod senties si mente singularem substitueris. Nam hoc quidem loco Aeacidae significandi erant omnes, cum omnes essent Aeginae penates et patroni, et significandi erant quam magnificentissime, quo ornatior esset laus eius, qui tam illustri heroum genere non indignum se praebuisset. Voci γεραίρειν in talibus contrarium est κατελέγχειν, καταισχύνειν. Ματρόπολις est urbs patria Aegina, ut Opus est μάτηρ Λοκρῶν Olymp. IX, 22. Nunc paulo latius universa insula, Aeginetarum civitas designatur, ut Salamis est πόλις Αἴαντος Isthm. IV, 54. Φίλαν ξένων ἄρουραν Boeckhius in nott. critt. vertebat: *dilectam terram peregrinorum*, h. e. ubi peregrini lubentes commorantur. Tamen ut Pindarus Pyth. III, 5. dicit, νοῦν ἀνδρῶν φίλον, sic etiam hoc loco verti potest: *terram hospitum amantem, hospitibus amicam.* Cur autem hoc nunc addit? Dices, ut ornet Aeginam. Recte; sed vel sic non addidisset, nisi simul universae sententiae conveniret: cf. dicta ad Nem. III. init. Atque hoc loco nexus hic est: *Nuncius eat cantus in omnes terras, vicisse Lamponis filium et ornasse Aeacidas patriamque terram peregrinorum hospitam.* Vides quid haec sibi velint adiecta. Nam laetabundi audituri sunt exteri nuncium de novis hisce terrae hospitae s. hospitibus dilectae honoribus. Mox de voce εὔανδρος cf. Wyttenb. ad Iulian. Oration. p. 203. Est quae viros egregios gignit, habet. Praeposita h. l. vox alteri, ναυσικλυτάν, recte; nam hoc nunc potius est, quum in egregio iuvene celebrando versetur poeta. Θέσσαντο, precati sunt; vide ad Hesych. T. I. p. 1704. ad Callimach. Hymn. in Cerer. 48. Ruhnken. Epist. Crit. p. 287. Schol. Apollon. Rhod. I, 824. Quos locos iam Heynius adduxit. Constructio est, ut dicunt Latini: *velle, cupere aliquem salvum, validum, felicem.* De forma ἀρίγνωτες cf. Schäfer. ad Gregor. Cor. p. 444. Porro Hermannus in novissima editione Heynii de hoc loco scribit: „Recte puto Schmidium coniecisse: θέσσαντο, πὰρ

www.libtool.com.cn
βωμὸν πατρὸς θ' Ἑλλανίου στάντες, πίτναντ' εἰς αἰθέρα χεῖρας ἁμᾶ. Id et sensui convenit et metro, de quo v. dissert. de metris Pindari cap. XVI. Neque est quare quis de medio *πίτναντο* sollicitus sit." Postulat enim Hermannus epitritum cui non convenit soluta forma *πατέρος*. Eadem de causa etiam vs. 12. *Ἐνδᾶδος ἀρίγνωτες υἱοί* probat, de quo etiam Boeckhius cogitaverat. Mutat enim Hermannus nunc omnes locos, qui doctrinae suae de epitritis adversantur. Sensui quidem etiam hoc convenit quod editiones sequuntur, et convenit optime. Quum enim sensus sit: *pro qua Aeaci filii aliquando sollemniter preces fecerunt ad aram Iovis patrii*, vides verba: *πὰρ βωμὸν πατέρος Ἑλλανίου στάντες*, quae summam hic vim habent, perquam apte statim in primo membro posita, ea autem quae ad amplificationem pertinent, *manibus ad aetherem sublatis*, uti par erat, subiecta, suaviter verbo finito posito pro participio *πιτνάντες*. Contra ex altera ratione in primo membro tantummodo hoc est: *pro qua aliquando preces fecerunt*, et in sequens membrum reiicitur etiam id quod, quum vim harum precum contineat, statim in primo exspectaveris. Quare hoc quidem modo non potest impugnari quod receptum est. Post haec videndum de reliquis. Antiquissimi Hellenes fuerunt Myrmidones Aeacidis subiecti, quibus hoc nomen avitum erat; cf. Hom. Iliad. *β*, 684. *π*, 233 sqq. Thucyd. I, 3. et qui praeclare de hac re disputat, collega dilectissimus, Muellerus Aeginet. p. 16. Myrmidones quum in Aeginam venissent, condiderunt ibi Iovis Hellenii fanum, cuius patrii numinis religiones secum adduxerant. Quod mihi plane persuasit Muellerus, qui Aeginet. p. 19. hunc Pindari locum tractat; nec videtur alius esse hic Iuppiter Hellenius quam ipse Dodonaeus; cf. ad Nem. IV, 51. Atque haec ara numinis patrii est, quam adstantes Aeaci tres filii coniuncti preces nunc dicuntur fecisse pro insulae felicitate. Disiungenda igitur est, ut Muellerus docet, ea fabula qua, quum Graecia aliquando premeretur frugum inopia, Aeacum tradunt ab Apolline Delphinio designatum, ut a Iove calamitatis finem impetraret. Missos igitur e ceteris civitatibus, qui cum Aeaco dei iram placarent, in Aeginam legatos, ob eamque rem communi consilio tum a Graecis Iovis Panhellenii templum conditum. Vide locos ap. Mueller. Aeginet. p. 18. Apud Pindarum ne verbum quidem de hac re, quae plane aliena est ab hoc loco. Non enim de universae Graeciae calamitate aliqua exsoluta agit poeta nec agere potest, sed de Aeginae fortuna eximia, Aeacidarum precibus debita. Atque hanc quidem narrationem quum considero, et per se video esse magnificam et non sine causa huic potissimum carmini credo insertam. Quamquam enim non nego, esse etiam alia carmina Aeginetis scripta, ubi haec res commemorari potuerit, tamen eam aptissimam dico in illustrissimae familiae laude. Si igitur Lamponis familia prae ceteris illustris fuit inter Aeginetas, quod mihi plane certum, concedes eam in primis dignam fuisse, in cuius honoribus nunc primum celebrandis recoleretur memoria sanctarum illarum precum, quibus Aegina quum alia multa tum hanc quoque eximiam familiam debebat. Credat aliquis hoc carmen in Aeaceo cantatum esse, dum corona Pytheae suspenderetur, in quo quum Aeacidarum imagines, ut videtur, servarentur, eo poetam ad hanc narrationem repetendam inductum esse. Sed carmen ibi cantatum esse probari nequit, quum de Aeaco ipso nihil dictum sit. Potuit poeta de Aeacidarum illis precibus loqui, etiamsi non canebatur carmen prope eorum imagines, et potuit apte, ut dixi; quare equidem manebo in explicatione proposita, quae mihi satisfacit. Nam ut in Isthmiis huic familiae scriptis carminibus Pindarum video exquisitissima posuisse, ita in hoc carmine sublimius quiddam poetae tentandum fuisse sentio. Est autem nihil hic augustius Iove Hellenio, a quo nomine omnes Graeci nomen traxerunt, nihil magnificentius

www.libtool.com.cn

Aeacidis, summis Hellenum heroibus, nihil denique sanctius hac precatione summorum heroum, qui concordibus animis coniuncti adstant summi numinis aram. Quare equidem non dubito hunc locum primarium dicere totius carminis, unde sequentium de Aeacidis dictorum ratio pendeat omnis. De qua re statim dicam. Pergo ad seqq. *ὁ τᾶς θεοῦ ὃν Ψαμάθεια τίκτ' ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου.* Non superflua debet videri haec explicatio. Coniuncti fecerunt illas preces Aeacidae etiam tum concordes; adfuerat igitur etiam is qui postea occisus est a fratribus; quod ut teneres, pluribus verbis designandus erat Phocus. Disertius describimus eas res et personas, ad quas imprimis attendi volumus. Iam de Phoci caede nonnulla addit Pindarus, de qua re ita censeo. Quum poeta magnificae illius precationis mentionem fecisset, peractae communi Aeacidarum consilio, vix praeterire poterat triste factum insecutum, quo admisso discesserant insula heroes eximii, sed hoc ni fallor agere debebat, *ut commissam quidem post has preces Phoci caedem innueret, non tamen fractam esse ostenderet Aeacidarum fortunam, sed favisse Iovem etiam postea praeclarae genti.* Hinc igitur primum quidem tangit Phoci caedem, cuius nemo non poterat recordari post illas communes preces commemoratas; sed facit caute, dictis nonnisi iis quae necessaria essent. Iam attende animum ad ea quae sequuntur. Etenim missis his rebus *ὄλβον ἢ χειρῶν βίαν ἢ σιδαρίταν πόλεμον* lubentius se cantaturum profitetur, neque tamen haec omnia canit, sed quamquam etiam fortia facta Aeacidarum per se minime aliena erant a carmine pancratiastae victori scripto, unice se continet in eo, quod primo loco posuerat, in *ὄλβῳ* praedicando. Transit enim statim ad Pelei cum Thetide nuptias splendidissime celebratas; narrat Musas tunc cum Apolline cecinisse Pelei ab Hippolyta frustra tentatam virtutem; quae femina quum ad amores Peleum invitasset, continuo sprevit eam pius heros, praemiumque tulit constantiae summum, Thetidem uxorem. Ita Pindarus. Iam quaero, quaenam sit harum rerum ratio, quod consilium. Mens poetae haec fuisse videtur: *Coacti quidem sunt discedere a cara insula Aeacidae, sed tenuerunt fortunam cum virtutis innatae laude. Peleus*, qui imprimis caedem perpetrasse fertur, *abstinentia et iustitia meruit ipsam Thetidem, ornatus a Iove felicitate, quae quidem in hominem cadere potest, maxima. Non igitur perdita est gens tristi ista caede, ad quam temerarius impetus fratres abripuerat; stetit etiam postea fortuna et honor Aeacidarum, mansitque vis sua precibus olim pronunciatis.* Hinc igitur illa nuptiarum commemoratio, hinc illa datâ operâ tractata narratio de Pelei frustra tentata virtute. Videmus Aeacidarum fortunam restitutam auctamque, videmus cur etiamnum valeant sanctissimae illae preces. Hoc est quod dixi, ex illa de precibus Aeacidarum narratione me iudice pendere totum hunc de Aeacidis locum. Est una sententiarum compages. Quod enim ad Nem. IV. stroph. *δ'*. monui, iterum repeto, memorari quidem aliquoties Pelei nuptias a Pindaro, sed non eodem consilio; unde factum est, ut etiam non eodem modo de ea re diceret, nunc hoc, nunc illo addito omissove. Denique post haec senties, omnino compositionem carminis esse pulcherrimam et omnia a principio ad finem unam referre sententiam. Egregios viros insulae precati sunt quondam sollemniter Aeaci filii, mansitque vis sua precibus usque ad hoc tempus. Documento sunt Lamponis, nobilissimi viri, filius, adhuc imberbis victor in Nemeis, a quo carmen orditur, eiusdemque familiae Euthymenes et Themistius, memorati in fine. Ac summam continet mythica pars collocata in medio carmine, introitus et exitus huic subiecti sunt. His expositis veniemus ad singula. *Phocus* Aeaco imprimis carus ob matrem, fratres gloria rei navalis et gymnasticae superabat. Unde a fratribus occisus fertur, interfectores autem, patris iram metuentes, insula excesserunt. Cf. Apol-

www.libtool.com.cn

deum. Atque ad haec sacra secesserat Neoptolemus in Epirum. Iam Pindarus venit ad *Peleum*. De urbe Iolco sita in radicibus Pelei et de fabula, quam hic tractat Pindarus, v. notata ad Nem. III, 33. *Λατρείαν παρέδωκεν Αἰμόνεσσιν, subiecit Thessalis.* Verum quod subest, perspexit Muellerus mihi carissimus, Histor. Orchom p. 257. Nempe Acastus fuit ultimus Minyarum ibi regnantium; Minyarum imperio successit Thessalorum immigrantium dominatio. Sed in hoc nexu rerum, quod Iolcum Peleus Thessalis tradidisse dicitur, hoc sensu dictum est: *Iolci autem apud Thessalos Pelei memoratur nomen eximie de iis meriti.* *Πολεμίᾳ χερὶ προστραπών, hostili vi aggressus.* Pro medio *προστρέπεσθαι* (cf. Hom. Epigr. XVI.) h. l. est *προστρέπειν, accedere*, proprie *gressus admovere*. Sic notum est *πελάω* s. *πελάζω* (Aeschyl. Prometh. 282. Eurip. Electr. 134.), porro *νωμᾶν, ἐπινωμᾶν, στρωφᾶν* (cf. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 310.) ne afferam *ὑποστρέφειν* Il. γ, 407. *ἐπιστρέφειν*, alia. *Πολεμίᾳ χερὶ* dictum, ut *ἔρχεσθαι ἱκεσίᾳ χερὶ*, alia multa. *Δολίαις τέχναισι χρησάμενος, fraudulentas artes expertus*, ut monet Heynius. Sic dicitur *τύχῃ, δυστυχίαις, δυσπραγίαις, συμφοραῖς χρῆσθαι*. Adde etiam Wyttenb. ad Plutarch. T. VI. P. I. p. 567. De verbis *τᾷ δαιδάλῳ δὲ μαχαίρᾳ* v. Boeckh. nott. critt. qui Zenobii locum se nunc non reperire posse notat et addit Prov. App. Vat. III, 39. Prov. Suid. IX, 76. XI, 79. Ceterum Vulcanum etiam Daedalum vocatum esse Welckerus notat: quod nomen legitur in vasculo ap. Mazoch. Tab. Heracl. p. 137. cf. Millin. Galer. mythol. tab. 13. 48. Winckelm. Opp. T. V. p. 222. sed a Pindaro hoc alienum iudico. Subduxerat ensem Peleo Acastus et abdiderat, ut hunc quaerens Peleus in Pelio a Centauris occideretur (cf. Schol.). Schneiderus notat: „Winckelmannus Hist. Art. I. p. 551. narrat in antiqua gemma caelata in agathonyche extare Peleum ab Acasto in silvis derelictum; ubi somno inclinatum Centaurus saxo sublato aggreditur, sed eum Psyche adstans ex somno excitatum servat." Sed dicendum etiam de voce *ἔκφερεν*. Nam quum verbum *ἐκφέρειν* interdum significet *indicare*, ut Eurip. Ion. 1352. placuit haec significatio etiam hoc loco nonnullis, perperam. Errabis etiam si sic intelligas: *mortem prohibuit Chiron et fatum Iovis eum eripuit;* quo nihil potest esse magis ieiunum. Immo recte vertit Heynius: *ad exitum perduxit.* *Ἐκφέρειν μισθοῖο τέλος, adducere tempus mercedis constitutum*, dixit Hom. Il. φ, 450. Apud Aeschyl. Pers. 226. vera lectio videtur: *ἐξίκοιτο δὴ τὰ χρηστά*, pro *ἐκτελοῖτο*. Sed quid fuit fatale illud? An ut servaretur Peleus ex insidiis Acasti? Sic eandem sententiam habebimus bis dictam, quod equidem non feram. Immo in fatis erat, ut Peleus Thetidem in matrimonium duceret. Atque hoc perfecit Chiron servans Peleum et nuptias concilians; cf. ad Nem. III, 54. Significat ipse Pindarus iis quae sequuntur. Thetidem varias induentem figuras vi captam a Peleo vidimus Nem. III, 34. *Σχάσαις*, h. e. *ἐπισχών*. Proprium esse verbum de remis inhibendis s. remittendis (cf. Pind. Pyth. X, 51.) passim monent veteres, ut Scholia ad hunc locum et ad Eurip. Phoeniss. 455. Ac non semel est *cohibere*, ut Eurip. Phoeniss. 967. *Κρέον, τί σιγᾷς, γῆρυν ἄφθογγον σχάσαις*; Denique *ἀκμὰν, vim*, cf. nott. critt. ad Ol. II, 69. *Εἶδεν δ' εὔκυκλον ἕδραν, contigit ei videre; εὔκυκλον ἕδραν* vides esse *κύκλον ἑδρῶν*, nisi una fuit omnium deorum sedes, in qua divisi singulis diis loci, ut in uno Amyclaei Apollinis throno plures sedes fuerunt (v. Pausan. III, 19, 1.). Utrique interpretationi convenit Pyth. III, 94. *Καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον χρυσείαις ἐν ἕδραις.* Ibidem *ἕδνα* quae hic *δῶρα*. Porro *ἐκφαίνειν, oculis subiicere*, est *exhibere, offerre;* aptissime. Laetamur enim egregia dona perlustrantes. Similiter alterum accipe: *et obtulerunt ei potentiam ad posteros duraturam.* Nam etiam hanc tum dederunt cum *ἕδνοις*. Dictum vero *ἐς γένος*, ut *dare aliquid alicui in aliquod tempus*,

www.libtool.com.cn

γὰρ κατὰ τὸν ἀγῶνα πηδώντων, ὑποσκάπτεται βόθρος, ἑκάστου τὸ ἅλμα δεικνύς. Similiter signa ponebantur ad notandum spatium, quod quis iactu emensus esset, ut Odyss. ϑ, 292. 3. Ceterum ἀπὸ τῶν πεντάθλων dicit Scholiastes, quia saltus, olim peculiare certaminis genus (cf. Hom. Odyss. ϑ, 128.) invento quinquertio pars huius fuit. Hactenus igitur clara sunt quae Scholiastes dicit; unum quaerendum restat num haec sufficiant ad Pindari locum intelligendum. Nisi me omnia fallunt, Pindarus hic loquitur de fossa ante saltum fodienda, h. e. de scopo. Verto: *Si autem felicitatem aut manuum robur aut bella laudari placet, magnos mihi hinc aliquis fodiat saltus, habeo genua expedita*, h. e. *longinquum mihi aliquis ponat scopum, habeo expedita genua*, s. *magnum faciam saltum*. Αὐτόθεν cum Scholiasta explico per ἤδη. Constructionem membrorum Schmidius sic explicat: „*Etsi* longos mihi inde saltus fodiat aliquis, *tamen* habeo levem genuum impetum." Incommode, quamquam illud recte sensit, de scopo ponendo loqui Pindarum. At particulae *etsi — tamen*, aliis huiusmodi membrorum compositionibus explicandis passim adhibendae, hic alienae sunt. Nunc res haec est. Fac alicubi legi hanc locutionem: *Si autem retinere me cupis, validas para catenas, habeo magnas vires*, et senties haec sic explicanda esse: *Si retinere me cupis, quum magnas habeam vires, validas para catenas*. Ad hanc normam hunc locum explicabis rectius sic: *Si autem felicitas aut robur manuum aut bella canenda, ad hoc faciendum quum animum viresque sentiam maximas, longinquum ponat aliquis mihi iam scopum*. Non inusitata haec constructio, qua quod membrum rationem continet alicuius sententiae, post eam ponitur sine copulante particula. Nem. VII, 17 sqq. σοφοὶ δὲ μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον ἔμαθον, οὐδ' ὑπὸ κέρδει βλάβεν· ἀφνεὸς πενιχρός τε ϑάνατον πάρα ϑαμὰ νέονται. Adde ibid. vs. 75. Factum hoc, ubi alius sententiarum ordo incommodus fuisset. Iam clarius etiam perspicitur, quod Scholiastes tradit de βόθρῳ post saltum factum fosso ad spatium emensum notandum, ab hoc loco alienum esse. Quare tenendum est quod subiiciam. Fuit in stadiis sulcus per transversum ductus, τὰ ἐσκαμμένα, τὸ σκάμμα, versus quem dirigerent saltum certantes, quemque assequi, quam fieri posset proxime, conarentur. Qui quum quinquaginta vulgo pedes abesset ab eo unde prosiliebatur loco, tamen transiluit eum Phayllus Crotoniata, ut tradit Eustath. ad Odyss. ϑ, 198. p. 1591. afferens epigramma statuae eius inscriptum, quod hoc est:

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος,
Δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

Factum hoc Delphis, quum quinquertio vinceret, cf. Pausan. X, 9, 1. Hinc ortum proverbium, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, s. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι, quod affert Eustathius; adde locos apud Heindorf. ad Platon. Cratyl. p. 413. A. Huius proverbii usu decepti quidam crediderunt in vitio positum fuisse, siquis τὸ σκάμμα transiluisset, quum tamen Phayllus victoriam tulerit et laudem. Nempe non distinxerunt rem ipsam et metaphoram. Ut in saltus certamine laudatur, qui etiam ultra scopum usitatum prosiliat, ita in aliis rebus qui usitatos fines transeunt, displicent; unde factum, ut illa locutio ad ethicas res traducta contrarium sensum haberet. Verum haec obiter; tu post haec senties de hoc ipso scammate loqui Pindarum. Καὶ πέραν πόντοιο πάλλονθ' αἰετοί, h. e. πάλλονται. Metaphora usus hic est, ut minueret dicti arrogantiam; cf. Nem. III, 77 seq. Καὶ κείνοις, *et illis*, ut olim Cadmo. Non opus refellere eos qui iungunt: καὶ – δὲ, et Musarum chorus et Apollo. Porro plurali utitur, quum res honori esset toti genti, ut monuit Heynius. Et quum modo professus esset se Aeacidarum prosperam fortunam aut robur resque gestas canere malle, vides cur etiam

www.libtool.com.cn

aptior sit pluralis. Ceterum in Pelio monte apud Chironem celebratas nuptias, satis notum. *Ἄγεῖτο παντοίων νόμων*, praeibat Apollo modos; nam citharam sequebatur universi chori cantus: cf. initium carminis Pyth. prim. et quae de vetere eius carminis melodia monuit Boeckhius de Metris Pindari p. 266. *Ἐν δὲ μέσαις*, ut Scut. Hercul. 201. *ἐν δ' ἦν ἀθανάτων ἱερὸς χορός, ἐν δ' ἄρα μέσσῳ ἱμερόεν κιθάριζεν Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός*. Ad *φόρμιγγα* cf. Boeckh. de Metr. Pindar. p. 260. *Χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων*, ut Eurip. Hercul. fur. 350. de Phoebo: *τὰν καλλίφθογγον κιθάραν ἐλαύνων πλήκτρῳ χρυσέῳ. Αἱ δὲ πρώτιστον μὲν ὕμνησαν Διὸς ἀρχόμεναι σεμνὰν Θέτιν Πηλέα θ'*, h. e. *illae vero primo loco cecinerunt Thetidem et Peleum.* Quae praeterea cantata ab iis, aliena erant ab hoc carmine. *Διὸς ἀρχόμεναι*, quippe cuius nomen fere in exordiis celebrari solebat, antequam sequerentur cetera, cf. Nem. II. init. ibique Scholia. Ceterum sponte senties suavem narrationis formam. Poterat sic: Peleus Thetidem in matrimonium accepit; nam cum sprevisset illecebras Hippolytae, Iuppiter hoc virtutis praemium ei dedit. Nunc pulchrius est quod Musas cum Apolline de hac Pelei virtute canentes facit. *Κρηθείς Ἱππολύτα*, cf. de tota hac re ad Nem. IV, 54. *Δόλῳ πιδᾶσαι*, h. e. *opprimere, occidere.* Fragm. Thren. 6. *πέφνε δὲ τρεῖς καὶ δέκ' ἄνδρας, τετράτῳ δ' αὐτὸς πεδάθη. Ποικίλοις βουλεύμασιν*, h. e. *callidis calumniis*, se de stupro a Peleo esse compellatam, uti poeta statim haec feminae consilia explicat. *Σκοπὸν*, ut *Δάλου σκοπὸς* Ol. VI, 59. *Ὀλύμπου σκοποὶ* Ol. I, 54. Accedo ad *ξυνᾶνα*. Forma soluta *ξυνάονες* est Pyth. III, 48. ubi vide Boeckh. nott. critt. *ξυνῶνα τὸν κοινωνὸν* Sophoclem dixisse testatur Photius p. 228. Hoc loco quo minus consortem Iovi interpreter, uti fere faciunt interpretes, retinet me, quod adiectum est, *ἀκοίταν*. Neque enim video cur nunc et in hac re duabus vocibus opus sit. Malim igitur *ξυνᾶνα* intelligere *sodalem et amicum Pelei*, quod sensui loci optime convenit. Magnetes noti sunt; plerasque Magnetum urbes Minyis Iolci paruisse observat Müller. Orchom. p. 252. In verbis *ψεύσταν δὲ ποιητὸν* cur duas voces posuerit, obscurum non est; *nonnisi mendacia* haec fuisse, dicere vult. *Συνέπαξε, concinnavit*, ut *πλέκειν λόγους*. *Εὐνὰν νυμφείαν* appellat *concubitum*, quem cum uxore se et coniuge in lectis Acasti Peleus exercere voluerit. Eurip. Iphigen. Aul. 130 seq. *παῖδα νυμφείους εἰς ἀγκώνων εὐνὰς ἐκδώσειν λέκτροις. Τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν*, cf. de hac locutione Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 333. *Τοῦ μὲν ὀργὰν κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι*, h. e. *eius mentem generosam irritarunt temeraria verba. Ὀργὰ ingenium, indoles* saepe, ut Isthm. IV, 38. Adde Acta philolog. Monacens. T. I. p. 77. *κνίζειν* est ad iram commovere, ut recte cepit Heyn. ad Isthm. V, 74. vulg. Sic Pyth. XI, 23. est *irritare*; pro *mordere* de occulta ira idem Soph. Oed. R. 786. Iratum fuisse Peleum etiam sequentia docent. *Αἰπεινοὶ* videntur esse *audaces, iniusti, improbi.* Alii comparabunt vocabulum *προσάντης*, quod est *molestum, insuave taedium creans*; cf. Hesych. in voce, qui explicat *δυσχερὴς, ἐχθρὸς, ἀηδής*: adde Eurip. Iphig. Taur. 1002. *Ἀπανάνατο νύμφαν*, cum accusativo personae ut Il. *ι*, 679. Odyss. *θ*, 212. Hoc est *εὐνὰν νύμφας*, Odyss. *κ*, 297. *Ξεινίου*, nam hospitio exceptus degebat Peleus apud Acastum. *Ὥστε πράξειν*, h. e. *se comparaturum ei.* Cf. Hermann. ad Vig. p. 761. *Ὥστε* non sine vi additum videtur: Iuppiter magnopere probans castitatem et iustitiam Pelei ita voluntatem suam significavit, ut haud cunctanter divinam se ei uxorem paraturum affirmaret. *Χρυσαλακάτων*, cf. Ol. VI, 104. et nott. *Γαμβρὸς* dicitur omnino is, qui non cognatione sed affinitate cum aliquo coniunctus est, ut gener, socer, porro frater uxoris, maritus sororis. Hoc loco Neptunus Amphitriten Nereidem uxorem habens est *γαμβρὸς* Nereidum. Sensus igitur: *Se de ea re acturum cum Neptuno, Nereidum affini, ut ille*

www.libtool.com.cn

verba: *ὁ χρυσὸς — φῶτα.* Si haec nonnisi explicationem eiusdem notionis, hymni dico, referrent, haud cunctanter Boeckhii sequerer sententiam. Nam consentanea haec sunt: Si tu etiam Callicli postulas hymni laudem, quia nihil hymno illustrius, faciam uti iubes. Ineptum vero sit alterum: Si tu postulas hymni laudem, nihil est hymno illustrius; dabo igitur hymnum. Haec igitur si exsisteret sententia, non posset probari constructio ab Hermanno proposita. Tamen res aliter habet. In verbis *ὁ χρυσὸς — φῶτα,* comparatur cum auro splendente *homo* laudem hymni nactus; alia igitur notio regnat hic, alia in antecedentibus. Quae quum ita sint, instituta quam Hermannus proponit constructione, hic exsistit sensus: *Si tu etiam Callicli postulas hymni laudem, profecto quum nulla re magis quam hymno illustretur homo, non frustrabor eo Calliclem; meam vocem invenito ubi dignissime canere potero, in Isthmo.* Atque sic explicata haec veram Pindari mentem reddere videntur. Etiam inde apparet, cur poeta licet ipse non affuerit rebus gestis Calliclis, ut Euphanes affuerat, tamen eum canere non recuset. Redit sic disputatio nostra eo unde initium cepit. Accedit his nunc etiam Boeckhius. Post haec pauca addenda sunt de singulis. Dicitur Callicles *μάτρως* Timasarchi. Eustathius ad Il. *β*, p. 316. de patruis et avunculis loquens scribit haec: *Τούτους δὲ οἱ μὲν πατραδέλφους καὶ μητραδέλφους, οἱ δὲ πάτρωας καλοῦσι καὶ μήτρωας. Πίνδαρος δὲ οὐκ ἀδελφοὺς ἀλλὰ γονέας μητρὸς μάτρωας ἔφη.* Non satis accurate. Sane avus est *μάτρως* Olymp. IX, 68. et maiores materni sunt *μάτρωες* Olymp. VI, 77. Nem. X, 37. adde Nem. XI, 37. atque ita Stesichorus *πάτρωα* dixerat *τὸν κατὰ πατέρα πρόγονον,* monente Eustathio: sed tamen avunculum significat vox *μάτρως* haud dubie Nem. V, 43. ubi vide, quemadmodum etiam Isthm. V, 59. Dubium igitur est quid hoc loco significet. Ac Scholiastes ad vs. 129. ubi Boeckhio monente bis scribendum *πρὸς μητρός σου,* intelligit avunculum, et Euphanem tradit ad vs. 144. fuisse avum maternum. Ex qua ratione Euphanes fuit Calliclis pater. Et constat quum *μητροπάτωρ* sit matris pater, *πατροπάτωρ* avus paternus, *προπάτωρ* dici de utroque. Cecinerat igitur Euphanes filium suum, ut Timocritus, si vixisset, hunc in Timasarchum hymnum cecinisset. Tamen malit aliquis Euphanem pro avo paterno, Calliclem pro avo materno habere. Nam dicuntur hoc loco *ἅλικες*; patrem autem et filium dici *ἅλικας,* non memini. Non puto tamen a Scholiastae traditione recedendum esse, quum vox *ἅλικες* in generali sententia usurpata non de aequalibus strictissimo sensu, sed de iis intelligenda videatur, qui simul vixerint aliquo tempore, ut alter alterum viderit (vs. 91.). Mox *στάλαν Παρίου λίθου λευκοτέραν* dicit *λίθον Μοισαῖον* Nem. VIII, 47. *Στήλη* est *columna, cippus, tabula sepulcralis,* usu notissimo; tales cippi solebant ex candido marmore confici et anaglyphis, etiam figuras repraesentantibus ornari, cuius generis supersunt innumeri: ab his igitur petitur comparatio, quia Callicles iam defunctus est; *λίθον Μοισαῖον* autem cippum vocat Pario marmore candidiorem, quia latius splendet carmen quam marmor candidissimum. Itaque cave *στήλην* putes *statuam* esse, qui usus est barbarus (Inscr. ap. Brunck. Anal. T. III. p. 17. Anonymi vit. Plat. in Bibl. Gott. vet. litt. et art. P. V. Inedd. p. 18.). *Βασιλεῦσιν ἰσοδαίμονα τεύχει φῶτα, parem fortuna regibus facit hominem,* h. e. summis honoribus ornat. Nam *τὸ ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι.* Porro media haec sententia comparationem habet, ut vidimus, hominis hymni laudem nacti cum auro splendente; omissae sunt particulae comparativae, ut Olymp. I. init. Mox: *Ὀρσοτρίαινα ἵν' ἐν ἀγῶνι — σελίνοις, ibi ubi in Neptuni certamine ornatus est Corinthiaco apio,* h. e. in ipso victoriae loco, in Isthmo. *Σέλινα* sunt *ξηρά.* Verba *ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι* usque ad *φάσθαι,* ut vidisti, ad superiora traximus, ut a sese Calliclem non melius quam.

www.libtool.com.cn
inter Neptunum et Aeacidas, quam ipsam poeta significare voluit. Nexus igitur hic est: *Venit Peleus hoc modo etiam in affinitatem Neptuni, quem veneratur Isthmus; quare bonos successus sperare licet Aeginetis haec certamina adeuntibus.* Porro quum etiam curribus certaretur in Isthmo, poeta tamen nonnisi corporis robur nominat (*σθένει γυίων θρασεῖ*); dicit enim hoc nunc imprimis propter Aeginetas, Pytheam ceteramque Lamponis familiam, pancratiastas, quemadmodum etiam alibi solet talia accommodare locis et temporibus, cf. plura ad Isthm. IV, 10. 11. *Πότμος δὲ κρίνει συγγενὴς ἔργων περὶ πάντων, vis ingenita iudicium fert de omnibus rebus*, h. e. ut monet Heynius, vis ingenita omnium, quae aguntur, summam continet. Haec sententia iungenda est cum antecedentibus. Postquam enim dixerat: certant ibi robore corporis, addit: Vis autem ingenita ut in omnibus rebus sic etiam in his ludis maximi momenti est. Quam quum haberet eximiam familia Lamponis, nulla etiam sic poterat esse de successu iis dubitatio. Iam ab Isthmiorum commemoratione ad Euthymenis victoriam transit hoc modo: *Tu autem in Aegina vicisti, Euthymenes, τὺ δ' Αἰγίνᾳ θεοῦ — ὕμνων.* Quod Boeckhius reposuit *θεοῦ*, nunc probat etiam Hermannus in Heynii editione novissima. De locutione *Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνεῖν* Heynius ad Isthm. II, 26. ubi est *ἐν γούνασιν πιτνεῖν Νίκας*, haec habet: „Ductum est a cursu, cum victor metam attigit, adeoque si deam ibi sedentem finxeris, in gremium eius prolabitur. Sic Alcibiades sedens in gremio Nemeae pictus erat, Athen. XII. p. 534. D." Meo iudicio nonnisi hoc inest: *Victoria te amplexa est*, s. *victoriam tulisti*, nec de dea sedente alicubi cogitandum, in quo assentientem habeo Welckerum. Nam *in Aegina Victoriae in amplexus ruere* profecto nihil est nisi *in Aegina vincere.* Si finxeris deam ad metam sedentem, et adiectum *Αἰγίνᾳ* offendit et quod sic incommode a cursore ad pancratiastam translatum est, quod ex illa ratione tamen nonnisi de cursu dici posset. Ceterum abunde liquet Euthymenem in Aegina non in Isthmo dici victorem. Nemo enim erit qui vocem *Αἰγίνᾳ* cum *ἔψαυσας* iungat, quasi ille vicerit quidem in Isthmiis, cantatus vero sit in Aegina. Sed quod ipsa sententiarum oppositio satis demonstrat, Euthymenes quidem in Aegina vicerat ibique hymnis celebratus erat. Vicerat autem in Aeaceis, ut tradit Scholiastes ad vs. 78. Pergo. *Ἤτοι μεταΐξαντα καὶ νῦν τεὸς μάτρως — Πυθία.* Sensum indicarunt Hermannus et Boeckhius in nott. critt. *Κείνου* est *αὐτοῦ*, quod Pindarus hiatus evitandi causa ponere noluit. De significationibus vocis *μάτρως* apud Pindarum vide ad Nem. IV, 80. Hoc loco *avunculus* est, ut Isthm. V, 59. Nam *πάππος πρὸς μητρὸς* Pytheae fuit Themistius, cf. Schol. ad vs. 91. Et quum Euthymenes, ut supra monuimus, post hoc carmen vicerit in Isthmiis, non potuisset hoc, si avus Pytheae fuisset. De voce *ἀγάλλειν* cf. Ruhnken. ad Tim. lex. Platon. p. 4. Ast. ad Platon. Legg. XI. p. 532. Tom. II. *Ἔθνος* quod recte de gente dici potest, posuit ut *γένος* et *gens* dicitur, de uno Pythea. *Ἔθνος μεταΐξαντα*, quemadmodum Homerus Odyss. ζ, 157. *λευσσόντων τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν*, de Nausicaa. Aeschyl. Agamemn. 120. *λαγίναν γένναν βλαβέντα λοισθίων δρόμων.* Tale est etiam illud *φίλε τέκνον*, aliaque innumera. Porro *μεταΐσσειν*, sequi, imitari, ut *ἰχνίων* Pyth. VIII, 36. *ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρός* Pyth. X, 12. *ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαντος ἐὸν πόδα νέμων* Nem. VI, 15. *θηρᾶν θυμὸν λεόντων* Isthm. III, 64. ex doctorum emendatione. Sequitur: *Ἀ Νεμέα μὲν ἄραρεν μείς τ' ἐπιχώριοις, ὃν φίλασ' Ἀπόλλων.* Haec et sequentia haud dubie de solo Pythea intelligenda. De *μὲν — τε* cf. Boeckh. nott. critt. Olymp. VII, 11. Pyth. XI, 1. *Ἄραρεν*, h. e. *οὐκ ἀντιξοεῖ*, quemadmodum dixit Ol. XIII, 33. *favet ei, amica est, non adversatur.* Ab *ἄρω* sunt *ἀρθμὸς* Hom. Hymn. Mercur. 524. *ἄρθμιος* Odyss. *π*, 427. *ἀρθμεῖν* Il. *η*, 302. alia. Mensis, quem adama-

www.libtool.com.cn

non probante censet Muellerus Aeginet. p. 142. qui simul Larcherium castigavit ad Herodot. T. VI. p. 140. inepte de huius familiae genealogia disputantem. Hoc certum est Lamponem Salaminiae pugnae tempore vicisse, nec opus est testimonio Scholii ad Isthm. IV, 63. Ut enim iam de temporibus nonnulla addamus, carminum trium Lamponis filiis scriptorum primum est hoc ipsum, secundum Isthmium quintum, tertium Isthmium quartum: nam haec Pytheae Nemeaea victoria respicitur Isthm. IV, 21. et Isthm. V, 3. coll. 55. et primam Isthmiam Phylacidae victoriam celebrari Isthm. V. docet eiusdem carminis initium; Isthm. IV. autem utraque Phylacidae Isthmia victoria commemoratur. Cf. Schol. Isthm. IV. init. Tertium carmen proxime post pugnam Salaminiam scriptum esse, indicare videtur poeta Isthm. IV, 53. quod vidit etiam Schol. Isthm. IV, 60. Pugna Salaminia facta Ol. 75, 1. victoria igitur Phylacidae altera reportata videbitur aut Ol. 75, 1. aut Olymp. 75, 3. Atqui Olymp. 75, 1. reportata non est, quum aestiva huius anni Isthmia ante pugnam Salaminiam acta sint mense Boedromione factam; tenendum igitur est alterum, reportatam eam esse Ol. 75, 3. Isthmiis vernis. Sequor in hoc Boeckhium meum idem statuentem. Erat quidem, quum carmen Isthm. IV. putarem scriptum esse in intervallo pugnae Salaminiae et Plataeensis: quo me tum alia, quae reticebo, deducebant tum haec vs. 57. *ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ· Ζεὺς τά τε καὶ τὰ νέμει*: in quibus verbis putabam hoc inesse, nondum desiisse periculum, quum haec scriberentur. Sed illa verba commodiora ibi sunt post pugnam Plataeensem; mali ominis fuissent, si tum essent scripta, quum Persae nondum victi ad Plataeas essent, sed adhuc Graeciam obtinerent. Accedit quod qui carmen Isthm. IV. inter Salaminiam et Plataeensem pugnam scriptum putet, necesse est antea commonstret, quibus id sollemnibus scriptum fuerit: nam in eo temporis intervallo victoriae Isthmiae sollemnia Aeginae acta esse non est probabile, quia tempus id remotius a proximis Isthmiis, quam ut in id tempus dilatam victoriae in illis partae celebrationem censeas. Postremo quod maximum est, a pugna Salaminia usque ad Plataeensem interclusus Thebis in Aeginam aditus: Thebas enim Persae obtinent: itaque quomodo tum in Aeginam transmittere carmen poeta potuerit, non video; immo poetae Thebis degenti ne tutum quidem tum erat Salaminios victores laudare, quod fecit in Isthm. IV. Thebis enim poetam tum fuisse non est quod dubites. Itaque illa, cui Isthm. IV. scriptum est, victoria in Olymp. 75, 3. ponenda est. Fuit autem haec secunda Phylacidae Isthmiaca victoria; unde sponte patet, primam eiusdem victoriam Isthmiacam, cantatam carmine Isthmio quinto, reportatam esse ante pugnam Salaminiam. Denique duabus Phylacidae Isthmiis victoriis prior haec de qua hoc carmen agit, Pytheae Nemeaea victoria, quae pluribus etiam annis ante pugnam Salaminiam reportata est; nam Pytheas fuit natu maior, qui praeivit iuniori in his rebus: cf. Isthm. IV. fin. idemque hoc carmine dicitur imberbis. Ponas igitur hanc Nemeaeam victoriam aliquot Olympiadibus ante Phylacidae Isthmiacam priorem. Haec sunt quae probabiliter de temporibus statui posse videntur. Cantatum videtur hoc, ad quod iam accedimus, carmen apud Lamponem; certe nihil inest unde certo coniicias in publico aliquo loco id cantatum esse: in Aegina cantatum docet vs. 4. Scriptum autem est haud dubie non ita diu post victoriam. De sententiarum ratione disputavi suo loco.

Vs. 1 — 6. Introitus carminis, nuncians Pytheae victoriam. Initium citat Schol. Isthm. IV. princ. Verto: *Non sum statuarius, ut in loco mansura elaborem signa, quae non discedant ab ipso, quod subiectum sit, fundamento.* Placet aliis *αὐτᾶς* pro *τᾶς αὐτᾶς* dictum accipere, quod num recte fiat dubito. Hoc sensu Pindarus alibi articu-

www.libtool.com.cn

da vocem, velis expansis omnibus, et dic. Carchesium fuit, ut constat, in summo malo. *Ζυγὸς καρχησίου* est *antenna in summo malo.* Ergo vela expandere usque ad antennam carchesii, est omnia vela expandere, quod fit ubi *πλησίστιος οὖρος.* Porro notum est haec et similia tropice dici, velut apud Ciceronem Tuscul. IV, 5. *Utrum panderem vela orationis statim an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem.* Ovid. Metamorph. XV. 176. *Et quoniam magno feror aequore, plenaque ventis vela dedi.* Notum etiam proverbium *πάντα κάλων ἐξιέναι, κινεῖν, ἐκτείνειν,* omni studio aliquid tentare, cf. Kuster. ad Aristoph. Equit. 753. Heindorf. ad Protagor. p. 338. A. dixit de his locutionibus etiam Valcken. Diatrib. p. 233. Hoc loco sensus est: *ede vocem grandisonam. Πύκταν τέ νιν καὶ παγκρατίου φθέγξαι ἕλεῖν Ἐπιδαύρῳ διπλόαν νικῶντ' ἀρετάν, Pugilem eum et pancratii dic adeptum Epidauri duplicem victoriae laudem.* Construendum est aut: *πύκταν τέ νιν φθέγξαι ἕλεῖν ἀρετὰν καὶ παγκρατίου διπλόαν ἕλεῖν ἀρετὰν νικῶντα,* aut: *πύκταν τέ νιν φθέγξαι ἕλεῖν διπλόαν ἀρετὰν καὶ παγκρατίου ἕλεῖν διπλόαν ἀρετάν*; nam utrumque fortasse fieri potest, quamquam ego praeferam prius, quemadmodum Isthm. IV, 19 seq. in altero membro omittenda est vox *διπλόα.* Sic tres sunt minimum victoriae. *Πύκταν* non *πυγμᾶς* posuit, opinor, consulto. Nam si dixisset: pugilatus et pancratii duplicem victoriam, poterat duas significasse videri victorias, alteram pugilatus alteram pancratii, quum plures essent. Boeckhius tamen duas tantum statuit victorias fuisse, alteram pugilatu, alteram pancratio partam. Ad dictionem *διπλόαν ἀρετὰν* cf. Isthm. IV, 19. Ceterum de Aesculapiis Epidauriis cf. Nem. III. fin. *Προθύροισιν Αἰακοῦ,* h. e. et in vestibulo Aeacei suspendisse coronas. De Aeaceo cf. Pausan. II, 29. Mueller. Aeginet. p. 161. Videntur ibi plerumque victores ludorum gymnicorum coronas suas suspendisse. Addit: *Σὺν ξανθαῖς Χάρισσιν.* Si statuas Gratiis eas victorias debitas, haec verba pertinebunt ad *ἕλεῖν* et *φέρειν,* hoc sensu: Factum esse beneficio Gratiarum, ut vinceret et coronas in Aeaceo suspenderet. Sed hoc non probabile. Nisi enim sumas Gratias privato cultu a Themistio cultas, senties incommode nunc Gratiis tribui victorias, quae melius ab aliorum deorum beneficio repeti poterant. Quare haec nonnisi cum *φέρειν* iungenda sunt. Iam si hoc est, quid sit, coronas vestibulo Aeaci ferre adiuvantibus Gratiis, sic non intelligo. Vertam igitur: *inter sollemnes cantus.* Gratiae adsunt ubi canuntur epinicia, cf. Nem. VI, 38. Nem. IX, 51. Videntur autem hymni epinicii interdum cantati esse tum quum coronae dedicarentur Aeaco. Erit igitur sensus: *Χαρίτων ὁμάδῳ φλέγοντα.* Ceterum hoc carmen similiter ibi cantatum esse, ex his certe verbis probari nequit.

N E M. VI.

Quantopere floruerit artis gymnasticae studium inter Aeginetas, una omnium locupletissima testis est gens *Bassidarum* hoc carmine celebrata, de cuius nomine, ne quid tribuas Didymo ap. Schol. Budidas inferenti, v. Mueller. Aeginet. p. 135. Hos Pindarus dicit tot habere pugilatus victorias, ut per totam Graeciam nulla innotuerit gens pluribus pugilatus coronis ornata; atque ex sacris quidem ludis vicesima quinta reportata fuit haec, quam puer Alcimidas tulit, victoria; quod nescio an summum sit in hoc genere laudis nobis traditum. Tamen, ut est imbecilla humana natura, etiam

www.libtool.com.cn
haec gens non semper conservaverat eundem roboris vigorem; qui enim hoc ordine se exceperant, *Agesimachus*, *Soclidas*, quem Didymus ap. Schol. nescio qua auctoritate *Soclem* appellatum vult, porro *Praxidamas*, *Theo*, *Alcimidas*, ex his Soclidas et Theo artis gymnasticae laude caruerant, quiescente alternis vi athletica gentis et revivi-scente, quemadmodum agri alternis quiescunt et fructus ferunt. His omnibus a me commemoratis quomodo usus sit Pindarus, mox videbimus; nunc praemoneo, carminis rationem inde pendere totam. De tempore quo scriptum carmen, nihil relatum ex-stat; tamen qui in fine laudatur Melesias alipta quum circa Olympiadem octogesi-mam floruerit (Introd. ad Nem. IV.), non ita diu ante hanc Olympiadem victoriam ab Alcimida reportatam suspicari licet. Cantatum est carmen haud dubie in Aegina (cf. vs. 48. ubi *νᾶσον τάνδε* poeta dicit Aeginam nondum antea nominatam): at in dei alicuius festo cantatum non credo, quum nullum eius rei adsit indicium. Hoc addam mirum esse quod Asclepiades ap. Schol. init. dicit, Cretensem fuisse Alcimidam in-scriptum sic: *Ἀλκιμίδας Θέωνος Κρής*. Cui rei veritatem subesse non dubito: vide-tur enim ille Alcimidas simul civis Cydoniates fuisse. Vide de Cydonia Aeginetarum colonia Muellerum nostrum Aeginet. p. 83. 112 sqq.

Vs. 1—7. Prooemium carminis continens summam. Initium citat Clemens Alex. Strom. V. p. 709. 30. usque ad *ἐκ μιᾶς δὲ μητρὸς πνέομεν ἄμφω*: ita enim legit: hinc habet Euseb. Praep. evang. XIII, 13. Eadem sine varietate affert personatus Plutar-chus de nobilit. c. 20. et Themistius Orat. VI, p. 78. A. habens *δὲ φῦμεν γαστρὸς ἀμφότεροι*, ut editur; libri tamen *ματρὸς* habent, et *δ' ἔφυμεν* ac *δ' ἔφημεν*: v. Bois-sonad. ad Marin. Vit. Procl. p. 90 sq. *Γαστρὸς* etiam Stobaeum habere dicit Porson. Advers. p. 312. Prima sic explico: *Sunt duo genera homines et dii, nata ex una ma-tre, vi tamen plane diversa, quandoquidem illud nihil est, aheneum vero caelum semper manet firmum.* Verba *ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος* vulgo interpretantur: *ἓν ἀνδρῶν καὶ θεῶν γένος*, h. e. *unum idemque est hominum et deorum genus*, obstante lingua. Quum enim de sententia fortius enunciata iterato pronomine hic nullo modo cogitari possit, nisi magnopere fallor, repetitio pronominis *ἓν* nonnisi *disiungendi* vim habere potest. Hoc qui negaverint, ab iis postulabo, ut et certum locum opponant, qualem ego huc-usque frustra quaesivi, et per rationem recte dici, quod velint, mihi demonstrent. Interim censeo, Pindarum voluisse hoc, quod dicit: *unum est hominum, unum deorum genus.* Quae sententia et clara est et apta. Neque enim unum genus recte hic ap-pellare potuit eos, quorum alteri nihil sunt, alteri immortalem vim habent, sed ac-commodatius, opinor, ad veritatem et modestius etiam duo agnoscit genera, quae quum ex una matre originem traxerint, quodammodo similia esse animo et corpore, vi ta-men penitus differre. Verum loci sensum vidit etiam Schmidius. *Πνέομεν*, spiritum, vitam habemus ex una matre; Terra, ex qua cetera omnia nata esse constat ex He-siodo Theog. 116. Etiam Sophocles Antig. 339. Terram dicit *θεῶν τὰν ὑπερτάταν*. Res haud dubie priscis Theogoniis et Cosmogoniis tradita compluribus. *Πᾶσα κε-κριμένα, tota diversa*, quoniam vis deorum immortalis est. *Κεκριμένα*, ut quod Hey-nius comparavit, *κεκριμένην γενεήν*, Scut. Herc. 55. Sequitur *ὡς τὸ μὲν οὐδέν*. Notum est *οὐδὲν εἶναι* significare nullius pretii esse, nullo in honore esse, atque etiam debile esse et caducum, ut Eurip. Hercul. fur. 314. de senectutis imbecillitate. Dicta vete-rum de imbecillitate humanae naturae congerere nolo. *Ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰὲν ἕδος μένει οὐρανός*, ex Hesiod. Theog. 126 seqq. Odyss. ζ, 42. *Γαῖα — ἐγείνατο — οὐ-ρανὸν ἀστερόεντ' — ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί*. Quaeras cur his ma-xime verbis usus sit poeta. Puto, ne de suo hoc dicere videretur, sed ipsa antiqua

www.libtool.com.cn
dicendi formula priscorum virorum doctrinam se referre significaret, quo artificio maiorem vim huic loco comparatam vides. *Ἀλλά τι προσφέρομεν ἔμπαν ἢ μέγαν νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτοις, tamen quodammodo similes sumus sive mente sive corpore immortalibus.* Affert haec Schol. Eurip. Med. 1224. De voce *προσφέρειν* conferri potest Fragmentum Tragici laudatum in Scholiis ad Nem. III, 127. *καὶ παιδὶ καὶ γέροντι προσφίρων τρόπους*, et Pindarus Fragm. inc. 70. Notum etiam *προσφερής*. Contrarium est *διαφέρειν*. Porro *νόον* dicit, recte; proprius enim hic hominum et deorum, quemadmodum iam Homerus *νόον* nonnisi diis et hominibus tribuit. *Μέγας*, epitheton etiam alibi lectum ut Pyth. V, 122. Mox *φύσιν* est: corpore, deorum praestantibus corporibus simili. Statura et forma corporis dicitur *φύσις* Isthm. III, 67. etiam apud Lucian. de Saltation. c. 75. aliosque. Ob coniunctionem particularum *ἤ — ἤτοι* rarissimam pro vulgari *ἤτοι — ἤ* huc, ut videtur, respicit Thom. M. p. 427. *Σημείωσαι δὲ ὡς καταρχὰς μὲν τὸ ἤτοι τίθεται ἀεί, ὕστερον δὲ τὸ ἤ. οὕτω γὰρ φαμέν· ἤτοι τόδε ἢ τόδε. ἑτέρως δὲ οὐκ ἄν ποτε εὕροις, πλὴν ἐν Πινδάρῳ ἅπαξ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ μέτρου.* Cf. Schäfer. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 321. Sed vide Fragm. Thren. 9. Quaeras autem cur disiunctivis particulis hic utatur poeta, quum tamen *et* animo *et* corpore similes simus diis. Sane; at in aliis mentis vis, in aliis corporis praestantia magis conspicua hominibus, unde quod poeta praetulit et modestius est (quam in rem etiam alibi disiunctivis particulis utitur, ut Isthm. III. init.) et carminis rationi aptius, quum gens celebretur corporis maxime praestantia insignis. Pergitur: *Καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ νύκτας ἅμμε πότμος οἵαν τίν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.* Construas: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες στάθμαν, οὐδὲ μετὰ νύκτας ποτὶ οἵαν τινὰ ἅμμε πότμος ἔγραψε δραμεῖν στάθμαν.* Tamen, ni fallor, praestat quod accuratius iudicium postulat: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες ποτὶ οἵαν τινὰ στάθμαν ἅμμε πότμος ἔγραψε δραμεῖν, οὐδὲ μετὰ νύκτας* et quae sequuntur. Sive enim *μετὰ νύκτας* pro adiectivo dictum est, sive *ἐφαμερίαν* pro substantivo, senties cetera bis cogitanda esse omnia. Verto: *Quamquam nec interdiu nec noctu quamnam nos fatum iusserit currere ad metam scientes*, h. e. *quamquam semper obnoxii fato, nec quae interdiu, quae noctu instent scientes. Μετὰ νύκτας*, noctu, inter noctem, ut *μεθ' ἡμέραν* Eurip. Orest. 58. Similiter *ἐφαμερίαν* hic dixit ad quam interdiu s. per diei tempus curritur, quod durum non est, imprimis si nostram loci constructionem probas. *Στάθμαν*, metaphora ducta a cursu, in cuius principio *γραμμὴ* est et in fine. Atque hanc quidem in fine cursus vidisti supra Pyth. IX, 122. Unde apud Eurip. Electr. 95 sqq. *μη μοι, τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς, νικᾶν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν πέλας γραμμῆς ἵκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου.* Eadem *στάθμη*, ut Eurip. ap. Ion. 1514. *παρ' οἵαν ἤλθομεν στάθμην βίου.* Denique *ἔγραψε*, ut dicitur legem scribere, veluti *θεοὶ τοὺς νόμους βροτοῖς γράψαντες*, Eurip. Ion. 442. Sed haec facilia omnia; difficiliora nobis restant alia hoc loco. Nosti e Boeckhii notis criticis ultimos duos versus stropharum et antistropharum in hoc carmine esse corruptos. Hermannus relicta quam in comment. de dialecto Pindari proposuerat, sententia nunc longe aliam viam ingressus est, quam indicavit in novissima editione Heynii. Quae igitur ibi scribit, statim hic subiiciam omnia. Atque ad primam stropham scribit sic: Ultimi duo stropharum versus multum negotii metricis crearunt. Videntur eos iam veteres grammatici, depravatis lectionibus adducti, non uno modo refinxisse. Satis tamen verisimile erit quum singulos versus tum omnem stropham considerantibus, priorem paeonico ordine finiri, posteriorem a paeone ad dactylum et trochaeos delabi. Et hic quidem scribendum puto:

www.libtool.com.cn

Καίπερ ἐφαμερίαν
οὐκ εἰδότες, οὐδὲ μετὰ νύκτας
ἄμμε πότμος, οὐδ'
ἄντιν' ἀρ' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

Ita legit is Scholiastes, cuius haec verba habemus: *καίτοι μὴ γινώσκοντες μήτε τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν μήτε τὰ διὰ νυκτὸς ἐσόμενα, μήτε ὅστις ἡμᾶς μόρος κατακέκρικε σκοπόν τινα καὶ στάθμην λαβεῖν.* Ad antistropham scribit: Bonam lectionem servavit cod. Med. B. *νῦν τε πέφανται.* Participio iunctum verbum per copulam: vide ad Vig. p. 772. Sed scribe:

Νῦν τε πέφαται
οὐκ ἄμμορος ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας.

Πέφαται, i. e. *εἴρηται*, a grammaticis certe commemoratum est. Ad secundam stropham habentur haec eius verba: Egregie Heynius *ἔλπομαι μέγα εἰπὼν σκοποῦ ἅπαντα τυχεῖν, ὥστ' ἀπὸ τόξου ἰείς.* Vide diss. de dial. Pind. p. 8. Inde quae sequuntur, partim e Schmidii correctione ita scribenda:

Εὔθυν' ἐπὶ τοῦτον, ἄγε Μοῖσα,
οὖρον ἐπέων
εὐκλέα· παροιχομένων γὰρ ἀνέρων.

De antistrophicis versibus censet ita: Valde turbata videtur scriptura, sive librariorum culpa sive correctionibus grammaticorum. Crediderim tale quid dedisse poetam:

Ἀπὸ ταίτας
αἵματι πάτρας
χρυσοπλοκάμου ποτὲ Καλλίας ἀδών
ἔρνεσι Λατοῦς.

Ad ultimam stropham denique Hermannus ita: Scribe,

Νεῖκος Ἀχιλεύς
ἔμπεσε χαμαὶ καταβὰς ἀφ' ἁρμάτων.

Antistrophicos versus constituit ita:

Ἑκόντι δ' ἐγὼ
νώτῳ μεθέπων δίδυμον ἄχθος
ἄγγελος ἔβαν,
πέμπτον ἐπὶ εἴκοσι τοῦτο γαρύων,

et quae sequuntur. Habes omnia quae Hermannus nuperrime de his versibus scripsit. Non ego is sum, qui me idoneum harum rerum iudicem credam; tamen quum a me postulari posse videam, ut iudicium de iis feram, subiiciam sententiam meam. Ac primum quidem cum Boeckhio censeo nihil incorruptius esse versibus ultimis antistrophae secundae; tam plana enim et perspicua sunt quae ibi habentur, ut quomodo facile corrumpi potuerint, non intelligam. Quod igitur Hermannus dicit, valde turbatam videri scripturam, sive librariorum culpa sive correctionibus grammaticorum, hoc ingenue fateor me non assequi. Quid quod audacissima est correctio *χρυσοπλοκάμου* p. *χρυσαλακάτου*; *αἵματι* autem, quod a voce *ἀδὼν* pendere ex Hermanni sententia Boeckhius ab Hermanno edoctus nunciat, equidem ferri non posse arbitror. Veniamus ad cetera. Strophae primae versus ultimi quales Hermannus proponit, tam miram habent constructionem, ut sic a Pindaro scriptum esse credere non possim. Quid enim? Num haec est constructio: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες (στάθμαν), οὐδὲ μετὰ νύκτας ἄμμε πότμος (εἰ ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν), οὐδ' ἄντιν' ἀρ' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν?* Melius equidem reperire in his non potui. Ita igitur dixerit

www.libtool.com.cn
Pindarus? Sed provocat Hermannus ad Scholiastae explicationem; vellem docuisset etiam quomodo factum sit ut Scholiastes scripserit: *μηδὲ ὅστις ἡμᾶς μόρος κατακέκρικεν εἰς σκοπόν τινα καὶ στάθμην δραμεῖν.* Nam hoc nullo modo perspicio ex Hermanni ratione. Tamen nihil quod probabile sit, colligi potest ex Scholiastae verbis, nisi ante miri huius pronominis origo explicetur. Vide num res ita possit expediri. Mendum tulisse verba inter *πότμος* et *ἔγραψε* perspicuum. Fac Scholiastam in exemplari suo non habuisse *οἴαν*; et fortasse etiam *τιν'* non habuit. Iam ille iunxit: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες (στάθμαν) οὐδὲ μετὰ νύκτας (εἰδότες στάθμαν)*, hoc est: *καίπερ μὴ γινώσκοντες μήτε τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν, μήτε τὰ διὰ νυκτὸς ἐσόμενα.* Sequentia quum his apte iungere non posset, de coniectura supplevit *οὐδ' ὃς s. οὐδ' ὅσις*, unde nata eius explicatio inepta: *μηδὲ ὅστις ἡμᾶς μόρος κατακέκρικεν εἰς σκοπόν τινα καὶ στάθμην δραμεῖν.* Pronomen *ὅστις* perperam illatum esse a Scholiasta, nemo non videt, quum huiusmodi quid hic a Pindaro proficisci non potuerit; at non intulisset Scholiastes, si omnia una constructione coniungere potuisset; quod non potuit si vitium erat, quod indicavi, inter *πότμος* et *ἔγραψε*. Ex his hoc saltem apparere arbitror, quare improbabilem dicam Hermanni illorum versuum emendationem, et etiamnum teneam quod Boeckhius recepit. Accedo ad stropham tertiam. Recte Boeckhius observavit aliud legisse ibi Scholiastam quam quod nunc habetur. Videamus quid probabiliter ex eius verbis effici possit. Fac ita legisse Scholiastam:

Βαρὺ δέ σφι δεῖξε νεῖκος
χαμαὶ καταβὰς Ἀχιλεὺς ἀφ' ἁρμάτων.

Si Scholiastes iunxit *χαμαί* non cum sequentibus sed cum antecedentibus (*gravem ostendit iis pugnam humi*), explicare potuit, ut facit: *βαρεῖαν δὲ καὶ ἐπαχθῆ μάχην διὰ φιλονεικίαν αὐτοῖς ἐπέδειξεν ὁ Ἀχιλλεὺς τοῖς Αἰθίοψι, χαμαὶ κλίνας τὸν Μέμνονα, αὐτὸς ἐκ τῶν ἁρμάτων κατελθών.* Ex hac explicatione deinde mihi natum videtur *ἔμπεσε*, quod pro glossemate habeo. Nam etiam sententia, ni fallor, aptior. Num irruerit in Aethiopes Achilles, dubitari potest, qui mihi de curru descendisse videtur, ut cum Memnone potissimum pugnaret, spectantibus Aethiopibus. Non contendo me veram Pindari scripturam invenisse; at illud probatum spero, nondum de hoc loco transactum esse. His adde quod vs. 13. *πέφανται* agnoscit Scholiastes, agnoscunt omnes libri, Hermannus autem quod proponit *πέφαται*, verbum est nonnisi grammaticis commemoratum; adde quod versus 59. et 60. leni certe mutatione in ordinem redigi possunt: haec igitur omnia quum considero, unum tantum restare video locum, qui sane paullo audacius a Boeckhio refictus est, versus dico ultimos strophae secundae. Sed non minus audacem video Hermanni rationem esse, qui etiam illum locum mutat, qui unus omnium sanissimus dicendus est. Equidem saltem, si comparo antistrophae secundae versus ultimos cum hoc loco, multo facilius crediderim hunc quam illos corrumpi potuisse, et fuerunt iam revera nonnulla in eo corrigenda. Certa quidem non dico quae a Boeckhio posita sunt, neque ipse certa putat; at nihil fere certum in his versuum prope omnium corruptionibus. Atque haec quidem hactenus; redeo ad id, unde profectus sum. Dicendum nunc de consilio prooemii eiusque cum reliquo carmine nexu.

Quemadmodum alibi felicissimus est Pindarus in prooemiis inveniendis, ita etiam huic carmini prooemium dixerim praepositum accommodatissimum. Gentem cantaturus est pugilatu unam omnium celeberrimam, eandem tamen etiam roboris sui vicissitudines, ut fert humana natura, expertam. His plane convenit exordium, quod duas manifesto continet sententias: *Similes quodammodo nos esse diis sive mente sive cor-*

www.libtool.com.cn

pore; plane tamen differre vi, fatoque ubivis esse obnoxios. Gentis nobilissimae eximium robur tot victoriis ornatum similitudinis hominum cum diis insigne erat documentum, quemadmodum eiusdem gentis robustissimae per intervalla orta imbecillitas imbecillitatem generis humani luculenter monstrabat. Quae quum ita sint, non errare mihi videor, si dicam prooemio summam universi carminis contineri, hoc est, si cetera quae leguntur in eo omnia quasi pro explicatione uberiore ipsius prooemii habeam, quemadmodum carminis Isthmii IV. rationem recte ad prooemium mihi videor revocasse, atque etiam carminis Nem. VII. exordio quodammodo dici potest universi carminis contineri summa. Videamus iam quomodo poeta hoc carmen composuerit. Post prooemium statim transit ad id, in quo imbecillitas generis humani etiam ab hac gente non aliena conspicitur, ostendens vim eius athleticam non viguisse semper, sed alternis quievisse, ut quem unus assecutus esset certaminum honorem, eo continuo proximus careret, nec nisi qui hunc exciperet, recreato cum robore certaminum gloriam renovatam haberet. Tractat autem hunc locum prudentissime. Quamquam enim hoc agit, ut imbecillitatem humanae naturae huius ipsius gentis exemplo probet, tamen simul curandum fuit, ne deplorare potius quam laudare videretur gentis fortunam. Hinc primum molestiam sententiae minuendam duxit comparatione arvorum, deinde adornavit cetera ita, ut ab Alcimidae victoria orsus adscenderet ad Agesimachi laudem, posito in medio Soclidae nomine, Theone vero Alcimidae patre etiam silentio praeterito; atque ita mirifice cum significatione imbecillitatis laudem victoriarum coniunxit, ut paene dubites utrum potissimum tractare voluerit. In altera carminis parte, quae iure longior est, eximias gentis laudes data opera persequitur, eoque ipso illustrat alteram prooemii sententiam. Nam aut plane verum non est, intercedere similitudinis aliquid hominibus cum diis, aut probatur hoc etiam huius gentis praestantia, quae viginti quinque victorias tulerat e sacris certaminibus aliasque multas ex aliis, quae sola omnium, quas Pindarus canit, Aeginae gentium tot privatas laudes habebat, ut etiam mythorum ornamentis in aliis carminibus obviis hic vix opus esse videretur. Sed quae de singulis huius partis locis monenda, infra videbimus; nunc aliud addo, quod hic praeteriri non debet. Probatur, ut dixi, in hac parte prooemii altera sententia, sed probatur tecte; neque enim diserte dicere poterat, quid vellet, prudentissimus poeta, ne immodestius eos laudare videretur, sed celandum etiam erat verum consilium. Universe dicta placent talia, translata disertis verbis in hanc gentem vide ne displicuerint. Quare Pindarus alteram prooemii sententiam, quae de imbecillitate humana est, manifesto transferens in hanc gentem, alterâ quid velit, plane tacet. Porro haec ipsa causa est, quare prooemium, quamquam eundem cum reliquo carmine finem habens, tamen sententiarum adornationem habet fere contrariam. Docetur in prooemio homines cum diis ex una matre ortos, sed minuitur statim haec laus subiecta sententia de diversitate virium; traditur porro, nos quodammodo similes esse diis, sed opponitur etiam huic dicto aliud de fato, cui simus obnoxii; ne multa, in prooemio insigni cum arte deprimitur laus similitudinis nostrae cum diis, extollitur sententia de imbecillitate humana, ut nisi Pindarum aliunde noveris, credas eum nonnisi magnam diversitatem hominum et deorum docere voluisse: quam etiam in Hermanni interpretatione (nott. critt. Boeckh. p. 535.) omissa similitudine imprimis delineatam video, sequente Boeckhio, qui tamen se, quum diversitatem imprimis extollendam putaverit, similitudinem minime voluisse negare scribit. Ut autem poeta diversitatem maxime adumbraret, et modestiae rationes postulabant et cetera consilia, qui si incautius locum de similitudine hominum cum diis amplificasset, manifesto signi-

www.libtool.com.cn

Levi exemplo disce, quid sit tenere metaphoram. Pindarus etiam in hac re admirabilis artifex. *Πόδα νέμων, pedem movens*, ut *ἐκνέμειν πόδα* Sophocl. Ai. 367. ubi v. Lobeck. *Ὁμαιμίου* non superfluum; potest enim aliquis per adoptionem habere avum non consanguineum. Nunc autem idem sanguis est in Alcimida, qui fuerat in Praxidamante, eademque virtus in eo revixit. Ceterum notabis, quod supra iam monui, consulto taceri Theonem Alcimidae patrem, quum certaminum gloria careret. *Ἡ μὰν πολλάκις καὶ τὸ σεσωπαμένον εὐθυμίαν μείζω φέρει*, notum Pindari dictum est, valens etiam hic. Praxidamas athletarum sui temporis inter nobilissimos, primus Aeginetarum fuerat Olympionices, uti ex hoc loco discimus. Vicerat Olymp. 59. teste Pausania VI, 18, 5. qui addit, hunc et Opuntium Rhexibium pancratiastam victorem Olymp. 61. primos dedicasse statuas Olympiae, visas Pausaniae. Ceterum liquet iungendum esse, *ἔρνεα ἀπ' Ἀλφεοῦ στεφανωσάμενος, corona Olympica primus coronatus. Αἰακίδαις*, in Aeacidarum honorem. Honori esse heroibus domesticis victorias civium, satis e Pindari carminibus constat; tamen hoc loco propiorem etiam honorem significari suspicor. Quum haec prima esset corona Olympica quae Aeginam reportaretur, perquam probabile est, Praxidamantem eam dedicasse Aeacidis in Aeaceo. Huius moris exemplum vidimus Nem. V. fin. et videbimus aliud Nem. VIII. Praxidamantis pater Soclidas a certaminibus alienus, avus Agesimachus victoriis clarus. Sententiae ratio haec est: Praxidamas enim avi vestigiis incedens sustulit oblivionem patris Soclidae, quemadmodum Alcimidas Praxidamantis avi vestigia sequens, Theonis patris sui oblivionem sustulit, quod tamen tecte significare quam diserte eloqui poeta maluit. De voce *ὑπέρτατος* vide finem notae. *Ἐπεὶ οἱ τρεῖς — ἐγεύσαντο, Nam hi tres*, Agesimachus, Praxidamas, Alcimidas, *coronas adepti ad summam virtutis laudem, victoriam, pervenerunt, qui etiam soli certamina adierunt.* Boeckhius nunciat, ob metrum posse commodius esse *ἐπεί οἱ (αὐτῷ)*: sed id tamen ipsi neque probari posse nec necessarium videri, quod versus initium ⏑ ⏓ ‒ iambicam sequatur normam, in quo genere hiatum quamvis rarum superet arsis etiam ante voces digamma non habentes (nott. critt. p. 383.). Nec video quo referri illud *οἱ* possit: nemo enim nominatus est, *cui tres illi victores* vicisse s. coronas reportasse dici queant. Nisi quis cum Schol. qualis ante Boeckhium fuit, *οἱ* ad Soclidam referens dixerit *τρεῖς ἀεθλοφόρους* non esse Agesimachum, Praxidamantem, Alcimidam, sed tres Soclidae filios: quod statui nullo modo potest; ne quis tamen huic sententiae ex Schol. auctoritatem conciliare tentet, addam quae de Scholiastae loco misit Boeckhius ita dicens: „Nem. VI, 38. not. 8. ut nunc legitur Scholiastae textus, falsa habebis quae scripsi: *Post τῷ legebatur τουτέστι τῷ Σωκλείδῃ, quod recentior et imperita manus addiderat.* Nam quamquam illi *τρεῖς ἀεθλοφόροι* non possunt Soclidae filii esse, ita tamen hic Scholiastes statuisse videtur ex additis verbis: *τρεῖς γὰρ παῖδες ἐγένοντο αὐτῷ, ὧν ὁ Πραξιδάμας πρῶτος*, qui quidem Soclidae filius est: etsi alter Scholiastes Soclidae non filios, sed fratres, Agesimachi filios intellexit. Necdum tamen sanum prius Scholium videtur, sed gravius etiam affectum. Unde enim Schol. haec habet, *ὧν ὁ Πραξιδάμας πρῶτος*? Dicas inde, quod Praxidamas dicitur *παῦσαι λάθαν Σωκλείδα*; unde ex filiis Soclidae, quos Schol. putaret, primus Praxidamas vicisse adeoque natu maximus fuisse visus sit. At si Pindari verba consideres, *Σωκλείδα ὃς ὑπέρτατος Ἀγησιμάχῳ υἱέων γένετο*, illud *πρῶτος* videbis ad Pindaricum *ὑπέρτατος* referri. Igitur non solum illa *τουτέστι τῷ Σωκλείδῃ* delenda erant, sed ulterius procedendo etiam haec, *ὧν ὁ Πραξιδάμας πρῶτος*, immutanda. Neque enim iam prius Scholium alteri contrarium fuisse statues, sed in eandem olim sententiam conceptum, hoc fere aut simili modo: *τρεῖς γὰρ παῖ-*

www.libtool.com.cn

δες ἐγένοντο αὐτῷ (τῷ Ἀγησιμάχῳ) ἄλλοι ἔξω τοῦ Σωκλείδα· ὧν ὁ Σωκλείδας ὁ τοῦ Πραξιδάμαντος πατὴρ πρῶτος. οἵτινες τρεῖς παῖδες, et cetera, quae tamen et ipsa falsa esse non dubito. Ceterum siquis tamen οἵ pronomen esse putet idque ad Soclidam referendum, poterit hos huius filios statuere: Praxidamantem natu maximum, Calliam (vs. 37.), Creontidam (de quo ad epod. ult.); sed huic rationi non confido, quum praesertim illud οἵτε πόνων ἐγεύσαντο satis monstret intelligi Agesimachum, Praxidamantem, Alcimidam, oppositos Soclidae et Theoni quiescentibus. A qua interpretatione siquis discedere non vereatur, poterit sane hoc dicere, quod mihi rem huc illuc versanti in mentem venit. Etenim si vocem ὑπέρτατος de Soclida dictam non ad aetatem viri referas, sed interpreteris *summus*, ut Pyth. VIII, 28.; potest Soclidas ὑπέρτατος dictus videri, quod *tres filios victores* habuerit: ἐπεί οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον, οἵ τε πόνων ἐγεύσαντο. Tum οἵ pronomen erit, et filii Soclidae erunt, ut dictum, Praxidamas natu maximus, Callias, Creontidas. Quae his in notis nostris adversantur, falsa tum erunt omnia. Sed apud lectorem iudicium esto." Addam nunc reliqua, prout mihi interpretanda videntur. Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον, ut Isthm. III, 50. τέλος ἄκρον ἱκέσθαι, de victoria dicitur, quae etiam δόξα saepe audit. De usu pronominis ὅστε explicuit Hermannus ad Hom. Hymn. in Apollin. p. 34. quae adhibebis etiam vs. 9. huius carminis. Ceterum vides Soclidam et Theonem plane non tentasse certamina, prorsus quiescente virtute gentis. Hinc patet Soclidam non posse Agesimachi filiorum *optimum* dici: itaque vs. 22. ὑπέρτατος non potest esse ἐξοχώτατος, ut cepit personatus Plutarchus de nobilit. c. 20. ἀλλ' ἀπείρους τόπους ὁρᾶν ἔστι παρ' ἐκείνῳ (Πινδάρῳ) τοὺς νικῶντας ἀπὸ τῆς εὐμενείας ἐγκωμιάζοντι, καὶ αὐτὸν Ἀλκιμίδην ἀπὸ τοῦ πάππου Πραξιδάμαντος τοῦ Σωκλίδου μνήμην ἀνανεώσαντος, ὃν τῶν Ἀγησιμάχου υἱῶν ἐξοχώτατον ὑπάρξαι φησίν. Dicas νεώτατον, ὁπλότατον, ut ὑπέρτερον ὁπλότερον. Certum est exemplum Homeri Iliad. λ, 786. γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐστιν Ἀχιλλεύς, πρεσβύτερος δὲ σύ ἐσσι: quod Ionicum dicitur ap. Schol. Hom. Adde Hesych. v. ὑπέρτερος. Idem tamen v. ὑπερτέρα utramque novit explicationem, et νεωτέρα et πρεσβυτέρα, et v. ὑπέρτατος solum hoc posterius habet: μέγιστος, πρεσβύτατος, ἀνώτατος, ὑψηλότατος, εὐγενέστατος, ex hoc fortasse loco. Atque hanc explicationem πρεσβύτατος, quam etiam Schol. h. l. sequitur, complector et ipse; natu maximus Soclides filiorum Agesimachi fuisse videtur. Quum enim Agesimachus certamina cum successu adiisset, statim in primo filio quievit vis athletica; quod quum significandum esset, poeta ὑπέρτατος adiecit. Reliqui filii Agesimachi fuerintne certaminum periti necne, an etiam mortui sint, nescio: illud video, recte eos potuisse a poeta praeteriri, qui illud agebat, ut hunc mirabilem quinque virorum ordinem exhiberet. Quare nihil dicit de iis, qui non erant in eo ordine. Accedimus ad alteram carminis partem, quae continuatur usque ad finem.

Vs. 25 — 46. Laudes eximiae gentis data opera exponuntur. Primum autem transiens ab antecedentibus ad sequentia orditur a laude splendidissima. Σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ pie praemissum, ut par erat in tanta laude. Μυχῷ Ἑλλάδος, noto usu ex Homero Iliad. ζ, 152. Odyss. γ, 263. ταμίαν, habentem et servantem apud se, aptissimum verbum ob coronarum insignium multitudinem; hinc etiam στεφάνους dicere maluit quam νίκας, et maluit opinor eadem de causa etiam οἶκον dicere quam πάτραν aut γένος. Postulabat hoc metaphorae ratio. Convenit etiam ἀπεφάνατο, conspiciendam praebuit. Ἔλπομαι μέγα εἰπὼν σκοποῦ ἄντα τυχεῖν, ὥστ' ἀπὸ τόξου ἰεὶς, h. e. *Spero me magna dicendo scopum assecuturum*, certo iactu, *tanquam ab arcu sagittam mittentem*, s. *spero me tantam gentis virtutem dignis laudibus ornaturum*. Aptissima sententia post

www.libtool.com.cn

ea quae modo legimus. Ac praestitit etiam quod promittit. *Ὥστ' ἀπὸ τόξου ἰεὶς*, sc. *ὀϊστὸν*, h. e. ut iam indicavi, *certo iactu. Εὔθυν' ἐπὶ τοῦτον — εὐκλεΐα, recta igitur dirige huc, o Musa, carminum ventum laude gravem.* Pendet haec sententia ex antecedente, cuius quasi apodosis est; quare etiam copula nulla opus fuit. *Εὐθύνειν οὖρον* dixit Olymp. XIII, 27. *πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην* habet Eurip. in Hecub. v. 39. *οὖρον ὕμνων* nominat Pindarus etiam Pyth. IV, 3. *Ἐπὶ τοῦτον*, scil. *σκοπὸν*, ait Scholiastes, quem secuti sunt alii. Non assentior. *Σκοπὸν* Pindarus ubique dicit proprio sensu, hoc est, ubi de iaculatione loquitur aut metaphoram inde petit. Iam quid est, *οὖρον* dirigere versus *σκοπόν*? An ut sagitta vento secundo feratur ad scopum? Ne multa, *οὖρον ἐπέων* manifesto dixit metaphora a navigatione ducta, qualem habet Pyth. II, 62. Nem. V, 51. atque ut in navigatione deus aliquis dirigit ventum, sic in poesi Musa, eam ipsam ob causam invocata. Vides quid velim; scopum versus non navigatur, nec potuit ita dicere poeta, quem bis iam vidimus in hoc carmine accuratissimum in metaphorarum usu. Hoc sentientes, opinor, alii Alcimidam intelligendum praecipiunt, quamquam eius nomen nec in proxime antecedentibus habetur nec in sequentibus. Restat igitur id quod unice verum; intelligendus est *οἶκος*. Dixerat: nulla domus hac ditior pugilatus coronis in Graecia. Subiunxerat: Spero me tantis factis orationem aequaturum. Pergit: Recta igitur versus hanc domum cursum dirige. Haec apte cohaerent omnia, ac facit ita poeta ut dicit. Nam ad *gentis* laudes tendit recto cursu. Addit: *παροιχομένων γὰρ ἀνέρων ἀοιδοὶ καὶ λόγοι τὰ καλά σφιν ἔργ' ἐκόμισαν, Βασσίδαισιν ἃτ' οὐ σπανίζει, Praeteritorum enim virorum pulchra facta poetae et historiarum scriptores iis foverunt et conservarunt, Bassidis quae multa sunt*, h. e. *praeteritorum enim gentis virorum talis exstat memoria per poetas et historicos tradita, ut non desit unde laudes petam.* Non dicit: Praeteriti enim gentis viri iam satis laudati sunt a poetis et historicis, ut hos nunc tacere possim; hoc enim et antecedentibus repugnaret et sequentibus, in quibus manifesto canit unum e praeteritis. Quare nonnisi is sensus in Pindari verbis inesse potest, quem indicavi. Porro quod non iunxi: *παροιχομένων ἀνέρων ἀοιδοὶ καὶ λόγοι*, h. e. praeteritorum hominum laudatores poetae et historici, nemo erit qui reprehendat. *Ἀοιδοί*, qui victorias eorum cecinerant e certaminibus reportatas; *λόγοι*, historiae, h. e. *λόγιοι*, historiarum scriptores, cf. Pyth. I, 94. Intelligit logographos, quorum quidam in rebus Aegineticis Bassidarum nonnullorum victorias videntur memorasse. *Ἐκόμισαν*, foverunt, curarunt, servarunt, ne interirent nitoremve amitterent. Nota alia, *τρέφειν, αὔξειν, ποιμαίνειν*, suis quaeque locis apta. *Βασσίδαισιν* cum vi praepositum. *Παλαίφατος γενεά*, per appositionem additum voci *Βασσίδαισιν*, transeunte tamen poeta ad nominativum. Consulto; quum enim haec, si dativo antecedenti paruissent, ut additamentum antecedentis sententiae minorem vim habuissent, nunc nova cum vi insurgit oratio. Conferri quodammodo potest Homericus usus Iliad. ζ, 396. Odyss. α, 51. *Ἴδια ναυστολέοντες ἐπικώμια*, proprias laudes nave vehentes, quemadmodum qui navem vehunt propriis mercibus onustam, ut non opus sit aliena bona conquirere, quo navis impleatur. Tot igitur habet domesticas laudes gens, ut non opus sit aliunde petere ornamenta carmini. Dictio Boeckhio notante accommodata Aeginetarum studiis nauticis et mercatoriis. Pergitur: *Πιερίδων ἀρόταις — ἕνεκεν*. Non confundit poeta duas metaphoras, sed aliam iuxta ponit, ut faciunt in rebus ornatius amplificandis. Confudisset metaphoras, si omisisset vocabulum *δυνατοί*, quo ipso haec ab antecedentibus secernuntur. *Πιερίδων ἀρόται* sunt, qui accepta semina laudum in arvis Musarum serunt, curantque ut laetae oriantur segetes. Quare qui multas laudes habet, *Μοίσαι-*

www.libtool.com.cn

σιν ἔδωκεν ἀρόσαι, ut est Nem. X, 26. quandoquidem multis seminibus serendis multum agri arandum et colendum. Ἀγερώχων, ut νίκα ἀγέρωχος Olymp. XI, 82. πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον Pyth. I, 50. Iam instar omnium excitat poeta unum Calliam, ut nunc legitur, aut si post τριετηρίδι addendum Κρεοντίδαν, de quo vide ad epod. ult., duos pugiles gentis imprimis nobiles, quorum ille in Pythiis, hic in Nemeis et Isthmiis vicerat. Non enim hos ideo nominatos putem, quod uterque superstes sit. Χεῖρας ἰμάντι δεθείς additum, ut teneres fuisse etiam hunc pugilem. Ἀπὸ ταύτας αἷμα πάτρας, etiam hoc omitti non poterat. Nam eiusdem gentis eiusdemque sanguinis eum fuisse, monendum erat. Ceterum cf. σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνακτος Olymp. VII, 93. Ἀδὼν ἔρνεσι Λατοῦς, placens liberis Latonae, qui Pythiorum praesides, laudati etiam Pyth. IV, 3. Commemorantur iidem cum Latona Nem. IX, 4. 5. ubi explicatius dictum de diis Pythiis. Παρὰ Κασταλίᾳ τε Χαρίτων ἐυπέριος ὁμάδῳ ϕλέγεν, ornatissime dictum. Intelligendi sunt cantus vespertini amicorum κωμαζόντων, victorem recentem celebrantium, cf. dicta ad Nem. V, 38. Gratiarum propria commemoratio in cantibus epiniciis (cf. Nem. V. fin. Nem. IX, 54.). Ὁμάδῳ, aptissime de cantu κωμαζόντων. Φλέγειν, splenduit celebratus. Deinde constructio est: πάντου τε γέφυρα τίμασε, βοτάνα τέ νιν — ἔρεφε, unde vides νιν priori loco supplendum fuisse, ut Isthm. III, 55. nisi post τριετηρίδι addendum esset Κρεοντίδαν. Ἐν ἀμφικτιόνων ταυροφόνῳ τριετηρίδι, quia Isthmia, ut constat, primis et tertiis Olympiadum annis celebrabantur. De ἀμφικτιόσι v. nott. critt. ad cetera cf. Nem. V, 38. ibique dicta. Ποσειδάνιον ἄν τέμενος, in pineto sacro, ubi habebantur ludi. Vides etiam hic ornatissima omnia. Sequitur: Βοτάνα τέ νιν — ὄρεσιν. Constat Nemeam sitam prope Phliasios montes cum cupresseto sacro, ubi ludi habebantur, templumque erat Iovis. Cf. Pausan. II, 15, 2. Strab. VIII, 6, 19. Dicitur hic locus νάπα λέοντος, Isthm. III, 11. χόρτοι λέοντος Olymp. XIII, 43. unde quod crescebat ibi apium, nunc βοτάνα λέοντος nominatur, post leonem devictum ab Hercule, ut ferebant fabulae nonnullae, coronis victorum consecratum. Ἀσκίοις, umbrosissimis, ut Hesychio ἄσκιος ὕλη explicatur ἡ δασεῖα ὕλη T. I. p. 573. Similiter ἄξυλος ὕλη Iliad. λ, 155. Denique ὠγύγια sunt *perantiqua*. Vides poetam etiam hic posuisse, quae maxime ad ornatum ludorum facere videbantur. Hinc densos perantiquos Phliuntis montes appellat, ut sacro nos horrore percellat; hinc βοτάνα λέοντος dicta, ut ludos significaret, opinor, annosa vetustate sanctos. In his locis ibat quondam ille victor coronam gerens. Verissime enim Hermannus ἔρεφεν explicat: *gerebat coronam*, imperfecto consulto posito.

Vs. 47. usque ad fin. Notabile est, quod hoc carmen unum omnium Aeginetis scriptorum nulla fere mythorum ornamenta habet, quam rem tantum abest ut temere admissam arbitrer, ut subtili iudicio a poeta ita factum dicam. Vidimus Bassidarum gentem abundantem pugilatus coronis; dixit eos poeta ἴδια ναυστολίοιτας ἐπικώμια, Πιερίδων ἀρόταις δυνατοὺς παρέχειν πολὺν ὕμνον ἀγερώχων ἔργμάτων ἔνεκεν: quare quum ornamentis aliunde petitis Bassidae non opus haberent, distinxit eos Pindarus eximie eo ipso, quod in eorum rebus totum fere carmen continuit. Tamen plane abesse ab hymno epinicio Aeacidarum nomen non poterat, quare nunc eos laudat; ac vide quomodo laudet: dicit breviter, sed dicit ea quae in tanta brevitate omnium aptissima. Per terram et mare, ait, volat Aeacidarum nomen, et per Memnonis caedem usque ad Aethiopes propagatum est. Similiter, opinor, Bassidarum nomen tot victoriis diversis locis reportatis per totam Graeciam cognitum erat, et fortasse etiam longius traditum Aeginetarum navibus longinquas terras adeuntibus, ut quae de Aeacidis dicit, quodammodo dici potuisse videantur etiam de his: πέταται δ' ἐπί τε χθόνα

www.libtool.com.cn

καὶ διὰ θαλάσσας τηλόθεν ὄνυμ' αὐτῶν. Sentis quid dicam; quae poeta affert, eiusmodi sunt, ut insigni comparatione illustratam referri videas ipsorum Bassidarum gloriam. In laudibus enim clarae alicuius gentis si de heroum claritate canitur, non obscurum est quid hoc sibi velit. His praemissis accedimus ad locum ipsum. Verto: *Sunt quidem lati undique doctis aditus ad insulam hancce claram ornandam, quum iis Aeacidae praebuerint insignem fortunam laudis, virtutes edentes magnas. Volat autem per terram et mare longe nomen eorum, et ad Aethiopes adeo, Memnone non reverso, prosiluit; gravem enim ostendit iis pugnam in terram descendens Achilles e curru, quum illustris filium Aurorae occideret cuspide hastae furentis. Atque hanc quidem latam laudum viam antiquiores ingressi sunt* (nec intentata haec via, antiquioribus iam ingressis) *ac sequor et ipse lubens; tamen quod ante pedes navis quoque tempore volvitur undarum, dicitur omnibus maximas movere curas.* Ad dictionem Πλατεῖαι πρόσοδοι cf. Isthm. III, 19. Πλατεῖα κέλευθος est etiam a Bacchylide dictum ap. Plutarch. Num. c. 4. Pindarus nunc videtur ita dicere ob sequentia: καὶ ταύταν μὲν — εὗρον, ἕπομαι δὲ καὶ αὐτός. Deinde λόγιοι, quoniam λόγοι etiam mythicae traditiones sunt, universe dicuntur *traditionum cognitionem habentes, priscarum rerum docti*, quemadmodum explicuit Creuzerus de hist. Gr. arte p. 176. Εὐκλέα bene additum; nam de gloria maxime per totum hunc locum agit. Σφίν ad νᾶσον refer, ut supra vs. 31. σφίν referendum fuit ad οἶκον, ut Nem. VII, 10. ἐθέλοντι pertinet ad praecedens πόλιν. Simile exemplum est Odyss. α, 227. Sed res nota. Hinc ἔξοχον αἶσαν, quod magnifice dictum est, quum plerumque dii dicantur παρέχειν αἶσαν, explico *insignem fortunam gloriae*, nec durum hoc. Alii de λογίοις cogitantes volunt hunc esse loci sensum: Quum poetis insignem materiam laudum praebuerint Aeacidae. Sed praestat opinor alterum, etiam ob ipsa verba ἔξοχον αἶσαν, quae recte dicuntur de rebus gestis et de gloria factorum, non aeque commode de fortuna canendi poetis contingente. Τηλόθεν, *longe*, plane ut Olymp. I, 94. τηλόθεν δέδορκε, longe coruscat. Αὐτῶν, Aeacidarum haud dubie. Μέμνονος οὐκ ἀπονοστάσαντος, de quo Achillis facto uno omnium illustrissimo vidimus Nem. III, 61. De verbis sequentibus sententiam nostram declaravimus supra. Si retinetur ἔμπεσε, ipse Achilles dicitur νεῖκος βαρὺ, lyrica audacia. Ἀοῦς ἀκμᾷ nunc probat etiam Hermannus. Φαεννᾶς, ut Odyss. δ, 188. Ἠοῦς φαεινῆς υἱός. Ἀμαξιτὸν latam viam dicit Pyth. IV, 247. Ἔχων μελέταν verti potest: *quoties cano et carmina compono*, quemadmodum cepit Heynius; ac vere facit ita Pindarus, ubi canit carmina Aeginetis. Tamen non placet. Vertam: *sequor et ipse lubens nec sine studio* (cf. ad Olymp. I, 100 sqq.). Quum enim pauca tantum de Aeacidis dixerit, ne quis hoc tantorum nominum incuria factum credat, significat, lubenti animo se et ipsum canere res Aeacidarum ad priorum exemplum, at nunc aliis rebus teneri. Mox in verbis πὰρ ποδὶ ναὸς de pede qui dicitur in re nautica, quo veli imi anguli adducuntur, quoque moto regitur velum (ut Odyss. κ, 32. Odyss. ε, 260. Apollon. Rhod. II. 932. cf. Heyn. ad Virg. Aen. V, 830.), de hoc igitur liquet non esse cogitandum. Πὰρ ποδὶ ναός est *ante carinam navis*. Vocis δονεῖν vim discas comparato loco Pyth. VI, 35. Μεσσαυλίου δὲ γέροντος δονασθεῖσα φρὴν βόασε παῖδα ὅν. Nempe hoc vult poeta, non levi de causa, sed maximis curis occupatum se nunc a longioribus Aeacidarum laudibus abstinere; neque obscurum, cur metaphoram praetulerit nudae sententiae enunciationi. Incommode dixisset opinor: *Verum magis nunc curo Bassidarum laudes;* significasset enim nude, Aeacidarum heroum laudes se mittere Bassidarum hominum causa. Tectius igitur rem per metaphoram significat, quemadmodum etiam alibi, quae nude dicta displicuissent, per metaphoram indicat; cf. dicta ad Nem. III, 77. Quam pru-

www.libtool.com.cn
dicendi formula priscorum virorum doctrinam se referre significaret, quo artificio maiorem vim huic loco comparatam vides. *Ἀλλά τι προσφέρομεν ἔμπαν ἢ μέγαν νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτοις, tamen quodammodo similes sumus sive mente sive corpore immortalibus.* Affert haec Schol. Eurip. Med. 1224. De voce *προσφέρειν* conferri potest Fragmentum Tragici laudatum in Scholiis ad Nem. III, 127. *καὶ παιδὶ καὶ γέροντι προσφίρων τρόπους*, et Pindarus Fragm. inc. 70. Notum etiam *προσφερής*. Contrarium est *διαφέρειν*. Porro *νόον* dicit, recte; proprius enim hic hominum et deorum, quemadmodum iam Homerus *νόον* nonnisi diis et hominibus tribuit. *Μέγας*, epitheton etiam alibi lectum ut Pyth. V, 122. Mox *φύσιν* est: corpore, deorum praestantibus corporibus simili. Statura et forma corporis dicitur *φύσις* Isthm. III, 67. etiam apud Lucian. de Saltation. c. 75. aliosque. Ob coniunctionem particularum *ἤ — ἤτοι* rarissimam pro vulgari *ἤτοι — ἤ* huc, ut videtur, respicit Thom. M. p. 427. *Σημείωσαι δὲ ὡς καταρχὰς μὲν τὸ ἤτοι τίθεται ἀεί, ὕστερον δὲ τὸ ἤ. οὕτω γὰρ φαμέν· ἤτοι τόδε ἢ τόδε. ἑτέρως δὲ οὐκ ἄν ποτε εὕροις, πλὴν ἐν Πινδάρῳ ἅπαξ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ μέτρου.* Cf. Schäfer. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 321. Sed vide Fragm. Thren. 9. Quaeras autem cur disiunctivis particulis hic utatur poeta, quum tamen *et* animo *et* corpore similes simus diis. Sane; at in aliis mentis vis, in aliis corporis praestantia magis conspicua hominibus, unde quod poeta praetulit et modestius est (quam in rem etiam alibi disiunctivis particulis utitur, ut Isthm. III. init.) et carminis rationi aptius, quum gens celebretur corporis maxime praestantia insignis. Pergitur: *Καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ νύκτας ἅμμε πότμος οἵαν τίν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.* Construas: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες στάθμαν, οὐδὲ μετὰ νύκτας ποτὶ οἵαν τινὰ ἅμμε πότμος ἔγραψε δραμεῖν στάθμαν.* Tamen, ni fallor, praestat quod accuratius iudicium postulat: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες ποτὶ οἵαν τινὰ στάθμαν ἅμμε πότμος ἔγραψε δραμεῖν, οὐδὲ μετὰ νύκτας* et quae sequuntur. Sive enim *μετὰ νύκτας* pro adiectivo dictum est, sive *ἐφαμερίαν* pro substantivo, senties cetera bis cogitanda esse omnia. Verto: *Quamquam nec interdiu nec noctu quamnam nos fatum iusserit currere ad metam scientes*, h. e. *quamquam semper obnoxii fato, nec quae interdiu, quae noctu instent scientes. Μετὰ νύκτας*, noctu, inter noctem, ut *μεθ' ἡμέραν* Eurip. Orest. 58. Similiter *ἐφαμερίαν* hic dixit ad quam interdiu s. per diei tempus curritur, quod durum non est, imprimis si nostram loci constructionem probas. *Στάθμαν*, metaphora ducta a cursu, in cuius principio *γραμμὴ* est et in fine. Atque hanc quidem in fine cursus vidisti supra Pyth. IX, 122. Unde apud Eurip. Electr. 95 sqq. *μή μοι, τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς, νικᾶν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν πέλας γραμμῆς ἵκηται καὶ τέλος κάμψῃ βίου.* Eadem *στάθμη*, ut Eurip. ap. Ion. 1514. *παρ' οἵαν ἤλθομεν στάθμην βίου.* Denique *ἔγραψε*, ut dicitur legem scribere, veluti *θεοὶ τοὺς νόμους βροτοῖς γράψαντες*, Eurip. Ion. 442. Sed haec facilia omnia; difficiliora nobis restant alia hoc loco. Nosti e Boeckhii notis criticis ultimos duos versus stropharum et antistropharum in hoc carmine esse corruptos. Hermannus relicta quam in comment. de dialecto Pindari proposuerat, sententia nunc longe aliam viam ingressus est, quam indicavit in novissima editione Heynii. Quae igitur ibi scribit, statim hic subiiciam omnia. Atque ad primam stropham scribit sic: Ultimi duo stropharum versus multum negotii metricis crearunt. Videntur eos iam veteres grammatici, depravatis lectionibus adducti, non uno modo refinxisse. Satis tamen verisimile erit quum singulos versus tum omnem stropham considerantibus, priorem paeonico ordine finiri, posteriorem a paeone ad dactylum et trochaeos delabi. Et hic quidem scribendum puto:

www.libtool.com.cn

Καίπερ ἐφαμερίαν
οὐκ εἰδότες, οὐδὲ μετὰ νύκτας
ἄμμε πότμος, οὐδ'
ἄντιν' ἄρ' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

Ita legit is Scholiastes, cuius haec verba habemus: *καίτοι μὴ γινώσκοντες μήτε τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν μήτε τὰ διὰ νυκτὸς ἐσόμενα, μήτε ὅστις ἡμᾶς μόρος κατακέκρικε σκοπόν τινα καὶ στάθμην λαβεῖν.* Ad antistropham scribit: Bonam lectionem servavit cod. Med. B. *νῦν τε πέφανται.* Participio iunctum verbum per copulam: vide ad Vig. p. 772. Sed scribe:

Νῦν τε πέφαται
οὐκ ἄμμορος ἀμφὶ παῖλα κυναγέτας.

Πέφαται, i. e. *εἴρηται*, a grammaticis certe commemoratum est. Ad secundam stropham habentur haec eius verba: Egregie Heynius *ἔλπομαι μέγα εἰπὼν σκοποῦ ἅπτα τυχεῖν, ὥτ' ἀπὸ τόξου ἰείς.* Vide diss. de dial. Pind. p. 8. Inde quae sequuntur, partim e Schmidii correctione ita scribenda:

Εὔθυν' ἐπὶ τοῦτον, ἄγε Μοῖσα,
οὖρον ἐπέων
εὐκλέα· παροιχομένων γὰρ ἀνέρων.

De antistrophicis versibus censet ita: Valde turbata videtur scriptura, sive librariorum culpa sive correctionibus grammaticorum. Crediderim tale quid dedisse poetam:

Ἀπὸ ταίτας
αἵματι πάτρας
χρυσοπλοκάμου ποτὲ Καλλίας ἀδών
ἔρνεσι Λατοῦς.

Ad ultimam stropham denique Hermannus ita: Scribe,

Νεῖκος Ἀχιλεύς
ἔμπεσε χαμαὶ καταβὰς ἀφ' ἁρμάτων.

Antistrophicos versus constituit ita:

Ἐκόντι δ' ἐγὼ
νώτῳ μεθέπων δίδυμον ἄχθος
ἄγγελος ἔβαν,
πέμπτον ἐπὶ εἴκοσι τοῦτο γαρύων,

et quae sequuntur. Habes omnia quae Hermannus nuperrime de his versibus scripsit. Non ego is sum, qui me idoneum harum rerum iudicem credam; tamen quum a me postulari posse videam, ut iudicium de iis feram, subiiciam sententiam meam. Ac primum quidem cum Boeckhio censeo nihil incorruptius esse versibus ultimis antistrophae secundae; tam plana enim et perspicua sunt quae ibi habentur, ut quomodo facile corrumpi potuerint, non intelligam. Quod igitur Hermannus dicit, valde turbatam videri scripturam, sive librariorum culpa sive correctionibus grammaticorum, hoc ingenue fateor me non assequi. Quid quod audacissima est correctio *χρυσοπλοκάμου* p. *χρυσαλακάτου*; *αἵματι* autem, quod a voce *ἀδὼν* pendere ex Hermanni sententia Boeckhius ab Hermanno edoctus nunciat, equidem ferri non posse arbitror. Veniamus ad cetera. Strophae primae versus ultimi quales Hermannus proponit, tam miram habent constructionem, ut sic a Pindaro scriptum esse credere non possim. Quid enim? Num haec est constructio: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες (στάθμαν), οὐδὲ μετὰ νύκτας ἄμμε πότμος (εἰ ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν), οὐδ' ἄντιν' ἄρ' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν?* Melius equidem reperire in his non potui. Ita igitur dixerit

www.libtool.com.cn
Pindarus? Sed provocat Hermannus ad Scholiastae explicationem; vellem docuisset etiam quomodo factum sit ut Scholiastes scripserit: *μηδὲ ὅστις ἡμᾶς μόρος κατακέκρικεν εἰς σκοπόν τινα καὶ στάθμην δραμεῖν.* Nam hoc nullo modo perspicio ex Hermanni ratione. Tamen nihil quod probabile sit, colligi potest ex Scholiastae verbis, nisi ante miri huius pronominis origo explicetur. Vide num res ita possit expediri. Mendum tulisse verba inter *πότμος* et *ἔγραψε* perspicuum. Fac Scholiastam in exemplari suo non habuisse *οἴαν*; et fortasse etiam *τιν'* non habuit. Iam ille iunxit: *καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες (στάθμαν) οὐδὲ μετὰ νύκτας (εἰδότες στάθμαν)*, hoc est: *καίπερ μὴ γινώσκοντες μήτε τὰ πρὸς τὴν ἡμέραν, μήτε τὰ διὰ νυκτὸς ἐσόμενα.* Sequentia quum his apte iungere non posset, de coniectura supplevit *οὐδ' ὃς* s. *οὐδ' ὅσις*, unde nata eius explicatio inepta: *μηδὲ ὅστις ἡμᾶς μόρος κατακέκρικεν εἰς σκοπόν τινα καὶ στάθμην δραμεῖν.* Pronomen *ὅστις* perperam illatum esse a Scholiasta, nemo non videt, quum huiusmodi quid hic a Pindaro proficisci non potuerit; at non intulisset Scholiastes, si omnia una constructione coniungere potuisset; quod non potuit si vitium erat, quod indicavi, inter *πότμος* et *ἔγραψε*. Ex his hoc saltem apparere arbitror, quare improbabilem dicam Hermanni illorum versuum emendationem, et etiamnum teneam quod Boeckhius recepit. Accedo ad stropham tertiam. Recte Boeckhius observavit aliud legisse ibi Scholiastam quam quod nunc habetur. Videamus quid probabiliter ex eius verbis effici possit. Fac ita legisse Scholiastam:

Βαρὺ δέ σφι δεῖξε νεῖκος
χαμαὶ καταβὰς Ἀχιλεὺς ἀφ' ἁρμάτων.

Si Scholiastes iunxit *χαμαί* non cum sequentibus sed cum antecedentibus (*gravem ostendit iis pugnam humi*), explicare potuit, ut facit: *βαρεῖαν δὲ καὶ ἐπαχθῆ μάχην διὰ φιλονεικίαν αὐτοῖς ἐπέδειξεν ὁ Ἀχιλλεὺς τοῖς Αἰθίοψι, χαμαὶ κλίνας τὸν Μέμνονα, αὐτὸς ἐκ τῶν ἁρμάτων κατελθών.* Ex hac explicatione deinde mihi natum videtur *ἔμπεσε*, quod pro glossemate habeo. Nam etiam sententia, ni fallor, aptior. Num irruerit in Aethiopes Achilles, dubitari potest, qui mihi de curru descendisse videtur, ut cum Memnone potissimum pugnaret, spectantibus Aethiopibus. Non contendo me veram Pindari scripturam invenisse; at illud probatum spero, nondum de hoc loco transactum esse. His adde quod vs. 13. *πέφανται* agnoscit Scholiastes, agnoscunt omnes libri, Hermannus autem quod proponit *πέφαται*, verbum est nonnisi grammaticis commemoratum; adde quod versus 59. et 60. leni certe mutatione in ordinem redigi possunt: haec igitur omnia quum considero, unum tantum restare video locum, qui sane paullo audacius a Boeckhio refictus est, versus dico ultimos strophae secundae. Sed non minus audacem video Hermanni rationem esse, qui etiam illum locum mutat, qui unus omnium sanissimus dicendus est. Equidem saltem, si comparo antistrophae secundae versus ultimos cum hoc loco, multo facilius crediderim hunc quam illos corrumpi potuisse, et fuerunt iam revera nonnulla in eo corrigenda. Certa quidem non dico quae a Boeckhio posita sunt, neque ipse certa putat; at nihil fere certum in his versuum prope omnium corruptionibus. Atque haec quidem hactenus; redeo ad id, unde profectus sum. Dicendum nunc de consilio prooemii eiusque cum reliquo carmine nexu.

Quemadmodum alibi felicissimus est Pindarus in prooemiis inveniendis, ita etiam huic carmini prooemium dixerim praepositum accommodatissimum. Gentem cantaturus est pugilatu unam omnium celeberrimam, eandem tamen etiam roboris sui vicissitudines, ut fert humana natura, expertam. His plane convenit exordium, quod duas manifesto continet sententias: *Similes quodammodo nos esse diis sive mente sive cor-*

www.libtool.com.cn

morum heroum, fama impie laesa videretur, verendumque esset ne minueretur favor honestissimae urbis Thebanum vatem insigniter colentis, Pindarus data opera hunc errorem refutandum censuit, ut et Neoptolemo honos esset et suorum ipsius morum integritas constaret. Fecit hoc in hoc carmine misso ad nobilem gentem, cantato, ut coniecimus, in celebri aliquo urbis vico, et fecit ut videbimus, dignissime. Praemonuimus haec, ut lector animum attentum haberet ad id, unde carminis oeconomia pendet et maior sententiarum pars.

Vs. 1—16. Exordium carminis. De *Ἐλειθυίᾳ* dea disputarunt nuper Boettiger in peculiari libello de Ilithyia, Vinar. 1799. et Creuzerus Symbol. T. II. p. 140 seq. Hoc loco pauca sufficient. Ars obstetricia antiquitus fuit summarum naturae dearum, sive Ilithyam dicerent, quod nomen in Delo mature cultum esse constat (Pausan. I, 18.), sive Augen, ut Tegeatae (Pausan. VIII, 48.), sive Iunonem, Dianamve *λοχείαν*. Quum succedente tempore Iunonis nomen super ceterarum dearum nomina esset elatum, Iunonis filia dicta est Ilithyia. Hom. Il. λ, 271. Hesiod. Theog. 911. Pausan. I, 18. Nunc magnipotentis Iunonis filiam eam dicit, quoniam Iuno Argiva a colonia Epidauria in Aeginam traducta insigniter colebatur apud Aeginetas, cf. Schol. Pind. Pyth. VIII, 82. Mueller. Aeginet. p. 149. Audit Ilithyia *πάρεδρος Μοιρᾶν*, de quo conf. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Dian. 22. Nempe naturalis socia Parcarum est, in quarum consortio Pindarus eam exhibuit etiam Olymp. VI, 42. Nunc ad dignitatem deae illustrandam opus erat hac appositione. Sed hoc in promptu est; illud magnopere vexavit veteres ad hunc locum interpretes, cur omnino invocet poeta hoc loco Ilithyiam. Res meâ sententiâ haec est. Poeta hoc agit in hoc carmine, ut eum quidem honorem optimum et verissimum dicat, siquis divinitus honoratus canatur; nam quum de multis hominum laudibus licet splendidis dubitari possit, vir a deo honoratus ipsum deum testem habet. Hoc quid sibi velit, in sequentibus exponam accuratius. Interim vides eam ipsam ob causam dei alicuius nomine opus fuisse in hoc exordio. Iam quum Sogenes quinquertio diversorum certaminum laudem mature adeptus roboris insignis documentum edidisset luculentissimum, hoc quidem loco, ipso etiam Sogenis nomine monstrante, nihil propius erat Ilithyia, non fatorum sed valetudinis et virium corpori insitarum auctore; quare hanc nunc poeta appellat. Horum nonnulla iam veteres attulerunt, quamquam nullus verum plane assecutus est. Cetera quae habent, inepta dico, ne isti quidem epigrammati multum tribuens, ad quod Aristodemus provocat. Negare nolo Thearionem diu liberis carentem tandem Sogenem habuisse ab Ilithyia expetitum; sed vel sic Pindarus non invocasset Ilithyiam, nisi etiam aliis de causis hoc aptum iudicasset. Neque enim ex una nunc haec ratione pendent. Ceterum cultam esse Ilithyiam in Aegina ut negari nequit, ita etiam probari non potest ex hoc Pindari loco, quum nihil hic dicat reconditius poeta et quod non ab omnibus ita creditum sit. *Ἄνευ σέθεν οὐ φάος οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν τεὰν ἀδελφεὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν*, h. e. *Sine te non lucem, non nigram conspicati noctem tuam sororem consecuti sumus pubertatem, s. nonnisi tuo auxilio viventes pubertatem habemus.* Quamquam alius die alius nocte editur, tamen hoc loco de ea re cogitandum non esse, satis probat forma sententiae. *Οὐ — οὐ* est: neque — neque, Pyth. III, 30. *Neque lucem neque noctem conspicere*, est: *omnino non vivere.* De natalibus ubi explices, conferri potest Boeckhius Explicatt. Pyth. p. 278. Porro, quum per Ilithyiam etiam virile aetatis robur habeat qui vir corpore valet, poeta hoc loco pubertatem nominat ob Sogenem in pubertate constitutum. Saepe observamus, Pindarum in huiusmodi sententiis conformandis quoque loco id sequi quod

www.libtool.com.cn

aptissimum. Cf. ad Isthm. IV, 11. Spectat eodem vox ἀγλαόγυιος. Talis enim erat Sogenes. Ἀδελφεὰν saepe trisyllabum; cf. etiam Seidl. ad Eurip. Electr. 134. Hebes filiam Iunonis dictam, notissimum. Cf. Nem. X, 18. Suavissime hoc additum esse, facile vides. Ἀναπνέομεν δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα, h. e. *habemus tamen vitam non omnes ad eadem, s. tamen non omnibus magna gerere magnamque laudem adipisci concessum.* Ἀναπνεῖν, spiritum ducere, vivere, cf. Soph. Ai. 417. Constructio est ut si dixisset: γεγόναμεν οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα. Alii vertunt: Tamen adspiramus non omnes ad eadem; sed non probarunt ἀναπνεῖν ἐπί τι hoc sensu a Graecis dictum esse. Respicit huc personatus Plutarchus de nobilit. c. 20. extr. *Εἴργει δὲ πότμῳ ζυγέντ' ἕτερον ἕτερα, retinent fato constrictum alium alia.* Πότμῳ ζυγέντα, ut θεσφάτοις Φοίβου ζυγείς Eurip. Suppl. 220. ὁρκίοισι ζυγείς Med. 733. Σὺν δὲ τὶν καὶ παῖς ὁ Θεαρίωνος — πενταέθλοις, h. e. *Per te vero etiam Thearionis filius Sogenes virtute distinctus canitur victoria clarus inter quinquertiones.* Accuratior sententiarum nexus mihi hic videtur. Orditur sic: Ilithyia, per te viventes pubertatem habemus. Pergit: Tamen non omnes assequimur eadem, fati culpa; per te vero quum aliis virtus et laus venit tum Sogenes nunc habet virtutem laudemque factorum. Κριθείς, distinctus, insignitus, ut Isthm. IV, 12. Recte Schol. ἔκκριτος γενόμενος. Notus usus. Porro iungendum εὔδοξος μετὰ πενταέθλου. Gloriam habens inter quinquertiones est qui victoriam retulit quinquertio; δόξα saepe de victoria, cf. ad Isthm. V, 11. Sensus igitur: Per te etiam Sogenes distinctus canitur nunc ob victoriam quinquertio reportatam. Ex voce ἀείδεται pendent sequentia, quorum hic sensus: *Habitat enim in urbe, quae insigniter gaudet epiniciis cantibus, quum cives in ea non aliis civitatibus certaminum usum relinquant, sed quam maxime socii et consortes et ipsi velint esse horum laborum.* Σύμπειρος ἀγωνία, qui et ipse certamina novit, eorum usum habet. Cum dativo iuncta vox, ut Hom. Odyss. γ, 23. οὐδέ τι πω μύθοισι πεπείρημαι πυκινοῖσιν. Cicer. p. Cluent. 38. *iure peritus.* Persius V, 14. *iuncturâ callidus acri.* Ἀμφέπειν exquisitius pro ἔχειν, cf. infr. 91. νόον φέρβεται Pyth. V, 110. Cetera hos duos versus 9. et 10. puta in transitu positos a stropha ad antistropham. Primarius antistrophae locus est is, ad quem nunc accedimus: *Siquis autem vicit, lubentibus canitur Musis, quum nulla ei reddi possit pro labore clarior et sincerior rerum illustratio quam per Mnemosynes carmina.* Pro hoc sic dicit: „Siquis autem successum habet in rebus gerendis, dulce is praebet argumentum flumini Musarum: nam magnae virtutes obscurae sunt, si hymnis carent; rebus autem pulchris unum tantum novimus speculum, si Mnemosynes beneficio habeant compensationem molestiarum per carmina." Manifesto hoc agit poeta, ut praedicet poesis praestantiam, quare videndum est quibus nunc verbis cantum circumscribat. Cavens ab eiusmodi verbis, quae gloriosum aliquem rerum nuncium ψεύδεσι ποικίλοις sibi placentem significent, appellat eum speculum, *quod instrumentum pulchre et splendide at non minus vere et sincere reddit rerum imagines.* Talis est cantus *a Mnemosyne* datus, quae a memoria nomen habet. Porro, quum sic dicere posset: Rebus gestis unum novimus speculum, si Mnemosynes beneficio per carmina splendescant, praetulit hoc: Rebus pulchris unum novimus speculum, si Mnemosynes beneficio compensationem habeant per carmina. Sic cantus simul remunerator laborum dicitur. Quod cur sic praestet, senties ubi initium huius loci comparaveris. Res bene gestae dulce sunt argumentum Musis, canunt libenter et ex animo, ut sic remunerentur victorem. Respondet igitur accurate finis loci initio. Omnino plane eximia est vis in paucis hisce verbis. Videa Musas iustas, laborum remuneratione gaudentes, vides cantum splendidum pariter et sincerum rerum speculum. Haec quo spectent, mox docebo,

www.libtool.com.cn

et clarius etiam intelliges toto carmine perlecto: nunc reliqua addenda sunt. *Τυχεῖν* est successum habere, ut Olymp. II, 56. Musicorum instrumentorum modos, porro cantus, carmina, etiam prosae orationis ubertatem apud veteres et recentiores cum aquarum flumine et cum fluctibus (*ῥοαῖσι*) comparari notum est. Cf. cel. Mitscherl. ad Horat. IV, 2, 5. Tamen haec comparatio non eundem ubique habet sensum, quod passim neglectum etiam alibi interpretibus, hoc loco imprimis tenendum est. Speculum rerum gestarum vult esse poesin; hanc sententiam iam nunc praeparat, ut debebat; *facit igitur rem, quae canitur, ferri in limpido flumine Musarum.* Vides omnia mirifice conspirare ad unum finem. Spectat eodem vox *ἐνέβαλεν*; nihil enim non hic prudentissime positum. *Αἰτίαν* autem manifesto nunc dicit argumentum s. rem quae canitur. Elegit hanc vocem propter adiectivum *μελίφρων*. *Ἅλκαι*, h. e. *ἀρεταί*, atque *ἀλκὴν* ostenderat Sogenes. *Καλοῖς* praetulit ob sequens *ἔσοπτρον*, ut sponte liquet. *Ἔσοπτρον* quale poesis habeat, modo vidimus; est flumen Musarum. Quare non opus est ut plura hic de speculis veterum afferam; disputavit de iis Spanhem. ad Callim. in Pallad. 17 seqq. et imprimis Beckmannus in Histor. Invent. Tom. III. p. 467 seqq. *Λιπαράμπυκος*, cf. ad Isthm. II, 1. *εὑρηται*, sc. *ἔργα*. Quum enim *ἔργα* dici possint *πόνους, μόχθους ἔχειν*, recte etiam dicentur *ἄποινα μόχθων ἔχειν, εὑρέσθαι*.

His explicatis accedimus iam ad eum locum, unde maior rerum ducitur ordo; de quo statim hic accuratius dicendum est. Dixi in Introductione poetam reprehensum esse ab Aeginetis, quod impie cecinisset de Neoptolemo in paeane Delphis facto, eumque in hoc carmine data opera se defendere. Facit autem hoc duobus modis. Primum significat, ea quae narraverit, non esse impie dicta, sed exquisitissimam Neoptolemi laudem in iis inesse involutam; deinde de moribus suis dicit, contendens se plane alienum esse a maledicentia. Hoc, secundo loco positum, videbimus infra; nunc de priore dicendum est. Quemadmodum alibi difficillima est Pindari interpretatio, ubi tectius rem aliquam tractat, sic etiam in hoc loco tractando eam secutus est poeta sententiarum constructionem, cuius veram rationem nonnisi intentissima mentis acie deprehendas. A qua si non plane aberrasse iudicabor, gratissimum erit, qui non pepercerim viribus meis nec defugerim laboris molestiam. Omnibus igitur comparatis et ponderatis dico unam sententiarum compagem esse a vs. 17—49. cuius rationem sic expono: „Sapientes sane dicendi sunt, qui de futuri temporis casibus cogitant, nec lucrum praesens maioris facientes omittunt carmen chorumque parare sumptusque in eam rem facere; nam dives pauperque pariter moriuntur; *tamen laudes etiam speciosissimae nihili habendae, si non plane verae sunt, nec deum auctorem testemque habent.* Ut sunt Homeri de Ulysse dicta. Equidem certe maiorem puto Ulyssis, non boni viri, famam quam pro rebus gestis factam per dulces cantus Homeri. Nam fictionibus Homeri eximia eius arte inest speciosum quiddam, ars autem decipit homines mythis suis fallens. Est enim caeca pleraque pars hominum, quod docet Aiacis Aeacidae exemplum, qui populi culpa eo adactus est ut se ipse interficeret, quum esset fortissimus praeter Achillem Graecorum ante Troiam. Verum communis abripuit mors deteriores et eximios reges; *honos autem constat, quibus deus adest gloriae post mortem testis heroibus apud se Delphis cultis;* inter quos princeps est Neoptolemus in Pythio solo sepulcri adeo honorem habens; quem caesum a sacrificulo ut ibi sepultus haberetur, deus ad iustitiam tuendam praefecit ceterorum heroum omnium ibi cultorum pompis. Quod munus Neoptolemus etiam praeclare exsequitur. Quare huic quidem per deum honos constat longe maximus. Atque hoc ipsum ego secutus sum, quum de caede eius canerem." Vides universam sententiarum rationem. *Op-*

www.libtool.com.cn

δες ἐγένοντο αὐτῷ (τῷ Ἀγησιμάχῳ) ἄλλοι ἔξω τοῦ Σωκλείδα· ὧν ὁ Σωκλείδας ὁ τοῦ Πραξιδάμαντος πατὴρ πρῶτος. οἵτινες τρεῖς παῖδες, et cetera, quae tamen et ipsa falsa esse non dubito. Ceterum siquis tamen οἵ pronomen esse putet idque ad Soclidam referendum, poterit hos huius filios statuere: Praxidamantem natu maximum, Calliam (vs. 37.), Creontidam (de quo ad epod. ult.); sed huic rationi non confido, quum praesertim illud οἵτε πόνων ἐγεύσαντο satis monstret intelligi Agesimachum, Praxidamantem, Alcimidam, oppositos Soclidae et Theoni quiescentibus. A qua interpretatione siquis discedere non vereatur, poterit sane hoc dicere, quod mihi rem huc illuc versanti in mentem venit. Etenim si vocem ὑπέρτατος de Soclida dictam non ad aetatem viri referas, sed interpreteris *summus*, ut Pyth. VIII, 28.; potest Soclidas ὑπέρτατος dictus videri, quod *tres filios victores* habuerit: ἐπεί οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον, οἵ τε πόνων ἐγεύσαντο. Tum οἵ pronomen erit, et filii Soclidae erunt, ut dictum, Praxidamas natu maximus, Callias, Creontidas. Quae his in notis nostris adversantur, falsa tum erunt omnia. Sed apud lectorem iudicium esto." Addam nunc reliqua, prout mihi interpretanda videntur. Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον, ut Isthm. III, 50. τέλος ἄκρον ἱκέσθαι, de victoria dicitur, quae etiam δόξα saepe audit. De usu pronominis ὅστε explicuit Hermannus ad Hom. Hymn. in Apollin. p. 34. quae adhibebis etiam vs. 9. huius carminis. Ceterum vides Soclidam et Theonem plane non tentasse certamina, prorsus quiescente virtute gentis. Hinc patet Soclidam non posse Agesimachi filiorum *optimum* dici: itaque vs. 22. ὑπέρτατος non potest esse ἐξοχώτατος, ut cepit personatus Plutarchus de nobilit. c. 20. ἀλλ' ἀπείρους τόπους ὁρᾶν ἐστὶ παρ' ἐκείνῳ (Πινδάρῳ) τοὺς νικῶντας ἀπὸ τῆς εὐμενείας ἐγκωμιάζοντι, καὶ αὐτὸν Ἀλκιμίδην ἀπὸ τοῦ πάππου Πραξιδάμαντος τοῦ Σωκλίδου μνήμην ἀνανεώσαντος, ὃν τῶν Ἀγησιμάχου υἱῶν ἐξοχώτατον ὑπάρξαι φησίν. Dicas νεώτατον, ὁπλότατον, ut ὑπέρτερον ὁπλότερον. Certum est exemplum Homeri Iliad. λ, 786. γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐστιν Ἀχιλλεύς, πρεσβύτερος δὲ σύ ἐσσι: quod Ionicum dicitur ap. Schol. Hom. Adde Hesych. v. ὑπέρτερος. Idem tamen v. ὑπερτέρα utramque novit explicationem, et νεωτέρα et πρεσβυτέρα, et v. ὑπέρτατος solum hoc posterius habet: μέγιστος, πρεσβύτατος, ἀνώτατος, ὑψηλότατος, εὐγενέστατος, ex hoc fortasse loco. Atque hanc explicationem πρεσβύτατος, quam etiam Schol. h. l. sequitur, complector et ipse; natu maximus Soclides filiorum Agesimachi fuisse videtur. Quum enim Agesimachus certamina cum successu adiisset, statim in primo filio quievit vis athletica; quod quum significandum esset, poeta ὑπέρτατος adiecit. Reliqui filii Agesimachi fuerintne certaminum periti necne, an etiam mortui sint, nescio: illud video, recte eos potuisse a poeta praeteriri, qui illud agebat, ut hunc mirabilem quinque virorum ordinem exhiberet. Quare nihil dicit de iis, qui non erant in eo ordine. Accedimus ad alteram carminis partem, quae continuatur usque ad finem.

Vs. 25 — 46. Laudes eximiae gentis data opera exponuntur. Primum autem transiens ab antecedentibus ad sequentia orditur a laude splendidissima. Σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ pie praemissum, ut par erat in tanta laude. Μυχῷ Ἑλλάδος, noto usu ex Homero Iliad. ζ, 152. Odyss. γ, 263. ταμίαν, habentem et servantem apud se, aptissimum verbum ob coronarum insignium multitudinem; hinc etiam στεφάνους dicere maluit quam νίκας, et maluit opinor eadem de causa etiam οἶκον dicere quam πάτραν aut γένος. Postulabat hoc metaphorae ratio. Convenit etiam ἀπεφάνατο, conspiciendam praebuit. Ἔλπομαι μέγα εἰπὼν σκοποῦ ἄντα τυχεῖν, ὡς ἀπὸ τόξου ἰείς, h. e. *Spero me magna dicendo scopum assecuturum*, certo iactu, *tanquam ab arcu sagittam mittentem*, s. *spero me tantam gentis virtutem dignis laudibus ornaturum*. Aptissima sententia post

www.libtool.com.cn

fragium pati properata navigatione cupiditate lucri. Haec quid sibi velint, iam supra indicatum est. Prudentis sane est, ait Pindarus, de futuro tempore cogitare et carmine choroque parando prospicere memoriae factorum, ne si parcas sumptibus, damnum habeas gloriae, obscuritatem habiturae sine hymnis. Erres si cum Scholiasta nonnisi de pecunia cogites poetae pro carmine faciendo danda, quum etiam in choregiam sumptus faciendi essent et in epulas epiniciorum. Haec omnia intellexit poeta, suavius tamen per metaphoram significavit. Ad haec, *ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου παρὰ σᾶμα νέονται*, Hermannus in novissima editione Heynii sic scribit: „Nisi *θανάτου πάρα* dictum volumus ut *παρ' Ἅιδου*, reponendum erit *θάνατον πάρα θαμὰ νέονται*." Nempe statuit nunc quartum epodi versum in principio habere tribrachum. Quare vs. 41. ex cod. Aug. reponit *πτέαν' ἄγων*, vs. 83. retinet *δάπεδον*, et vs. 104. probat *ἔπεσι* pro *δὴ ἔπεσι*. Sic *θαμὰ* est pro *ἅμα*, de quo v. Boeckh. nott. critt. ad Olymp. VII, 11. quod ipsum ignoratum videtur lectionem *σᾶμα* peperisse, transeunte, ut solet, *Θ* littera evanida in C. Quae omnia etiam sibi, ut mihi, unice probari Boeckhius scribit dolens sero haec perspecta esse. *Θάνατου πάρα νέονται* est ut *θανάτῳ πελάζειν* Eur. Iphig. T. 886. *ἐπὶ θάνατον οἴχεται* Phoeniss. 1062. *θανάτου κίλσαι ποτὶ τέρμα δύσανον* Hippolyt. 140. *θανατόνδε κιών* Hom. Il. *ω*, 328. alia similia. Ceterum liquet hanc sententiam subiectam esse propter antecedentia. Nam quum dixerit: Sapientes non postponere gloriam lucro, nunc huius iudicii ratio explicatur accuratius. Cf. ad Nem. V, 20. Pergo ad haec: *ἐγὼ δὲ πλέον' ἔλπομαι λόγον Ὀδυσσέος ἢ πάθεν, διὰ τὸν ἀοιδοπῆ γενέσθ' Ὅμηρον*. In antecedentibus latebat haec sententia generalis: *Sapientes non posthabent gloriam lucro, sed carmen sibi parant.* Huic quae opponitur sententia, similiter debet esse generalis, in hunc modum: *Equidem tamen nonnisi ea carmina expetenda dico, quae vera canant, s. equidem tamen non quamlibet carminum laudem magni faciendam dico, nisi etiam vera sit.* Atque huic sententiae confirmandae inservit exemplum Ulyssis ab Homero cantati. Tamen poeta pro sententia generali ipsa statim ponit iudicium suum de Ulysse ab Homero cantato. Quum enim hoc agat, ut dictis Homeri de Ulysse opponat sua de Neoptolemo, h. e. exemplum exemplo, sententias generales, quae huic comparationi subsunt eximiae, quippe praeclarum Pindari iudicium de poesis dignitate continentes, plane tacuit, acutioribus eruenda relinquens, quae nolebat docere explicatius. Hoc nisi teneas per totum hunc locum, spondeo nihil tibi intellectum iri; at semel perspecto hoc artificio aditus patet ad universi loci tam difficilis quam praeclari interiorem rationem cognoscendam. Moneo hoc ut de fundamento explicationis meae constet. Et Pindarum etiam alibi pro sententiis generalibus ponere exempla certissimum, pertinetque huc multorum mythorum usus, quibus subtiliora docet interpretatione eruenda. Qualia lecta sunt iam in antecedentibus. Quare nihil hic est quod a Pindari ratione abhorreat, modo teneas pro carminum et locorum diversitate etiam harum rerum formas esse varias apud poetam. Veniendum est ad cetera. *Λόγον* dicit, non *τιμάν*. Nam famam habet Ulysses per Homerum, honorem vero, quibus deus famam auget Delphicus. *Ἤ πάθεν* perperam vertas: *quam pro calamitate quam passus est*, siquidem ille *πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς* non passus est tantum, sed gessit etiam quam plurima fortiter. Tu igitur hic intelliges *Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἀέθλους*, quibus convenit verbum *πάσχειν*. Sic *πάσχειν ἀέθλους* Il. *γ*, 128. *Ψεύδεσι*, h. e. *μύθοις ψεύδεσι ποικίλοις δεδαιδαλμένοις*; sed noluit leniore verbo uti. *Σεμνόν τι*, speciosum quiddam quod fidem faciat. *Μαχανᾷ*, arte Homeri poetica, ut *μαχανά* Pyth. VIII, 35. *ποτανᾷ*, qua ille Ulyssem extulit. Nam ut *ποτανὸν* est quod laudibus effertur a poetis (cf. Pyth. VIII, 35.), sic ars poetarum

www.libtool.com.cn
slata est, quae effert et extollit quos celebrat. Res nota. Cf. cel. Mitscherlich. ad Horat. II, 20, 1. Hermannus nunc praefert *ποτανᾷ γέ*, quod et ipse malim, sensu aptiore. Ceterum constat *σοφοὺς* dici poëtas: nunc *σοφία* est artificium in fabulis concinnandis. Additur: *Nam si populus posset perspicere veritatem, perspexisset eam in re apertissima, tum quum de Aiace ferretur iudicium.* Sed poeta acerbius etiam castigat pravam caecitatem vulgi; quare sic dicit: *οὔ κεν ὅπλων χολωθεὶς ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος.* Aiacem in nobili de Achillis armis iudicio posthabitum Ulyssi, violentam sibi attulisse mortem plurimorum et antiquissimorum scriptorum fuit opinio. Atque hoc Pindarus sequitur constanter. Alias aliorum fabulas vide ap. Lobeckium ad Sophocl. Ai. p. 361. docte de hac re disputantem. Num invulnerabilem Pindarus habuerit Aiacem, quemadmodum placuit multis (Lobeck. ad Ai. p. 354. et p. 362.), de eo v. Fragm. incert. 77. At pecudum caedem non probavit, quippe fabulam ab his carminibus plane alienam, cf. ad Isthm. III, 53. *Ὁ καρτερὸς Αἴας*, ut *ὁ καρτερὸς Βελλεροφόντας* Olymp. XIII, 81. *Ἔπαξε διὰ φρενῶν*; incubuit gladio in terram defixo, quemadmodum etiam intelligenda sunt loca Nem. VIII, 23. Isthm. III, 53. Idem significat Sophocles, *πλευρὰν διαῤῥήξαντα τῷδε φασγάνῳ* dicens, et qui in Scholiis ad hunc Pindari locum affertur Euphorionis versus. Praesecto iugulo eum exspirasse perhibet Quintus Smyrnaeus V, 821. Vide de hac re monentem Lobeckium ad Sophocl. Ai. 833. adde eundem ad vs. 903. *πηκτὸν ἔγχος* Aiacis explicantem. *Λευρὸν ξίφος, λεῖον*; cf. Etymolog. Magn. Hesych. *λευρὰν πέτραν*, laevem, dixit Eurip. Bacch. 980. *Κράτιστον Ἀχιλέος ἄτερ*, docet Hom. Iliad. *β*, 768 seq. et tota Ilias. *Κομίσαι*, similiter expeditionis consilium designat Olymp. XIII, 67. *Ἴλου πόλιν*, qui filius fuit Trois et pater Laomedontis, unde Priamus, cf. Iliad. *υ*, 232 seq. Ceterum splendidiore hic utitur poeta genere dicendi, ut Nem. III, 57. de Achille Troiam profecto; nam Aeginetis canit haec, quorum heroes Aeacidae. Verum alia nunc addenda sunt de toto hoc loco. Aiacis exemplum hic allatum est aptissime. Nam ut nunc credit multitudo Homeri de Ulysse laudes, sic iam olim decepta est fraudulentis illius regis artibus; quare hoc uno exemplo et pravitas Ulyssis immerito ab Homero laudati luculenter ostenditur, et caecitas hominum inanibus verbis addictorum quam levis sit quamque iniusta. Porro non inutilis erit ad subtile poetae iudicium cognoscendum huius loci comparatio cum eo, qui de Aiace est Nem. VIII, 23 seq. In carmine Nem. VIII. non Aeginetae sed qui Aeginetis adversabantur invidi homines comparantur pravis Aiacis ad Troiam adversariis; quare ibi ad pravam istorum invidiam omnia revocantur, ita ut haec ipsa dicatur Aiacis interfectrix. Hoc loco poeta non de invidia sed de caecitate hominum agit, tangitque ipsorum Aeginetarum caecum iudicium, qui et ipsi speciosa amantes Pindari de Neoptolemo verba non intellexerant. Graviter reprehendit hoc poeta, ut par erat; sed iusto saeviorem eum dicerem et plane imprudentem, si nunc similiter ipsam caecitatem Aiacis interfectricem dixisset. Quare lenius est et caecitatis nomini aptius quod praetulit, iniuriam quidem factam significans caeco errore iudicii, caedem tamen ad Aiacis iram inde ortam revocans. Sequitur: *ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' Ἀΐδα.* Locutionem *κοινὸν ἔρχεσθαι* vidimus etiam Nem. I, 32. et notae phrases *κοινὸς ἅδης, κοινὸς θάνατος*. Porro *κῦμα Ἀΐδα* dictum puto ut *κῦμα συμφορᾶς, κῦμα κακῶν*, similia, de vi perniciei ingruentis. Addit: *πέσε δ' ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα.* De praepositione *ἐν* v. nott. critt. ad Pyth. II, 11. ubi similiter vox posita inter duo substantiva. Etiam *καὶ* alibi hyperbaton facit; cf. nott. critt. ad Olymp. VII, 26. Denique de verbis *ἀδόκητον* et *δοκέοντα* monendum. Inepte Scholiastes *non exspectantem* et *exspectantem* in-

www.libtool.com.cn

telligit, quod alius pro iuniore et seniore dictum putat. Sic ex omnibus facias omnia. Plane aliena sunt talia ab hoc loco. Heynius obscuros et claros s. infimos et principes intelligit, comparatque ex Stobaeo Eclog. I, 3, 22. *καθελὼν μὲν δοκέοντ', ἀδόκητον δ' ἐπαείρων.* Equidem ita censeo. Esse *gloriosos* et *inglorios* intelligendos dubitari nequit, quemadmodum etiam Scholiastae in mentem venit *ἔνδοξον* et *ἄδοξον* interpretari; tamen quid hoc sit, accuratius videndum est. Si principes et infimos homines explicamus, aut celebres et obscuros, alterum Aiaci bene conveniet, non item alterum Ulyssi. At nisi magnopere fallor, maxime de heroibus hic loqui debet poeta, et loqui debet de Ulysse et Aiace, quum id agat, ut Aiacem ceterosque insigniores heroes opponat Ulyssi, et quum hic ipse locus manifesto in confiniis sit duarum oppositarum partium, quibus universa haec sententiarum compages continetur. Quare *ἀδόκητον* intelligo *ἄφαντον, ψεφηνὸν, εὐδοξίᾳ* s. verae virtutis laude carentem, *δοκέοντα* autem virtutis gloria illustrem, quam in rem confer Nem. III, 38 seqq. ibique dicta. Sic et nonnisi sic, ut mihi quidem videtur, hic locus aptum transitum parat ad sequentia. Nexus enim iam hic est: *Communis mors abripit pariter deteriores et praestantiores reges; at honos non est pariter omnibus post mortem, sed iis quibus deus gloriam auget.* Constat *δοκεῖν* persaepe dici de honesta fama virtutis et praeclare factorum, ut *οἱ δοκοῦντες δίκαιοι, ἀγαθοὶ, ἄριστοι εἶναι,* atque ita etiam Pindarus hoc verbo utitur Olymp. XIII, 54. Pyth. VI, 40. idemque *δόξαν* semper dicit praeclarae virtutis gloriam. Quum enim *λόγος* possit esse etiam callidorum hominum, *δόξα* nonnisi praeclarorum virorum est. Denique etiam illud perspicuum est, cur nunc ita dixerit Pindarus. Comparatur, ut saepe dixi, Ulysses cum heroibus genuina virtute praestantibus, in quo quum poeta eam rationem sequatur, ut illius *λόγῳ* opponat horum *τιμάν,* etiam hoc loco ea verba eligere debebat, quae gloriae significationem haberent. Quare *λόγον* quidem habet Ulysses, at *ἀδόκητος* est, quum *σαθρὸς* sit hic *λόγος* (cf. Nem. VIII, 34.); hi *δοκέοντες,* qui *ἄβρὸν λόγον* habent a deo auctum. Atque ita videor mihi explicationem meam abunde confirmasse. Accedimus iam ad alteram universi huius loci partem: *Τιμὰ δὲ γίγνεται, ὧν θέος ἀβρὸν αὔξει λόγον τεθνακότων βοαθόων, τοὶ παρὰ μέγαν ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου μόλον χθονός.* Sic enim haec interpungenda censeo. Ab horum verborum explicatione pendet universi loci, in quo iam diu versamur, intellectus. Maxime memorabilia sunt Scholiastae verba ad vs. 68. *γίνεται ἐν Δελφοῖς ἥρωσι ξένια, ἐν οἷς δοκεῖ ὁ θεὸς ἐπὶ ξένια καλεῖν τοὺς ἥρωας.* Magnopere dolemus quod de hac re, ad quam conferri possunt Theoxenia Delphica (v. ad Olymp. IX, 102 sqq.), nondum contigit plura inveniri; quare proponimus ea, quae ex Pindaro Scholiisque colligi posse videntur. Celebrata sunt igitur Delphis *ξένια* heroum. Ac primum quidem fuit pompa sollemnis multarum victimarum, siquidem Pindarus vs. 46. memorat *ἡρωΐας πομπὰς πολυθύτους,* quibus praesit Neoptolemus. Scholiastes haec explicans vs. 62. scribit: *λέγεται γὰρ ὅτι μετὰ τὸ θῦσαι ἐναγισμοὺς ἐπέσπενδον,* unde aliquis credat *θυσίαν* illam deo factam, tum *ἐναγισμοὺς* additos heroibus. Etiam Apollini tunc sacrificatum esse, negare nolo; tamen hanc victimarum pompam Pindarus dicit *ἡρωΐαν,* et dicit *πολύθυτον,* et Neoptolemum facit eius inspectorem, unde equidem colligo heroibus maxime, a deo invitatis, eam fuisse sacratam, addita, quum sacrificia cremarentur, libatione; quale fere fuit nobile sacrificium ab Aenianibus quarto quoque anno Neoptolemo oblatum, quod describit Heliodorus Aethiop. II, 34 seq. Ac citabantur in his heroum *πομπαῖς καὶ πανηγύρεσιν* (quae duo verba nunc idem significant, ut passim alibi) nomina heroum, quorum in honorem haec *ξένια* instituebantur (cf. Schol. ad vs. 68.): unde iterum colligo heroibus haec

www.libtool.com.cn

sic omnia oblata esse. Sacrificiis peractis habebantur ludi, quod colligitur ex Pindaro vs. 49. Qui maxime heroes fuerint hi Delphis culti, vellem accuratius constaret; nunc dico *fuisse maxime insignes, ut Aeacidas, Pelopidas, alios;* at fidenter excludo Ulyssem. Nam aut pleraque omnia falsa sunt, quae de prima hac carminis parte scripsi, aut Ulysses non fuit in his, quum persuasissimum habeam, Ulyssi opponi eos quos deus honorat Delphis heroes, eoque ipso omnis Pindari argumentatio tamquam fundamento mihi niti videatur. Scio aliquot locis cultum Ulyssem. Sic Tzetzes ad Lycophron. 799. tradit: *Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ, Εὐρυτᾶνας ἔθνος εἶναι τῆς Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου, παρ' οὓς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Νίκανδρος φησὶν ἐν Αἰτωλικοῖς.* Plutarchus autem Quaestion. Graec. T. VII. p. 207. ed. Reisk. narrat: *ἐν Λακεδαίμονι παρὰ τὸ τῶν Λευκιππίδων ἱερὸν ἵδρυται τοῦ Ὀδυσσέως ἡρῷον.* Sed vel sic non video magnum fuisse Ulyssis apud Graecos honorem, nec nisi gravissimis argumentis refutatus eo adducar ut credam, eum in illorum heroum numero fuisse, qui in sacro umbilico terrae colebantur, licet Demetrio Phalereo auctore aliquando fuerit Delphis cum Menelao (Eustath. ad Odyss. *γ*, p. 1466. 54.). Ceterum quod Boeckhius nott. critt. p. 540. init. Ulyssem hoc loco nominat, manifeste non vult Ulyssem Delphis cultum fuisse nec Delphos venisse; sed illud tantum significare voluit, *τεθνακότας βοαθόους* ex sua sententia debere esse illos, *inter quos* fuerint ii, de quibus ante dictum erat, Aiax et Ulysses, hoc est *ipsos heroes Troiam olim obsidentes indeque reduces:* quum enim Aiax et Ulysses supra nominati essent, inde Boeckhius putabat facilius etiam illud *τεθνακότων βοαθόων* ad *heroes eorum socios* referri posse. Nec quidquam aliud se velle addito etiam Aiacis nomine docuit; nam quum remittat ad vs. 26. ubi de caeso sua manu apud Troiam Aiace legitur, satis liquet Boeckhium neque de Ulysse neque de Aiace Delphos profecto cogitasse. Ego tamen eatenus dissentio, quatenus non solos, qui ad Troiam pugnarant, heroes intelligo. Patet enim, de iis dici heroibus, quos fama fert, dum viverent, Apollinis adorandi causa aliquando fuisse Delphis, puta alium alio tempore, quemadmodum de Agamemnone narrat Homerus Odyss. *ϑ*, 80. unde iis tamquam *ξένοις* communia haec *ξένια* instituta. Sic enim explico verba: *τοὶ παρὰ μέγαν ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου μόλον χθονός, qui Delphos venerunt deum adoraturi.* Nam ut sic hoc interpreter, moveor etiam sequentibus verbis: *ἐν Πυθίοισι δὲ δαπέδοις κεῖται — Νεοπτόλεμος,* quod est: *Delphos non venit tantum aliquando sed etiam mansit ibi sepultus Neoptolemus.* Venit autem Neoptolemus Delphos deum honoraturus sacrificiis; similem igitur ob causam necesse est venerint etiam ceteri aliquando heroes ibi culti, siquidem hoc tantum discriminis video interesse, quod illi discesserunt rursum, Neoptolemus vero etiam mansit, ad maiora destinatus. Sic igitur illa verba: *τοὶ — μόλον,* satis expedita videntur. Quum enim poeta mox dicturus sit, Neoptolemum dei adorandi causa Delphos venisse, hoc sic praeparat, ut eos honorem habere dicat, quos deus honoret, quum templum suum adierint; Neoptolemum vero etiam retentum esse ibi, quum venisset simili consilio. Denique vides, cur de iis solis heroibus hic cogitari nolim, qui forte post Troiam eversam Delphos venerint. Nam inter hos non potuit esse Aiax, Troia non reversus; at Aiacem etiam cultum Delphis, persuasum habeo propter antecedentia. Nam quum Pindarus Ulyssi opponat heroes Delphis cultos, si neges Aiacem inter hos fuisse, evertas universam poetae argumentationem. Quum igitur excellentissimi heroes, ut equidem censeo, Delphis colerentur, isque honos maximus esset heroum Graecorum ob insignem Delphici oraculi auctoritatem, senties iam mecum eximiam vim huius loci, unde et antecedentia omnia pendent et proxime sequentia;

www.libtool.com.cn

quemadmodum enim meae explicationes hoc loco tamquam fundamento nituntur, ita Pindarum quoque dixerim, nonnisi post hanc sententiam inventam cetera omnia, quae inde a principio vidimus et mox legemus, scribere potuisse. Atque haec quidem hactenus; quibus etiam Boeckhium assentiri gaudeo. Addenda sunt reliqua. *Τιμὰ* cum vi positum, siquidem eorum nunc dicitur esse heroum, quos deus Delphicus sollemnibus *ξενίοις* institutis prae ceteris distinguere voluit. *Ἄβρὸν λόγον*, ut *κῦδος ἀβρὸν* Isthm. I, 50. Olymp. V, 7. *λόγον* dicendum nunc erat non *κῦδος*, quum opponat *λόγον* horum heroum a deo ornatum *λόγῳ* Ulyssis ab Homero aucto. De voce *βοαθόων* Hermannus in Heynii novissima editione scribit: „*Βοηθόος* est is qui ad clamorem accurrit. Inde *βοηθεῖν* auxilio venire clamantibus; unde recentior forma *βοηθός*. *βοηθόοι* simpliciter de viris fortibus dictum esse valde dubito." Sane negari nequit, etiam apud Homerum Iliad. *ν*, 477. *ρ*, 481. *βοηθόον* posse verti, *auxiliatorem*, quum in altero Aeneas auxilio veniat, in altero currus in auxilium adhibeatur. Quare fateor dubiam esse alteram vocis significationem; nolo tamen quidquam affirmare fidentius. Ex Hermanni ratione vertendum erit: *Quorum deus auget gloriam mortuorum auxiliatricem*, h. e. ut iis adsit testis virtutis, quod hoc quidem loco et propter Aiacem et propter Neoptolemum non incommode dictum videbitur, quorum uterque iniurias expertus erat, alter contemptus a Graecis ante Troiam, alter sacrilegii fama laborans. Ac saepe monemus, Pindarum huiusmodi sententias generales ita conformare, ut eas imprimis accommodet iis, propter quos dicuntur (cf. supra ad vs. 4.). Quare non ieiunam dixerim vocem *βοηθόον*. Tamen nihil hic pro imperio decerno. *Ὀμφαλὸν χθονός*, Pyth. VI, 3. Sophocl. Oed. R. 480. 925. Strab. libr. IX, p. 419. fin. Eurip. Orest. 584. Carol. Odofred. Muellerus de Tripode Delphico p. 15. suspicatur proprie sacrum foramen in adyto templi habitum fuisse *ὀμφαλόν*. Ceterum facile liquet, consulto haec sic ornatius extulisse poetam. Addo sequentia: *Ἐν Πυθίοισι δὲ δαπέδοις κεῖται, Πριάμου πόλιν Νεοπτόλεμος ἐπεὶ πράθεν, in Pythio autem solo sepultus iacet Troia Neoptolemus eversa*, insigni collocatione verborum, ut et verbum *κεῖται* vim suam habeat et substantivum *Νεοπτόλεμος*. Nam sensus: *in Pythio autem solo ut etiam sepultus esset, Neoptolemo contigit.* Fuit autem *ἐν τῷ ἱερῷ περιβόλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος* prope ipsum templum sepulcrum Neoptolemi cum septo, prodeuntibus e templo a manu sinistra. Cf. Pausan. X, 24, 5. Hinc Pindarus in sequentibus dicit: *ἔνδον ἄλσει παλαιτάτῳ θεοῦ παρ' εὐτειχέα δόμον*. Narrat Scholiastes ad vs. 62. primum eum sepultum fuisse *ὑπὸ τὸν οὐδὸν τοῦ νεώ*, mox a Menelao in alterum sepulcrum translatum. Pergit poeta: *ὃ δ' ἀποπλέων Σκύρου μὲν ἅμαρτε, πλαγχθέντες δ' εἰς Ἐφύραν ἵκοντο.* Fuit insula Scyros sita ante Magnesiam; cf. Strabon. IX. p. 436. fin. Plura de ea v. ap. Wass. ad Thucydid. I, 98. De Achille in Scyro agit Heynius ad Apollod. Observatt. p. 316. et ad Iliad. *ι*, 664. Neoptolemum in Scyro nutritum iam tradit Homerus Il. *τ*, 326. Inde Troiam ductus post Achillis mortem res praeclaras gesserat, de qua re antiquissimus locus est ap. Hom. Odyss. *λ*, 508 seqq. Primae eius fuerunt partes in Troiae excidio; imprimis nobilis Priami caedes, de qua v. Boettig. Archaeolog. Pictur. p. 330. De reditu Neoptolemi diversae fuerunt traditiones. V. Meziriac Commentaires sur les Epîtres d'Ovide Tom. II. p. 302 seqq. In Phthia regnantem significat Homerus Odyss. *δ*, 9. eodem Troia profectum exhibet eum Euripides Troad. 1126 seqq. atque etiam in huius fabula Andromache scena est in Phthia. E Molossia in Phthiam proficiscitur apud Dictyn Cretens. VI, 7. ac fortasse Neoptolemus fuerat alterius Dodonae in Pelasgiotide conditor, ducta huc colonia ex Epiro, uti censet Mueller. Aeginet. p. 159. E Scyro Spartam venit ad Hermionen ducen-

www.libtool.com.cn

dam ex traditione apud Pausan. III, 25. In Epirum, spreto in Thessaliam reditu, Troia profectum Neoptolemum narrat Pausan. I, 11. II, 23. Tradit idem Iustinus XVII, 3. aliique, quamquam non eodem modo. Auctor *Νόστων* apud Proclum in Bibliothec. Vet. Litterat. et Artis T. I. p. 40. terrestri itinere eum in Molossiam venisse cecinerat; tradunt idem Apollodorus Fragment. ap. Heyn. p. 486. et Servius ad Aeneid. III, 327. Quidam per Thraciam eum crediderunt iter fecisse, Hygin. Fab. 193. Tamen ex aliorum opinione mari Thessalico traiecto hinc, navibus accensis, pedibus in Epirum venit, cf. Eustath. ad Odyss. *γ*, 189. Plerique vero maritimo itinere in Molossiam delatum tradiderunt, quos sequitur etiam Virgilius Aen. III, 327. ubi v. Heyn. Excurs. XII. Atque hoc secutus est etiam Pindarus, narrans eum petiisse Scyrum, inde tamen ablatum venisse in Molossiam. *Ephyra* est Epirotica s. Thesprotica, de qua v. Strab. VII, p. 324. Commemorant eam urbem saepius scriptores; cf. Heyn. ad Hom. Il. *β*, 659. *Ἶκόντο*, ipse cum sociis, mutato verbi numero. Non absimile exemplum Odyss. *δ*, 520. Molossiae et ipse Neoptolemus et posthac *omni tempore* eius genus imperasse dicitur: Molossorum enim reges Aeacidae; cf. Strab. VII, p. 324. Accuratiora docent Pausan. I, 11, 1. Plutarch. Pyrrh. 1. etenim post Neoptolemum filius Molossus regnum suscipit ab Heleno traditum; ex Molossi autem fratre Pielo reliqui sunt reges, inter quos a Neoptolemo aetate quintadecima fuit Tharypas circa Olymp. 85. sub quo Epirus Graeco cultui assuevit. Huius filius Alcetas genuit Arybbam: ex quo Aeacides natus pater Pyrrhi regis celeberrimi. Adde Iustin. XVII, 3. et intpp. In horum ditione etiam Dodona. *Φίρεν*, habuit; cf. ad Nem. III. 17. *Κτίσατα* s. *κτίσανα ἀκροθινίων* sunt *ἀκροθίνια* s. ea quae ex manubiis elegerat, ut *ἀκροθίνια* essent Apollini. Explicationes vocis *ἀκροθίνια* collegit Wetsten. ad Hebr. VII, 4. *Τροΐαθεν ἀκροθινίων*, h. e. Troia reportatorum. Iam pergit poeta: *ἵνα χρεῶν νιν ὑπὲρ μάχας ἔλασεν ἀϊτιτυχόντ' ἀντὶρ μαχαίρᾳ*, de quo loco explicatius dicendum est. Constans erat traditio Neoptolemum Delphis esse occisum; cetera diverse narrabantur. Pleraque pars tradidit eum occisum esse a Machaereo, sacerdote Delphico, ad aram. Cf. praeter Scholia Pausan. IV, 17, 3. X, 24, 4. Strab. IX, p. 421. Pherecyd. Sturz. p. 224. Eustath. ad Odyss. *γ*, p. 1479. Vulgatior rei causa haec videtur esse tradita. Constat Apollinem Achilli mortis auctorem fuisse, cf. Heyn. ad Iliad. *χ*, 359. Hinc narrabant Neoptolemum, Troia eversa, Delphos profectum, ut Apollinem de caede patris postularet, aut etiam templum diriperet. Cf. locos citatos. Atque hoc est pervulgatum illud *ἱεροσυλίας* crimen; ipsam Pythiam caedem Neoptolemi imperasse narrat Pausan. I, 14. Apollinem postulatum venisse Delphos Neoptolemum etiam a tragicis traditum est, ut ab Eurip. Orest. 1657. Andromach. 51. quamquam hi aliam de morte narrationem habent, Orestem caedis auctorem facientes ob Hermionen. Hoc enim a tragicis maxime exornatum videtur ut suis fabulis aptius, cf. Corayum ad Heliodor. *Σημειώσ.* p. 108. quare a nostris disputationibus hoc alienum est. Hic unum ut moneam restat, videri etiam illud traditum a quibusdam, Neoptolemum non hostili animo sed deo sacrificaturum venisse Delphos, atque ibi occisum forte orta rixa cum sacerdotibus; neque enim credam hoc fingere potuisse Pindarum, nisi etiam hoc in fabulis antiquis fuisset. Ceterum cf. Meziriac. Comm. sur les Epîtres d'Ovide T. II. p. 306. etiam de caede Neoptolemi disputantem, et Heyn. Excurs. XII. ad Aen. III. His praemissis propius accedimus ad Pindari narrationem. Dixerat poeta in paeane Delphis facto, periisse Neoptolemum ibi, *ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιρίαν περὶ τεμᾶν*, cf. Scholia ad vs. 94. h. e. *pugnantem cum sacrificulis de portione carnium iis debita.* Debebatur enim in sacrificiis certa pars carnium sacerdotibus, atque hae sunt *μοιρίαι*

www.libtool.com.cn

τιμαί, de quibus pugnatum esse dixerat Pindarus. Haec verba graviter reprehenderant Aeginetae, narrante Scholiasta, qui quum nonnisi haec verba afferat ut causam reprehensionis, persuasum habeo nihil praeter haec verba in illo paeane lectum esse quod huc pertineret. Nam si alia ibi addita fuissent similia his quae hoc loco addit Pindarus, locum non potuisset habere Aeginetarum reprehensio; sin legebantur ibi plane contraria iis quae hic dicit, temere contradixisset sibi Pindarus, nec potuisset etiam optima narratione substituta crimen ibi a se commissum diluere. Quum igitur nonnisi haec verba in disceptationem venerint, quaeres, quid tandem tantopere displicuerit Aeginetis in iis. Neoptolemus an sacerdotes deliquerint maxime, ex Pindari verbis certo non liquet, qui consulto de hac re censendus est dixisse ambigue. Nam si Neoptolemus iure debitam portionem carnium recusavit, sane is fuit in culpa, rixaeque verus auctor; sin sacerdotes cupidius plus carnium quam fas erat, tanquam sibi debitum, rapuerant, hi egerant iniuste. Aeginetae tamen haud dubie prius significari statuebant, censentes Neoptolemum dici pravae rixae auctorem. Dico, haud dubie; nam si alteram interpretationem secuti essent, non habuissent quod reprehenderent. Sed hoc in promptu est; difficilior altera quaestio, quomodo *ἱεροσυλίας* crimen in his verbis invenerint. Duo video quae responderi possint. Aut enim hanc ipsam iniustam carnium debitarum recusationem et ereptionem habebant pro *ἱερωσυλίᾳ* quadam. Dices hoc esse contra usum verbi, quum strictissimo sensu sacrilegium sit rerum deo in templo consecratarum. Hermogenes Partition. rhetor. p. 18. *Ἔστι γὰρ στάσις ὁρικὴ, ὀνόματος ζήτησις περὶ πράγματος, οὗ τὸ μὲν πέπρακται, τὸ δὲ λείπει πρὸς αὐτοτέλειαν τοῦ ὀνόματος. Οἷον, ἐξ ἱεροῦ ἰδιωτικά τις ὑφείλετο χρήματα, νόμου κελεύοντος τὸν μὲν ἱερόσυλον τεθνάναι, τὸν δὲ κλέπτην διπλᾶ διδόναι, ὡς ἱερόσυλος ὑπάγεται, ὁ δὲ κλέπτης εἶναι λέγει. ἐὰν γὰρ προστεθῇ τὸ, καὶ ἱερὰ εἶναι τὰ χρήματα, σαφὴς γε οὕτως ἱερόσυλος, καὶ οὐκέτι ἔχει τὸ πρᾶγμα ζήτησιν.* Attamen si Aeginetae censebant carnes istas, quamquam privato usui sacerdotum destinatas, nihilo secius sacras fuisse, utpote iure sacro debitas templo s. templi ministris, videntur sic *ἱεροσυλίας* crimen in illis verbis potuisse invenire. Sed, nisi fallor, praestat omnino altera ratio haec, si statuimus, Aeginetis non ipsam pugnam de carnibus per se *ἱεροσυλίαν* visam, at consilium *ἱεροσυλίας* a Neoptolemo meditatae creditum esse ea pugna narrata a Pindaro tecte significatum. Quum enim Pindarus dixisset de carnibus pugnatum cum sacerdotibus a Neoptolemo, fortasse credebant significatum eo esse hostilem Neoptolemi animum, quasi lites quaesivisset cum sacerdotibus, ut sic iustiorem etiam causam habere videretur templi aggrediendi. Atque hoc voluisse videtur Aristodemus in Scholiis ad vs. 150. *ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἰπεῖν τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφούς.* Sic enim res convenit cum vulgari traditione, ex qua in meditata templi direptione *ἱεροσυλίας* illud crimen inest, cuius Neoptolemum fama accusabat. Videamus nunc Pindari defensionem, quae plane cum his convenit. Explicat is brevius illud dictum suum sic ut appareat plane nullam inesse calumniam. Narrat igitur primo loco Neoptolemum non venisse hostili animo ad templum, sed ut belli Troiani manubias deo offerret. Hoc non scriptum erat in illo paeane; neque tamen contrarium legebatur ibi; sic nunc recte poeta significat, iam tum hanc fuisse mentem suam. Deinde ponit id quod in reprehensionem venerat, narrationem dico de Neoptolemi caede. Dicit igitur: *Occidit eum cultro vir Delphicus, quum forte pugna exorta esset de carne victimarum.* Credat aliquis dictam esse *μάχαν κρεῶν* ut *ἔριν ἀρνὸς* Eurip. Orest. 810. *certamen regni* Liv. XXI, 31. et *ἀντιτυχόντα κρεῶν ὑπὲρ μάχας* idem fere significare quod *μαχόμενον*

www.libtool.com.cn
ὑπὲρ κρεῶν, seu ut in paeane dixerat, μαρνάμενον μοιριᾶν περὶ τιμᾶν. Tamen praestat opinor, quod etiam Boeckhius unice probat, hoc: ἀντιτυχόντα μάχας ὑπὲρ κρεῶν; scripsit enim Boeckhius ὑπὲρ, non ὕπερ, quod intercedente inter casum et praepositionem vocabulo aliquo accentum non retrahi praecipitur. V. Wolf. Praef. Odyss. ed. sec. p. XXVI. Μάχας ἀντιτυχεῖν comparari potest cum locutione ἀντιάσαι πολέμου, ἔργων, πόνου, apud Homerum obvia, nisi quod ἀντιάσαι in Homericis locis est *de industria adire*, ἀντιτυχόντα μάχας autem *casu implicitum rixae* significat, quod vides quam aptum sit huic loco. Dicit igitur poeta idem quod in paeane dixerat, et debebat idem dicere, ut sibi constaret, neve videretur aliud hic dicere quam in paeane dixerat. Tamen μοῖραι τιμαὶ exquisitius dictae et suavius in carmine Delphis canendo; alterum simplicius et clarius, eamque ob causam hoc loco aptius. Illud tamen prudenter poeta mutavit, quod pro μαρνάμενον, quod commodius erat in paeane apud Delphos canendo, nunc dixit ἀντιτυχόντα μάχας, quod huius carminis rationi convenientius. Quamquam igitur etiam hic non indicatum est, utrius maior fuerit in rixa ordienda culpa, sacrificuli an Neoptolemi, hic tamen satis nunc excusatur eo quod casu dicitur ei rixae implicitus. Sed hoc nunc leve est. Quum enim ostenderit poeta, non venisse Neoptolemum hostili animo nec cum ἱεροσυλίας consilio, etiam hoc in promptu est, eum noluisse iniuste agere quum de carnibus litigaret; ac poterant et sacerdotes et Neoptolemus sibi recte agere videri in illa rixa ordienda; quare neutra pars hic diserte laeditur. Illud vero dubitare licet verba: ἔλασεν ἀνὴρ μαχαίρᾳ, num similiter lecta fuerint in paeane. Scholiastes refert dixisse Pindarum, Neoptolemum ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιριᾶν περὶ τιμᾶν ἀπολωλέναι, unde coniicio Pindarum in paeane consulto hoc obscurius significasse, non ut negaretur quod inter omnes constaret, sed ne audiretur ibi tristior vox. Contra in hoc carmine aptius erat alterum. Tamen vide quomodo nunc etiam hoc tractet. *Molestissime rem tulerunt Delphi hospitales.* Hoc et propter Neoptolemum et propter Delphos dictum est. Non meruit mortem Neoptolemus nec violaverat ius hospitii; nam improbarunt Delphi caedem. Ab altera parte etiam Delphi honorantur hoc dicto, qui ius hospitii laesum aegre ferebant; ac doluisse eos negari non poterat, quum quotannis inferias ferrent Neoptolemo (cf. Pausan. X, 24, 5.). Scio a Pausania narrari I, 4, 4. usque ad bellum Gallicum non habitum in honore Delphis Pyrrhi sepulcrum ut hostilis viri, sed inde ab eo tempore demum ἐναγισμοὺς ei offerri coeptos; tamen equidem de veritate huius narrationis vehementer dubito, et dubitarunt, puto, iam alii. Neque enim solum impudenter mentitus esset Pindarus, si etiam tum plane contemptum fuisset Neoptolemi sepulcrum a Delphis, sed etiam universa huius, in quo iam diu versamur, loci argumentatio plane inepta esset et absurda. Nam quum honos sit, quos deus honorat apud se Delphis, heroibus, ut supra vidimus, idque propter ipsum Neoptolemum dictum sit, quomodo tandem hoc verum est, si plane non habebat honorem Neoptolemus Delphis? Quare aut inanes nunc ipse fictiones loquitur, qui modo Homerum eo nomine reprehendit, et pessime mendax est in carmine ubi fidem suam defendit, aut concedi debet certo fundamento niti eius demonstrationes. Quae quum ita sint, et ἐναγισμοὺς Neoptolemo oblatos iam tum censeo, nec in ξενίοις heroum nomen eius auditum esse dubito. Atque haec quidem de his. Denique poeta fatalem mortis causam explicat. Non poterat displicere haec explicatio Delphis, qui sic etiam sacerdotis illius culpam levatam viderent, quum fatali necessitate coactus esse videretur: ad Neoptolemi autem honorem nihil potuit excogitari magnificentius. Haec quoque non lecta esse in illo paeane non est quod moneam. His expositis abunde

www.libtool.com.cn

iam liquet, quomodo poeta in hoc loco tractando versatus sit. Non negat quod in paeane dixerat, nec potèrat negare, sed hoc agit, ut quum tristi verborum specie decepti Aeginetae *ἱεροσυλίας* crimen iis significatum opinarentur, mentem suam accuratius explicet, ostendatque quae fuerit vera sententia sua, quum illa scriberet. Calumniam igitur plane nullam inesse, sed fati de Neoptolemo decreta se significasse honorificentissima, qualia nunc exponat. Diximus explicatius de hoc loco, ne quid neglexisse videremur, quod ad eum penitus perspiciendum pertineret. De ceteris vix est quod moneam, quum pleraque iam in antecedentibus illustrata sint. *Ἡρωΐας πομπὰς* quales intelligam, supra dixi; nunc iterum moneo, ne confundas eas cum *ἐναγισμοῖς* Neoptolemo quotannis oblatis, neve, quod etiam Boettigero accidit Archaeolog. Pictur. p. 302. cum illa *θεωρίᾳ*, quam Aenianes quarto quoque anno Delphos mittebant Neoptolemi causa, de qua constat ex Heliodori loco supra indicato. De verbis *εὐώνυμον ἐς δίκαν* dixit Boeckhius meus in nott. critt. *Τρία ἔπεα διαρκέσει*, nota formula, cf. Erasm. Adag. IV, 4, 84. *Ἔργματα* sunt certamina, ut supra monitum, post pompam instituta in honorem eorum ipsorum heroum, quibus *ξένια* habebantur. Neoptolemus fuit universae sollemnitatis praeses, ergo etiam ludorum. Iam poterat poeta dicere sic: Ac facit Neoptolemus, quod ei mandatum est, iustus his pompis praeest. Tamen ne alteram sollemnitatis partem, ludos dico, taceret in carmine certamina celebrante, maluit sententiam conformare sic: *Pauca verba sufficient: Non mendax ille testis certaminibus praeest;* unde intelligitur quomodo etiam alteri sollemnitatis parti praesit. Sic enim ego haec explicanda existimo. Inest iam sententia ea, quam solam addere debebat: *Ac praeclare exsequitur Neoptolemus munus sibi mandatum.* Quam falsa sit *ἱεροσυλίας* criminatio, clarissime liquet eo quod Neoptolemus ad tuendam iustitiam unus omnium a deo electus est, et quod hoc munus plane exsequitur ad dei voluntatem; unde vides consulto poetam congessisse haec verba, *θεμίσκοπον, εὐώνυμον ἐς δίκαν, οὐ ψεῦδις ὁ μάρτυς*. Simul inest exquisita laus ipsius sollemnitatis illius, in qua videmus regnasse modestiam et iustitiam.

Vs. 50—58. Abunde liquet ex iis, quae disputavimus, absolutum esse locum quem legimus; dicta enim sunt omnia a Pindaro quae res postulare videbatur. Quare finem facit et ad alia transit. Quod igitur iam dicit, alia se additurum de Aeacidis, nisi modus esset servandus, ea figura dicendi est, quales etiam alibi ponit tractatis iis, quae tractanda habebat. Cf. ad Isthm. V, 53. Ceterorum Aeacidarum laudes alienae erant ab huius carminis consilio; tamen honoris causa mentio eorum facienda fuit. De sensu verborum vs. 50—52. dixit Boeckhius in nott. critt.; nec multum differt ea ratio, quam ego amplexus sum. Olymp. IX, 86 seq. Pindarus dicit: *εἶην εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ· τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἵσποιτο. προξενία δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μίτραις*. Ut ibi *τόλμα* sic hoc loco *θρασύ* dictum. Atque hoc voluit etiam Boeckhius meus. Tamen constructionem equidem instituerim hanc: *Αἴγινα, θρασύ μοι τόδε, τεῶν Διός τ' ἐγκώμων φαενναῖς ἀρεταῖς εἰπεῖν ὁδὸν κυρίαν λόγων οἴκοθεν*. In hoc *θρασύ μοι τόδε* est pro: *τόλμα μοι ἥδε*. Adiectiva neutrius generis sic pro substantivis poni, e tragicis maxime et Thucydide notum. Cepit ita etiam Schmidius, et probat nunc Boeckhius. Porro *ὁδὸς λόγων* est *genus laudum*, cf. Kuster. ad Aristoph. Equites 1012. Omnino saepe *ὁδὸς* de modo et ratione, cf. Brunck. ad Sophocl. Oed. R. 310. *Εἰπεῖν ὁδὸν λόγων* igitur non durum. Vide locos ap. Kusterum. De constructione *ἀρεταῖς εἰπεῖν ὁδὸν κυρίαν λόγων* compara Nem. I, 7. *Ἔργμασιν νικαφόροις ἐγκώμιον ξεῦξαι μέλος*. Denique de voce *οἴκοθεν* videndum. Si iungas *ἀρεταῖς οἴκοθεν, virtutibus domesticis*

www.libtool.com.cn
s. *genti innatis*, hoc durius videbitur ob collocationem; quare praefero id quod mihi simplicius atque etiam aptius videtur. *Ἀρεταῖς εἰπεῖν ὀδὸν κυρίαν λόγων οἴκοθεν* est: *virtutibus laudem dicere e rebus domesticis petitam.* Cecinerat Neoptolemi laudes, quae habebantur Delphis, in extero solo; nunc dicit: suppetere sibi etiam alias Aeacidarum laudes ex rebus domesticis, quaeque propius pertineant ad Aeginam, veluti de Aeaceo, de ludis Aeaceis quibus praeerant, de precibus olim ad aram Iovis Hellenii factis, et quae sunt alia; quae omnia licet iucundissima auditu futura sint, tamen finem esse faciendum, ne fastidium creetur. Sic *οἴκοθεν* aptissime dictum et collocatum. Iam totum locum verto sic: *Est quidem vis et audacia haec, Aegina, tuorum et Iovis filiorum splendidis virtutibus ut possim dicere insignem laudem domesticam, sed modus tenendus.* Hermannus qui explicat: *arduum sibi esse, iustas Aeacidarum generi laudes tribuere*, obiter hunc locum mihi inspexisse videtur. *Τὰ τέρπν' ἄνθεα Ἀφροδίσια*, ut *τὰ τερπνὰ τὰ Κύπριδος* dicuntur. *Ἄνθεα* sunt oblectamenta; nam et quod pulcherrimum in genere suo et quod dulcissimum dicitur *ἄνθος*. Pyth. IV, 131. dixit *εὐζωᾶς ἄωτον*. Convenit vox *ἀποδρέπεσθαι* de gaudiis Veneris decerpendis usitata. Affert verba *κόρον* usque ad *Ἀφροδίσια* Dionys. Halic. T. II. p. 129. 42. Sylb. voce *ἄνθη* omissa. Sequitur: *φυᾷ δ' ἕκαστος διαφέρομεν βιοτὰν λαχόντες ὁ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλοι*. Credat aliquis nexum esse hunc: Non ferimus diuturnos voluptatum fructus; natura vero etiam diversis oblectamur studiis, alius aliis, quemadmodum Scholiastes comparat Hom. Odyss. ξ, 228. *ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις*. Tamen Pindarus non de diversis hominum studiis hic loquitur, sed de fortuna hominum diversa, et loqui debet, transitum facturus ad Thearionis fortunam. Quare sic interpretor: *Fastidium creant etiam dulcissima. Naturâ vero diversa vitae bona habemus, alius alia, nec potest quisquam unus omnem adipisci felicitatem;* hoc est, *Fastidium creat omnis nimius fructus. Natura vero incommodum dedit hoc, quod diversa fecit vita bona, nec cuiquam uni omnem concessit felicitatem.* Sic duo sibi opponuntur quae molesta sunt: alterum prohibere possumus, si a nimio fructu cavemus; alterum, vitae sortem, mutare non possumus. Neque enim credam poetam plane abrupte ad alium sententiarum ordinem venire, quod videntur censuisse, qui nihil hic explicandum viderunt. *Βιοτὰν* dixit, ut intelligeretur nunc de vitae sorte agi. Deinde neutra posuit, ut Pyth. VI, 21. *τὰ* referendum ad *ἐφημοσύναν*. Similia multa quum apud alios tum apud Platonem; et constat de his constructionibus nunc ex grammaticis. *Τυχεῖν ἀνελόμενον, uni ut contingat, ut omnia consequatur.* *Ἔμπεδον*, h. e. *certe non diu habuit quisquam talem felicitatem.* Adiectum videtur heroum nonnullorum causa, quales Cadmus et Peleus, qui aliquamdiu eximiam habuerant felicitatem. In hoc enim carmine vel imprimis cavere debebat, ne quid inesse videretur minus vere dictum.

Vs. 58—69. Parato per sententias modo lectas transitu iam ad patris Thearionis laudem venit, cui subiungit morum suorum defensionem. *Θεαρίων, τὶν δ' ἐοικότα καιρὸν ὄλβου δίδωσι — φρενῶν.* In hoc *ἐοικότα καιρὸν ὄλβου* interpretor: *aptam copiam divitiarum. Τόλμαν ἁρίσθαι*, audaciam nactum esse, ut *κλέος, ὕδος, δόξαν αἴρεσθαι*, et quod modo vidimus, *εὐδαιμονίαν ἀνελέσθαι*. Porro *τόλμα καλῶν* est roboris fiducia ad res gerendas, ut Nem. X, 30. *τόλμα καλῶν*, ut fere *θράσος πολέμων* Pyth. II, 64. Pro *ἁραμένῳ*, ait Hermannus, participium aoristi secundi, *ἀρομένῳ*, metri causa reponendum. *Σύνεσιν οὐκ ἀποβλάπτει φρενῶν*, non laedit eripitque vim mentis, hoc est, conservat mentis vigorem: senex est enim Thearion (vs. 99.). Iam vides tria commemorari fortunae bona; quare sensus est: *Thearion, te fortuna non paucis eximiis bonis ornavit.* Insignis haec laus, vera haud dubie, tamen etiam de industria

www.libtool.com.cn
sic posita, ut ad sequentes sententias via pateret. Pergit: *Dico haec, uti vera sunt, ex animo meo; hospes sum, quare procul habens invidiam et obtrectationem canam te, tamquam aquae rivos laudem veram ducens ad amicum virum. Accommodata s. debita bonis viris haec merces.* Ξεινός εἰμι, puto Aeginetarum et tuus. Haec comparatio aquae cum laude frequens apud Pindarum. De consilio loci monebo infra; nunc proxime sequentia addenda sunt. Pergit poeta: ἐὼν δ' ἐγγὺς Ἀχαιὸς οὐ μέμψεταί μ' ἀνὴρ Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων· προξενία πέποιθ'. ἔν τε δαμόταις ὄμματι δέρκομαι λαμπρόν. Dubitant interpretes qui sint Achaei Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέοντες. Heynius Siculos et Italos intelligit, Bothius de Asia minore cogitat. Alii cum Scholiis Epirotas significari credunt, opinantes mare Adriaticum dici superius, Ionium inferius, Epirum autem adiacere Adriatico mari, h. e. supra Ionium esse. Vellem hoc idoneis firmassent argumentis; nunc ego nihil horum verum esse iudico. Nata haec omnia inde, quod de sensu praepositionis ὑπέρ non recte statuebatur; quid sit ὑπέρ in huiusmodi locutionibus, e geographis discendum est. Strab. VII. p. 324. ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἔφυρα πόλις Θεσπρωτῶν· τοῦ δὲ κατὰ Βουθρωτὸν, ἡ Φοινίκη. ἐγγὺς δὲ τῆς Κιχύρου πολίχνιον Βουχαίτιον Κασσωπαίων, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὄν. Ibid. p. 326. ἀναμέμικται δὲ τούτοις τὰ Ἰλλυρικὰ ἔθνη τὰ πρὸς τῷ νοτίῳ μέρει τῆς ὀρεινῆς καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ Ἰονίου κόλπου· τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας μέχρι Κεραυνίων ὑπεροικοῦσι. Hinc vides, quod per se consentaneum, regiones mari adiacentes dici ὑπὲρ θαλάττης sitas, quoniam mari altiores sunt, similiterque qui post accolas maris habitant, supra hos habitare dicuntur, ubi terra etiam altius assurgit. Quae quum ita sint, Ἀχαιὸς Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων quis sit, manifestum est. Graecus homo haec verba legens non potuit intelligere alios quam Achaeorum ultimos, Ionium mare accolentes, quales Dymaei. Doceri cupio quis Molossos aut Molossorum reges Aeacidas dixerit Achaeos ad Ionium mare habitantes. Iam verte: *Nec Achaeus, si adsit, Ionii maris accola me vituperabit — et inter cives circumspicio vultu sereno*, h. e. *inter omnes Graecos de fide et integritate mea constat.* Haec clariora erunt, postquam exposuerimus quid sit: προξενίᾳ πέποιθα. Num Pindarus fuit πρόξενος constitutus Dymaeorum? Nescio; nec credo: sed omnino nolim hic cogites de peculiari aliquo προξενίας vinculo inter Dymaeos et Pindarum. Vides enim Achaeorum ultimos hic tantum pro exemplo commemorari, quum non ad hos solos provocet, sed hoc dicat, ab una parte Graeciae ad alteram fidem suam et innocentiam esse cognitam. Requirit igitur sententia maius quiddam, quod non magis ad Achaeorum ultimos quam ad ceteros Graecos pertineat. Quid multa? Nonnisi unum video ab omni parte aptum. Suspicor Pindarum *hospitia gratuita* habuisse per Graeciam, qualia Amphictyones decrevere alio tempore Polygnoto; cf. Plin. Hist. Nat. XXXV, 9, 35. de qua re disputat Boettiger Archaeolog. Pictur. p. 272. Haec igitur nunc προξενίας vocabulo mihi videntur significari. At enim, dices, si publicum aliquod de ea re fuisset Amphictyonum decretum, sciremus de eo aliunde, nec ignorassent hoc grammatici. Quare malit fortasse aliquis usu inductum et privata unius alteriusve civitatis voluntate tributum, quam communi Amphictyonum consilio decretum hunc honorem statuere. Equidem ut in re accuratius non cognita nolo cuiquam meam sententiam obtrudere; tamen quum etiam Achaeorum ultimos non excludat, ignobiliores homines apud quos num usquam versatus sit, dubitare licet, praefero id quod posui ut longe aptissimum. Constat maximum fuisse Pindari apud Delphos et inter Graecos honorem; quidni igitur etiam hic honos ei decretus fuerit, licet ignorent grammatici? Atque etiam illud sic mihi perspicere videor, cur Achaeos potissimum commemorave-

www.libtool.com.cn

rit. Quum enim, ut iam monuimus, hoc agat ut ad universae Graeciae testimonium provocet, oppositas Graeciae regiones memorat, Thebas patriam urbem, in orientali Graeciae parte sitam, et oppositam in occidentali latere terram. Non poterat nominare Acarnanes et Aetolos, apud quos non habebat hospitia gratuita, nec Epirotas, barbaras gentes; nec Eleos reperio fuisse in Amphictyonum concilio; de Messenia denique Spartanis serviente ne opus quidem monere. Unice igitur apti Achaei, omnium per occidentalem Graeciae tractum habitantium hominum populus a principio Amphictyonum concilio adscriptus; quare hos nominat. Atque haec quidem de his dicenda habui. Disputandum nunc de *causa* horum dictorum. Censet Heynius non esse hoc loco cogitandum de reprehensione ista, quam ob Neoptolemum expertus erat poeta; sed deprecari eum in victoris laudibus effusis suspicionem nimii studii et mendacii atque etiam invidiam popularium, ne credant se cum obtrectatione tantam laudem Thearioni impertire. Non plane assentior. Sane Pindarus nunc versatur in laudibus Thearionis, et propter has potissimum dicere videtur quae dicit; sed quid est quod tam gravibus verbis causam suam agit, ad universam Graeciam provocans, in reprehensione quae nondum prolata erat, quam metuit tantum? Abrumpit Pindarus passim victorum laudes, propter invidiam hominum, ut ait, aut fastidium metuens, sed facit hoc, ut par est, uno verbo; nusquam sic data opera se defendit. Quippe in re levi caelum et terram movere est ridiculi hominis et inepti. Immo plane non dubium, criminationes ab eo respici, quibus tum maxime laborabat, nec leves eas sed gravissimas, quas maxime cupiebat refutare; ne multa, dicta haec sunt omnia per totum hunc locum eodem consilio, quod priori carminis parti subest. Etenim Pindarus, ut supra iam indicatum, ab omni parte refutaturus iniustas Aeginetarum de impietate adversus Neoptolemum a se commissa criminationes, postquam ostenderat in istis de Neoptolemo a se dictis plane nihil inesse impii, nunc etiam mores suos defendit, contendens omnino se plane alienum esse a calumnia et maledicentia, ut qui neminem laedat, etiam sic constet eum non potuisse laedere Neoptolemum. Facit autem etiam hoc tectius, huic maxime loco defensionem intexens. Ponit igitur primum Thearionis laudem eximiam, veram haud dubie, sed tamen etiam consulto sic enunciatam uti facit, ut locus esset horum, quae addenda censebat, dictorum. Post laudes enim subiicit, se ex animo haec dicere; hospes quum sit, procul se habere odia civium, nec invidiam in se esse iustis hominum laudibus obtrectantem, sed apud omnes Graecos de integritate sua constare, et quae sequuntur. Profecto qui semel in re magna verborum suorum iniustam interpretationem expertus est, eum non miramur si, ubi iterum aliquis eiusdem urbis canendus est, eorundem hominum calumnias timet easque praecavet. Unde fit ut iure nunc Pindarus videatur ad haec venire; atque hoc voluit. Quum enim poesis, ut supra significavit, sit illustre non magis quam sincerum virtutis speculum, etiam hoc ipsum carmen hasque ipsas laudes e sincero animo profectas recte affirmat; tamen prima causa, quare ad has explicationes de poesis ratione et de moribus suis descendit, manifesto est gravis ista Aeginetarum reprehensio, quam ab omni parte refutans effecit, ut et ista vituperia vana esse appareret et de huius ceterorumque omnium carminum suorum vera ratione non debeat dubitari a quoquam. Hinc igitur universi huius loci praestantia apparet. Hinc gravia omnia hic et nervosa; fidenter loquitur, sed sine vanitate et arrogantia; nam hoc uno loco, si usquam alibi, poterat et debebat ita loqui. Fidenter dicit, *οὐ μέμφεταί με,* fidenter etiam, *δίρκομαι λαμπρόν,* qui nil sibi consciat nullaque pallescat culpa. Quare etiam aptius hoc quam si dixisset, *οὐ κρύπτω φάος ὀμμάτων,* cf. Nem. X, 40. Addit *οὐχ*

ὑπερβαλὼν, h. e. moderatus, neminem laedens. Ὑπερβάλλειν est *modum excedere*. Quare ut saepe dicitur μέτρον ὑπερβάλλειν, ita τὰ ὑπερβάλλοντα opponuntur τοῖς μετρίοις. Hinc ὑπερβάλλειν significat etiam ὑβρίζειν, ἀδικεῖν, ut ὑπερβολία est ὕβρις, ἀδικία; cf. Hesych. Hoc loco poeta ipse explicat, addens βίαια πάντ' ἐκ ποδὸς ἐρύσαις. Quemadmodum dicitur: ἔργων ἀδίκων ἐκτὸς εἶναι ut ap. Theognid. vs. 744. et πημάτων ἔξω πόδα ἔχειν Aeschyl. Prometh. vs. 263. sic βίαια πάντα ἐκ ποδὸς ἐρύειν videtur esse: violenta quaevis a pede removere, ne intres iisque impliceris. Denique addam reliqua. Χρόνος, vita, notante Hermanno ad Pyth. V, 121. Sensus: Utinam etiam quod restat vitae tempus laetum accedat, h. e. faxit deus ut etiam per reliquum vitae tempus conservem animum virtutis conscientia laetum. Verba Μαθὼν δέ τις ἂν ἐρεῖ — ἐννέπων, credas vertenda esse: Intelligentes iudicabunt, num ad carmina accedam vituperia loquens. Tamen Scholiastes explicat, εἰ παρὰ τὸ προσῆκον λέγω, et hoc unice verum, etiam Boeckhio iudice. Παρὰ μέλος ἔρχεσθαι est πλημμελεῖν, recedere ab harmonia sonorum, inconcinna et dissona loqui, ἀναρμόστως et ἀμούσως, quod facit etiam is, qui non γλυκὺν et πραῦν sed ψόγιον ὄαρον ἐννέπει. Ac notum παρὰ μέλος εἰπεῖν, φθέγγεσθαι, ᾄδειν, *inconcinne, incomposite, absone loqui*, Plat. Critia p. 106. B. Legg. III, p. 696. D. Lucian. Eunuch. c. 2. Plutarch. Themistocl. 5. Sic etiam participium praesentis ἐννέπων plane convenit. Μαθὼν autem est *causa cognita, re explorata*, referendum ad hoc ipsum εἰ πὰρ μέλος ἔρχομαι. Iam verte: *Qui rem probe exploraverit, dicat num extra numerum melodiae incedam* (incedere soleam) *malignum cantum fundens*. De moribus enim suis per Graeciam usu cognitis ante dixit; huc igitur μαθὼν trahi non potest nec debet, si me audis. Alioquin ieiunam facies hanc ultimam sententiam et franges eximiam vim verborum antecedentium. Potius nunc provocat etiam ad id quod unum restabat, ad carmina sua et ad testimonium eorum, qui causam probe cognoverint. Inde enim nata erat etiam Aeginetarum reprehensio. Ac quis non assentiatur Pindaro carminum horum divinorum accuratus lector? Habes iam omnia quae nobis ad hunc locum explicandum facere videbantur. Veniendum est ad *laudes Sogenis*, in quibus ultima, quae restat, carminis pars versatur.

Vs. 70—79. Parat poeta Sogeni coronam singularem pro insigni victoria: *Sogenes, deiero me non ultra terminum egressum concitaturum linguam ut iaculum aereum, quod non sudantem a lucta cervicem ante fervidiores solis radios dimisit. Si labor est, at plus voluptatis consequitur. Sine me. Victori quidem, si altius elatus vociferor, laudes debitas non piget persolvere. Ac nectere coronam facile; exspecta; parat Musa coronam ex auro, ebore et coralio.* Accedimus ad explicationem horum verborum. Poeta antequam ipsam, quam Sogeni parare vult, coronam indicet, praemittit ea quae inde a vs. 70—78. leguntur. Ad antecedentia enim haec trahi nullo modo possunt, sed nisi magnopere fallor, dicta sunt omnia propter ipsam illam singularem, quam parat coronam, eamque praenunciant; in quo consentientem Boeckhium habeo; v. nott. critt. Hoc igitur pro fundamento est explicationis nostrae. Hinc vides, cur verterim: deiero me non ultra terminum egressum celerem concitaturum linguam, futuro tempore, quemadmodum etiam Boeckhius intellexit; Hermannus autem, qui in novissima Heyniana editione vertit: Deiero me non terminos egressum aerei iaculi instar celerem concitasse linguam, aut obscurius locutus est aut a vera loci ratione aberravit. Iam igitur Pindarus dicit hoc, se non modum veritatis excessurum in eo quod dicturus sit; hoc enim est ultra terminum egressum concitare linguam, ut sic quam celerrime opera canendi defungatur. Quemadmodum faciunt qui, ne multa dicere opus sit, audacia

www.libtool.com.cn

paucorum verborum etiam non verorum copiosae laudis molestiam declinant. Hoc, quemadmodum alibi in huiusmodi rebus facit, exprimit comparatione ex eo certaminum genere desumpta, in quo victor excellebat, qui quum quinquertio vicisset, etiam iaculandi peritissimus erat. Non faciam, ait, quemadmodum in quinquertio qui immenso iactu terminum longe superantes adversarium ab ultimo certamine, lucta, deterrent atque ita ab ulteriore labore liberantur, antequam in fervidiores solis radios incidant. Quamquam enim ultra terminum iaculari per se gloriosum erat, tamen hoc tentatum videtur etiam ea de causa a certantibus, ut sic adversario deterrito *ἀνιδρωτὶ* et *ἀκονιτὶ* vincerent. Non videtur mihi hoc fecisse Sogenes, sed omnia proposita certamina eum credo strenue exsecutum, quo posito simul tectam laudem habebimus Sogenis et causam idoneam huius a poeta adductae comparationis. Sequimur igitur Boeckhium nostrum in eo, quod ille de ordine certaminum quinquertii disputavit in notis criticis et quod monuit, factum passim, ut quum aliquis prioribus quattuor certaminibus vicisset, imprimis vero iaculum ultra terminum proiecisset, deterritus antagonista luctam deprecaretur. Atque hoc nunc etiam Hermannus probat: de ordine ludorum loco Pausaniae (III, 11, 6.) Boeckhius addit Herodot. IX, 33. Xenoph. Hist. Gr. VII, 4, 29. et diversa tradentem Eustathium ad Iliad. *ψ*, p. 1320. 18. item Pausan. V, 7. extr. ubi quod saltui accini Pythicum canticum dicatur, id eo pertinere notat, quod saltus certamen in pentathlo primum fuerit: idem ob *αἴθωνα ἅλμον* apponit Pausan. VI, 24, 1. ubi Hellanodicae dicuntur *εἰσιέναι μεσούσης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸ πένταθλον καὶ ὅσα βαρέα ἄλλα ὀνομάζουσιν.* Haec quidem de ludorum ratione. Illud tamen nunc Hermannus mihi recte perspexisse videtur, quod verba *ὃς ἐξέπεμψεν — ἐμπεσεῖν,* non ad Sogenem pertinent, sed comparationis antecedentis pars sunt, h. e. universe dicta accipi debent. Hoc mihi placet propterea, quod sic omnia ad aptiorem redeunt sententiam. Si enim illa verba de Sogene accipis, incommode Pindarus dicet: Deiero me non facturum quod tu fecisti; qui hoc potius dicere debebat: Deiero me non facturum, quod passim faciunt certantes, tu tamen non fecisti. Atque hoc ipsum consequimur altera explicatione probata, quam etiam Boeckhio his ipsis argumentis et iis, quae mox dicturus sum, iam persuasi. Ceterum Hermannus totum locum interpretatur sic: „Deiero, me non terminos egressum, aerei iaculi instar, celerem concitasse linguam, quod non sudantem a lucta cervicem ante fervidiores solis radios dimisit: si labor fuit, plus consequitur voluptatis. Sine me. Si longius feror, victori non piget debitas laudes persolvere. Mens poetae haec est: non ego temere ac levi opera plus iusto te laudo, ut qui in quinquertio iactu longe metam superantes ab lucta adversarium deterrent; iucundius est enim labore victoriam consequi; quare sine me, si longius deduxi carmen." Ita Hermannus. In quibus quid probem, quid improbem, partim iam significatum est, partim infra significabitur. Exposito sensu loci de consilio poetae dicendum. Corona, quam parat, est plane singularis; verendum igitur erat ne videretur modum et veritatem in ea re excedere, iterumque carperetur ab Aeginetis. Quare quum hoc agat per totum carmen, ut nonnisi vera et iusta se canere affirmet, nunc etiam Sogenis laudes hinc orditur, curatque sedulo ut totum hoc carmen vere tale esse videatur, quale in exordio descripsit. Altera causa non minus gravis, opinor, haec est, ne forte, tam insignem coronam parans, etiam Sogenem offenderet, qui si non immodestus erat, non poterat non mirari tam inusitatam laudem, ut verendum esset, ne etiam hic tumidius quam verius haec dicta crederet. His explanatis omnibus, siquis quam accuratissime enunciatam cupiat habere meam de toto hoc loco sententiam, Pindari mentem exponam sic: *So-*

www.libtool.com.cn

genes, accedo tandem etiam ad tuas laudes. Parans autem coronam singularem, qualem eximia virtus tua postulare videtur, praemoneo ne quis secus hoc accipiat. Quamvis videar iaculum iacere ultra terminum, ut post tam multa in hoc carmine dicta laude nunc tua celeriter defungar, iuro me non excessurum modum in eo quod meditor, nec laboris ulterioris fuga immoderata tentaturum. Quemadmodum tu non fugisti laborem luctae, quum certares, iaculo ultra terminum iacto, sed omnia rite et ex ordine peregisti cum sudore et pulvere, sic etiam ego longissime quidem iaculabor, sed non ultra terminum, iactoque iaculo etiam luctam adibo; h. e. *etiam cetera omnia, quae honos tuus postulare videbitur, exsequar quam fieri poterit optime. Si labor est in ea re, at plus voluptatis consequitur,* h. e. *compensabitur labor laetitia laboris bene peracti. Quare sine me facere, quod meditor. Victor es; igitur si forte paullo magis vires intendo, lubens hoc tribuo victori.* Verba *εἴ τι πέραν ἀερθεὶς ἀνέκραγον,* in quibus praeterito utitur de re, quam parat, ut Olymp. VIII, 54. et hoc loco paulo ante vs. 74. in *πόνος ἦν,* ea igitur verba mihi quidem non recte videtur explicare Hermannus: *Si longius deduxi carmen;* quod nec in verbis inest, nec si quid video, sententiae aptum. *Ἀνέκραγον* ut *ἀναβοᾶν, ἀναλάζειν,* est sublata voce clamare, et *πέραν ἀερθεὶς* est: *paullo altius elatus,* quemadmodum haec etiam Boeckhium cepisse video in notis criticis. Spectatur igitur manifesto laus illa insignis, quam meditatur. Et hanc excusare debebat; longitudinis excusatio hic plane aliena est. Pergit poeta: *Ac ne est quidem magnus hic labor; nectere coronas facile.* Tandem accedimus ad *coronam ipsam.* Videndum ante omnia de eius forma, cuius rei miror incuriosos fuisse interpretes. Coronam esse quam Musa paret, poeta ipse significat; paratur autem victori, *νικῶντί γε χάριν οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν*: quare non errare mihi videor, si specie eam similem credam iis coronis, quae victoribus dabantur. Finge igitur primum ramum coronae ex auro factum; aurum enim solum ex iis, quae Pindarus hic nominat, ramo curvando aptum. Porro quum ramus principalis habeat ramulos teneriores utrinque prognatos, hos quoque ex auro fecit Musa; nam quum ferrumine iungendi essent ramo principali, non poterant ex ebore fieri, ut monet Hausmannus, quem de hoc loco consului. Ac debebant manifesto ex eadem materia fieri, ut ramo principali similes essent. Deinde etiam folia ex auro videntur facta, ut in aureis coronis solebat: ut, quod Boeckhius monet, corona oleaginam auro imitans dicitur *στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς,* in qua formula ipsa hoc inest, etiam folia fuisse aurea. Iam explicandum *λείριον ἄνθεμον,* lilium; de voce *ἄνθεμον* dixit iam Boeckhius. Recte nonnulli in Scholiis intelligunt coralium, quemadmodum etiam recentioribus videtur. Coralium Graeci e mari mediterraneo legebant, idque erat rubens, descriptum Plinio Hist. Nat. XXXII, 2, 11. *Probatissimum quam maxime rubens et quam ramosissimum, nec scabiosum aut lapideum aut rursus inane et concavum.* Cf. etiam Salmas. Exerc. Plin. p. 63. Color non in omnibus plane idem; in aliis albens paululum, in aliis rubens est, variante etiam colore inter utrumque; rubens tamen probatur etiam hodie prae ceteris in fabricis Italicis. Atque hoc non dubitamus etiam Musae placuisse. *Λείριον* id dicit Pindarus comparatione ducta a lilio rubente, nisi in ea fuit opinione, quam Plinius refert l. c. coralium sub aqua candidum esse et molle, exemptum durescere et rubescere; quae opinio quamquam falsa est, tamen apud veteres vulgata fuisse videtur. Hoc igitur coralio e mari elato Musa inde fecit bacas coronae, quemadmodum etiam Muellero meo videtur. Postremo de ebore quaeras, quinam eius hic usus sit: quae difficillima est quaestio. In quo probo Boeckhii sententiam, qui et ipse ex coralio potuisse bacas factas esse concedit; neque tamen solas bacas putat ex coralio esse. Pulcherrima, ait, corona erit, innexis etiam floribus, qui

www.libtool.com.cn
elegantissime ex auro, ebore, coralio componentur. Neque obesse hoc putat, quod coronae victorum flores non habebant; ornatiorem coronam meditari Musam. Hanc igitur eximiam coronam Sogeni destinat. Quemadmodum autem etiam alibi laus poetica comparatur cum corona, sic nunc dicens Sogenem tali corona dignum, exquisitissima vult eum ornare laude, estque haec corona pro ipsa illa laude insigni, quam in antecedentibus se meditari significavit. Quaeras quid sit quod non dixerit: En tradit tibi Musa coronam ex auro, ebore et coralio factam, sed ita potius maluerit: Exspecta paulisper; parat Musa coronam. Nempe quum haec canerentur coram Sogene, si dixisset: En tradit tibi Musa coronam ex auro, ebore et coralio, quum tamen revera nihil huiusmodi traderetur Sogeni, iniucunde actio destituisset orationem. Quare ut Isthm. IV. fin. dicit: *λάμβανέ οἱ στέφανον, φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν*, nec ita voluit: En ei coronam et taeniam; sic etiam hoc loco recte aptiorem iudicavit alteram dicendi formam. Monuimus passim, quum haec carmina vere cantata sint, in explicatione eorum nos illud fere e pluribus sequi, quod etiam actioni non nimis repugnasse videatur, quum sentire nobis videremur, etiam Pindarum non aliter iudicasse. His explanatis unum quaerendum restat, quid maxime significare voluerit poeta hanc singularem coronam parando. Victoribus datas unquam tales coronas nemo contendet; tamen aurum et ebur iam illis temporibus deorum statuis adhibitum constat. Fuit autem Sogenes haud dubie genere non minus quam virtute insignis, ut iure credas maius quiddam poetae tentandum fuisse, qui nollet parcus videri in laudibus persolvendis. Num igitur hoc dicit: Tibi Musa coronam parat, qualis ipsi Victoriae convenit, Tu, puer nobilissime, certamen summum teneris annis ita per omnes partes exsecutus es, ut quasi quodam divino genere coronae dignus sis? Non credam sic rem apte explicatam. Omnino cave ne phantasiae nimium indulgens temere in alia omnia abeas, quum propiora adsint. Etenim tradit Scholiastes ad initium carminis, Sogenem *primum* Aeginetarum vicisse quinquertio puerorum in Nemeis. Iam vide hanc coronam: facta est e materia nobilissima et firmissima, auro, ebore et coralio. Quippe *Διὸς παῖς ὁ χρυσός· κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κλὶς δάπτει*, ipso Pindaro teste in Fragmentis; atque etiam ebur et coralium durabilem materiem habent. Quid igitur? Primus Aeginetarum quum vicisset Sogenes puer quinquertio Nemeaeo, nonne propterea vel imprimis laude ac memoria dignus fuit? Merito igitur poeta coronam parat et pretiosissimam et quae non marcescat unquam, sed perenni splendore nitens, servata apud gentem, servet memoriam memorabilis victoriae nomenque victoris eximii. Etiam sic perspicuum, recte nos eam ludicris coronis finxisse similem.

Vs. 80. usque ad fin. Persequitur cetera poeta, quae Sogenis honori deberi videbantur; neque enim iaculo ultra terminum iacto celeriter carmen finire volebat, si recte eius mentem in antecedentibus explicuimus. Denique in fine redit ad id, unde carminis summa pendet, ad Aeginetarum propter Neoptolemum criminationes. Videamus singula. *Διὸς δὲ μεμναμένος ἀμφὶ Νεμέᾳ πολύφατον θρόον ὕμνων δόνει ἀσυχᾷ*, h. e. *Iovis autem recordatus* s. mentionem faciens *propter Nemeam, cane placide.* Nempe non iam illa intenta voce (*ἀνέκραγον* supra dixerat) uti vult qua ante, sed placide loqui et lenius versare hymnorum cantum; hoc enim ita convenit dignitati Iovis, summi Aeginae numinis, quemadmodum statim ipse explicat. *Ἀμφὶ Νεμέᾳ* vertimus cum aliis: *propter Nemeam*, ut causa transitus ad Iovem indicetur. Post coronam Sogeni ob victoriam Nemeaeam factam, ait, nunc ad Iovem veniendum est huius certaminis praesidem. Quamquam igitur per se etiam recte iungi posse videatur: *ἀμφὶ Νεμέᾳ θρόον ὕμνων δόνει*, h. e. cane de Nemea, ut dicitur *ἀείδειν, μνᾶσθαι, ψεύδεσθαι ἀμφί τινι*, tamen hoc etiam propterea reiiciendum, quia non dicturus est in se-

www.libtool.com.cn

τιμαί, de quibus pugnatum esse dixerat Pindarus. Haec verba graviter reprehenderant Aeginetae, narrante Scholiasta, qui quum nonnisi haec verba afferat ut causam reprehensionis, persuasum habeo nihil praeter haec verba in illo paeane lectum esse quod huc pertineret. Nam si alia ibi addita fuissent similia his quae hoc loco addit Pindarus, locum non potuisset habere Aeginetarum reprehensio; sin legebantur ibi plane contraria iis quae hic dicit, temere contradixisset sibi Pindarus, nec potuisset etiam optima narratione substituta crimen ibi a se commissum diluere. Quum igitur nonnisi haec verba in disceptationem venerint, quaeres, quid tandem tantopere displicuerit Aeginetis in iis. Neoptolemus an sacerdotes deliquerint maxime, ex Pindari verbis certo non liquet, qui consulto de hac re censendus est dixisse ambigue. Nam si Neoptolemus iure debitam portionem carnium recusavit, sane is fuit in culpa, rixaeque verus auctor; sin sacerdotes cupidius plus carnium quam fas erat, tanquam sibi debitum, rapuerant, hi egerant iniuste. Aeginetae tamen haud dubie prius significari statuebant, censentes Neoptolemum dici pravae rixae auctorem. Dico, haud dubie; nam si alteram interpretationem secuti essent, non habuissent quod reprehenderent. Sed hoc in promptu est; difficilior altera quaestio, quomodo *ἱεροσυλίας* crimen in his verbis invenerint. Duo video quae responderi possint. Aut enim hanc ipsam iniustam carnium debitarum recusationem et ereptionem habebant pro *ἱεροσυλίᾳ* quadam. Dices hoc esse contra usum verbi, quum strictissimo sensu sacrilegium sit rerum deo in templo consecratarum. Hermogenes Partition. rhetor. p. 18. *Ἔστι γὰρ στάσις ὁρικὴ, ὀνόματος ζήτησις περὶ πράγματος, οὗ τὸ μὲν πέπρακται, τὸ δὲ λείπει πρὸς αὐτοτέλειαν τοῦ ὀνόματος. Οἷον, ἐξ ἱεροῦ ἰδιωτικά τις ὀφείλετο χρήματα, νόμου κελεύοντος τὸν μὲν ἱερόσυλον τεθνάναι, τὸν δὲ κλέπτην διπλᾶ διδόναι, ὡς ἱερόσυλος ὑπάγεται, ὁ δὲ κλέπτης εἶναι λέγει. ἐὰν γὰρ προστεθῇ τὸ, καὶ ἱερὰ εἶναι τὰ χρήματα, σαφὴς γε οὕτως ἱερόσυλος, καὶ οὐκέτι ἔχει τὸ πρᾶγμα ζήτησιν.* Attamen si Aeginetae censebant carnes istas, quamquam privato usui sacerdotum destinatas, nihilo secius sacras fuisse, utpote iure sacro debitas templo s. templi ministris, videntur sic *ἱεροσυλίας* crimen in illis verbis potuisse invenire. Sed, nisi fallor, praestat omnino altera ratio haec, si statuimus, Aeginetis non ipsam pugnam de carnibus per se *ἱεροσυλίαν* visam, at consilium *ἱεροσυλίας* a Neoptolemo meditatae creditum esse ea pugna narrata a Pindaro tecte significatum. Quum enim Pindarus dixisset de carnibus pugnatum cum sacerdotibus a Neoptolemo, fortasse credebant significatum eo esse hostilem Neoptolemi animum, quasi lites quaesivisset cum sacerdotibus, ut sic iustiorem etiam causam habere videretur templi aggrediendi. Atque hoc voluisse videtur Aristodemus in Scholiis ad vs. 150. *ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἰπεῖν τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφούς.* Sic enim res convenit cum vulgari traditione, ex qua in meditata templi direptione *ἱεροσυλίας* illud crimen inest, cuius Neoptolemum fama accusabat. Videamus nunc Pindari defensionem, quae plane cum his convenit. Explicat is brevius illud dictum suum sic ut appareat plane nullam inesse calumniam. Narrat igitur primo loco Neoptolemum non venisse hostili animo ad templum, sed ut belli Troiani manubias deo offerret. Hoc non scriptum erat in illo paeane; neque tamen contrarium legebatur ibi; sic nunc recte poeta significat, iam tum hunc fuisse mentem suam. Deinde ponit id quod in reprehensionem venerat, narrationem dico de Neoptolemi caede. Dicit igitur: *Occidit eum cultro vir Delphicus, quum forte pugna exorta esset de carne victimarum.* Credat aliquis dictam esse *μάχαν κρεῶν* ut *ἔριν ἀρνὸς* Eurip. Orest. 810. *certamen regni* Liv. XXI, 31. et *ἀντιτυχόντα κρεῶν ὑπὲρ μάχας* idem fere significare quod *μαχόμενον*

www.libtool.com.cn
ζυγοῖς dixit, non ζυγῷ: etsi quadrigas, quibus Graeci in certaminibus utebantur, temonibus instructas fuisse negaverat Caylus Obss. sur le Costume p. 79. quem tum ex monimentis tum ex hoc loco refutat Winckelmannus Sendschreiben üb. die Herkul. Entdeck. p. 79. ed. Opp. nov. Et ex nostro quidem loco non tam collegeris temones in quadrigis duos fuisse, quam duo iuga: duo autem iuga an esse possint sine duobus temonibus necne, ego non diiudicabo; nec tamen duo iuga in quadrigis certantium fuisse plane certum est, quum contrarium suadeat Pausanias VI, 10, 2. Itaque ambiguus hic locus est; potest comparatio haec esse: „Duo Herculis sacella ita includunt domum tuam, ut quasi duo iuga quadrigalia cum temonibus amplectantur domum tuam; hoc est, ut inter ea velut inter duos temones domus tua sita sit in spatio intermedio;" potest etiam sic locus explicari: „Domus tua ab Herculis sacellis ita includitur, ut equi subiuges (ζύγιοι) a funalibus (παρασείροις)." Addamus reliqua. De sensu vocis γεύεται monuit Boeckhius in nott. critt. Νόῳ ἀτενεῖ est: *intento animo*. Ἀτενεῖ νόῳ dixit Hesiod. Theog. 660. De sententia Schol. apte comparat eundem Hesiodum Opp. 346. nominatim citatum Isthm. V, 63. quem h. l. poeta melius tacuit. Et propius etiam accedit Alcmanis verbum ap. Schol. Ven. Iliad. χ, 305. (cf. Heyn. T. VIII. p. 302.) μέγα γείτονι γείτων. Lectionem εἰ ἂν ἔχοι retineam, quum sensus commodus sit nec grammatica repugnet; non aeque aptum ἀνέχοι, quod etiam Schneiderum coniecisse Boeckhius nunciat. Idem quod ego iudicat Hermannus. Ἐν τίν, *in tuo praesidio*. Apud Sophocl. Oed. R. 313. ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν est: in tua enim ope spes nostra reposita est. Errant qui hoc loco vertunt: in tua vicinia feliciter habitabit. Quamquam enim ἐν Λεύκτροις est: prope Leuctra, tamen non item ἐν τίν dici potest pro *prope te*. Et repugnat manifesto sententia. Non dicit: Prope te feliciter habitabit, quum te ab utraque parte vicinum habeat; sed hoc dicit et dicere debet: In tuo valido praesidio feliciter habitabit, quum te proximum ab utraque parte vicinum habeat. Aio: *valido praesidio*, hoc enim inest in verbis: Γίγαντας ὃς ἐδάμασας. Πατρὶ ἀταλὸν ἀμφέπων θυμὸν, h. e. *pium et obsequiosum patri, erga patrem, fovens animum, s. quum sit pius erga patrem*. Nam nonnisi bono filio dii favent. Ἀμφέπων ut supra vs. 10. Ἀταλὸν, *iuveniliter tenerum, mollem*, nunc *obsequiosum* interpretor ob dativum πατρὶ adiectum. Εὐκτήμονα ζαθέαν, ob multitudinem templorum, monente Muellero Aeginet. p. 146. Ornata hic omnia, tamen suavior etiam hic ornatus, si ut coniicimus, carmen canebatur ibi. Nunc precatur victori et familiae vitam robustam et felicem ab Hercule. Orditur igitur sic: *O beate, te decet Iovem exorare et caesiam Palladem; potes enim hominibus mala gravia avertere saepe alias* (θαμά); *praesta igitur* ἀλεξίκακον *te nunc etiam his, Iovi et Palladi ut secundent persuadens*. Iovem summum Aeginetarum deum et Nemeaeae huius victoriae auctorem, et Palladem bellicosam et gymnicis certaminibus faventem deam aptissime hic memorari, ubi omnia ornata, manifestum; monuit iam Boeckhius in nott. critt. Nec θαμὰ ex nostra interpretatione ieiunum; ieiuna non fero in Pindari carminibus. Pergit: Εἰ γάρ σφισιν ἐμπεδοσθενέα βίοτον ἁρμόσαις ἥβᾳ λιπαρῷ τε γήραϊ διαπλέκοις εὐδαίμον' ἐόντα. Construo sic: Εἰ γάρ σφισιν ἐμπεδοσθενέα βίοτον ἁρμόσαις διαπλέκοις, ἥβᾳ λιπαρῷ τε γήραϊ εὐδαίμον' ἐόντα, h. e. Utinam iis robustam vitam pertexas, iuventute et fortunata senectute pariter felicem. Γῆρας λιπαρὸν, senectus felix, Odyss. τ, 368. γ, 210. cf. Schaefer. Meletemat. Crit. p. 52. qui ibid. p. 129. comparat Latinum *pinguis* e Plin. Epist. VII, 26. Ἥβα non egebat epitheto ornante, at senectus saepe tristis. Similiter saepe legitur ἥβη καὶ γῆρας οὐλόμενον. Legitima talia Graecis. Porro Heynius ἁρμόσαις διαπλέκοις accipit pro προσαρμόσαις, hoc sensu, si recte sentio: Utinam ro-

www.libtool.com.cn

bustam vitam, h. e. robur adesse velis iuventuti et senectuti eorum cum felicitate, *σὺν εὐδαιμονίᾳ*, ut explicat verba *εὐδαίμον' ἐόντα*. Vereor ut recte. Robur iungere iuventuti et senectuti bene dicitur, sed vitam robustam iungere iuventuti et senectuti vix dici potest, quoniam vitae notio iam inest in his verbis. Porro languent sic verba *εὐδαίμον' ἐόντα*, nec *ἁρμόσαις διαπλέκοις* idem est quod *προσαρμόσαις*, nimium aucta vi participii, nimium suppressa vi verbi finiti. Immo *ἁρμόσαις διαπλέκοις* dictum pro *διαπλέκοις, pertexas*, in quo *ἁρμόσαις* apto cum ornatu adiectum, quum simplex *διαπλέκειν βίον* etiam significet *διάγειν βίον*; cf. Suid. v. *διαπλέκειν* et intpp. ad Aristoph. Av. 754. Denique videbitur iungi posse: *Εἰ γάρ σφισι διαπλέκοις βίοτον ἐμπεδοσθενέα ἥβᾳ, λιπαρῷ τε γήρᾳ εὐδαίμον' ἐόντα*, h. e. utinam iis pertexas vitam, robustam iuventute, et fortunata senectute felicem, ut iuventuti robur precetur poeta, senectuti felicitatem. Sed minime placet haec oppositio; immo etiam iuventuti debuit precari felicitatem, nec senectutem puto voluit robore carere. Atque etiam ordini verborum nostra explicatio convenientior. Ad verba, *παίδων δὲ παῖδες ἔχοιεν αἰεὶ γέρας τόπερ νῦν καὶ ἄρειον ὄπιθεν*, notat Scholiastes: *ὡς τιμήν τινα ἐχόντων αὐτῶν ἢ ἱερωσύνην ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον παρὰ τοῖς Αἰγινήταις*. Suspicatus est hinc Muellerus Aeginet. p. 147. ipsum Sogenem Herculis sacerdotem fuisse. Quae quidem sententia primum placebat mihi ob preces ad Herculem factas pro hac familia, ac quum Hercules in Aegina coleretur hospes, coniiciebam ipsum Euxenidarum nomen inde ortum, quod sacra Herculis hospitis gens administrasset. Tamen nunc aliter sentio. Si enim Sogenes erat Herculis sacerdos aut eius pater, non erat quod taceret poeta hunc honorem; ac si dicas, nunc eum significari his ipsis verbis, obstant illa: *καὶ ἄρειον ὄπιθεν*, imprudenter sic adiecta, quippe non grata futura Herculi. Ac non poterant mutari opinor sacerdotia, ut alii honores. Quodsi statuas gloriam gymnicorum ludorum significari, ut vel sic potuerint esse sacerdotes Herculis, etiam hoc modo non multum efficias. Quum enim haec verba, si erant sacerdotes Herculis, ab iis non possent non huc trahi, etiam sic Pindarus imprudenter hoc posuisset. Quae quum ita sint, Herculis eos sacerdotes fuisse omnino negaverim, nec opus hac hypothesi, quum mirus domus inter duo Herculis sacella situs satis idoneam rationem praebeat eorum, quae de Hercule legimus. Vides quid ex his sequatur. Si verba intelligenda de muneris alicuius honore, certe civile id munus fuit; tamen equidem ne hoc quidem certum esse credo. Quum enim nexum sententiarum considero ipsiusque, de qua disputamus, sententiae rationem, probabile mihi videtur, omnino fortunae eximiae ornamenta, quibus gaudebant, a Pindaro esse significata; haec precatur ut nati natorum habeant et auctiora etiam videant. Denique restant ultima carminis verba. Horum sensum sic expono: *Atque haec quidem vobis precor; mea vero causa subiicio illud: Animus meus nunquam concedet se improbis Neoptolemum lacerasse verbis; tamen verba de ea re plura nemo a me exspectet; sive credant sive non credant, semel de ista criminatione dixi; non dicam iterum.* *Κέαρ* consulto posuisse mihi videtur hoc sensu: Licet nihil praeterea responsurus sim, tamen silentium meum ne quis pro confessione habeat; animus meus nunquam concedet, vera ista esse. *Ἐλκύσαι* proprie de canibus mortuos dilacerantibus, ut constat ex Homero aliisque. Monet etiam Scholiastes. Hanc significationem etiam hoc loco Pindarum respexisse puto, quoniam de impietate erga mortuum loquitur. Ceterum scio *ἕλκειν* saepe etiam dici de violatione et laceratione hominum non mortuorum. Spectat eodem, opinor, vox *ἀεθόποισι*, quam Scholiastes bene explicat: *ἀπεοικότως*; indecorum enim violare mortuos. De reliquis satis dictum in nott. critt. De proverbio *Διὸς Κόρινθος* locus Plutarchi est adv. Stoicos c. 27. proverbiorum

www.libtool.com.cn
scriptores, qui in nott. critt. dicuntur, sunt Zenob. III, 21. Append. Prov. Schott. p. 299. Adde Liban. Epist. DLXV. Ad formulam *ταὐτὰ τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν* cf. simillimum Sophocl. Philoct. 1238. *δὶς ταὐτὰ βούλει καὶ τρὶς ἀναπολεῖν μ' ἔπη;*

Explanatis singulis locis omnibus si etiam de unitate, quam dicunt, carminis divini nonnihil addendum est, quae nostra de ea re sit sententia, post tot disputationes non potest esse obscurum. *Speculum poesis est illustre et sincerum, non speciosas artes sed veras virtutes, a deo profectos honores ornans.* Haec sententia, quae summam poesis ideam refert, subiecta est carmini mirifico; huius ideae carmen est exemplum perfectissimum. A deo honores suos habet Neoptolemus; divino favore conspicui Thearion et Sogenes; tales eos celebrat omnes, et celebrat splendide et vere; ac splendidissime quidem, ut par erat, Neoptolemum et Sogenem, alterum in prima, alterum in posteriore carminis parte; in medio collocata brevior Thearionis laus, cui qui apte subiectus est de moribus poetae locus memorabilis, ea etiam de causa in medio ponendus erat, ut antecedentia et sequentia pariter illustraret. Egit igitur Pindarus suam et poesis causam magnificentissime, ut recte dicat post hoc carmen nihil se praeterea responsurum. Sed finem facimus dicendi; tanta est praestantia huius carminis, ut nunquam satis possit laudari.

N E M. VIII.

Dinis puer Aegineta bis vicerat stadio; vicerat etiam aliquando Megas pater, mortuus quum hoc carmen caneretur. Perquam molestum est quod de tempore quo scriptum hoc carmen eximium, nihil traditum exstat in Scholiis, quandoquidem subtilior carminis interpretatio tota fere pendet ex hac quaestione. Nunc plane deficientibus testimoniis historicis, quum nihil praeter ipsum carmen habeamus, circumspiciendum fuit quid huius ratio penitius perspecta offerret probabile, ut interpretis officio pro virili satisfacerem. Videtur igitur carmen scriptum esse inter Olymp. 80, 3—4. cantatum autem in Aeaceo. Prius pendet unice ex constituendo consilio maximae carminis partis, alterum tum ex hoc tum ex interpretatione versus 15. De quibus rebus quum infra explicate dixerim, hic nihil addendum habeo.

Vs. 1—17. Prima pars hymni. Celebrantur laudes Aeaci, tum preces fiunt ad eum pro urbis civiumque salute. In hoc prooemio componendo Pindarum iuventam victoris spectasse censet Scholiastes ad hunc locum et coniecit Boeckhius de Metr. Pindar. III, c. 15. p. 277. etiam ex eo, quod Lydia harmonia est in hoc carmine. Tamen quale hoc sit, accuratius dicendum est. Praedicat poeta iuventam amoris nunciam, eamque dicit alii faustum alii infaustum amorem afferre. Ac patet ex rerum nexu Pindarum hac sententia generali de pubertatis pulchritudine transitum sibi parare ad amores Aeginae, quae pubertatis flore ceperat Iovem, faustissimoque cum Iove coniugio iuncta mater facta erat Aeaci. Sic igitur hoc prooemium pertinet ad faustas Aeaci origines celebrandas, in quo laudando prima pars hymni tota versatur. Tamen fieri potuit, ut poeta, quum iuvenis canendus esset in aetatis flore constitutus, inde oblatam haberet cogitationem iuventae, atque ita, de Aeaci origine dicturus, a pubertatis praedicatione rem repetere constitueret. *Παρθενηΐους.* Improbat nunc

www.libtool.com.cn
hoc Hermannus, epitritum postulans. Scribit enim in Heynii novissima editione: „Male Schmidius metro consuluit ἄτε παρθενοισι καὶ παίδων scribendo. Neque convenit epitritis quod ego conieceram ἄτε παρθενηΐοις παίδων τ', repetitum in diss. de Dialect. Pind. p. 11. Probabilius est scripsisse Pindarum παρθενείοις ἄτε καὶ παίδων. Adiectivo eum, non substantivo παρθένοισι, usum esse e Scholiis colligi potest." De epitritis quos dicit Hermannus cf. eius diss. de metrorum quorundam mensura rhythmica; adde quae Boeckhius Praefat. Pind. T. II. P. I. p. XLIV seq. disputavit, et Metr. Pind. III, c. 16. p. 282. 283. Ad ἐφίζοισα γλεφάροις cf. similes locutiones apud Mitscherlich. ad Horat. Od. IV, 13, 8. Additur: Τὸν μὲν ἀμέροις ἀνάγκας χερσὶ βαστάζεις, ἕτερον δ' ἑτέραις. Verbum ἑτέραις, ut monuit iam Boeckhius, per euphemismum dictum pro: malis, saevis; cf. Valck. Diatr. p. 112. Χεῖρες ἀνάγκας sunt quae nos trahunt, ducunt, ferunt, ut δῖναι ἀνάγκης Aesch. Prometh. 1060., et βοέοις δήσας ἀνάγκας ἔντεσιν αὐχένας de vi cogente lororum Pyth. IV, 417. Sed apponenda iam est nota Hermanni ex Heynii edition. noviss. „Τὸν μὲν ἀμέροις ἀνάγκας χερσὶ βαστάζεις epitritis adversatur. Mirumque ἀμέροις masculina forma dici, quum alibi feminina utatur. Scholiastae iam corruptam lectionem habuerunt. Prope verum accedit cod. Med. B. qui ἀμάροις praebet. Scribe τὸν μὲν ἀμμοίροις ἀνάγκας χερσὶ βαστάζεις. Id ipsum est πραέσιν ἔρωσι, ut Scholiastes explicat." Haec Hermannus. Fateor mihi ea non probari. Rem breviter exponam. Equidem enim ubi figuras dicendi apud scriptores video minus usitatas, ante omnia causas earum explorare soleo, ut ubi didicerim cur dictae sint, sensum earum penitius perspiciam. Quaeram igitur etiam hoc loco, quid spectaverit poeta, hanc quam posuit locutionem usurpans. Est hoc prooemium propter Aeginae Iovisque amores. Constat autem Aeginam a Iove raptam Phliunte in insulam Oenonam delatam esse. Traditur a quibusdam Iuppiter tum aquilae speciem habuisse, ut apud Athen. XIII, p. 566. et videtur huc spectare nomen Aeaci et Aiacis: cf. Mueller. Aeginet. p. 22. et p. 161. Pindarus tamen simpliciter dicit Isthm. VII, 21. σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν κοιμᾶτο. Nec alii aquilam in hac re memorant, ut Pherecyd. p. 178. Sturz. Schol. Apollon. I, 117. Pausan. II, 5, 1. Apollod. III, 12, 6. Iam si opus est, recorderis etiam multos alios pueros puellasque ob pulchritudinem raptos, et senties, spero, unde mihi poeta locutionem duxisse videatur. Nempe sensus loco subest hic: *Pubertatis pulchritudine dum placent pueri puellaeque, alii casta et mansueta manu trahuntur ad amores ab amatoribus, alii alia.* Ἡμέροις ἔρωσι Boeckhio, qui olim de *faustis* cogitabat, addente oppositi sunt ἄγριοι ἔρωτες, qui non ad puerorum Venerem restringendi sunt, etsi de hac maxime usurpatur dictio. Iam vero si ita dixisset poeta, ut haec posui, nemo non verum vidisset. Nunc unum mutavit; rem ad pubertatem retulit, idque suo iure. Haec enim sedens in oculis puberum bonos aut malos amores accendit in amatoribus, implicatque ita puberes alios aliis vinculis. Quemadmodum igitur qui virtute placens fertur admirantium manibus, eum virtus sua dici potest faustis manibus ferre, sic quae puella castos pubertatis pulchritudine amores accendens tollitur castis manibus, eam pubertas recte dicetur castis manibus ferre. Vix dubito me recte haec interpretatum esse. Nam vis qua puellae puerique pulchri trahuntur, nunc est amor imprimis in amatoribus puberum pulchritudine excitatus, quod senties si mores Graecos comparabis. Videmus igitur Pindarum orsum quidem a sententia generali, hanc tamen ita conformasse, ut imprimis apta esset ei ipsi rei, propter quam dicta est. Non levis mihi videtur haec observatio ad explicandum poetam, qui non semel hoc artificio mihi usus esse videtur. Apertum exemplum est Isthm. IV, 9. Ac similiter ego explicabo locu-

www.libtool.com.cn

tionem insolitam Isthm. II, 8. Quae quum ita sint, me iudice, Hermanni emendatio admitti nequit. Aegina non *ἀμοίρους ἀνάγκας χείρας* experta est sed *ἀμέρους*, quantum equidem video. Quum igitur lectio librorum optima sit, epitritum equidem non desiderabo, donec probetur necesse esse ut adsit. *Ἀμέροις* cur dixerit non *ἀμέραις* sane dici nequit, sed sunt alia quae nescimus, et tamen mutari non debent. Utitur hac voce praeter hunc locum Pindarus bis, Nem. VII, 83. et Nem. IX, 44. Propter duo loca equidem in hac quidem re non damnabo tertium. Nescimus enim quid Pindaro in deperditis scriptis placuerit. Denique Scholiastas aliam habuisse meliorem lectionem, equidem ex eorum verbis nondum perspicere potui, ac quo iure Hermannus suam emendationem inde firmari posse credidit, eodem opinor nos lectionem receptam inde tuebimur. Pergit poeta: *ἀγαπατὰ δὲ — δύνασθαι, iucundum vero, siquis faustam fortunam ad ea quae conatur omnia nactus, melioribus amoribus potiri potest. Τῶν ἀρειόνων* praepositum ob antecedentia; pluralem praetulisse videtur etiam ob formam sequentis sententiae. Heynius putabat aliquando *ἔρωτας* latius de quibuscunque studiis posse accipi, quum reliqua non convenire videret. Mihi plane Graeca videtur sententia, eam dulcem dicere fortunam, siquis felix in omnibus quae tentet, faustum habeat amorem. *Ποιμένες Κυπρίας δώρων*; quippe *ποιμαίνειν* non solum est *regere et imperare*, sed etiam *curare, fovere, alere, augere, θεραπεύειν*, ut Olymp. X, 9. Isthm. IV, 14. Plat. Lys. p. 209. A. Ceterum quamquam *ἔρωτες* h. l. non sunt dii, credas tamen videre deos; nam poeta qui sensus sunt quasi deos circa lectum versari et amantium gaudia adiuvare facit. Huiusmodi figmenta non sunt personificationes quas proprie dicimus, sed personificationum speciem habent, eoque ipso animum delectant. Illud *χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος* toties praedicatum de aliis heroibus par erat nunc etiam de Aeaco dici, quamquam imprimis consilii, iustitiae, sanctitatis causa posteritas eum celebravit; cf. Mueller. Aeginet. p. 21. *Λιτάνευον*, h. e. *εὔχοντο*. Venerunt undique principes Graecorum ad eum visendum et venerandum. Iam subiicit id, quod in hoc genere maxime eximium; unde particula *γάρ*. Cf. Nem. I, 67. *Ἄβοατι* perperam Scholiastes explicat *ἀμαχητὶ*, quamquam *βοὴ* est *μάχη*. Verius alii, etiam Heynius, explicant: *non vocati* s. *sponte*, et habet Hesychius: *ἀβοητὶ, ῥᾳδίως*. Notabis in eandem sententiam dicta *ἤθελον* et *ἑκόντες*; nam hoc agit poeta ut ostendat, quanta fuerit heroum admiratio et veneratio Aeaci. De voce *ἀναξία* cf. Hesych. ibiq. not. Imperium quidem nullum fuit Aeaco neque in Athenarum reges neque in Pelopidas, nec bellorum ducem eum elegerunt potentissimi et fortissimi reges. Sed quemadmodum ille *δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραινεν*, Isthm. VII, 24. consilio et iustitia clarissimus, sic heroes etiam vicinarum civitatum principes in litibus suis componendis eius iudicium expetierunt, venerantes pium pacis conciliatorem foederumque non uno loco conciliatorem. Hae fuerunt, si verum quaeris, Aeaci *ἀναξίαι*, quibus sponte parere voluerunt reges. Cf. Mueller. Aeginet. p. 20. Pindarus tamen consulto magnificentiore vocabulo utitur, cuius rei causa infra apparebit. *Κραναοῖς ἐν Ἀθάναισιν*, ubi tum regnabant reges Ionici ex Hopletum gente. *Ἁρμόζειν στρατὸν* est *κοσμεῖν*, unde *κοσμήτορες λαῶν* dicti. Cogita autem de prisca Athenarum laude tactica: v. Iliad. *β*, 533. ubi Atheniensium rex dicitur peritissimus *κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας*, Herodot. VII, 161. Xenoph. Venat. I, 12. *Πελοπηϊάδαι*, rarissima forma quae tamen legitur apud Theocritum etiam in Adoniaz. 142. ubi vid. Valcken. Ceterum ex vulgari fabularum chronologia Pelopidae Aeaco fuerunt paullo recentiores. Nam Achillis pater Peleus, huius Aeacus, ut Agamemnonis pater Atreus, huius Pelops. Pindarus Pelopidarum potentiam paullo antiquiorem ponit, quod defendit Mueller. Aeginet.

www.libtool.com.cn

p. 36. Iam preces facit ad Aeacum. *Salvam et incolumem*, ait, *praesta urbem civesque. Ἀστῶν τῶιδε*, h. e. *pro civibus huius urbis*, ut Olymp. V, 14. *τοῖσδε δᾶμον ἀστῶν. Μίτρα* est *taenia*. Scholiastes ad Isthm. IV, 78. *εὔμαλλον δὲ μίτραν (λέγει) τὴν ταινίαν τὴν ἐξ ἐρίου ξανθοῦ τοῖς στεφάνοις προσπλεκομένην*. Cf. ad Olymp. IX, 90. Nunc hymnum appellat *μίτραν*, ut alias *στέφανον*. Carmen igitur se dicit ferre Lydium, h. e. Lydiis modis aptatum. Tamen potest quaeri, cur poeta nunc his verbis carmen suum designare maluerit. Quod primum mihi in mentem venerat, hoc est: taeniam esse ornamentum coronae; cum taenia igitur comparari hymnum Dinidis patrisque coronas s. victorias ornantem. Porro in Aeaceo suspendebantur coronae victorum; cf. Nem. V. fin. huius moris recordabar etiam hic. Victor coronam suspenderat, ut opinabar, et dedicaverat Aeaco; chorus taeniam coronae, carmen, ferebat dedicabatque Aeaco. Dixi supra carmen mihi in Aeaceo cantatum videri; coniicio ex hoc ipso loco. Non affero verba *ἱκέτας Αἰακοῦ σεμνῶν γονάτων ἅπτομαι*, quamquam non praetereunda sunt; at qui dicit supplicem se venire pro urbe et civibus, familiae victricis causam satis habens tacite generalibus precibus comprehendere, is causam publicam ita praefert privatae, ut par sit eum etiam in publico loco stare haec pronunciantem. Adde denique hanc taeniae Lydiae lationem. Inane figmentum hoc est, si verba mentiuntur rem non factam, nec habemus iam causam idoneam locutionis; contra aptissima omnia sunt et eximie dicta, si chorus tum vere stabat in Aeaceo. Quare non videor mihi temere coniicere carmen hoc in Aeaceo esse cantatum, et convenient etiam ea quae mox de consilio carminis disputabo. Horum autem dictorum plurima etiamnunc vera iudico: nisi quod quae de mitra dixi, mutanda sunt. Praefero enim carmen hoc Lydio modo cantatum ideo *Lydiam mitram* dici, quod supplicationi inserviebat. Nam Lydius modus in supplicationibus usurpatus est; et *mitra* s. *infula* a supplicantibus praeferebatur: quod notum vel ex Latinis. Vide Taciti Hist. I, 66. coll. Caes. B. C. II, 12. Liv. XXX, 36. Graecis haec vulgo *στέμματα* sunt. Ita etiam Boeckhius censet: et consequimur hac interpretatione etiam hoc, ut vera huius carminis ratio, quod supplicationem habet pro publica urbis salute in Aeaceo factam, luculentius appareat. Addam nunc reliqua quae sunt huius loci. *Καναχηδὰ*, fert hanc taeniam sonantibus puto instrumentis musicis. Sic *καναχαὶ αὐλῶν* Pyth. X, 39. Porro sequentia credas sic intelligenda esse, *Δείνιος δισσῶν σταδίων καὶ πατρὸς Μέγα δισσῶν σταδίων*. Tamen in huiusmodi formulis paullo liberior est Pindarus, ut de Mega nihil affirmare audeam. Dinidem vero statuo vicisse bis; nam vix alium sensum admittunt verba ut nunc collocata sunt. Ex vs. 47. nihil efficias. Ceterum Scholiastes ad init. carm. refert haec: *παρέχει δὲ, φησὶν ὁ Δίδυμος, τοῦτο ἀπορίαν, τὸ μηδέτερον αὐτῶν ἐν τοῖς Νεμεονίκαις ἀναγεγράφθαι*. Non plane simile exemplum Isthm. I, 11. de Herodoti Thebani victoriis *ἐν ταῖς Ἰσθμιακαῖς ἀναγραφαῖς* non accurate, ut putatur, notatis: illud tamen ibi Heynius recte notavit, non mirari talia viros doctos debere, quum absolutos et accuratos victorum catalogos ipsa antiquitas desideraverit. Pergit iam Pindarus precibus subiiciens generalem sententiam: *σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς ὄλβος κ. τ. λ.* Cur hoc loco dicit *σὺν θεῷ*? Quum dilectissimus esset diis omnibus Aeacus iraeque coelestis deprecator celeberrimus, credas hunc esse sensum: Oramus te ut consulas urbis saluti, precibus tuis impetrando hanc a diis gratiam Aeginetis. Cum deo enim etc. Sed hoc nihili est. Immo instar dei habebatur ipse Aeacus; hoc manifesto inest in Pindari verbis. Addes igitur hunc locum iis, quae Muellerus disputavit Aeginet. p. 162. Absolvimus ita priorem hymni partem.

www.libtool.com.cn

Quum iam versemur eo loco, ubi peracta priore hymni parte Pindarus transitum parat ad alteram, tempus esse videtur morari paulisper, ut de nexu antecedentium cum sequentibus et de consilio horum omnium exponamus paullo accuratius. Lege igitur sequentia et videbis Pindarum in proximis commemorare Cinyram tanquam exemplum hominis deorum beneficio beatissimi, vix tamen nominato Cinyra se revocare ab incepto; haberi enim iam multa de Cinyra dicta, nova autem in medium afferre periculosum esse propter invidorum hominum malevolentiam. Facta ita mentione invidiae transit ad iniquum Achaeorum adversus Aiacem iudicium, ostendit invidiam Aiaci mortis causam fuisse, invidiam ut pessimum vitium verbis gravissimis damnat, Iovemque precatur ut suum animum purum servet ab ista perversitate. Existit igitur nunc quaestio de horum dictorum consilio. Dicas, omnino Cinyrae commemorationem minus aptam in carmine Aeginetae homini scripto, quare Pindarum facili transitu parato redire ad Aegineticas fabulas, ac quum prior hymni pars in Aeaco laudando versata esset, nunc Aiacis sortem exponi. At enim cur non Telamonis, Pelei, Achillis narravit res gestas, cur Aiacis tristem lugubremque fortunam? An semel iniecta invidiae mentione, ingenii ardore huc delapsus est? Num idem accidit ei, quod deterioribus scriptoribus usu venire videas, ut quum inciderint in rem sibi vel iucundam maxime vel invisam, ab ea non discedant in eaque laudanda aut exagitanda sibi perplaceant, rhetoricam artem ostentantes, licet pleraque aliena sint a summa argumenti quod tractent? Vides haec omnia inepta esse, nec digna poeta prudentissimo, qui tantum locum tot versibus constantem non potuit scribere temere. Quare malit fortasse aliquis dicere, esse multa in hoc carmine lugubria, Aeaci supplicationem, deploratam recentem patris Megae mortem; his non fuisse aptas res laetas, qualia multa sint Aegineticorum heroum facta aut Pelei nuptiae, at tristem Aiacis casum plane concinere. Profecto ego non is sum qui laetas fabulas in hoc carmine malim; tamen vel sic res nondum expedita est. Nam tristia quidem etiam alia in his fabulis, ut Achillis ad Troiam mors et in funere eius Achaeorum Thetidisque cum Nereidibus planctus, ac quum Megae patris mortem infra memoret, poterat sic eam rem praeparare, ut Achillem narraret a Musis etiam post mortem cantatum, ut facit Isthm. VII, 65 seq. Nunc autem de invidia, malevolentia, malitia agit, hanc castigat, exagitat, deprecatur. Vides quid quaeram; propiorem causam desidero, cur haec omnia ita dicta sint. An igitur simul suam causam tuetur Pindarus? Nam quasi sibi metuens invidiam Cinyram mittit, et ad malevolentiam tractandam procedit. Tamen non credo. Nam quod a poetarum calumniatoribus orsus cetera subiungit, inde per se nihil efficias; potuit facere veri consilii tegendi causa. Sed fac eum suos tangere inimicos, num eos, quaero, qui in aliis civitatibus degebant? Hoc plane alienum fuisset, carmine hoc apud Aeginetas canendo. An igitur Aeginetas? Sane vituperabant isti, siquid in heroes suos dixisse videretur iniquius, cuius rei exemplum vidimus in carmine antecedente, sed ne istam quidem calumniam tam gravibus verbis exagitandam censuit. Et quod ibi facere noluit iniuriam perpessus, nunc fecerit propter iniuriam metuendam, dicturus de Cinyra Cyprio, quem si tanti erat, omnino tacere praestabat! An igitur olim factas iniurias reprehensorum Aegineticorum data occasione recoquere voluit? Hoc qui statuat, nemo, spero, reperietur unquam. Nam indignum est et pusilli animi; ταὐτὰ δὲ τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν ἀπορία τελέθει. Tamen non pugnare Pindarum adversus umbras et somnia, sed vere esse aliquid quod spectet, dubitari nequit; clamat vis verborum, gravitas sententiarum, totus locus. Quae quum ita sint, restant nonnisi duo. Aut enim familia, quam canit, inimicos habuit qui laudibus eius

www.libtool.com.cn

obtrectarent, aut patria Aegina tum invidia laborabat. Prius etsi primo adspectu videri possit non improbabile, mihi non probatur. Tangit quidem poeta passim privatos obtrectatores eorum, quos canit, sed nusquam castigat tam graviter, ut faceret hoc loco; verum non premam hoc, addam aliud gravius. Prior pars hymni versatur in Aeaco celebrando; ponamus, quod ipse supra conieci, carmen in Aeaceo esse cantatum, eaque de causa precibus sollemnibus ad Aeacum faciendis praemitti illas Aeaci laudes uberiores. Videbimur sic rationem probabilem illorum de Aeaco dictorum habere; sed prior pars hymni iam cum altera nonnisi tenui vinculo erit coniuncta. Nam ut Aeacus laudatus erit, quia in Aeaceo carmen canebatur, sic Aiacis iniuriae expositae erunt ob familiae victricis invidiam. Erunt igitur hae partes per se diversae, diverso consilio adornatae, et mutuo nexu nullo copulatae. Quod, si alia nulla ratio in promptu esset, aegerrime ferendum foret in carmine eximio; nunc quum aliud reperiri possit, iniuriam facerem Pindaro meo, si admitterem. Etenim probabile est spectatam esse a Pindaro invidiam publicam, odia dico infesta Atheniensium praeclarae insulae iugum parantium. Victi erant Athenienses ab Aeginetis ad Cecryphaliam Olymp. 80, 2. aut 3. Aegina se dedidit Atheniensibus Olymp. 80, 4. cf. Mueller. Aeginet. p. 176 seq. Quid igitur si carmen cantatum est inter haec duo tempora, crescentibus odiis et ingravescente iam periculo, cui mox Aegina succubuit? Accipe iam carminis rationem qualem ego pono. Orditur poeta a divina Aeaci origine, augustissimi olim Aeginae regis, dicit tantam eius fuisse virtutem et auctoritatem, ut maximi vicinarum et Pindari aetate principum in Graecia civitatum heroes, Athenienses et Pelopidae Spartani parere voluerint eius imperiis, atque ita priscam Aeginae gloriam et potentiam quam dignissime illustrat. Iam ad hunc ipsum Aeacum preces facit pro huius insulae salute, quo nihil potest fingi gravius minantibus iam periculis quibus mox perdita Aegina. Precibus subiicitur *γνώμη*, favente deo diuturniorem esse felicitatem; qua ut clauduntur antecedentia, sic sensim transitus paratur ad sequentia. Memorat enim nunc Cinyram, hominem deorum beneficio beatissimum, tanquam exemplo aliquo luculento probaturus eam quam posuerat *γνώμην*, ut fit in talibus. Iam vero vide mihi artificium poetae. Fingit se invidiae metu Cinyram omittere. Sane multa erant de Cinyra dicta; quare speciem habet, quod dicit, nova excogitare periculosum esse, facitque Cinyrae celebritas ut probabiliter hoc dicere videatur. Tamen ne patiamur nos falli. Si Pindarus voluisset exponere de Cinyra, etiam saepius dicta non dubitasset, opinor, repetere, ut alias fabulas saepe multumque tractatas repetiit egregie. Sed noluit; finxit haec ut commode ad invidiam veniret. Verum igitur si quaeris, hoc subest: *Sed iam non tempus est laeta canere et fortunas opesque describere, quales dii faventes hominibus concedunt; tristia sunt tempora, invidi obtrectatores, quales iam olim expertus est heros vester Aiax.* Sic igitur eximie nexis omnibus sequitur praeclara de Aiace narratio, qua Aeginetae herois iniquam fortunam describens tecte ipsius insulae invidiam iniquam deplorat, castigatque malevolos conatus qui contra insulam parabantur, verbis gravissimis. Quo in genere plane insignis est ea quam in fine facit precatio. Suam enim personam (sive chori, nam hoc idem est) inducens, ut decebat poetam commotum et sibi animum purum a Iove precans, hoc simul consequitur, ut ipsa illa, quae dixit, sine calumnia dixisse videatur, ut eum nec debuisse liter nec potuisse dicere concedamus, qui suum esse profiteatur laudare laudabilia, astigare vero nefaria. His omnibus nihil potest cogitari divinius. Senties denique tiam hoc, publice haec canenda fuisse si quae alia; ubi vero cani potuerunt aptius uam in ipso Aeaceo ante Aeacum? Da mihi igitur etiam hoc, et videbis nihil non

www.libtool.com.cn
aptum; habebimus carmen inter praestantissima ponendum, quae Pindarum Musa docuit.

Vs. 18—39. Ad ὅςπερ Scholiastes perperam supplet ὄλβος. Quamquam enim passim distinguuntur ὄλβος et πλοῦτος, ut Aesch. Pers. 161. ubi v. intt., tamen res aliena est ab hoc loco. Dei favor ditavit Cinyram, hoc dicit et dicere debuit Pindarus. Supplendum igitur est θεός. Cinyras rex Cypri, sacerdos Veneris, Apollini carus, magnas habuit deorum beneficio divitias. Hinc est proverbium ap. Suid. v. καταγηράσαις. Adde Platon. de Legg. II. p. 660. ibiq. Ast. Animadv. p. 112. Porro ἔβρισε πλούτῳ, notum locutionis genus. Sophocl. Ai. 130. Εἴ τινος πλέον ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει, ubi comparant βάρος πλούτου Eurip. Iphig. T. 419. ὄλβου βάρος Electr. 1297. Ἵσταμαι δὴ πουσὶ κούφοις, *subsisto paulisper*; nam ut firmo pede subsistunt, qui diutius morari volunt, sic levi pede qui paulisper. Porro ἀμπνέων alius Scholiastes petitum putat a quinquertionibus, alius a tragoedis similibusque spiritum et vires colligentibus, perperam me iudice. Quorsum enim vires nunc colligat qui pergere in incepto non vult? Rationem non habent haec: *vires colligam, nam nova excogitare periculosum.* Quare miror hoc placere potuisse. Immo notum est ἀπνευστὶ qui loquantur, eos temere multa fundere; Pindarus igitur spiritum ducens, antequam continuet orationem, intermittit paululum, deliberaturus an pergat. Non semper ἀναπνεῖν recreationis significationem habet; cf. Seidl. ad Eurip. Troad. 1286. Sensus igitur: *subsisto paulisper deliberans antequam pergam.* Recte habere particulam τέ post ἀμπνέων iam non est quod doceam. Πολλὰ λέλεκται, de Cinyra. Porro ἅπας κίνδυνος est *summum periculum*, ut Aristoph. Nub. 954. Similiter ἅπασα ἀνάγκη, de quo v. Heindorf. ad Plat. Theaetet. p. 485. Cf. ad Olymp. XI, 81 sqq. Mox ὄψον quid proprie sit, accurate explicuit Boeckh Oeconom. civ. Athen. T. I, p. 111. Narrationes huiusmodi deliciae sunt invidis quaerentibus quod reprehendere possint. Dicas λόγους esse *sermones ab invidis habendos:* „Invidos oblectant sermones quos habere possint, quibus carpant dicta:" ut adeo λόγοι sint ψόγοι. Sed praefero quod posui; etsi in utramque potest partem disputari. Ἄπτεται, sc. ὁ φθόνος, eliciendum ex vocabulo φθονερῶν. Sic Aeschyl. Pers. 13. ἓὸν δ' ἄνδρα βαΰζει, ubi Ἀσία supplendum ex antecedente adiectivo Ἀσιατογενής. Ceterum causa mutatae orationis in promptu est. Dixerat de invidis hominibus qui poetarum carmina carperent; dicturus est de invidia quam Aiax expertus, hinc revocat orationem ab invidis ad invidiam ipsam. Ad notionem generalem assurgere opus erat, ut ab uno invidiae genere veniret ad alterum. Denique citat hunc versum Scholiastes ad Soph. Ai. 154. sed corrupte, indeque Suid. v. φθόνος. Ad Sophocl. vs. 157. alia notata ab interpretibus invenient, qui similium sententiarum comparatione delectantur. Φασγάνῳ ἀμφικυλίσαις, *faciens ut ille incumberet in ferrum, circumvolveretur ferro in corpus adacto.* Sophocl. Ai. 828. πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορρῴντῳ ξίφει. Hom. Il. ϑ, 86. κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ. Il. ν, 570. περὶ δουρὶ ἤσπαιρε, ibid. 441. ἐρεικόμενος περὶ δουρί. Isthm. III, 54. ἀλκὰν ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ, de Aiace. Et quae sunt alia similia. Seqq. ἤ τιν' ἄγλωσσον μὲν ἦτορ δ' ἄλκιμον λάθα κατέχει, Lobeckius ad Sophocl. Aiac. p. 365. de repentino stupore intelligenda esse contendit, quem Aiaci in ipso armorum iudicio obrepsisse veterum aliquis prodiderit. Sed erravit haud dubie vir doctissimus. Si haec fuisset Pindari mens, dixisset certe sic: ἤ τιν' ἦτορ μὲν ἄλκιμον, ἄγλωσσον δὲ λάθα κατέχει, h. e. *fit interdum, ut aliquis animo quidem fortis sed dicendi imperitus repentino stupore corripiatur in iudicio.* Talem equidem intelligo sententiam; nam rationem habet. At ut aliquis dicendi quidem imperitus, sed fortis tamen stupore cor-

www.libtool.com.cn

ripiatur, hoc qui dicat non semel fieri, eum ego dicam incredibilem rem narrare, siquidem id incredibile haberi debet quod absurde dictum est. Tu haud cunctanter mecum redibis ad Heynii explicationem: *λάθα κατέχει, oblivio tenet, premit eum*, h. e. *ἀτιμάζεται, contemnitur, causâ cadit;* sed leniorem locutionem elegit prudentissimus poeta consulto. Omnino video eximium artificium huius loci a multis non perspectum; quare in eam rem nonnulla addam. Dixerat invidiam mortis causam fuisse Aiaci. Iam dicendum erat qualis fuisset illa invidia. Fuit autem res haec: Aiax quamquam fortis armisque dignissimus ceciderat causâ, quum dicendi esset imperitior; vicerat Ulysses mendacibus fraudulentisque verbis, quibus perfecerat, ut sua postulata veriora haberentur. Credat igitur aliquis sic dicendum fuisse Pindaro: *Aiax enim quamquam fortis, quum dicendi imperitior esset, spretus causâ cecidit.* Sane vere dixisset poeta, si ita dixisset, sed dixisset acerbe et consilio suo non accommodate. Vide igitur eius prudentiam. Primum enim rem in generalem sententiam mutavit, quoniam leniora sunt quae non uni tantum accidisse dicuntur. Nam etiam hoc est inter eximia Pindari artificia, quod rerum tristium acerbitatem sententiis generalibus mitigat, modo rem ipsam ad generalem sententiam revocans, ut hoc loco, modo ei praemittens mitigans dictum aut subiungens; cf. Olymp. VII, 24 seq. 45 seq. Omnino sententiarum generalium non unus est usus apud Pindarum sed multiplex; nusquam iis utitur temere, quod ii teneant, qui in his et similibus nihil nisi mutandae orationis studium vident, quasi non illud etiam quaerendum sit, num apte et recte mutata sit oratio. Sed causas dictionum explorare etiamnum nimis multi negligunt, unde fit ut etiam ea, quae dicta sunt, persaepe non intelligant. Verum ad rem propositam redeundum est. Pindarus igitur, ut dixi, consulto praetulit formam generalis sententiae. Porro quum etiam sic duo essent dicendi modi, iterum elegit id quod unice aptum. Potuit enim dici sic: Factum non semel ut aliquis fortis quidem at dicendi imperitior posthaberetur; Pindarus autem maluit hoc: *Factum pro dolor non semel ut aliquis dicendi quidem imperitior at fortis tamen posthaberetur.* Causa in aperto est. Prius verum quidem, atque ita accidit Aiaci; at minuitur sic iniuria et cum vi effertur id quod tectius dici oportebat, dicendi imperitia repulsam tulisse Aiacem. Merito igitur poeta praetulit alterum, in quo inest significatio iniuriae, deprimitur autem id quod minus honorificum, imperitiam dico dicendi. Adde denique lenissimam locutionem *λάθα κατέχει*, et senties eximiam huius loci pulchritudinem. Subiicitur iam opposita sententia spectans Ulyssem, in qua *ἀντέταται* est *exhibetur, offertur*, s. *oblatum exhibetur*. *Κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις*, pergit, *Ὀδυσσῆ Δαναοὶ θεράπευσαν*. Particula *γὰρ* utuntur, ubi subiicitur id cuius causa aliqua sententia praemissa est. Porro *κρυφίαις ἐν ψάφοις* significat, ni fallor, *dolosis suffragiis;* factum enim erat fraudulentis praestigiis quorundam, ut Ulysses maiorem partem suffragiorum haberet. Fuit inter hos imprimis Menelaus, de quo Teucer apud Sophocl. Ai. 1114. *κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς εὑρέθης*, comparans eum cum praestigiatoribus, qui calculos aut globulos tanta cum dexteritate loco movent et alio transferunt, ut oculos spectantium fallant, de quibus dixit Casaubon. ad Athen. I, p. 19. B. His igitur occultis suffragiorum praestigiis victoriam pararunt Aiaci. *Χρυσέων δ' ὅπλων*; talia enim erant arma Achillis a Vulcano facta, ut patet ex descriptione armorum istorum apud Homerum, et ex illo versu: *χρυσὸς γαρ ἐρύκακε, δῶρα θεοῖο*, Il. *υ*, 268. et *φ*, 165. Quare probat Hermannus ad Sophocl. Ai. 916. coniecturam Musgravii, *χρυσοδέτων* ibi excidisse suspicantis. *Φόνῳ πάλαισεν* dictum ut *ἄτῃσι παλαίει* Hesiod. opp. 383. *πολλαῖς ζημίαις παλαίειν* Xenoph. Oecon. XVII, 2. *παλαίειν συμφοραῖς* Polyb. II, 56. Sic *conflictari* cum ad-

www.libtool.com.cn

versa fortuna Cornel. Nep. Pelopid. c. 5. Satis frequens hoc genus. Porro consulto Pindarus hic non dixit: *ὅπλων χολωθεὶς ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος*, ut Nem. VII, 25. sed dictionem elegit narrationis consilio aptiorem. Nullum verbum in toto loco quod iram Aiacis expresse indicet aut voluntariae mortis disertam significationem habeat; non quo negentur haec, sed ne audiantur. Hic, ut par est, revocantur omnia ad invidiam; haec arma Achillis Aiaci eripuit, haec eum occidit. Conferes enim vs. 23. ad quem redit oratio. Nunc iniustitiam declarat disertius. De Achillis morte, eius auctore, loco, tempore, explicate dixit Heynius ad Il. *χ*, 359. indicatis veterum de hac re narrationibus. Vehementer eo die pugnatum esse narravit iam Homerus Odyss. *ε*, 309. unde simul discimus, quod etiam huc facit, Ulyssem quoque ei pugnae interfuisse. *Ἄλλων τε μόχθων — ἀμέραις*: sicuti etiam Aeginetae tum invidiam habentes passim fortitudinis palmam tulerant, ut in pugna Salaminia (Herodot. VIII, 93.). Magnificentius idem significat Pindarus Isthm. IV, 54. Nam haec tempora gloriosa Aeginetarum Pindaro obversata credam, quum scriberet hunc quem tractamus locum. *Αἰμύλοι μῦθοι* sunt *verba male blanda, prava delinimenta verborum*, ut notum; quibus quum utatur callida persuasio et dolus, *πάρφασις* (cf. ad Olymp. VII. 54 sqq.), nunc *ὁμόφοιτος* eorum dicitur. Talibus verbis utebatur Ulysses, talibus utebantur inter Athenienses isti, qui horum odia adversus Aeginetas foverunt, aluerunt eosque ad bellum moverunt, calumniantes insulam eximiam. Atque esse aliquid quod spectet Pindarus, docet manifesto verborum eximia vis. *Ἦθος* loci sensit etiam Scholiastes. *Ἁ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται, quae viros virtute praestantes invadit.* Similiter *τὸ λαμπρὸν* neutro genere, sensu licet paulum diverso, est in Apollod. Fragment. IV, 12. ap. Brunck. Gnom. p. 188. edit. nov. p. 260. *πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται, σφάλλει τ' ἐκείνους οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη.* Ad *βιᾶται* conferri potest Hom. Odyss. *λ*, 503. *οἳ κεῖνον βιόωνται ἐίργουσίν τ' ἀπὸ τιμῆς.* Porro *ἄφαντοι* sunt *virtute genuina carentes.* Similiter *ψεφηνὸς ἀνὴρ* Nem. III, 39. Mox *σαθρὸν* est *vitiosum, male sanum, quod nihili est, οὐχ ὑγιὲς.* Exposuit de hac voce Toup. ad Longin. sect. 18. p. 340. Weisk. et Ast. ad Platon. Legg. T. II, p. 254. Denique notabis etiam hoc, redire poetam hoc ultimo versu ad superiora vs. 37. nisi quod haec ultimo loco posita sententia magnificentius elata est priore. Absolvitur sic tota haec sententiarum compages oratione in orbem redeunte. De quo veterum artificio non opus est monere. Subiicitur nunc id, quod unum post haec addi poterat: *Procul absint a me tales artes.* *Ἁπλόαις* dixit, quoniam de dolosis invidorum hominum artibus egerat. *Χρυσὸν — πεδίον*, coniunxit *aurum* et *agros*, tanquam duo praestantiora divitiarum genera, quae per excellentiam *κτήματα* dicuntur. Il. *ι*, 125. *Οὔ κεν ἀλήϊος εἴη ἀνὴρ, ᾧ τόσσα γένοιτο, οὐδέ κεν ἀκτήμων ἐριτίμοιο χρυσοῖο, ὅσσα μοι ἠνείκαντο ἀέθλια μώνυχες ἵπποι.* Notavit I. G. Huschkius, vir celeberrimus, ad Tibull. I, 1, 1. Porro omissum est in primo membro *οἱ μὲν*, quam in rem conf. Hermann. ad Vig. p. 699. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 421. alios. Pergit: *Ego vero civibus placens etiam moriar*, h. e. *non solum vivens placeam civibus meis, sed etiam ut moriar placens operam dem vita iusta a pravis artibus aliena*, s. ut Pindarus dicit, *laudando laudabilia, castigando vero nefaria.* *Ἐπισπείρων*, ut *σπείρειν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ* Nem. I, 13. Et huc pertinere etiam Hesychianum videtur, etsi ex singulari quadam ratione explicatum: *Ἀρὰς ἐπισπεῖραι: ἔθος Κυπρίων σπειρόντων κριθὰς μεθ' ἁλὸς καταρᾶσθαί τισιν.* Denique notabis ad accuratiorem loci intelligentiam, in altera parte strophae repeti quae in priore dicta erant, sed alia forma et aucta vi. Quantum consecutus sit poeta hac re, ipse sentis. Quae praeterea de virtute huius loci dici poterant, dixi iam supra.

www.libtool.com.cn
opinor, *Αἰγίνᾳ Χαριάδαις τε*, ut Pyth. VI, 5. *Ἐμμενίδαις ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι*. Dicit quidem Pindarus aliquoties *πάτραν* pro patria, sed in omnibus locis est appositum aliquid quod sensum certum reddat, ne possit exsistere ambiguitas. Ubi nihil huiusmodi adiectum, non significatur patria. Quare Boeckhius nott. critt. Nem. IV, 77. proposuit etiam aliud, *πάτραν* esse gentem et Chariadas singulos gentis socios, quasi dixeris Chariadas universos et singulos. Sed ne hoc quidem placet, quia ex hac ratione alterutrum superfluum est, nec apparet quare hic duobus nominibus in re simplici opus fuerit. Quaeram igitur tertium. Sane *πάτρα* per se non est *φρατρία*; nam *πάτρα* gens est a communi, ut ferebatur, patre oriunda, vox *φρατρία* autem comparanda videtur cum Latino *frater*, quasi fratrum coniunctio; tamen probabile est *φρατρίας* apud Dores ortas pluribus minoribus gentibus maiori alicui adiunctis, a cuius nomine tota phratria appellaretur. Est haec sententia Muelleri Aeginet. p. 139. et idem fere voluit, opinor, etiam Boeckhius ad Nem. IV, 77. Consequimur hoc modo id, ut appareat posse aliquo modo discerni duo verba quae Pindarus posuit, quamquam illud mihi quidem incertum est, utrum eorum ampliore sensu capiendum sit. Muellerus *πάτραν* statuit esse phratriam, Chariadas autem gentem Megae, quasi *Ἑτεοχαριάδας*; videtur tamen eodem iure etiam statui posse contrarium, *πάτραν* esse familiae victricis gentem, Chariadas autem universam phratriam, imprimis si sumimus gentem Megae aliud habuisse nomen eponymum. Iam sensus erit: *genti tuae et Chariadis quorum tua gens pars est.* Atque hoc postremum Boeckhius mihi significavit nunc sibi unice verum videri: etsi enim alibi *πάτρα* etiam phratriam designet apud poetam, tamen proprie *φρατρίαν* latius patere et plures *πάτρας* continere; qua de re post alios Buttmannus dixit in commentatione de Phratriis inter Comment. Acad. Boruss. Locus classicus est Dicaearchi ap. Steph. Byz. v. *πάτρα*, sed corruptus. Itaque *Chariadas* nunc esse *phratriam*, *πάτραν* autem *familiam vel gentem* Dinidis unam ex Chariadis: unde simul id efficitur, ut poeta, quod longe aptissimum, ab eo, quod Dinidi proximum est, ad remotius transeat, a familia ex qua unus Dinis est, ad phratriam ex qua una est Dinidis sive gens sive familia; ut Pyth. VI, 5. a gente ad patriam ascenditur. Pergimus ad alia. *Ἕκατι ποδῶν εὐωνύμων δὶς δὴ δυοῖν, propter quattuor gloriosos pedes*, quorum duo sunt Dinidis, duo Megae. Errant, qui interpretantur, propter quattuor, pedibus partas, victorias. Mirum sit, si pes unus significet unam victoriam. *Ἐν ἔργῳ, in re gesta*, s. ubi aliquid gestum est. Verto igitur: *Ac lubens aptam, ubi quid gestum est, laudem fundo.* *Κόμπος* de laude, ut saepe, v. c. Isthm. I, 43. *Κόμπον τίναι*, ut *φωνὴν τίναι*. Deinde suaviter comparat hymnum, ut vidit Hermannus, cum artis medicae *μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς*; v. Pyth. III, 51. Hom. Odyss. *v*, 457. Porro *καὶ* iungendum cum *κάματον*. Interposuit *τις*, ut ingratum sonum *καὶ κάματον* evitaret; simul ita metrum fit gravius, quam si scripsisset *νώδυνόν τις καὶ κάμ.* Sequuntur iam ultima: *ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος δὴ πάλαι κ. τ. λ.* Nemea instituta vulgo perhibentur ineunte Adrasti ceterorumque ducum adversus Thebas expeditione (Apollod. III, 6, 4. Schol. Pindar. Argument. Nem. et Schol. Nem. X, 49.); quare recte monuit Scholiastes, Pindarum significare hoc: *Etiam ante Nemea bellumque Thebanum fuit ἐπικώμιος ὕμνος.* Atque hoc tempus appellare consentaneum fuit in carmine ob Nemeaeas victorias scripto. Sed insunt alia praeterea in hoc loco. Credas sensum esse hunc: Iam ante Nemea similesque ludos carmina fuerunt *ἀοιδῶν*, heroum proelia *ἐν κώμῳ* celebrantia, quemadmodum fere antiquiorem dicunt epicam poesin. Tamen hoc mihi non placet. Nam et *ἐπικώμιος ὕμνος* paullo alius est ex hac ratione, neque omnino apte sic hoc loco sacris ludis et *κώμοις* videntur antiquiora

www.libtool.com.cn

dici bella et bellici cantus. Quare non sola bella intelligam, sed etiam ludorum certamina. Etenim iam perantiquo tempore, dicit, etiam hosce ludorum labores celebravit ἐπιχώμιος ὕμνος. Nam ludos etiam sacros fuisse ante Thebanum bellum et instituta tum, ut fertur, Nemea iam antiquissimo Danaorum et Cadmeorum aliorumque, ut Minyarum et Phlegyarum, tempore non video quo iure dubitari possit, siquidem et per se haec res probabilis est atque etiam antiquissimorum, quorum nomina habemus, heroum multi ludis certasse dicuntur; nec cantus defuisse, modo ne Pindaricorum similes intelligas, negari potest nisi ab iis, qui pleraque poeseos genera post Homerum demum orta opinantur, quasi is quem litterarum historia primum nominat in aliquo genere scriptorem, continuo etiam primus rem invenisse censendus sit. Ubi fit aliquid laude dignum, ibi etiam cantus non diu solet abesse. Equidem in his rebus malo verum habere quod hominum ingenio conveniens est, quam e grammaticorum Alexandrinorum testimoniis pendere. Habebimus igitur hunc fere huius carminis exitum: *Antiquissimorum poetarum exemplum secutus et ego hosce labores hominum remuneror ἐπιχωμίοις ὕμνοις; ortus hic cantus non demum post triste illud Adrasti et Cadmeorum dissidium, quale simile bellum nunc instat inter Athenienses et Aeginetas, sed dudum fuit et in posterum erit hocce laborum lenimen.* Ceterum vide ne scribendum sit τῶν τε Καδμείων ἔριν.

[NEM. IX.]

De Chromio, cui scriptum hoc carmen, vide ad Nem. I. ubi quae dixi, hic repetere nolo. Intelligitur autem statim e stropha prima, non Nemeae sed Sicyone in Pythiis partam esse victoriam curulem, de qua hic agitur. Habebantur enim etiam apud Sicyonios Pythia: cf. Schol. Nem. X, 49. et 76. quae instituisse videtur Clisthenes tempore belli Cirrhaei, Pindarus tamen ab Adrasto repetit. Cuius rei explicandae causa Boeckhius ad Schol. vs. 2. statuit ludos, quos Adrasto auctore in Apollinis honorem Sicyonii celebraverant, postea a Clisthene mutatos et in eorum locum Pythia substituta esse, quae sententia mihi plane probatur. Ἄθλα certaminis fuerunt φιάλαι ἀργυραῖ (cf. vs. 51. et Nem. X, 43.); videtur tamen simul etiam στεφανίτης fuisse ille ἀγών, quo spectant Pindari verba infra vs. 53. Victoriam hanc curulem olim partam esse vs. 52. docet, qui locus aliam et recentem victoriam excludere videtur, quum hae solae, quae olim partae erant, phialae memorentur et praeterea nullae; neque obest νικαφορία νεοθαλής vs. 48. ubi v. not. Habitabat eo tempore Chromius Aetnae, eratque urbi praefectus, unde facile intelligas imprimis etiam ad hanc urbem ornandam haec sollemnia epinicia instituta esse. Nam, ut mihi quidem non dubium, hymnus cantatus est in pompa, quum Chromius praefectus, postquam transmissum erat carmen, tanquam redux e certamine, ut solebant victores, sollemni comitatu veheretur per urbem; quandoquidem nonnisi de pompa intelligi possunt verba vs. 4. Post pompam carmenque cantatum ventum est ad convivium, unde poeta in fine, quum iam propius pompa accessisset ad domum Chromii, hortatur, ut phialae promantur et vinum misceatur, significatque voce audaciore facta alia multa dictum iri in Chromii laudem. Haec ex singulis locis, quae adduxi, colligi possunt probabiliter de carminis

www.libtool.com.cn

hymnum ordiendum esse significat in honorem Latonae et liberorum, ut verissimè explicat Heynius, assentiente Boeckhio et nunc etiam Hermanno. Nam victor n conscendens Chromius nunciat cantum, hoc ipso quod currum conscendit, oquidem iam cum curru pompa procedit hymnusque canendus est. Non video erobscure dictum esse, ut Hermannus censet. Ergo non dubito, carmen in ipsa esse cantatum; nam nonnisi sic haec apta omnia. De verbis *Πυθῶνος ὁμο-ς ἐπόπταις* Th. Frid. Welckerus, Vir mihi in paucis carus, haec ad me scripsit: e coniuncti fuerunt hi tres, ut in templo Troiano (Il. ε, 446.), in Lesbo (cf. m in Bibl. Vet. Litt. et Art. P. I, p. 33.), in Delo (cf. Hymn. Hom. in Apoll. Coniunctos exhibebat vetus de tripode certamen, donarium Delphis sacratum tinensibus ap. Pausan. X, 13, 4. Nec negligendus Hymn. Hom. XXVII. Etiam ae et Clari videntur fuisse coniuncti, quamquam Hom. Hymn. IX. non omnes at, fueruntque in templo Palatino Romae (cf. Propert. II, 31, 15.). Ac sunt opera servata plura, ubi coniuncti reperiuntur. Denique Cirrhae, in Delpho-avali, templum Apollinis, Dianae, Latonae commune memorat Pausanias X, 37, 6." r hunc Pindari locum Welckerus imprimis conferri iubet insignem imaginem eg. Bassiril. d. Rom. tab. 99. et Galérie Mytholog. p. Millin. tab. 17. Add. ersion. Winkelmann. Histor. Art. T. II, p. 162. Hirt. Bilderbuch p. 29. Musée T. IV, tav. 7—10. et Musée Français T. IV, P. 3. pl. 19. Sunt omnino plura huius imaginis exempla, quorum quinque indicavit Zoega, Welckerus sex alia se dicit, neque tamen ei probantur aliorum explicationes. Sunt, uti censet, ipsi i Pythii expressi, tanquam praesides Pythiorum, non choreutae ad horum spe-ormati, ut cum Visconto statuit Boettiger. Nam nonnisi ipsos deos templi par stare ante templum, nonnisi diis apta ara et quae in compluribus imaginis lis conspicitur cortina, estque tripus in columna ipse Delphicus tripus, quem modo positum videmus in candelabri Dresdensis basi, August. T. I, tab. 5. iri non debet hunc tripodem in plerisque non reperiri exemplis; nam liquet unc non debere pro fundamento explicationis haberi. Platanus in nonnullis ionibus expressa significat lucum prophetalem, certamen curule est ipsorum lu-Pythiorum, quod vidit etiam Zoega d. Obelisc. p. 212. Ultimum tamen hoc adiectum; summa rei ad *κιθαρῳδίαν* pertinet, quod potius fuisse videtur prisco e Pythiorum certamen. Expressa est enim citharoedica victoria, pro victore edo ipso Apolline citharoedico habitu stante. Iam Carmanoris filius Chryso-ferebatur in Pythiis cecinisse, Pausan. X, 7, 2. stola indutus et cum cithara, clus addit Chrestomath. p. 8. ed. Schott. et apud Propertium II, 31, 16. Py-n longa carmina veste sonat. Nec alienus est locus Hymn. Hom. in Apollin. 514. ie adstat Victoria in argenteam phialam vinum infundens, ut sitim leniat ci-lo victori, quod suavissime excogitatum Welckerus illustrat verbis notissimis nostri:

Doch darf ich bitten, bitt' ich eins,
Laſst mir den Trunk des besten Weins.

ns, quem Dodwellus Delphis reperit, expressus in Millingen Récueil de quel-édailles inédites, tab. 2, 11. in priore parte habet Apollinem citharoedico ha-m cithara, in altera parte conspicitur vox *ΠΥΘΙΑ* et Parnasus cingente lauro. ibid. n. 10. est Apollo eodem habitu, et in altera parte tripus. Quibus rebus robatur explicatio proposita eximiae imaginis. Haec Welckerus. Nos ad Pin-revertimur. Fuerunt igitur Latona, Apollo, Diana Pythiorum ludorum praesi-

www.libtool.com.cn
des ut Delphis, ita etiam Sicyone; in horum deorum honorem canitur nunc hymnus Pythiam Sicyone reportatam Chromii victoriam celebrans. Vides nihil dici potuisse hoc quidem loco magnificentius. Ceterum quum Pindarus manifesto significet hymnum dedicari illis diis tanquam *Πυθῶνος ἐπόπταις*, h. e. ut aliis verbis dicam, tanquam Pythiorum patronis, sponte intelliget lector, cur non dixerim hunc hymnum cantatum esse in aliquo festo Apollinis. Nempe nihil huiusmodi inest in hoc loco. De voce *ἐπόπτης* cf. Spanh. ad Aristoph. Ran. 758. Pindarus alias habet *σκοπὸς* et *ἐπίσκοπος*. Pergit poeta: *ἔστι δέ τις λόγος — καλύψαι*. Res si laudatur, tollitur in altum; si tacetur, humi manet obscura. Ergo qui rem humi silentio tegit, is non tollit eam, sed humi facit ut relinquatur silentio pressa. Errant qui *χαμαὶ* vertunt *sub terra*. Addit: *Sed cantus rebus praeclare gestis convenit*, h. e. sed carmine res praeclare gestae celebrandae sunt. *Καύχαις* malebat etiam Heynius sic scribens: „Praestat Benedicti emendatio *καύχαις* pro *καυχήσεσιν, ἔργοις ἐφ᾽ οἷς ἔξεστι καυχᾶσθαι*. Habet *καύχη* formam, quae est in *βλάστη, βλάστησις, ἄνθη, ἄνθησις*: cf. Toup. Emendatt. in Suidam T. I, p. 87." Sunt igitur *καυχήματα s. καυχήματα ἀρετῆς, laudes*. Ceterum persaepe habet Pindarus similes sententias: Fas esse non tacere res bene gestas, bonos viros laudari debere, carmine opus esse ad res illustrandas, quae sine carmine obscurae sint, et quae sunt alia, habentque ea locum sive recens sit victoria sive diu ante parta, sive heroes sint sive homines qui canantur. Sunt haec inter sententias generales, quibus ornat carmina sua, et modo praemittuntur, modo interponuntur, modo subiiciuntur rebus, quas exponit. Etiam apud alios poetas similia multa. Atque hoc quidem loco absolvitur his verbis prima sententiarum compages.

Vs. 8—27. Transit Pindarus ad Adrastum, exponit de eius institutis apud Sicyonios, postquam fugerat Argis, tum de reconciliata cum Argivis amicitia et post auctas vires suscepto infausto bello Thebano. Ac primum quidem, absoluto prooemio, ad ipsum certamen (*ἐπ᾽ αὐτὰν ἱππίων ἄθλων κορυφάν*) veniendum esse significat, unde Chromius victoriam reportaverat. Ac tendit vox ad id quod canit; quare nunc instrumenta musica excitantur, illud ut petant certamen. Repetitum *ἀνὰ* hanc vim habet, quod monuit etiam Scholiastes, ut et citharam et tibiam, h. e. omnia instrumenta pariter excitari videas. Ceterum solet Pindarus primo loco nominare citharam, deinde tibiam ut Olymp. III, 8. Olymp. VII, 12. Isthm. IV, 30. Oritur iam ea quaestio, utrum haec instrumenta sonuerint iam, nunc autem rem ipsam ut tangant excitentur, an tacuerint hucusque et nunc demum audiantur. Nullum hucusque instrumentum auditum non credo; vide quae dixi ad Nem. III, 12. Tibia haud dubie iam sonuerat; sed quidni etiam *φόρμιγξ*? Pindarus enim non dicit ut nunc demum excitentur omnia instrumenta, sed ut nunc ad rem ipsam veniant, post praemissa ut ita dicam praeludia. Suspicor igitur iam inde a vs. 3. *ἀλλ᾽ ἐπέων — πράσσετε* audita omnia instrumenta. *Asopus* fluvius apud Sicyonem; cf. Strab. VIII, p. 587. Res nota. Ceterum novit haud dubie Pindarus Adrastum non Pythiorum fuisse auctorem, sed antiquiorum ludorum, quibus Pythia substituta. Sed quum posteriores ludi pro continuatione priorum possent haberi, Adrastum nominavit, ut de huius rebus gestis exponere posset. *Ἐπασκήσω, ornabo, venerabor*, cf. ad Hesych. v. *ἐπασκεῖν*. *Ὅς τότε μὲν, quum hos ludos institueret. Νέαις, novis*, qualia sollemnia Apollinis. Res non inucunda auditu; opinor, fuit Aetnaeis, quorum urbem similiter ornaverat Hiero *Αἰτναίοις* institutis. Porro iunge: *ἰσχύος τ᾽ ἀνδρῶν ἀμίλλαις ἅρμασί τε*, h. e. *roboris certaminibus et curruum*. Sunt igitur *ἄμιλλαι ἅρμασι* certamina quae curribus fiunt, ut Olymp. V, 6. *πεμπτάμεροι ἄμιλλαι ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε*. Iam non opus est sta-

www.libtool.com.cn

tuere nudum ἅρμασι dictum esse pro *certaminibus curruum*. Nam de certaminibus curruum non de curribus agi, quibus ornaverit urbem Adrastus, manifestum. Ceterum γλαφυρὰ ἅρματα intelligo scalpturis ornatos currus. Iam de fabulis monendum. Diviso a Proeto regno cum Melampode et Biante, regnabant Argis Proetidae, Melampodidae, Biantidae. Ac Proetidae se excipientes fuerunt Megapenthes, Anaxagoras, Hipponous, Capaneus, Sthenelus, Melampodidae Antiphates, Oïcles, Amphiaraus pater Alcmaeonis, Biantidae Talaus, Adrastus, qui fratres habebat Parthenopaeum, Pronactem, Mecisteum, Aristomachum et sororem Eriphylen. Cf. Schol. ad h. l. Pausan. II, 18. Eustath. ad Il. β, p. 288. Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 67. et p. 111. Orto autem dissidio ab Amphiarao Adrastus cum fratribus regno Argisque expulsus est; unde Pindarus dicit: ἀρχοὶ δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ παῖδες, βιασθέντες λύᾳ, h. e. στάσει (cf. Eustath. ad Il. α, p. 108. 8. Hesych. Tom. II, p. 502. Etymolog. Magn. p. 571, 29.). Fugit igitur Adrastus Sicyonem ad Polybum, cuius tum admodum potens regnum fuisse videtur (cf. Mueller. Orchom. p. 236.), eius filiam duxit, et regnum Sicyonium Polybo mortuo adeptus est. Ornavit tum Sicyonem, ut Pindarus dicit, νέαισιν ἑορταῖς, atque etiam post mortem eximie ibi cultus fuit (Herodot. V, 67.). Tamen non mansit ibi. Redit in gratiam cum Amphiarao, quod Pindarus dicit: κρέσσων δὲ καπναύει δίκαν τὰν πρόσθεν ἀνήρ, in quo κρέσσων est *prudentior*. Sic κρείττονες sunt *peritiores* Xenoph. Memorab. I, II, 16. et 47. Dedit enim Amphiarao Eriphylen sororem in matrimonium. Pindarus dicit δόντες, h. e. Talaionidae, pluralem praeferens ob sequentia. Ἀνδροδάμας, viri domitrix, audit Eriphyle, quae Amphiarao quamvis invito persuasit, ut cum ceteris ducibus contra Thebas proficisceretur. Sic φόβος ἀνδροδάμας Nem. III, 37. non est qui necat virum sed qui domat. Porro ὄρκιον ὡς ὅτε πιστὸν explicuit Hermannus ad Vig. p. 919. edit. nov. ὡς ὅτε ὅρκιον δίδωσί τις. Adrastus igitur, sic firmata cum Amphiarao amicitia, patriam imperii Argivi partem videtur recuperasse, siquidem ibi postea Diomedes ei successit. Ac rediisse eum Argos tradit Pausan. II, 6, 3. probaturque hoc etiam eo quod constante traditione Argis profecti sunt contra Thebas. An etiam tum tenuerit Adrastus regnum Sicyonium una cum Argivo, non dicam; certe Pausanias refert post discessum Adrasti Ianiscum, qui ex Attica venerat, Sicyone regnasse. Vel sic tamen Adrasti familia firmata opibus Amphiarai dici potuit Danaorum s. Argivorum potentissima. Iam Argos venit Polynices ad Adrastum (Apollod. III, 6.), atque Argis profecti sunt contra Thebas (Pausan. II, 20.). Δὴ τόθεν, quod Boeckhius eruit e Scholiis, nunc probat etiam Hermannus. Nam quod olim Hermannus proposuerat: μέγιστοι τῶν τότε. καί ποτ' seq., in eo admodum ieiunus erat transitus ad bellum Thebanum: *Atque etiam aliquando bellum contra Thebas susceperunt. Αἰσιᾶν οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν, non in via faustarum avium*, h. e. infausta via. *Παρόρνιθας πόρους* dixit Aeschyl. Eumenid. 767. Ceterum vere monet Boeckhius poetam nunc feminino genere usum, ac notatum est apud Athen. IX. p. 373. B. veteres masculine et feminine nomen ὄρνις dixisse. *Οὐδὲ Κρονίων — κελεύθου, neque Iuppiter fulmine misso eos excitaverat sed abstinere iusserat expeditione*, s. *neque Iuppiter dextrum fulmen miserat sed sinistrum*. Eximia vis inest in hac verbosiore formula, et hoc voluit Pindarus. Non credebant Amphiarao quamquam vera monenti et certis signis edocto. Nunciaverat enim infaustum belli exitum; cf. Apollod. III, 6, 2. Porro facile sentis ex verbo ἐπώτρυν' eliciendum esse ἐκέλευσεν ad φρίσσασθαι supplendum. *Ita vero factum*, pergit poeta, *ut in apertam ruerent perniciem cum armis equisque*, cum omni apparatu bellico. Pergo ad haec: Ἰσμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι — καπνόν. Significationes vocis ἐρύεσθαι exposuit Buttmannus in Lexilogo

www.libtool.com.cn
liter ab Hierone ornatam, ita etiam in ceteris quaedam inesse credo a regia Syracusarum familia non aliena. Certum est et minime dubium fabularum heroicarum apud Pindarum non eandem ubique esse rationem; plurimae ad ornandos victores intextae sunt, aliae ubi consilia danda et admonitiones interponendae videbantur, quo in genere nihil illustrius carminibus Hieroni scriptis. Atque in hoc quidem loco non contendo molestius urgenda esse singula quaeque, sed subsistam in eo quod in promptu est. Magna erat Hieronis potentia et auctoritas eo tempore, et Syracusanos principes erat quod diceres Graecorum maximos in Sicilia. At maior his omnibus erat ambitio; eximia bella gesserant cum successu, successu creverat gloriae cupido. Quare non mirum si fuit quod Pindarus dissuadendum censeret. Quamquam certiora non novimus. Chromius ipse, praefectus Aetnae, erat Hieronis affinis et amicus, et interfuerat haud dubie bellis a Gelone et Hierone gestis omnibus. Quid igitur? Si narrationis de bello Thebano hic est sensus: *Non nimis fidendum viribus; fracti sunt etiam potentissimi viri, si bella tentabant invitis diis;* ἐν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν: hic igitur inquam si sensus est, quid obstat quo minus hoc dictum putemus regiae familiae Chromioque cui iam canitur? Infra vs. 44. legimus haec: ἐκ πόνων δ' οἱ σὺν νεόταις γένωνται σύν τε δίκᾳ, τελέθει πρὸς γῆρας αἰὼν ἀμέρα, ubi Heynius: „Mira haec ἀκρίβεια in laudibus potentium hominum." Mihi dicta videntur in eandem sententiam; dissuadet quod diis displiceat, laudat res cum iustitia gestas. Vides iam rationem carminis; de curuli victoria pauca in principio et in fine; maior pars carminis in bellicis rebus versatur, ac monita poeta praemisit, laudes subiecit, in quo iterum agnoscis Pindari prudentiam. Perperam enim haec inverso ordine collocata essent.

Sed his perscriptis Boeckhius suam de hoc loco sententiam mecum communicavit, quae a mea eatenus discrepat, quatenus nullum ille in his monitum inesse censet, sed rerum gestarum gratam Chromio commemorationem: et de simili interpretatione ipse olim cogitaveram. Ita igitur ille scribit: „Multum me hic locus exercuit, dum fabulam priscam rerum Sicularum condicioni aptare studeo. Ac primum quidem et ipse admonitionem inesse putabam; mox aliquid oblatum est, ex quo nescio an hic locus plane explicari possit. Quid enim si rem aliquam paulo ante gestam, quae Chromio honorifica fuerit, Pindarus huius narrationis involucro significarit? Rem dico contra Graecos gestam, quam nefas fuisset diserte proponere: talia enim Pindarus, poeta pius, premere vel ut pugnam ad Helorum paucis tangere solet: tantum ea, quae contra barbaros gesta sunt, claris verbis uberius memorat. Tale quid ubi reperire velimus, ante omnia tempus stabiliri debet, quo possit oda scripta esse. In quo tibi assentior, odam post Nemeaeam primam, quam in Olymp. 76, 4. refero, compositam esse; eadem non potest ultra Olymp. 79, 4. differri, quo anno Catana restituta (v. ad Pyth. I.). Equidem censeo hoc carmen proximo post Nemeaeum primum anno Olymp. 77, 1. compositum esse: in intervallo utriusque carminis, fortasse modo paulo ante hocce nonum carmen, Chromius potuit Aetnae praepositus esse ob nuperum aliquod de Hierone insigne meritum: quum eo tempore, quo primum Nemeaeum carmen scriberetur, Aetnae nondum esset praefectus. Quod si posueris, commoda haec ratio suppetit: Chromium in Thrasydaeo devincendo Hieroni operam praestitisse atque hanc de Thrasydaeo victoriam hoc loco significari. Etenim summa fabulae mihi haec videtur. Adrastus Argis pulsus Sicyone habitavit, quum odia cum Amphiarao exerceret: mox res compositae, quod prudentes facere solent, idque contigit Eriphylâ Amphiarao in matrimonium datâ; restituitur Adrastus; sed Argivi insolentiores facti bellum con-

www.libtool.com.cn

opinor, *Αἰγίνᾳ Χαριάδαις τε*, ut Pyth. VI, 5. *Ἐμμενίδαις ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι*. Dicit quidem Pindarus aliquoties *πάτραν* pro patria, sed in omnibus locis est appositum aliquid quod sensum certum reddat, ne possit exsistere ambiguitas. Ubi nihil huiusmodi adiectum, non significatur patria. Quare Boeckhius nott. critt. Nem. IV, 77. proposuit etiam aliud, *πάτραν* esse gentem et Chariadas singulos gentis socios, quasi dixeris Chariadas universos et singulos. Sed ne hoc quidem placet, quia ex hac ratione alterutrum superfluum est, nec apparet quare hic duobus nominibus in re simplici opus fuerit. Quaeram igitur tertium. Sane *πάτρα* per se non est *φρατρία*; nam *πάτρα* gens est a communi, ut ferebatur, patre oriunda, vox *φρατρία* autem comparanda videtur cum Latino *frater*, quasi fratrum coniunctio; tamen probabile est *φρατρίας* apud Dores ortas pluribus minoribus gentibus maiori alicui adiunctis, a cuius nomine tota phratria appellaretur. Est haec sententia Muelleri Aeginet. p. 139. et idem fere voluit, opinor, etiam Boeckhius ad Nem. IV, 77. Consequimur hoc modo id, ut appareat posse aliquo modo discerni duo verba quae Pindarus posuit, quamquam illud mihi quidem incertum est, utrum eorum ampliore sensu capiendum sit. Muellerus *πάτραν* statuit esse phratriam, Chariadas autem gentem Megae, quasi *Ἐτεοχαριάδας*; videtur tamen eodem iure etiam statui posse contrarium, *πάτραν* esse familiae victricis gentem, Chariadas autem universam phratriam, imprimis si sumimus gentem Megae aliud habuisse nomen eponymum. Iam sensus erit: *genti tuae et Chariadis quorum tua gens pars est.* Atque hoc postremum Boeckhius mihi significavit nunc sibi unice verum videri: etsi enim alibi *πάτρα* etiam phratriam designet apud poetam, tamen proprie *φρατρίαν* latius patere et plures *πάτρας* continere; qua de re post alios Buttmannus dixit in commentatione de Phratriis inter Comment. Acad. Boruss. Locus classicus est Dicaearchi ap. Steph. Byz. v. *πάτρα*, sed corruptus. Itaque *Chariadas* nunc esse *phratriam*, *πάτραν* autem *familiam vel gentem* Dinidis unam ex Chariadis: unde simul id efficitur, ut poeta, quod longe aptissimum, ab eo, quod Dinidi proximum est, ad remotius transeat, a familia ex qua unus Dinis est, ad phratriam ex qua una est Dinidis sive gens sive familia; ut Pyth. VI, 5. a gente ad patriam ascenditur. Pergimus ad alia. *Ἕξακι ποδῶν εὐωνύμων δὶς δὴ δυοῖν, propter quattuor gloriosos pedes*, quorum duo sunt Dinidis, duo Megae. Errant, qui interpretantur, propter quattuor, pedibus partas, victorias. Mirum sit, si pes unus significet unam victoriam. *Ἐν ἔργῳ, in re gesta*, s. ubi aliquid gestum est. Verto igitur: *Ac lubens aptam, ubi quid gestum est, laudem fundo.* Κόμπος de laude, ut saepe, v. c. Isthm. I, 43. *Κόμπον ἰέναι*, ut *φωνὴν ἰέναι*. Deinde suaviter comparat hymnum, ut vidit Hermannus, cum artis medicae *μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς*; v. Pyth. III, 51. Hom. Odyss. *υ*, 457. Porro *καὶ* iungendum cum *κάματον*. Interposuit *τὶς*, ut ingratum sonum *καὶ κάματον* evitaret; simul ita metrum fit gravius, quam si scripsisset *νώδυνόν τις καὶ κάμ.* Sequuntur iam ultima: *ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος δὴ πάλαι κ. τ. λ.* Nemea instituta vulgo perhibentur ineunte Adrasti ceterorumque ducum adversus Thebas expeditione (Apollod. III, 6, 4. Schol. Pindar. Argument. Nem. et Schol. Nem. X, 49.); quare recte monuit Scholiastes, Pindarum significare hoc: *Etiam ante Nemea bellumque Thebanum fuit ἐπικώμιος ὕμνος.* Atque hoc tempus appellare consentaneum fuit in carmine ob Nemeaeas victorias scripto. Sed insunt alia praeterea in hoc loco. Credas sensum esse hunc: Iam ante Nemea similesque ludos carmina fuerunt *ἀοιδῶν*, heroum proelia *ἐν κώμῳ* celebrantia, quemadmodum fere antiquiorem dicunt epicam poesin. Tamen hoc mihi non placet. Nam et *ἐπικώμιος ὕμνος* paullo alius est ex hac ratione, neque omnino apte sic hoc loco sacris ludis et *κώμοις* videntur antiquiora

www.libtool.com.cn

diei bella et bellici cantus. Quare non sola bella intelligam, sed etiam ludorum certamina. Etenim iam perantiquo tempore, dicit, etiam hosce ludorum labores celebravit ἐπιχώμιος ὕμνος. Nam ludos etiam sacros fuisse ante Thebanum bellum et instituta tum, ut fertur, Nemea iam antiquissimo Danaorum et Cadmeorum aliorumque, ut Minyarum et Phlegyarum, tempore non video quo iure dubitari possit, siquidem et per se haec res probabilis est atque etiam antiquissimorum, quorum nomina habemus, heroum multi ludis certasse dicuntur; nec cantus defuisse, modo ne Pindaricorum similes intelligas, negari potest nisi ab iis, qui pleraque poeseos genera post Homerum demum orta opinantur, quasi is quem litterarum historia primum nominat in aliquo genere scriptorem, continuo etiam primus rem invenisse censendus sit. Ubi fit aliquid laude dignum, ibi etiam cantus non diu solet abesse. Equidem in his rebus malo verum habere quod hominum ingenio conveniens est, quam e grammaticorum Alexandrinorum testimoniis pendere. Habebimus igitur hunc fere huius carminis exitum: *Antiquissimorum poetarum exemplum secutus et ego hosce labores hominum remuneror ἐπιχωμίοις ὕμνοις; ortus hic cantus non demum post triste illud Adrasti et Cadmeorum dissidium, quale simile bellum nunc instat inter Athenienses et Aeginetas, sed dudum fuit et in posterum erit hocce laborum lenimen.* Ceterum vide ne scribendum sit τῶν τε Καδμείων ἔριν.

[NEM. IX.]

De Chromio, cui scriptum hoc carmen, vide ad Nem. I. ubi quae dixi, hic repetere nolo. Intelligitur autem statim e stropha prima, non Nemeae sed Sicyone in Pythiis partam esse victoriam curulem, de qua hic agitur. Habebantur enim etiam apud Sicyonios Pythia: cf. Schol. Nem. X, 49. et 76. quae instituisse videtur Clisthenes tempore belli Cirrhaei, Pindarus tamen ab Adrasto repetit. Cuius rei explicandae causa Boeckhius ad Schol. vs. 2. statuit ludos, quos Adrasto auctore in Apollinis honorem Sicyonii celebraverant, postea a Clisthene mutatos et in eorum locum Pythia substituta esse, quae sententia mihi plane probatur. Ἄθλα certaminis fuerunt φιάλαι ἀργυραῖ (cf. vs. 51. et Nem. X, 43.); videtur tamen simul etiam στεφανίτης fuisse ille ἀγών, quo spectant Pindari verba infra vs. 53. Victoriam hanc curulem olim partam esse vs. 52. docet, qui locus aliam et recentem victoriam excludere videtur, quum hae solae, quae olim partae erant, phialae memorentur et praeterea nullae; neque obest νικαφορία νεοθαλής vs. 48. ubi v. not. Habitabat eo tempore Chromius Aetnae, eratque urbi praefectus, unde facile intelligas imprimis etiam ad hanc urbem ornandam haec sollemnia epinicia instituta esse. Nam, ut mihi quidem non dubium, hymnus cantatus est in pompa, quum Chromius praefectus, postquam transmissum erat carmen, tanquam redux e certamine, ut solebant victores, sollemni comitatu veheretur per urbem; quandoquidem nonnisi de pompa intelligi possunt verba vs. 4. Post pompam carmenque cantatum ventum est ad convivium, unde poeta in fine, quum iam propius pompa accessisset ad domum Chromii, hortatur, ut phialae promantur et vinum misceatur, significatque voce audaciore facta alia multa dictum iri in Chromii laudem. Haec ex singulis locis, quae adduxi, colligi possunt probabiliter de carminis

www.libtool.com.cn
cantati ratione, nec video quid sententiae propositae obstet. De sollemnitate Iovis Aetnaei tum acta in toto carmine nullum certum vestigium reperio, nec opus est de hac cogitare. Tamen si Sicyonius *ἀγὼν στεφανίτης* fuit, potuit alio tempore etiam hoc carmen repeti in illa *πανηγύρει*, de qua re dixi ad Nem. I. De tempore cantatae odae nihil traditum est; illud tamen post ea, quae p. 349. dixi, certum videtur, post Nem. I. quod Boeckhius Olymp. 76, 4. scriptum putat, cantatam esse. Ibidem equidem statui etiam victoriam hoc carmine celebratam post Nemeaeam, quae Nem. I. praedicatur, partam fuisse, obsecutus Scholiastae ad Nem. I, 8. sed video id non necessario statuendum esse; quoniam, quum Sicyonia haec victoria antiqua, non recens fuerit, Sicyonia potest ante Nemeaeam reportata esse, licet postea hoc carmine celebrata. Potest tamen Sicyonia etiam post Nemeaeam contigisse, si odae huius tempus a tempore Nemeaei primi carminis longius removeris. Contrariam rationem Boeckhius init, qui hoc nonum carmen non vult longius a Nemeaeo primo removeri, sed ad Olymp. 77, 1. referendum censet, de quo vide ipsum ad vs. 8—27. extr. Quod si statueris, non poterit Sicyonia victoria Nemeaeâ posterior esse.

V. 1—7. Prooemium carminis. *Κωμάσομεν παρ' Ἀπόλλωνος Σικυώνοθε Μοῖσαι, Tendamus Sicyone ab Apolline laeto agmine Aetnam, carmen ferentes Chromio.* Sic Olymp. X, 16. *ἔνθα συγκωμάξατε* est: *eo, ad Locros, mecum eatis, κῶμον ἄγουσαι s. ferentes ὕμνον ἐπικώμιον, ἐπικωμίαν ὀπα.* Adde virum celeberrimum Mitscherlich. ad Horat. Carm. IV, 1, 11. *Κωμάσομεν*, ut *ὄρσομεν* vs. 8. correpta vocali. Dicas autem hunc introitum carminis aptiorem esse, si victoria erat recens: sed potest etiam pompa duci *tanquam redeuntis Chromii*, etsi non tum demum redierit. Id vero tum aptissime fiebat, quum Chromius esset Aetnae praefectus factus, ut hac pompa et urbs et novus praefectus ornaretur. Una veniunt Musae comitaturae victorem ad domum suam. Nam pompa procedebat, opinor, inde a portis per vias urbis ad Chromii domum. Venientes igitur Sicyone Musae ab Apolline suo, cui ludi, qui canuntur, dicati sunt, et victoriam olim partam carmine nunciaturae et comprobaturae tendunt ad domum Chromii, non ut ibi demum canant hunc hymnum, sed ut postquam deduxerint Chromium canentes, hospitio ibi excipiantur. De vocabulo *νεοκτίσταν* iam diximus in Introd. ad Nem. I. Verba *ἔνθ' ἀναπεπταμένοι ξείνων νενίκανται θύραι*, ad sequentia traho, sic: *ad hospitas fores, opulentam Chromii domum: ξείνων νενίκανται* dictum est ut apud Sophocl. Ai. 1340. *παῦσαι· κρατεῖς τοι, τῶν φίλων νικώμενος.* Aristophan. Nub. 1078. *Τί δῆτ' ἐρεῖς, ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ;* Ad dictionem conferri merentur loci etsi non ab omni parte similes Callimachi Fragm. 41. *τῶν δέ ἑ πάντες ὀδῖται ἦρα φιλοξενίης· ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήϊστον*, et Aristoph. Acharn. 127. *τοὺςδε ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα*, ubi Schol. affert haec Pindari *ἔνθ. ἀναπ. κ. τ. λ.* sed depravata. Sensus: *Ubi dudum aditum habent advenae, foribus vinci se passis s. ubi apertae advenas admittunt fores.* Haec igitur etiam Musas admittent; cf. quae monui ad Nem. III, 1. *Ἀλλ' ἐπέων — πράσσετε, Age vero parate iam hymnum.* *Ἐπέων ὕμνος* ut mox *ἐπέων ἀοιδά*, ornatius. Accedimus iam ad locum non uno nomine notabilem, *τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ' ἀναβαίνων* etc. Credunt nonnulli hymnum esse intelligendum, quasi personam currum adscendentem; manifesto inepte. Poeta dixerat: *ὕμνον πράσσετε.* Num igitur currum adscendit hymnus parandus necdum perfectus? An adscendet currum postquam perfectus erit? Verbum non addo. Tu cum Scholiasta, Schmidio, aliis, Chromium intellige. Adscendit igitur Chromius currum ab equis victoribus tractum; quorsum vero hoc nunc fecerit, nisi pompam ducturus? Pulchre conveniunt quae sequuntur: *ἅρμ' ἀναβαίνων — αὐδὰν μανύει*, h. e. *currum conscen-*

www.libtool.com.cn

dens, hymnum ordiendum esse significat in honorem Latonae et liberorum, ut verissime haec explicat Heynius, assentiente Boeckhio et nunc etiam Hermanno. Nam victor currum conscendens Chromius nunciat cantum, hoc ipso quod currum conscendit, quandoquidem iam cum curru pompa procedit hymnusque canendus est. Non video hoc perobscure dictum esse, ut Hermannus censet. Ergo non dubito, carmen in ipsa pompa esse cantatum; nam nonnisi sic haec apta omnia. De verbis *Πυθῶνος ὁμοπλάροις ἑπόπταις* Th. Frid. Welckerus, Vir mihi in paucis carus, haec ad me scripsit: „Saepe coniuncti fuerunt hi tres, ut in templo Troiano (Il. *ε*, 446.), in Lesbo (cf. Proclum in Bibl. Vet. Litt. et Art. P. I, p. 33.), in Delo (cf. Hymn. Hom. in Apoll. 158.). Coniunctos exhibebat vetus de tripode certamen, donarium Delphis sacratum a Mantinensibus ap. Pausan. X, 13, 4. Nec negligendus Hymn. Hom. XXVII. Etiam Smyrnae et Clari videntur fuisse coniuncti, quamquam Hom. Hymn. IX. non omnes nominat, fueruntque in templo Palatino Romae (cf. Propert. II, 31, 15.). Ac sunt etiam opera servata plura, ubi coniuncti reperiuntur. Denique Cirrhae, in Delphorum navali, templum Apollinis, Dianae, Latonae commune memorat Pausanias X, 37, 6." Propter hunc Pindari locum Welckerus imprimis conferri iubet insignem imaginem ap. Zoeg. Bassiril. d. Rom. tab. 99. et Galérie Mytholog. p. Millin. tab. 17. Add. Fea Version. Winkelmann. Histor. Art. T. II, p. 162. Hirt. Bilderbuch p. 29. Musée Napol. T. IV, tav. 7—10. et Musée Français T. IV, P. 3. pl. 19. Sunt omnino plura servata huius imaginis exempla, quorum quinque indicavit Zoega, Welckerus sex alia nosse se dicit, neque tamen ei probantur aliorum explicationes. Sunt, uti censet, ipsi tres dii Pythii expressi, tanquam praesides Pythiorum, non choreutae ad horum speciem formati, ut cum Visconto statuit Boettiger. Nam nonnisi ipsos deos templi par est sic stare ante templum, nonnisi diis apta ara et quae in compluribus imaginis exemplis conspicitur cortina, estque tripus in columna ipse Delphicus tripus, quem eodem modo positum videmus in candelabri Dresdensis basi, August. T. I, tab. 5. Praeteriri non debet hunc tripodem in plerisque non reperiri exemplis; nam liquet inde hunc non debere pro fundamento explicationis haberi. Platanus in nonnullis repetitionibus expressa significat lucum prophetalem, certamen curule est ipsorum ludorum Pythiorum, quod vidit etiam Zoega d. Obelisc. p. 212. Ultimum tamen hoc obiter adiectum; summa rei ad *κιθαρῳδίαν* pertinet, quod potius fuisse videtur prisco tempore Pythiorum certamen. Expressa est enim citharoedica victoria, pro victore citharoedo ipso Apolline citharoedico habitu stante. Iam Carmanoris filius Chrysothemis ferebatur in Pythiis cecinisse, Pausan. X, 7, 2. stola indutus et cum cithara, ut Proclus addit Chrestomath. p. 8. ed. Schott. et apud Propertium II, 31, 16. Pythius in longa carmina veste sonat. Nec alienus est locus Hymn. Hom. in Apollin. 514. Denique adstat Victoria in argenteam phialam vinum infundens, ut sitim leniat citharoedo victori, quod suavissime excogitatum Welckerus illustrat verbis notissimis poetae nostri:

Doch darf ich bitten, bitt' ich eins,
Laſst mir den Trunk des besten Weins.

Nummus, quem Dodwellus Delphis reperit, expressus in Millingen Récueil de quelques médailles inédites, tab. 2, 11. in priore parte habet Apollinem citharoedico habitu cum cithara, in altera parte conspicitur vox *ΠΥΘΙΑ* et Parnasus cingente lauro. In alio ibid. n. 10. est Apollo eodem habitu, et in altera parte tripus. Quibus rebus satis probatur explicatio proposita eximiae imaginis. Haec Welckerus. Nos ad Pindarum revertimur. Fuerunt igitur Latona, Apollo, Diana Pythiorum ludorum praesi-

www.libtool.com.cn
des ut Delphis, ita etiam Sicyone; in horum deorum honorem canitur nunc hymnus Pythiam Sicyone reportatam Chromii victoriam celebrans. Vides nihil dici potuisse hoc quidem loco magnificentius. Ceterum quum Pindarus manifesto significet hymnum dedicari illis diis tanquam *Πυθῶνος ἐπόπταις*, h. e. ut aliis verbis dicam, tanquam Pythiorum patronis, sponte intelliget lector, cur non dixerim hunc hymnum cantatum esse in aliquo festo Apollinis. Nempe nihil huiusmodi inest in hoc loco. De voce *ἐπόπτης* cf. Spanh. ad Aristoph. Ran. 758. Pindarus alias habet *σκοπὸς* et *ἐπίσκοπος*. Pergit poeta: *ἔστι δέ τις λόγος — καλύψαι*. Res si laudatur, tollitur in altum; si tacetur, humi manet obscura. Ergo qui rem humi silentio tegit, is non tollit eam, sed humi facit ut relinquatur silentio pressa. Errant qui *χαμαὶ* vertunt *sub terra*. Addit: *Sed cantus rebus praeclare gestis convenit*, h. e. sed carmine res praeclare gestae celebrandae sunt. *Καύχαις* malebat etiam Heynius sic scribens: „Praestat Benedicti emendatio *καύχαις* pro *καυχήσεσιν, ἔργοις ἐφ᾽ οἷς ἔξεστι καυχᾶσθαι*. Habet *καύχη* formam, quae est in *βλάστη, βλάστησις, ἄνθη, ἄνθησις*: cf. Toup. Emendatt. in Suidam T. I, p. 87." Sunt igitur *καυχήματα* s. *καυχήματα ἀρετῆς, laudes*. Ceterum persaepe habet Pindarus similes sententias: Fas esse non tacere res bene gestas, bonos viros laudari debere, carmine opus esse ad res illustrandas, quae sine carmine obscurae sint, et quae sunt alia, habentque ea locum sive recens sit victoria sive diu ante parta, sive heroes sint sive homines qui canantur. Sunt haec inter sententias generales, quibus ornat carmina sua, et modo praemittuntur, modo interponuntur, modo subiiciuntur rebus, quas exponit. Etiam apud alios poetas similia multa. Atque hoc quidem loco absolvitur his verbis prima sententiarum compages.

Vs. 8—27. Transit Pindarus ad Adrastum, exponit de eius institutis apud Sicyonios, postquam fugerat Argis, tum de reconciliata cum Argivis amicitia et post auctas vires suscepto infausto bello Thebano. Ac primum quidem, absoluto prooemio, ad ipsum certamen (*ἐπ᾽ αὐτὰν ἱππίων ἄθλων κορυφάν*) veniendum esse significat, unde Chromius victoriam reportaverat. Ac tendit vox ad id quod canit; quare nunc instrumenta musica excitantur, illud ut petant certamen. Repetitum *ἀνὰ* hanc vim habet, quod monuit etiam Scholiastes, ut et citharam et tibiam, h. e. omnia instrumenta pariter excitari videas. Ceterum solet Pindarus primo loco nominare citharam, deinde tibiam ut Olymp. III, 8. Olymp. VII, 12. Isthm. IV, 30. Oritur iam ea quaestio, utrum haec instrumenta sonuerint iam, nunc autem rem ipsam ut tangant excitentur, an tacuerint hucusque et nunc demum audiantur. Nullum hucusque instrumentum auditum non credo; vide quae dixi ad Nem. III, 12. Tibia haud dubie iam sonuerat; sed quidni etiam *φόρμιγξ*? Pindarus enim non dicit ut nunc demum excitentur omnia instrumenta, sed ut nunc ad rem ipsam veniant, post praemissa ut ita dicam praeludia. Suspicor igitur iam inde a vs. 3. *ἀλλ᾽ ἐπέων — πράσσετε* audita omnia instrumenta. *Asopus* fluvius apud Sicyonem; cf. Strab. VIII, p. 587. Res nota. Ceterum novit haud dubie Pindarus Adrastum non Pythiorum fuisse auctorem, sed antiquiorum ludorum, quibus Pythia substituta. Sed quum posteriores ludi pro continuatione priorum possent haberi, Adrastum nominavit, ut de huius rebus gestis exponere posset. *Ἐπασκήσω, ornabo, venerabor*, cf. ad Hesych. v. *ἐπασκεῖν*. *Ὅς τότε μὲν, quum hos ludos institueret. Νέαις, novis*, qualia sollemnia Apollinis. Res non inamoena auditu; opinor, fuit Aetnaeis, quorum urbem similiter ornaverat Hiero *Αἰτναίοις* institutis. Porro iunge: *ἰσχύος τ᾽ ἀνδρῶν ἀμίλλαις ἅρμασί τε*, h. e. *roboris certaminibus et curruum*. Sunt igitur *ἅμιλλαι ἅρμασι* certamina quae curribus fiunt, ut Olymp. V, 6. *πεμπτάμεροι ἅμιλλαι ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε*. Iam non opus est sta-

www.libtool.com.cn

tuere nudum ἅρμασι dictum esse pro *certaminibus curruum.* Nam de certaminibus curruum non de curribus agi, quibus ornaverit urbem Adrastus, manifestum. Ceterum γλαφυρὰ ἅρματα intelligo scalpturis ornatos currus. Iam de fabulis monendum. Diviso a Proeto regno cum Melampode et Biante, regnabant Argis Proetidae, Melampodidae, Biantidae. Ac Proetidae se excipientes fuerunt Megapenthes, Anaxagoras, Hipponous, Capaneus, Sthenelus, Melampodidae Antiphates, Oicles, Amphiaraus pater Alcmaeonis, Biantidae Talaus, Adrastus, qui fratres habebat Parthenopaeum, Pronactem, Mecisteum, Aristomachum et sororem Eriphylen. Cf. Schol. ad h. l. Pausan. II, 18. Eustath. ad Il. β, p. 288. Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 67. et p. 111. Orto autem dissidio ab Amphiarao Adrastus cum fratribus regno Argisque expulsus est; unde Pindarus dicit: ἀρχοὶ δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ παῖδες, βιασθέντες λύᾳ, h. e. στάσει (cf. Eustath. ad Il. α, p. 108. 8. Hesych. Tom. II, p. 502. Etymolog. Magn. p. 571, 29.). Fugit igitur Adrastus Sicyonem ad Polybum, cuius tum admodum potens regnum fuisse videtur (cf. Mueller. Orchom. p. 236.), eius filiam duxit, et regnum Sicyonium Polybo mortuo adeptus est. Ornavit tum Sicyonem, ut Pindarus dicit, νέαισιν ἑορταῖς, atque etiam post mortem eximie ibi cultus fuit (Herodot. V, 67.). Tamen non mansit ibi. Redit in gratiam cum Amphiarao, quod Pindarus dicit: κρέσσων δὲ καπναύει δίκαν τὰν πρόσθεν ἀνήρ, in quo κρέσσων est *prudentior.* Sic κρείττονες sunt *peritiores* Xenoph. Memorab. I, II, 16. et 47. Dedit enim Amphiarao Eriphylen sororem in matrimonium. Pindarus dicit δόντες, h. e. Talaionidae, pluralem praeferens ob sequentia. Ἀνδροδάμας, viri domitrix, audit Eriphyle, quae Amphiarao quamvis invito persuasit, ut cum ceteris ducibus contra Thebas proficisceretur. Sic φόβος ἀνδροδάμας Nem. III, 37. non est qui necat virum sed qui domat. Porro ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν explicuit Hermannus ad Vig. p. 919. edit. nov. ὡς ὅτε ὅρκιον δίδωσί τις. Adrastus igitur, sic firmata cum Amphiarao amicitia, patriam imperii Argivi partem videtur recuperasse, siquidem ibi postea Diomedes ei successit. Ac rediisse eum Argos tradit Pausan. II, 6, 3. probaturque hoc etiam eo quod constante traditione Argis profecti sunt contra Thebas. An etiam tum tenuerit Adrastus regnum Sicyonium una cum Argivo, non dicam; certe Pausanias refert post discessum Adrasti Ianiscum, qui ex Attica venerat, Sicyone regnasse. Vel sic tamen Adrasti familia firmata opibus Amphiarai dici potuit Danaorum s. Argivorum potentissima. Iam Argos venit Polynices ad Adrastum (Apollod. III, 6.), atque Argis profecti sunt contra Thebas (Pausan. II, 20.). Δὴ τόθεν, quod Boeckhius eruit e Scholiis, nunc probat etiam Hermannus. Nam quod olim Hermannus proposuerat: μέγιστοι τῶν τότε. καί ποτ' seq., in eo admodum ieiunus erat transitus ad bellum Thebanum: *Atque etiam aliquando bellum contra Thebas susceperunt. Αἰσιᾶν οὐ κατ' ὀρνίχων ὀδόν, non in via faustarum avium,* h. e. infausta via. Παρόρνιθας πόρους dixit Aeschyl. Eumenid. 767. Ceterum vere monet Boeckhius poetam nunc feminino genere usum, ac notatum est apud Athen. IX. p. 373. B. veteres masculine et feminine nomen ὄρνις dixisse. Οὐδὲ Κρονίων — κελεύθου, *neque Iuppiter fulmine misso eos excitaverat sed abstinere iusserat expeditione,* s. *neque Iuppiter dextrum fulmen miserat sed sinistrum.* Eximia vis inest in hac verbosiore formula, et hoc voluit Pindarus. Non credebant Amphiarao quamquam vera monenti et certis signis edocto. Nunciaverat enim infaustum belli exitum; cf. Apollod. III, 6, 2. Porro facile sentis ex verbo ἐπώρυν' eliciendum esse ἐκέλευσεν ad φεισασθαι supplendum. *Ita vero factum,* pergit poeta, *ut in apertam ruerent perniciem cum armis equisque,* cum omni apparatu bellico. Pergo ad haec: Ἰσμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι — καπνόν. Significationes vocis ἐρύεσθαι exposuit Buttmannus in Lexilogo

v. 62. unde videbis locos Homericos ab Hermanno ad hunc locum explicandum allatos non satis convenire. Magis huc pertinet quod Heynius comparavit Odyss. ψ, 243. *Νύκτα μὲν (Ἀθήνη) ἐν περάτῃ δολιχὴν σχέθεν, Ἠῶ δ' αὖτε ῥύσαι' ἐπ' Ὠκεανῷ χρυσόθρονον.* Ibi enim *ῥύεσθαι* nihil est nisi *inhibere*, et differt ille locus ab hoc tantummodo eo, quod Minerva Auroram aliquamdiu inhibuit, hi plane non redierunt. Ad Ismeni ripas fixerunt dulcem reditum, quoniam temerario bello suscepto ibi caesi sunt. *Ismeni ripas* dicit; nam quum a muris repulsi essent Argivi, circa haec loca altera pugna facta bellumque diiudicatum videtur (cf. Heyn. ad Apollod. III, 6, 8.). *Λευκανθέα σώματα* sunt aut *pallida*, aut *quae albente fumo involuta albicare videbantur*, ut recte videtur intelligere Scholiastes. Et vere monet Boeckhius in nott. critt. participium *ἐρυσσάμενοι* non esse nominativum absolutum. Voces *λευκανθέα σώματα* ad illud genus appositionis referendae sunt, quod interponitur ad verbum loci illustrandum. *Ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο κ. τ. λ.* ne oppositio membrorum te fugiat, verte: *Septem enim rogi absumpserunt iuvenes, Iuppiter autem Amphiaraum abstulit.* Periclymenus fuit Neptuni et Chloridis a Tiresia prognatae filius; cf. Schol. ad h. l. Eurip. Phoeniss. 1172. Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 252. Ab hoc pressus Amphiaraus *φεύγων παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνὸν* antequam vulnus exciperet aversum, hiatu terrae facto cum curru absconditus est. Cf. Apollod. III, 6, 8. ibiq. Heyn. Observatt. p. 252. et imprimis Pausan. IX, 8, 2. *Ἐκ δὲ τῶν Ποτνιῶν ἰοῦσιν ἐς Θήβας ἔστιν ἐν δεξιᾷ περίβολος τῆς ὁδοῦ οὐ μέγας καὶ κίονες ἐν αὐτῷ· διαστῆναι δὲ Ἀμφιαράῳ τὴν γῆν ταύτῃ νομίζουσιν.* Hoc igitur *Ἀμφιαράϊον* in huius rei memoriam ibi conditum Pindarus censendus est in animo habuisse. De eodem intelligenda sunt verba Nem. X, 8. *γαῖα δ' ἐν Θήβαις ὑπέδεκτο κεραυνωθεῖσα Διὸς βέλεσιν.* Adde comment. ad Pyth. VIII, 40—63. *Βαθύστερνον χθόνα* vides esse planitiem Thebanam.

Pervenimus iam ad finem huius de Adrasto loci; liceat igitur nunc nonnulla addere de consilio, quod Pindarus in eo interponendo secutus esse videtur. Post exordium dicit poeta, se iam ad ipsum certamen venturum, quod quum instituerit Adrastus, hunc se celebraturum profitetur. Adrastum igitur tum fuisse regem Sicyonis novisque institutis sollemnibus ornasse urbem. Patrium regnum fuisse Argis, sed fugisse eum inde pulsum ab Amphiarao. Postea tamen pacem restitutam, quo facto Adrasti regiam gentem egregie firmatam potentissimam fuisse inter Danaos. Hactenus omnia satis apta videntur Adrasti laudibus. Exin vero, pergit Pindarus, duxerunt exercitum contra Thebas non probante Iove sed vetante; quare in apertam properantes perniciem in Ismeni ripis occubuerunt; Amphiaraum fugientem Iuppiter antequam tergum vulnere averso dedecoratum haberet, terra abscondidit. Terroribus enim divinitus immissis fugiunt etiam filii deorum. Hactenus Pindarus. Videmus ex his invito Iove non posse geri bella feliciter; tentaverant hoc Adrastus ceteriique duces; unde iniquissimam sortem experti sunt. Quaeram quo consilio haec dicta sint. Sane nomen Adrasti cum belli Thebani memoria ita coniunctum est, ut qui Adrasti meminerit, ei etiam huius belli veniat in mentem; verum Pindarus non temere fundit quidquid in mentem venit, sed ubi quid persequitur longius, facit hoc certo consilio. Vidisti Pindarum ita loqui de hoc bello, ut minime laudet; celebrat alias heroum res feliciter gestas, ut victorum quos canit virtutes illustret; hoc loco nihil eiusmodi; infaustum bellum canit; declarat expressis verbis contra Iovis voluntatem id esse susceptum eaque de causa infeliciter successisse. Quae quum ita sint, graviorem causam horum verborum Pindaro fuisse suspicor. Quemadmodum enim ea, quae de sollemnibus ab Adrasto institutis apud Sicyonios legimus, simul dicta videntur propter Aetnam simi-

www.libtool.com.cn
liter ab Hierone ornatam, ita etiam in ceteris quaedam inesse credo a regia Syracusarum familia non aliena. Certum est et minime dubium fabularum heroicarum apud Pindarum non eandem ubique esse rationem; plurimae ad ornandos victores intextae sunt, aliae ubi consilia danda et admonitiones interponendae videbantur, quo in genere nihil illustrius carminibus Hieroni scriptis. Atque in hoc quidem loco non contendo molestius urgenda esse singula quaeque, sed subsistam in eo quod in promptu est. Magna erat Hieronis potentia et auctoritas eo tempore, et Syracusanos principes erat quod diceres Graecorum maximos in Sicilia. At maior his omnibus erat ambitio; eximia bella gesserant cum successu, successu creverat gloriae cupido. Quare non mirum si fuit quod Pindarus dissuadendum censeret. Quamquam certiora non novimus. Chromius ipse, praefectus Aetnae, erat Hieronis affinis et amicus, et interfuerat haud dubie bellis a Gelone et Hierone gestis omnibus. Quid igitur? Si narrationis de bello Thebano hic est sensus: *Non nimis fidendum viribus; fracti sunt etiam potentissimi viri, si bella tentabant invitis diis;* ἐν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν: hic igitur inquam si sensus est, quid obstat quo minus hoc dictum putemus regiae familiae Chromioque cui iam canitur? Infra vs. 44. legimus haec: ἐκ πόνων δ' οἱ σὺν νεόταις γένωνται σύν τε δίκᾳ, τελέθει πρὸς γῆρας αἰὼν ἀμέρα, ubi Heynius: „Mira haec ἀκρίβεια in laudibus potentium hominum." Mihi dicta videntur in eandem sententiam; dissuadet quod diis displiceat, laudat res cum iustitia gestas. Vides iam rationem carminis; de curuli victoria pauca in principio et in fine; maior pars carminis in bellicis rebus versatur, ac monita poeta praemisit, laudes subiecit, in quo iterum agnoscis Pindari prudentiam. Perperam enim haec inverso ordine collocata essent.

Sed his perscriptis Boeckhius suam de hoc loco sententiam mecum communicavit, quae a mea eatenus discrepat, quatenus nullum ille in his monitum inesse censet, sed rerum gestarum gratam Chromio commemorationem: et de simili interpretatione ipse olim cogitaveram. Ita igitur ille scribit: „Multum me hic locus exercuit, dum fabulam priscam rerum Sicularum condicioni aptare studeo. Ac primum quidem et ipse admonitionem inesse putabam; mox aliquid oblatum est, ex quo nescio an hic locus plane explicari possit. Quid enim si rem aliquam paulo ante gestam, quae Chromio honorifica fuerit, Pindarus huius narrationis involucro significarit? Rem dico contra Graecos gestam, quam nefas fuisset diserte proponere: talia enim Pindarus, poeta pius, premere vel ut pugnam ad Helorum paucis tangere solet: tantum ea, quae contra barbaros gesta sunt, claris verbis uberius memorat. Tale quid ubi reperire velimus, ante omnia tempus stabiliri debet, quo possit oda scripta esse. In quo tibi assentior, odam post Nemeaeam primam, quam in Olymp. 76, 4. refero, compositam esse; eadem non potest ultra Olymp. 79, 4. differri, quo anno Catana restituta (v. ad Pyth. I.). Equidem censeo hoc carmen proximo post Nemeaeum primum anno Olymp. 77, 1. compositum esse: in intervallo utriusque carminis, fortasse modo paulo ante hocce nonum carmen, Chromius potuit Aetnae praepositus esse ob nuperum aliquod de Hierone insigne meritum: quum eo tempore, quo primum Nemeaeum carmen scriberetur, Aetnae nondum esset praefectus. Quod si posueris, commoda haec ratio suppetit: Chromium in Thrasydaeo devincendo Hieroni operam praestitisse atque hanc de Thrasydaeo victoriam hoc loco significari. Etenim summa fabulae mihi haec videtur. Adrastus Argis pulsus Sicyone habitavit, quum odia cum Amphiarao exerceret: mox res compositae, quod prudentes facere solent, idque contigit Eriphylâ Amphiarao in matrimonium datâ; restituitur Adrastus; sed Argivi insolentiores facti bellum con-

www.libtool.com.cn

tra Thebanos invito Iove susceperunt, et in apertam perniciem irruens exercitus ad Ismenum fluvium caesus est. Quod Eriphyla *ἀνδροδάμας* dicitur, ex fabulae ratione additum esse potest; item quae de Amphiarao proferuntur a terra devorato, Pindarus, ut solet, rei magnificentius exornandae causa latius exponere potuit. Iam vero cetera, prout illa posui, ad res refero exeunte anno Olymp. 76, 4. gestas; quae proinde in hoc carmine optime significabuntur, si hoc ipsum ad Olymp. 77, 1. revocabimus: quod eo probabilius, quum hoc ipso anno Pindarum in Sicilia fuisse mihi quidem certum sit. Nunc vide singula. Thero Thrasydaei pater filio maxime dissensiones alente Olymp. 75, 4. cum Hierone simultatem exercuit, et res eo adductae erant, ut Thero, quem cognati et Himerenses prodituri erant, *δεινῇ στάσει* paene imperio excideret; *κρέσσων δὲ καππαύει δίκαν τὰν πρόσθεν ἀνήρ*. Nam prudentes viri Hiero et Thero Simonidis ope bellum composuerunt, et Xenocratis filia, quae Theronem patruum habuit, *ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν* Hieroni est in matrimonium data. Quae exposui ad Olymp. II. Et iunctis quidem viribus Hiero et Thero tum haud dubie *ξανθοκομᾶν Δαναῶν ἔσσαν μίγιστοι*; sed continuo post patris Theronis obitum Thrasydaeus insolentior factus arma movit in Hieronem et Syracusas, collecto plus quam viginti millium exercitu pedestri et equestri. *Φαινομέναν δ' ἄρ' ἐς ἄταν σπεῦδεν ὅμιλος ἰκέσθαι χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππείοις τε σὺν ἕντεσιν*. Pugnatum ad flumen Acragantem, et caesa plus quam quattuor millia ex Thrasydaei exercitu; *Ἀκρά;αντος δ' ἐπ' ὄχθαισι γλυκὺν νόστον ἐρυσσάμενοι λευκανθέα σώματ' ἐπίαναν καπνόν*: ipse Thrasydaeus imperio excidit, mox capitis supplicio affectus est. Haec acta sunt exeunte anno Olymp. 76, 4. Vide ad Olymp. XII. Quae quantopere huic carmini praesertim in pompa publica cantando accommodata sint, sponte intelligitur: neque ne haec commemoraret, poetam retinere potuit quae olim ipsi cum Therone et Thrasydaeo intercesserat amicitia (v. ad Olymp. II.), quam Thrasydaei atrocitate dissolutam esse quis negaverit? Certe Olymp. XII. quoque Himerensium libertati poeta favet, licet illos a Thrasydaeo Hiero nuperrime liberavisset. Sunt quidem, quibus illa de Amphiarao et Adrasto narratio a rebus his Siculis discrepet: ut quod Adrastus et Amphiaraus, quibus Thero et Hiero comparantur, reconciliata gratia non inter se bellum gesserunt, ut Thrasydaeus et Hiero, sed cum Thebanis: at mirificum eum dixerim, qui tales fabulas rebus praesentibus accommodatas ita explicandas censuerit, ut omnia convenirent: tum enim vix ullam fabulam intexere poeta potuerit ita, ut res sua aetate gestas significaret. Atque etiamsi res non plane eadem sit, in canentium et audientium animis illa excitat iucundam earum, quae nuper acciderint, rerum recordationem: in qua universa *allusionis*, quam nos dicimus, gratia et dulcedo posita est. Liberiorem rationem ubi poetae concesseris, ipsam Amphiarai mortem, quam exornandae fabulae causa posse propositam esse non negavi, rebus gestis aptatam dixerim. Nam etsi initio non Amphiaraus, sed Adrastus Theroni comparatus est, tamen Theronis mors Amphiarai morti comparari potuit. Quippe Thero obierat, priusquam illa clades accideret; terra conditus erat invictus. Finge Theronem noluisse cum Hierone dimicare: et noluit certe; nam post illius obitum demum Thrasydaeus bellum coepit: finge infaustum exitum Theronem de bello cogitantibus auguratum esse ideoque pacem praetulisse: tum ab hac quoque parte, ut morte sua, Amphiarao similis fuerit. Nam Thrasydaeum ad Megarenses profugum vix putaverim Amphiarai fuga designari, etsi Theronis heroicis honoribus culti (v. ad Olymp. II.) filius *παισὶ θεῶν* (vs. 27.) comparari potuit. Non nego tamen maxime offendere, quod Eriphylae comparatur Xenocratis filia et Hieronis uxor, praesertim quum illa *ἀνδροδάμας* dicatur, cum reprehensione manifesta: quod incommodum, si

www.libtool.com.cn
illa adhuc in Hieronis matrimonio erat. Quis enim comparatione minime honorifica uti tum poetam potuisse arbitretur? Verum ob hoc quidem non decedo de mea sentia. Quis enim, quaeso, Hieronis cum illa Xenocratis filia coniugium, non mutuo amore sed reipublicae causa compositum stabile fuisse sciat? Illud certum est nullos Hieroni ex illa uxore liberos fuisse. Schol. Pyth. I, 112. ἐκ γὰρ τῆς Ἀναξιλάου θυγατρὸς καὶ τῆς Θήρωνος ἀνεψιᾶς οὐκ ἐπαιδοποίησεν ὁ Ἱέρων. Itaque facile conieceris Xenocratis filiam ab Hierone repudiatam esse et ad Theronem et Thrasydaeum rediisse atque huius in Hieronem odia denuo incendisse: quod si statuas (nihil est enim cur non proferre hanc coniecturam tacentibus scriptoribus liceat), ne Eriphyla quidem reprehensa difficultatem creabit. Ceterum ita constituto loci sensu simul id lucramur, ut aptissimus ad seqq. transitus paretur. Sic enim poeta a rebus nuperrime praeclare gestis pergit ad futura, deprecans, si fieri possit, nova bella a Poenis metuenda."

Vs. 28—45. Sequuntur preces pro urbe Aetna et laudes Chromii bellicae. Ac primum quidem dicit: *Si fieri potest, Iuppiter, pugnam hanc Punicarum hastarum saevissimam deprecor quam longissime.* Φοινικόστολα ἔγχη sunt a Poenis missae parataeque hastae, Punicae phalanges. Ἀναβάλλομαι, quod est *differo, reiicio*, recte interpretatur Heynius aliique: *deprecor, oro ut reiicias, removeas.* Dicuntur facere precantes id quod precibus effectum volunt, ut apud Persium Satir. II, 36. *Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedes*, h. e. orat ut mittatur. Πόρσιστα, unde comparativus πόρσιον Olymp. I, 114. Locum ipsum plerique interpretes intelligunt de Punico aliquo bello instante, quibus ego assentiri non possum. Nam si tum instabat tale bellum, Chromius, quae modo legimus in antecedentibus de infausto bello Thebano, non poterat non huc referre. Quid igitur? Num Syracusani bellum parabant contra Poenos? Hoc si ponis, barbari Carthaginienses comparantur Thebanis ab Adrasto bello petitis invito Iove, quod ineptum. An igitur Carthaginienses bello petere volebant Hieronem et poeta cladem praedicit Poenis, et Poeni sunt illi παῖδες θεῶν in fugam se daturi? Hoc magis etiam ineptum. Quidquid est, Punico aliquo bello instante importuna pariter et infausta erat belli Thebani mentio; cecinisset alia Pindarus atque haec, quae in tali tempore dicta non poterant non displicere. Igitur aliter de hoc loco censeo. Etenim post narrationem de Adrasto Pindarus venturus ad Chromii Aetnaei laudes, praemittit preces pro urbe Aetna, ac fuit in animo poetae, ni fallor, haec sententia: *Tu, o Iuppiter, ab urbe Aetna procul tene bella gravia; at rempublicam serva bene constitutam et urbicas laudes praebe.* Quae et accurata membrorum oppositione placent et cum antecedentibus facili transitu cohaerent; ac si ita dixisset Pindarus, neminem hic locus fefellisset. Nunc poeta quamquam non Punica tantum bella animo deprecans, Punica tamen quae saevissima erant, prae aliis nominat, hoc modo: *Remove quam longissime Iuppiter notos hosce Punicos impetus*, de quo usu prenominis οὗτος vid. Boeckh. ad Platon. Min. p. 55. et Heindorf. ad Phaedon. p. 60. Profecto non obscurum est, poetam non solum certum aliquod Punicum bellum, sed omnes omnino Punicos impetus deprecari et voluisse et debuisse. Ac quum Chromius Punico bello interfuisset haud dubie, placere ei debebat illarum rerum mentio, quemadmodum in carmine Pythio primo Hieroni. Erraveris igitur, ut hoc quoque addam, si ex hoc loco coniicias carmen hoc eodem fere tempore scriptum esse quo carmen Pythium primum. Nam ut ibi Punicas pugnas commemorat propter Hieronem, sic hoc loco propter Chromium; et quidni hoc potuerit fieri temporibus diversis? Quid quod Punicum, quod Pyth. I. commemoratur, bellum non eo tempore gestum est, quo

www.libtool.com.cn

Pyth. I. Pindarus scripsit, sed multo prius? Vide Comm. De pugna autem Cumana, ad quam quidam carminis nostri verba retulit ut ad antea pugnatam, eo minus cogitari potest, quod ne constat quidem utrum ei Poeni interfuerint necne: vide Comm. ad Pyth. I, 71 sq. Addam reliqua. *Μοῖρα εὔνομος* est *εὐνομία, respublica bene constituta, bonarum legum fortuna.* Hanc debebant Aetnaei Hieroni; v. Pyth. I. Precatur igitur ut diu maneat etiam posteris. *Ἀγλαΐαι ἀστύνομοι* sunt *laudes urbicae* s. *civiles*, quales victoriae e ludis reportatae, quibus ornantur urbes. *Φίλιπποι*, qualis Chromius, *et*, addit, *qui animos habent divitiis maiores*, qui sumptibus non parcunt maius habentes honestarum rerum studium et gloriam. Cf. ad Pyth. VIII. extr. Pergit: *ἄπιστον ἔειπ' κ. τ. λ. incredibilem rem dixi; pudor enim facile lucro corrumpitur, qui gloriam affert*, h. e. *facile enim lucro corrumpitur sensus ille generosior, qui appetit res honestas gloriaeque auctor est.* *Ὑπόκρυφα* dividendum esse in *ὑπὸ κρύφα* et *ὑπὸ* cum *κλέπτεται* iungendum esse recte monuit Boeckhius in nott. critt. quem vide. Hinc ad Chromium transit: *Chromio si adstitisses, pernovisses pericula pugnae*, h. e. vidisses hominem divitiarum amore maiorem et summa quaeque pugnarum discrimina adeuntem. *Ὑπασπιστὴς* est *armiger*, *ὑπηρέτης* qui ferebat clypeum, ut Xenoph. Anab. IV, 2, 13. cf. Hesych. Suid. et Phavorin. h. v. add. Perizon. ad Aelian. V. H. XI, 9. Apte comparat Hermannus Hom. Il. *δ*, 539.

Ἔνθα κεν οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο μετελθών,
ὅστις ἔτ' ἄβλητος καὶ ἀνούτατος ὀξέϊ χαλκῷ
δινεύοι κατὰ μέσσον, ἄγοι δέ ἑ Παλλὰς Ἀθήνη,
χειρὸς ἑλοῦσ', αὐτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν.

Ceterum videmus ex hoc loco Chromium pedestribus, equestribus et navalibus pugnis interfuisse. *Πεζοβόαι* sunt pedestres copiae; nam *βοὴ* est pugna. *Ἔκρινας ἄν*, *potuisses iudicium ferre*, h. e. novisses. *Κεῖνα θεὸς*, h. e. *αἰδώς*. *Φόνου νεφέλαν* usitata metaphora. Isthm. IV, 55. dicit *χαλαζάεντι φόνῳ*. Isthm. VI, 27. *ὅστις ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν αἵματος ἀμύνεται*. Isthm. III, 35. *τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο*. Aeschyl. Sept. 197. *νιφὰς ὁλοὰ νιφομένα*, et quae sunt alia similia. Construe autem: *παῦροι δὲ βουλεῦσαι δυνατοί, pauci sciunt quomodo belli stragem vertant in hostes manibus et animo.* Verum monstrat iam Schol. De comparatione Hectoris cf. ad Isthm. VI, 32. Tum poeta nominat pugnam ad Helorum, in qua primum splenduerat virtus Chromii. De hac pugna v. Herodot. VII, 154. ibiq. Wessel. et Schol. ad hunc Pindari locum. Hippocrates Gelae tyrannus subiugatis aliis vicinis civitatibus quum bellum gereret etiam contra Syracusas, Gelo frater Hieronis equitatum duxit comite Chromio tum iuvene, et victi sunt Syracusani. „Facta, ait Heynius, haec pugna videtur paucis annis ante Gelonis principatum, primo Gelae, tum Syracusarum, qui ab Olymp. 72, 2. computari solet." Goeller Fragment. Sicul. p. 307. ponit eam Olymp. 72, 1. *Helorus* fluvius in littore orientali paullo supra Pachynum promontorium. Primum inter exesas rupes procurrit, unde Silio *clamosus Helorus*, mox ubi ad littus accessit, placido ac leni cursu incedit et hieme, clauso maris fluctibus ostio, frequenter excrescit stagnatque. Nunc *Atellaro* et in inferiore parte *Abiso*. Haec habet Heynius ad Virg. Aeneid. III, 698. Egit autem de eo Cluverius Sicil. Antiq. I, 13. De piscibus Helori, de quibus Scholia, cf. Athen. VIII, p. 331. Steph. Byz. h. v. *Ἀρείας* sive *Ἀρέας πόρον* novimus tantummodo ex hoc loco et ex Scholiis, quare manendum est in lectione, nec quidquam praeterea tentandum. Ac mihi quidem non placet *Ῥέας πόρος*; Boeckhius tamen magis nunc inclinat ad lectionem *Ῥέας πόρον*, etiam ob glossam Hesychii: *Ῥέας πόρτος παρὰ τὸν Ἀδριακὸν κόλπον, ἔνθα τιμᾶται ὁ Βόσπορος*, coll. Append. Vatic.

www.libtool.com.cn

Prov. III, 68. et Phot. v. apud quos *πόντος* p. *πόρτος* vel *πόρος*: etsi idem fatetur non posse sese quid in his grammaticorum notatis lateat, plane perspicere: nec potuerunt intpp. Hesychii. Ionium mare *Rheae sinum* vocari iam in nott. critt. Boeckhius monuerat; idem nunc addit Adriam nominatum esse *mare Cronium* s. Saturnium. *Ἔνθα καλέοισιν*, ut Hom. Il. λ, 757. *καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται*. Porro semel animadverte exquisitam verborum collocationem: *Ἕκτορι μὲν — Σκαμάνδρου χεύμασιν ἀγχοῦ — βαθυκρήμνοισι δ' ἀμφ' ἀκταῖς Ἑλώρου — παιδὶ Ἀγησιδάμου*, quam saepe praeferunt veteres alteri: *Ἕκτορι μὲν — Ἀγησιδάμου δὲ παιδί*, qualis fuit supra vs. 24. Huic quem explicamus loco similis alius infr. vs. 48. Adde Nem. IV, 35. Continet autem locus, ut sponte sentis, comparationem hanc: *Quemadmodum Hectoris gloria conspicua fuit victis hostibus ad Scamandrum, sic Chromio iuveni ad Helorum victoriae laus parta.* Ceterum *δέδορκεν* manifesto hic perfecti significationem habet: cf. ad Nem. III, 32. Pergit poeta: *τὰ δ' ἄλλαις ἀμέραις — φάσομαι*. Noli vertere: Alia aliis diebus commemorabo, gesta quae sunt multa ab eo terra marique. Errabis etiam, si sic vertes: Alia aliis diebus gesta multa terra marique commemorabo olim. Unice verum est hoc: *Alia vero dico gesta ab eo aliis diebus terra marique. Φάσομαι*, dicam, affirmabo, h. e. dico. Conferri potest, quum simile sit, *μαρτυρήσω* Olymp. VI, 21. Verum perspexerat Heynius. Ac ne te moretur constructio: *τὰ δ' ἄλλαις ἀμέραις πραχθέντα — φάσομαι*, non infrequens est hoc genus, ut legitur apud Aristoph. Ran. 281. *ὡς οὗτος ὁ τόπος ἐστὶν, οὗ τὰ θηρία τὰ δεῖν' ἔφασκ' ἐκεῖνος*, pro *οὗ τὰ θηρία τὰ δεῖν' ἔφασκ' ἐκεῖνος εἶναι*. Porro *γείτονι πόντῳ*, ut quum Hiero Etruscos proelio navali ad Cumam vinceret, Pind. Pyth. I, 72. Post haec addit poeta: *ἐκ πόνων δ' — ἀμέρα, ex laboribus, qui in iuventute peraguntur et in causa iusta, exsistit ad senectutem vita placida.* Tales formulae ita dicuntur, ut non excipiatur senectus, si veniat. Quare poterat dicere etiam sic: Qui iuventutem non absumit otiosam, sed rebus gerendis adhibet iisque iustis, placidos habet reliquos dies. Ut de victoribus ludorum dicit Olymp. I, 97. *ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν ἀέθλων γ' ἕνεκεν. Αἰὼν ἀμέρα*, quae hoc loco dicitur, videtur esse vitae cursus felix, qualem dii post praeclara facta concedere solent. Chromius, qui in prima iuventute vicerat ad Helorum, quum haec scriberet Pindarus, quadraginta fere annos habuisse videtur. Quodsi pugna ad Helorum Olymp. 72, 1. fere acciderit, viginti tum annos nato Chromio, Olymp. 77, 1. quadragenarius fuerit. Mox *ἴστω* est: sciat Chromius.

Vs. 46. usque ad fin. Post laudatam bellicam Chromii virtutem poeta facili transitu addit reliqua quae dicenda videbantur, et carmen absolvit. De verbis: *οὐκέτ' ἔστι πόρσω*, Hermannus in novissima Heynii editione sic scribit: „Etsi in duplici *ἔτι* non est haerendum, quod saepius ita positum invenitur, tamen metri causa, quum unus cod. *ἔστι* omittat, alius *οὐκ ἔστι* habeat, vel *οὐκ ἔστιν τὸ πόρσω* scribendum videtur, ut in dissert. de mens. rhythm. p. 8. conieci, vel *οὔπως ἔστι πόρσω*." Porro *σκοπιᾶς ἄλλας* est: *alium locum altiorem.* Nam *σκοπιαὶ* sunt vertices montium, ut Il. π, 299. *Ἀσυχίαν δὲ φιλεῖ μὲν συμπόσιον κ. τ. λ.* Sensus: ut animum curis vacuum amat convivium, sic victoria gaudet cantu. *Νεοθαλὴς δ' αὔξεται — σὺν ἀοιδᾷ, Victoria tenera augetur cantu fovente et alente*, quemadmodum ex usitata comparatione tenera arbor gaudet aquis. *Μαλθακὰ* enim sunt quae fovent, recreant, reficiunt, alunt. Non tamen inde colligi potest victoriam hanc recens partam esse: nam *νεοθαλὴς* quum ab arbore translatum sit, satis intelligitur *νεοθαλῆ νικαφορίαν* esse victoriam teneram quidem, non tamen prorsus recentem et novam; ut arbor tenera nondum adulta est neque tamen ideo modo sata. *Tenecram* autem victoriam dicere videtur, quod eam

www.libtool.com.cn
carmine fovendam esse vult *et alendam:* unde fere conieceris, nondum multum celebratam hanc victoriam fuisse, ideoque Aetnae nunc celebrari ad augendam urbis et praefecti gloriam. Additur: *Fit autem alacrior et audacior vox prope craterem; hunc igitur aliquis paret comissationis nuncium.* Loquitur, ut mihi quidem videtur, poeta de comissatione iam futura in Chromii domo, nunciatque convivium instans post pompam finitam. *Κρητὴρ κώμου προφάτας* dicitur non propter hanc solam commissationem, sed universe. Quando enim promitur *κρητὴρ*, signum hoc est instantis *κώμου*. Hunc igitur etiam nunc parari iubet pompa domum Chromii propius accedente. Aliena sunt, quae de hoc loco dixit Olearius ad Philostrat. p. 144. Locum affert Schol. Lucian. Conviv. c. 32. ubi *θαρσαλέον* et *κρητῆρι*, item Orion Thebanus v. *Βάκχος*, ubi *παραγηρητῆρι*. De dictione *κρητῆρα ἐγκιρνάτω* cf. Porson. ad Eurip. Orest. 1645. *Ἀργυρέαισι δὲ νωμάτω φιάλαισι — Σικυῶνος, et distribuat argenteis phialis vinum, quas aliquando partas Chromio adduxerunt equi cum Apollinis coronis Sicyone.* Nota vero plures, binas opinor, phialas datas esse, ut Marathone (Olymp. IX, 97. ubi cf. Schol. vs. 134. vulg.). Nam ad Nem. X, 43. et Schol. provocari non potest, neque ad Schol. h. l. vs. 121. vulg. *Πέμψαν, adduxerunt*, dixit poeta, ut vidit etiam Scholiastes, quia non ipse profectus erat Sicyonem Chromius, sed equos miserat cum auriga qui praemia reportarent. Verba *ἅμα Λατοΐδα στεφάνοις* sunt de coronis praeter phialas reportatis, ut dubitari non possit illum *ἀγῶνα* simul *στεφανίτην* fuisse. Similiter Argis in Heraeis praemium quidem datum est clypeus, simul autem corona myrtea (Schol. Olymp. VII, 152.). *Ζεῦ πάτερ*, intellige Iovem Aetnaeum. *Ταύταν ἀρεταν*, *has viri laudes*: ludorum victorias intellige. *Σὺν Χαρίτεσσιν*: hae enim praesunt *κώμοις*. Cum Gratiis qui canit, canit pulchre, egregie. *Τιμαλφεῖν*, *honorare, ornare*, *τιμᾶν*; cf. ad Hesych. v. *Ὑπὲρ πολλῶν*, *aliis multis praestantius*, ut *ὑπὲρ ἀνθρώπων* Isthm. II, 36. Orat igitur Iovem, ut liceat quam ornatissime haec celebrare inter pocula, quae iam parabantur. Tum plura canenda erant choro in harum rerum laudem. Hoc autem carmen totum cantatum in pompa.

[N E M. X.]

Theaeus Uliae filius bis vicerat Hecatombaeis quae Argis, in celeberrima urbe, celebrabantur. Fuit insignis luctator, etiam in Isthmiis, Nemeis, Pythiis Delphicis coronatus, et maiores habuit non minus nobiles victoriis, faventibus eximie Tyndaridis huic genti. Carmen scriptum est ad *ἐπινίκια* Argis celebranda post victorias, alio tempore, redeuntibus aliquando Hecatombaeis. Nam rursus adesse Hecatombaea ubi bis vicerit Theaeus, Pindarus clare significat vs. 23. Quemadmodum igitur carmen Nem. III. scriptum est quum Aristoclides redeuntibus aliquando Nemeis victoriae inde reportatae memoriam recoleret in Aegina, sic Theaeus Argis redeunte publica Heraeorum sollemnitate, aptissimo tempore censendus est haec *ἐπινίκια* celebrasse ob victorias non ita diu ante ut videtur reportatas. Quae quum ita sint, hoc quoque non temere videbor coniicere, publice cantatum esse hoc carmen, siquidem etiam argumenti ratio huic opinioni favere videtur. Eximiam esse dicit poeta laudum copiam huius urbis, et hoc fere est argumentum carminis; quare magnifico exordio primum antiquiora complectitur, tum ad victorem transit eiusque gentem, sed ita rem tractans,

www.libtool.com.cn
ut hae quoque certaminum victoriae ad publicas urbis laudes revocentur manifesto. Videmus igitur urbem antiquo tempore claram nec minus postea ornatam victoribus eximiis. Concedes digna haec esse, quae publice cantata censeamus; et quidni audita sint in templo aliquo Iunonis, si non in celeberrimo extra urbem, certe in illo, quod stadio, in quo Heraea acta, vicinum fuit (Pausan. II, 24). Tamen certa non habemus. De Heraeis cf. ad Olymp. VII, 83. Tempus quo scriptum carmen plane incognitum est; nihil legitur in carmine unde coniectura fieri possit.

Vs. 1 — 18. Exordium hymni. Celebrantur priscae laudes Argorum. Fabulas de Epapho, Danao, Aegypto, a logographis, Pindaro, tragicis traditas nuper accuratius excussit Muellerus, collega dilectissimus, Histor. Orchomen. p. 109 seq. ostenditque eas ab Argivis et Aegyptiis sacerdotibus inventas, et nihili esse quod de colonia Aegyptia Argis condita narratur. Danai fuerunt Achaeorum stirps, qui quum Argos occupassent, Argivi dicti sunt Danai, desiitque vetus Pelasgicum nomen. Pindarus laudes Argorum celebraturus, carmen non potuit ordiri felicius quam fecit; nam a Danai stirpe illustrior Argorum historia initium ducit. Porro, *Danaorum*, ait, *urbem, Charites, Argos Iunonis sedem divinam canite*, in quo consulto Charites, non Musae appellatae videntur. Charites, quae in pronao stabant templi Iunonis Argivae ab Eupolemo aedificati, quas Polycletus in corona Iunonis aurea expressit (Pausan. II, 17.), sunt priscae Iunonis sociae. Has igitur nunc par est celebrare urbem Iunoni sacram. Atque in huius deae sollemnibus ludis Theaeus vicerat. *Δῶμα*, h. e. *ἕδρα*. *Ἀρεταῖς, argumentis laudum, laudibus.* Habet igitur largam laudum copiam. *Μακρὰ*, h. e. *ampla sunt et longam narrationem habent*, dictum ut Pyth. IX, 80. Quare non opus est supplere *διηγήσασθαι*. *Τὰ Περσίος ἀμφὶ Μεδοίσας*, ut Aeschyl. Prometh. 708. *τὸν ἀμφ' ἑαυτῆς ἄθλον ἐξηγουμένης*. Add. Apollon. Rhod. I, 120. *Πηρὼ Νηλῆς· τῆς δ' ἄμφι δύην ἐμόγησε βαρεῖαν Αἰολίδης σταθμοῖσιν ἐν Ἰφίκλοιο Μελάμπους*. Ceterum cf. de Medusa Heyn. Observatt. ad Apollodor. p. 116 seq. *Πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ καλὰ ᾤκισεν ἄστη*. Hermannus in novissima Heynii editione de hoc loco scribit sic: „Libri *πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατῴκισθεν ἄστη*. In cod. Aug. quem Boeckhius littera C. notavit, ad ultimam syllabam verbi *κατῴκισθεν* supra adscriptum est compendium, quod *εν* significat, ita ut hoc indicium haberi possit scripturae *κατῴκισεν*, quae criticis placuit et metro accommodatior est. Sed durum videtur ad hoc verbum intelligi nominativum *Ἄργος*. Scholiastes aliam lectionem habuit. Eius verba haec sunt: *πολλὰ δ' ἂν εἴη λέγειν, ὅπως ἐν τῇ Αἰγύπτῳ κατῳκίσθησαν πόλεις ὑπὸ τῶν τοῦ Ἐπάφου χειρῶν*. Unde coniici licet, dedisse poetam: *Πολλὰ δ', Αἰγύπτῳ ὅπα ἔκτισθεν ἄστη*, a *κτίω*, unde *κτίμενος, κτίτης, κτίτωρ*." Acuta est haec coniectura Hermanni: cur tamen ad *ᾤκισεν* non intelligi queat Argos, comparato vs. 10. Boeckhius non videt. *Παρεπλάγχθη, a sana mente aberravit.* Vox *μονόψηφος* est apud Aeschyl. Suppl. 385. Transeo ad haec: *Διομήδεα δ' ἄμβροτον — Γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν*. Theophilus Fridericus Welckerus suspicatur Diomedem fuisse antiquum nomen alicuius dei cum celeberrimi herois nomine confusum, unde factum durante divini nominis memoria cultuque, ut heros ad deos revocaretur. Noti sunt Thracii Diomedis equi *ἀνθρωποφάγοι* ab Hercule victi (Apollod. II, 5, 8.), qua traditione monet Welckerus hominum immolationes significari deo illi, qui Diomedis nomen ferebat, olim sacras ab Hercule abolitas. Ac comparat hoc nomen cum nomine *Ἀγαμέμνων*, quod similiter divinum cognomen fuisse constat. Notus enim *Ζεὺς Ἀγαμέμνων* (cf. Meurs. Miscellan. Lacon. I, 4. Eustath. ad Il. *β*, p. 168.). Quaeras iam num Argis pro deo cultus sit Diomedes. Ferebatur eo attulisse Palladium Troianum, quae fabula epicis narrationibus de-

www.libtool.com.cn
beri videtur, quum esset Argis antiquum aliquod symbolum, fortasse alio consilio olim sacratum. Clypeum Diomedis in Palladis lavacro efferri solitum videmus ex Callimach. Pallad. Lavacr. vs. 35. ubi cf. Spanh., at magis notabile quod Scholiastes dicit ibid. ad vs. 1. ipsum etiam Diomedis simulacrum cum Palladis simulacro ad Inachum portatum et lotum, quam rem Welckerus ad Diomedis consecrationem pertinere suspicatur. De cultu Diomedis apud Italos Heynius egit ad Virg. Aen. XI. Excurs. I. quamquam nondum patefactum est, quomodo hic cultus eo venerit. Omnino inter difficillimos mythologiae locos est hic de Diomedis cultu. Ceterum de Diomede Argivo heroe nota omnia. Triplex factum erat Argis imperium, Proetidarum, Biantidarum, Melampodidarum (cf. ad Nem. IX. str. γ'.): Biantis nepos Adrastus, cui successit Diomedes. Ex Melampodis genere oriundus Alcmaeon reliquerat patriam sedem, unde etiam in huius possessionem videtur Diomedes venisse. Quare apud Homerum Il. β, 559. summum imperium Argis tenet. Denique ξανθὰ Minerva, cf. Heyn. ad Tibull. I, 4, 26. Γαῖα δ' ἐν Θήβαις, quo loco Ἀμφιαράϊον postea fuit non longe ab urbe: cf. ad Nem. IX, 25. Sensus: *Amphiaraus autem apud Thebas terra absconditus pro deo colitur.* Πολέμοιο νέφος, quod proprie dicitur de vi belli, Hom. Il. ρ, 243. ut *nubes belli* Virg. Aen. X, 809., nunc appellat ipsum Amphiaraum, bellica virtute insignem (cf. Ol. VI, 17.). Homerus solet dicere sic, ὑπεραὶξ ἴσος ἀέλλῃ, ut Il. λ, 297. ἐμάρναντο ἴσοις ἀέλλῃ Il. μ, 40. similia. Pergit: *Etiam feminis insignis est urbs. Antiquo tempore Iuppiter ad Alcmenam Danaenque veniens hoc probavit dictum, atque alia praestans urbi alias laudes conciliavit.* Mire errant quidam in huius loci interpretatione. Lynceus est Hypermnestrae maritus. Huius nepos Proetus, aequalis Biantis, cuius filius Talaus, Adrasti pater. Quare quum Lynceus et Talaus diverso tempore vixerint, nulla potuit esse horum discordia, errantque manifesto qui de litibus inter Lynceum et Talaum compositis hoc loco cogitant. Porro non Argos sed Iuppiter est subiectum verbi συνάρμοξεν. Fac enim sensum esse quem volunt quidam: Urbs prudentiam iis iunxit cum iustitia, s. prudentiam addidit iustitiae, tamen non inest quod volunt: urbs ad iustitiam eos et lites componendas hortata est. Hoc enim saltem sic debebat dici: prudentiae adiunxerunt iustitiam. Enimvero sensus hic est: *Et prudentiam dedit et iustitiam.* Hoc autem nemo fecit nisi Iuppiter. Quae quum ita sint, scite Boeckhius restituit πατρὶ τ' pro πατρὶ δ'. Pronomen τοῦτον, quod mihi non displicet, eam vim habet ut haec res opponatur sequentibus, respondetque ei particula τέ. Olymp. VIII, 56. Καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς ἑρέω ταύταν χάριν, τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν ἐκ παγκρατίου, ubi δὲ sequitur ut hoc loco τέ, suo quodque loco aptum. Porro καρπὸν φρενῶν etiam aliis locis dixit, ut Pyth. II, 74. Debetur igitur Iovi et feminarum Argivarum eximia fama, et Talai Lynceique prudentia ac iustitia nec non Amphitryonis fortitudo. Amphitryo antequam Thebas se conferret, habitabat Mycenis; sed fuit ex gente Persidarum, quemadmodum etiam Alcmena; Persidae vero pars regiae Danaorum stirpis. Sequentis loci interpretatio pendet ex fabula hac: Alcmena post mortem Electryonis cum Amphitryone et Licymnio Thebas exulaverat Argis, et promiserat se nupturam Amphitryoni, qui virginem servabat a patre sibi commendatam, si contra Teleboas profectus fratrum caedem ultus esset; hoc fecit Amphitryo, vicit Teleboas et redux tenuit Alcmenam, paullo ante reditum eius a Iove compressam. Cf. Apollod. II, 4, 6 seq. loca laudata ad Hygin. fab. XXIX. et antiquissimum testem in scuto Herculis init. cum Pherecyde Sturz. p. 103 seq. His praemissis ut ad locum ipsum veniamus, primum non dubium est verba: ὃ δ' ὄλβῳ φέρτατος, de Amphitryone esse accipienda, ut monuerunt Hermannus et Boeckhius; Iovem non posse

www.libtool.com.cn

intelligi perspicue Hermannus ostendit ad Orph. p. 789. ut mirum sit post Hermannum potuisse de hac re dubitari; tam multas tamque manifestas habet ineptias hic locus de Iove intellectus. Ergo: *Amphitryo venit in Iovis gentem.* Proprie quidem Alcmena dicenda est venisse in gentem Amphitryonis, quandoquidem quae ducitur uxor, transit in gentem mariti; sed hoc loco *in gentem venire* est *in coniunctionem et necessitudinem affinitatis venire*, dixitque ita Pindarus, ut rem paullo grandius exprimeret. Nam illustrius est si eum, qui in nobiliorum affinitatem venit, in gentem eorum dicas venisse. Porro, quomodo venit Amphitryo in affinitatem Iovis? An quia Iovis proneptin duxerat? Nam fuit Alcmena ex Iovis et Danaes progenie oriunda. Vides hoc longius petitum esse. Si haec fuit felicitas Amphitryonis, feliciores etiam fuerint Andromeda, quae ipsum Iovis filium Perseum habuit maritum, et Anaxo quae Electryonem Iovis nepotem. Profecto obscurum non est, alium esse huius loci sensum; Iuppiter concubuerat cum Alcmena, atque hoc ipso Iovis et Alcmenae coniugio Amphitryo Alcmenam ducens in Iovis affinitatem venisse dicitur. Verus igitur rerum nexus hic est: *Amphitryo venit in Iovis gentem s. affinitatem, quum Teleboas vicisset, et formam eius imitatus immortalium rex* (paullo ante reditum Amphitryonis) *divinum semen Herculis attulisset Alcmenae.* Nam sic et nonnisi sic haec conveniunt cum veterum traditionibus. Conferat mihi iam aliquis priorem Hermanni emendationem huius loci: *ὁ δ' ὅλβῳ φέρτατος ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν, ἐπεὶ ἐν χαλκείοις ὅπλοις Τηλεβόας ἔναρεν. τῷ δ' ὄψιν ἐιδόμενος — ἐςῆλθεν*, hanc igitur emendationem qui consideraverit, facile intelliget minime ea sublatam esse loci difficultatem. Nam quum Amphitryo venerit in Iovis gentem ipso Alcmenae cum Iove coniugio, ex hac Hermanni ratione oratio perquam incommode in medio cursu subsistit, separanturque ea et quasi diversa ponuntur, sine quibus antecedentia intelligi nequeunt. Non premitur hac difficultate Boeckhii emendatio, libris et crasi innixa: quam ille etiam nunc veram iudicat, quod quousque crasis patuerit, nobis certis finibus describere non liceat; mihi recte monere videtur Hermannus in Heynii novissima editione, admodum duram esse crasin vocum *οἳ ὄψιν*. Proponit igitur nunc aliud. „*Τί* illud, ait, quod libri veteres habent post *ἔναρεν*, pariter atque alibi saepe *πῶς, ποῖον*, interpretis videtur esse. Recte enim habere puto lectionem ab Heynio receptam: *ὁ δ' ὅλβῳ φέρτατος ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν. ἐπεὶ ἐν χαλκείοις ὅπλοις Τηλεβόας ἔναρεν, οἳ ὄψιν ἐιδόμενος ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐςῆλθεν*. Hic enim locus in iis est, in quibus recte omitti copula potuit: de quo genere explicatum ad hymnos Homericos." Haec ratio mihi quoque placet, quum eiusmodi sit ut non tollat rerum quem exposui nexum. Sensus enim iam erit hic: *Amphitryo venit in Iovis gentem. Nam quum vicisset Teleboas, Iuppiter* (paullo ante reditum eius) *venit in eius domum ad Alcmenam, Herculis semen ferens.* Quae vides habere eundem illum sensum quem postulamus. Copulam, ubi res universe vel obscurius ante indicata explicatur accuratius, posse omitti, probant loci ab Hermanno allati ad Hom. Hymn. in Vener. p. 99. Denique Teleboae, quos saepe nominavimus, pars fuerunt Lelegum et incoluerant littora Acarnaniae; postea migrarunt in vicinas insulas, maxime Taphum, quae est una ex Echinadibus. Exponunt de iis Heynius ad Apollod. Observatt. p. 128. Sturz. ad Pherecyd. p. 104 seq. ubi narrata videbis omnia, quae pertinent ad hunc locum. Atque haec quidem hactenus. Pergit poeta: *οὗ ποτ' Ὄλυμπον ἄλοχος — καλλίστα θεῶν*. Sensus: *Qui nunc in caelo Hebes felicissimo gaudet coniugio. Τέλεια, pronuba;* cf. Ruhnken. Tim. Lex. p. 225. Hebe filia Iunonis, Hesiod. Theogon. 915. Apollod. I, 3. 1. quemadmodum iam Olen tradiderat (Pausan. II, 13, 3.), stabat iuxta Iunonem a Polycleto formatam in templo, Pausan. II, 17.

www.libtool.com.cn

tanquam florens filia naturae, quales etiam Charites sunt, quarum nutrix Iuno, Coluth. 87. De qua re Welckerus aliquando exponet, spero, accuratius. Suaviter autem nunc Pindarus Heben Herculis uxorem cum matre versari dicit, pronuba dea, felicissimo huic coniugio favente. Atque haec quidem de exordio hymni.

Vs. 19—36. Transit ad Theaeum eiusque victorias celebrat. *Βραχὺ στόμα ἀναγήσασθαι*, ut *βραχὺς ἐξικέσθαι* Isthm. VI, 44. *Ἀργεῖον τεμενος* magnifice appellat urbem Iunoni sacram, *Ἥρας δῶμα*. Mox *κόρος βαρὺς ἀντιάσαι, Est etiam taedium et fastidium hominum grave et molestum si incurras.* Constructionis exempla vidimus ad Nem. III, 29. *κόρος ἀνθρώπων* audientium oritur, ubi nimius sis in laudibus. Additur: *Ἀλλ' ὅμως — λύραν*. Si tacentem necdum impulsam suscitat lyram, statuendum est nunc demum audiri eam. Tamen hoc ineptum videtur, et aegre adducar ut credam, splendidum hoc prooemium tacente lyrae cantu pronunciatum. Quare malo sic: Tamen ne remitte, sed novo ardore impelle lyram. Et fortasse remissius sonuerat, si non plane tacuerat, quum antecedentes duo versus canerentur. Ceterum huc pertinet glossa Hesychii Tom. I, p. 80. *ἀγὼν χάλκειος, τὰ ἐν Ἄργει Ἑκατόμβαια*. Clypeus enim erat praemium certaminis, *ὁ ἐν Ἄργει χαλκὸς* Olymp. VII, 83. ubi v. not. Porro de verbis *ποτὶ βουθυσίαν* conf. Schol. ad Olymp. VII, 152. *Ἑκατόμβαια δὲ ὁ ἀγὼν λέγεται, ὅτι πομπῆς μεγάλης προηγοῦνται ἑκατὸν βόες, οὓς νόμος κρεανομεῖσθαι πᾶσι τοῖς πολίταις*. Mox *κρίσις ἀέθλων* est *contentio, decertatio*, ut *κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις* est Olymp. VII, 80. et in eundem sensum explicandum est *τέρμα ἀέθλων* Isthm. III, 85. Denique vides ex hoc loco, ipso tempore sollemnitatis ineuntis carmen esse cantatum. Theaeus ante, alio tempore, vicerat bis in his certaminibus. *Εὐφόρους πόνους* intelligo *facile ab eo perlatos*. Sequuntur iam aliae Theaei victoriae. *Ἐκράτησεν Ἕλλανα στρατὸν Πυθῶνι, eos qui in certamen contra eum tum descenderant, antagonistas*, recte monente Schol. cf. not. ad Pyth. XII, 6. *Τύχᾳ μολὼν, secunda fortuna quum ad certamen venisset*. Solent passim veteres procedente oratione addere aliquid, quod per se etiam antecedentibus adiungere licebat, si placuisset. Quemadmodum Theaeus h. l. etiam tum secunda fortuna advenit, quum in Pythiis vicit. Tamen collocatum hoc est in altero membro huius enumerationis, opinor, ne decresceret vis orationis. Mox *κρατεῖν στέφανον* est *potiri coronam*, ut *νικᾶν στέφανον* Nem. V, 5. Figura dicendi *ἐκράτησε στρατὸν καὶ στέφανον* minime inusitata difficultatem non habet. Legitur eadem apud Pindar. Olymp. I, 88. *Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν παρθένον τε σύνευνον*. Durum est zeugma quod Alcman admisit Fragment. Welcker. p. 22. Porro: *Μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι*. Recte monitum est ante nos *ἀρόσαι* absolute positum esse. Quis enim ferat *ἀρόσαι στέφανον*? Sensus in aperto, ut mirum sit non ab omnibus intellectum. Verte: *Deditque Musis quod ararent, s. in quo elaborarent, ter adeptus eam* (coronam) *in Isthmo, ter in Nemea*. Similem tropum vidimus Nem. VI, 53. Mox nolo iungere: *σεμνοῖς ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ*, quandoquidem *σεμνὸς* aptius accipitur absolute positum, ut dixi ad Nem. III, 66. Quare sic verto: *ter in Isthmo, ter etiam sacro in solo adeptus eam ex lege Adrasti, s. secundum legem Adrasti*. In quo iterum teneas quod modo vidimus, verba *σεμνοῖς δαπέδοις* per se potuisse etiam priori membro addi. Nam etiam *Ποσειδάνιον τέμενος* Isthmi *σεμνὸν* fuit. Sed maluit in altero membro addere, aptissime. Nam erat Argivus Adrastus, quo duce Nemea condita ferebantur. Haec igitur paullo magis ornari par erat in carmine Argis canendo. Precatur nunc etiam Olympicam victoriam. Etenim tam multis victoriis reportatis restabat Olympica quaerenda; hoc certamen nondum adierat Theaeus, non ignavia retentus, sed quia sciebat rem esse arduam nec nisi post diuturniorem exercitationem tentan-

www.libtool.com.cn
Demosth. de cor. p. 319. et similia ubivis. Si tamen quis in hoc haereat, posse scribi: στόμ' · ἅπαν. Sed de hoc quidem loco satis dictum. Pergimus. Τπατον δ' ἔσχεν Πίσα Ἡρακλέος τεθμόν — κώμασαν. Non videntur cepisse plerique interpretes loci huius eximiam suavitatem. Indicaverat poeta in antecedentibus, post victorias ex Isthmiis, Nemeis, Pythiis reportatas Theaeum optare maiora; quaenam vero haec essent nondum dixerat; nunc significat sententiâ egregie conformatâ. Verto: *Summum quidem est quod Pisa habet ab Hercule institutum certamen; tamen dulces quasi quodam praeludio Atheniensium cantus bis eum in Panathenaeis celebrarunt*, h. e. omen tamen contigit Theaeo faustissimum fore ut etiam in Olympiis vinceret. Reportavit enim, ut Pindarus statim addit, Athenis καρπὸν ἐλαίας, quod ipsum omen est coronae oleaginae aliquando ex Olympia reportandae. Hinc cantus Atheniensium suaviter *praeludia* dicit, laudum puta, quibus in Olympia celebrandus. Ἀμβολάδαν, quod perperam alii inter veteres vertebant: ἀνατεταμένως τῇ φωνῇ καὶ λαμπρῶς, alii ἀναβολῆς τινὸς γενομένης μεταξύ, comparandum erat cum voce ἀμβολή, *praeludium*; cf. Etym. M. p. 80, 20. et ad Pyth. I, 1 sqq. Sunt autem ὁμφαὶ Ἀθαναίων h. l. κῶμοι, quibus Athenis celebratus erat Theaeus, quales in ludorum locis post victorias fiebant victoribus. Cf. ad Nem. V, 38. *Atheniensium cantus* dixi; at Boeckhius non Ἀθαναίων ὁμφάς, sed τελετὰς Ἀθαναίων coniungendum iudicat, non tam quod consentaneum sit, non a solis Atheniensibus, sed maxime a civibus suis, qui simul Athenis versarentur, celebratum esse Theaeum, quam quod ἐν τελεταῖς nimis nudum sit, nisi quid adiiciatur, ut Pyth. IX, 100. τελεταῖς ὡρίαις ἐν Παλλάδος: contra ad ὁμφὰς ἀδείας non desiderari genitivum. Pergit poeta: γαῖα δὲ καυθεῖσα πυρὶ — παμποικίλοις. *Venit oleum Argos in terra usta, vasculorum ambitu picto inclusum*, h. e. *venit oleum in vasculis fictilibus pictis*, in quo pluralis positus, quoniam bis vicerat ibi Theaeus, ergo duo vascula venerunt Argos. Errant qui vascula fictilia intelligunt thecae aereae affabre sculptae inclusa, et magis etiam Scholiastes, qui ex terra usta aes fieri inepte opinatur; ipsam potius γαῖαν καυθεῖσαν, pleniore, ut fit, descriptione addita, Pindarus dicit ἀγγέων ἔρκεα παμποικίλα. Monet hoc Welckerus a me consultus, qui etiam alia addidit, quae subiiciam. Repertum est a. 1813. in fossa ante portas Hippades tale vasculum fictile pictum, quod accuratissime descripsit Fauvel Magaz. Encyclop. 1813. T. 5. p. 363. item Dodwellus Itin. Gr. T. I. p. 455—457. In una parte cernitur Minerva stilo antiquo delineata, clypeum habens, in quo delphinus, h. e. Minerva Ἵππία; in altera parte est biga cum auriga currui insidente. Inscriptio a superiore parte ad inferiorem descendens haec est: *IMΞ: NOIΘANOΞΗΝΗΘA NOT*, τῶν Ἀθηνέων ἄθλον εἰμί. Disputat de hac inscriptione Walpole Memoirs relating to European and Asiatic Turkey, p. 459. et in altero libro Travels in various countries of the East p. 597. Vasculum altitudinem habet pedis unius et dimidii. Ac videtur non dubium, etiam illud vasculum antiquum cum duobus equis et inscriptione κεληϊτι Δαμοκλίδας, apud Walpole in Opere prius memorato pag. 322. quod Aberdeen Athenis reperit, eorundem ludorum praemium fuisse. Quum vasa fictilia Athenarum, Ἀττικὰ σκεύη dicta (cf. Athen. XI, p. 484.), celeberrima essent, eorumque inventio ipsi Minervae tribueretur (vid. Crit. ap. Athen. I, p. 28. C. Plin. VII, 55. Harduin. p. 414. not. 50.), aptissime institutum est, ut oleum in κεράμῳ conditum Panathenaeorum victoribus daretur. Denique nolim te fugiat eximius huius loci ornatus. Non dixit nude Ἄργος, sed Ἥρας εὐάνορα λαόν; quum haec canerentur Argis, dixit Ἥρας λαὸν, cuius tum deae sollemnitas celebrabatur. Similiter Atheniensium Panathenaea honorans, quum καρπὸν ἐλαίας Athenis partum omen vellet esse oleaginae coronae Olympicae, recte

www.libtool.com.cn
pascuis equorum aptissima. Nam satis aquarum habebat planities, urbs vero in loco sicco fuit sita; cf. Strabon. VIII, p. 371. His expeditis breves simus in reliquis. *Θάλησεν, ornata est*, ut Nem. IV, 88. Porro notabis constructionem: *Quot enim victoriis ornata est tum in Isthmo et quater in Nemea;* ubi secundo loco certus numerus adiectus. *Ὅσος* etiam alias usurpat in his rebus, ut Olymp. XIII, 103. *Cleonaeos* Nemeorum praesides notavimus Nem. IV, 17. Phialas argenteas *Sicyonii* certaminis vidimus iam Nem. IX, 51. *Ἐπέβαν, huc accesserunt redeuntes.* Sic *ἀφικέσθαι, μολεῖν, ἐλθεῖν*, similia de reditu, cf. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 462. Seidl. ad Eurip. Electr. 6. Non placet *ἀπέβαν*, quia nimis tenuis esset h. l. locutio: excesserunt Sicyone. Significantius est *ἐπέβαν, huc venerunt, haec quoque ornamenta intulerunt in urbem.* Verba *σὺν οἰνηραῖς φιάλαις* explicationem habent participii antecedentis *ἀργυρωθέντες*, h. e. argenti praemio donati, iungenda ceterum cum verbo *ἐπέβαν*, quemadmodum participium. De verbis *ἐκ δὲ Πελλάνας* etc. v. ad Olymp. IX, 104. Addit nunc cetera poeta, breviter. *Ἐξελέγχειν examinare, enumerare. Tegea* habuit *Ἀλεαῖα* Minervae sacra, Pausan. VIII, 47, 3. quae suspicor hic intelligenda esse. Scholiastes ad Olymp. VII, 153. *πολλοὶ δ' ἀγονται ἀγῶνες ἐν Ἀρκαδίᾳ, Λύκαια, Κόρεια, Ἀλεαῖα, Ἑρμαια.* Hinc quod apud Pausaniam legitur *Ἀλαῖα* fortasse corrigendum est; nam dea dicta *Ἀλέα* cognomine. Etiam *Clitor* quod habuerit certamen a Pindaro spectatum, certo dici nequit; nam Azani nonnisi *ἱπποδρομίας ἀγὼν* habitus apud Arcades; cf. Pausan. VIII, 4, 3. quare hic advocari non debebat. Secundum Pausan. VIII, 21, 2. fuerunt Clitoriis *ἱερὰ τὰ ἐπιφανέστατα Δήμητρος, τό τε Ἀσκληπιοῦ, τρίτον δὲ Εἰλειθυίας.* Unde coniicere licet *Κόρεια* ibi acta, quae Pindari Scholiastes recenset inter ludos Arcadicos. Nam cum Cerere probabile est Proserpinam ibi cultam, cui sacra fuisse *τὰ Κόρεια* inde colligas, quod secundum Hesych. T. II, p. 317. *Κορεία* est *θυσία τῇ Κόρῃ τελουμένη.* Accedo ad verba *Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες.* Videntur pleraeque Achaeorum urbes in collibus et montibus aedificatae fuisse, ut tutiores essent a maris impetu. Sic *Γονόεσσαν* Homerus Il. *β*, 373. *αἰπεινὴν* dicit, quae fuit promontorium Pellenes, cf. Eustath. ad l. c. Alte sitae fuerunt *Κερύνεια, Βούρα, Αἴγαι, Πελλήνη*, uti liquet e Pausan. Ach. c. 25. et 26. *Καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς*, supple *τεμένει.* Fuit enim ara in summo montis cacumine, sepimento a reliquo monte separata pro more prisci aevi, unde Eurip. Electr. v. 1274. *Λυκαίου πλησίον σηκώματος*, ubi cf. Valck. Diatrib. p. 132. Agit de hac ara Pausan. VIII, 38. qui simul tradit hippodromum et stadium, ubi antiquitus habitum Lycaeorum certamen, fuisse in eodem monte prope Panis templum. Unde vides verba *πὰρ Διὸς* non de proximo arae loco intelligenda esse. Memoratur *Λυκαίου βωμὸς* etiam apud Pindarum Olymp. XIII, 104. Praemium ludorum fuit *τρίποδας χαλκοῦς*, Schol. ad Olymp. VII, 153. Denique ut de constructione moneam, verte: *Proposuerunt haec praemia, ut pedibus manibusque victoriae quaererentur.* Iungo cum Schol. *σὺν δρόμῳ ποδῶν*; sed Boeckhius dubitat numne ita coniungendum sit an *σὺν ποδῶν χειρῶν τε σθένει*, ut adeo, si alterum admittas, ad *πὰρ Διὸς* non *τεμένει* supplendum sit, sed consocientur verba *πὰρ Διὸς δρόμῳ, ad stadium et hippodromum Iovis Lycaei, cui sacra illa certamina*, ut Nem. VI, 63. *Κρονίου πὰρ τεμένει*: hoc praefert, quod dictionem *πὰρ Διὸς* suppleto *τεμένει* vel *ἐν Διὸς* suppleto *οἴκῳ* et similes non putat Pindaricas esse, quippe familiari generi dicendi propiores. Sequitur: *Κάστορος δ' ἐλθόντος ἐπὶ ξενίαν πὰρ Παμφάη κ. τ. λ.* Fortasse non inepte hinc aliquis coniiciat, Theoxenia Dioscurorum celebrari solita ab hac gente in memoriam hospitii quod Pindarus commemorat. Quidquid est, tutelares dii gentis huius antiquae fuerunt Dioscuri; quare non luxuriante ingenio addita sunt quae sequuntur, sed

www.libtool.com.cn

perquam apte. Commemoratis victoriis ad deos earum auctores veniendum erat. Celebrat igitur poeta Tyndaridarum *ἀποθέωσιν*, factam post nobilem cum Apharetidis pugnam, ut fabulae ferebant. Ceterum fuit etiam templum Dioscurorum Argis; cf. Pausan. II, 22. adde introd. ad Olymp. II. *Οὐ θαῦμα*, h. e. *οὐ θαυμαστόν*; nam *ἐγγενές* est pro substantivo. Sensus: *non mirum est, innatam iis virtutem athleticam, quum Tyndaridae certaminum fortunam cum Mercurio et Hercule moderentur laetam.* Commemorantur dii *ἐναγώνιοι*, inter quos notus etiam Mercurius, Pyth. II, 10. Olymp. VI, 79. Causa quod nunc simul Mercurium et Herculem nominat, mihi haec videtur. Iuniores erant ex vulgari mythologiae ratione Dioscuri Mercurio et Hercule; nam Mercurius semper deus fuit, quamquam *ἐναγώνιος* quo tempore factus sit, obscurum est; videtur autem primum Athenis hoc nomine cultus, quod tamen Pindarus, ut par est, non curat: Hercules vero deus factus erat ante Dioscuros, cf. Olymp. III, 38. Non praetereundos igitur censuit qui iam ante Dioscuros erant dii *ἐναγώνιοι*, sed ita maluit conformare sententiam: *Quum hi cum Mercurio et Hercule certaminibus praesint*, h. e. *quum etiam hi θεοῖς ἐναγωνίοις adscripti sint. Καὶ μὰν θεῶν πιστὸν γένος, ac fidem servant dii erga eos, quos iustos cognoverunt.*

Vs. 55—72. Sequitur iam narratio de Dioscuris inter deos receptis post pugnam cum Apharetidis, cuius ipsius descriptio hic exhibetur. *Μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ κ. τ. λ.* h. e. *alternis, παρ' ἦμαρ*, ambo simul in caelo sunt, simul in sepulcro Therapnae. Si altero in sepulcro versante alter apud caelestes fuisset, semper fuissent separati, nec unquam Pollux degisset cum Castore, quod tamen expetierat. Quare de sententia Pindari dubitari nequit. Intellexerunt verum Scholia, Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 286. Reitz. (T. II. p. 344. Bip.) alii. Idem traditur Hom. Odyss. λ, 303. Dicit autem *ἐν γυάλοις Θεράπνας*. Sunt *γύαλα*, ut notum, *κοιλώματα*, veluti ap. Sophocl. Philoct. 1081. *ὦ κοίλας πέτρας γύαλον*, ubi v. Schol. Porro non praeteriri debet quod *γύαλα* dicebantur etiam *θησαυροί*, cf. Eurip. Androm. 1094. unde Hesych. T. I. p. 863. *γύαλα, θησαυροί, ταμιεῖα.* Notat ibi Kusterus: „Graeci quemvis locum muro septum et conclusum *γύαλον* vocant, qualia solent esse loca ubi thesauri reconduntur." Hoc loco, quum praecesserit *ὑπὸ κεύθεσι γαίας* h. e. *sub terra* (cf. Iliad. χ, 482.), vides *γύαλα* recte interpretari Scholiasten *ὑπόγεια*, h. e. sepulcrum sub terra structum. Fuit autem Therapnae *Φοιβαῖον*, ubi habebatur Dioscurorum templum, cf. Pausan. III, 20, 1. Etiam III, 14, 9. restituendum cum aliis puto *Φοιβαῖον* pro *Ἐφηβαῖον*. Nam *Φοιβήϊον* Therapnae video memoratum etiam apud Herodot. VI, 61. In hoc ipso templo videtur fuisse etiam sepulcrum Dioscurorum. Doctrina de morte deorum orta observatis vicissitudinibus rerum naturae siderumque fuit symbolica; ubi autem aliquis deus temporum processu ad heroum genus esset revocatus, inventae fabulae, quibus mortis causa explicaretur paullo aliter. Ut Dioscuri, quum prisci dii essent, postea heroes facti, tum ad deos iterum revocati sunt. Fuerunt igitur persaepe in templis sepulcra deorum, ut monet etiam Welckerus, quamquam etiam hominum passim constat sepulcra et monumenta in templis habita. Etiam Aegyptii dii habebant sepulcra, ut notum. Hoc loco non praetereundum, quod etiam Spartae *μνῆμα Κάστορος* fuit in templo, cf. Pausan. III, 13, 1. notatum Heynio Antiquarische Aufsätze p. 7. quo videtur respexisse Homerus Il. γ, 244. si ibi Sparta intelligenda. Add. Cicer. d. Nat. Deor. III, 5. Ac fortasse etiam Aphidnis fuit sepulcrum Dioscurorum; cf. Hygin. Astronom. c. 22. *Ἀμπιπλάντες, similem implentes sortem*, h. e. *habentes.* Paullo aliter Homerus dicit *πότμον ἀναπλήθειν* Il. λ, 263. *morte fungi*, et *μοῖραν βιότοιο ἀναπλήθειν* Il. δ, 170. *Τοῦτον ἤ*, h. e. *τοῦτον μᾶλλον εἶλεν· αἰῶνα ἤ* cet. cf. Hom. Il. α, 117.

www.libtool.com.cn

quem locum explicat Hermann. ad Vig. p. 884. Add. Il. ρ, 331. Sequitur ipsa uberior harum rerum narratio. *Τὸν γὰρ Ἴδας ἀμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας ἀκμᾷ.* Nota encliticam *πως*: *aliqua ratione quacunque;* noluit enim poeta religiosus accuratius definire, Castores Apharetidis armenta abegisse; de quo postea. Lynceus et Idas filii Apharei, cuius gentem vide apud Heyn. ad Apollod. Tab. genealog. XIV. tenuerunt autem urbem Arenen in Messenia (Pausan. IV, 3, 4. Apollon. Rhod. Argon. I, 152.). Fuerunt duae huius nominis urbes, una in Triphylia, altera in Messenia; cf. Stephan. Byzant. Ubi sita fuerit Arene Messeniaca, certo non constare dicit Pausan. V, 6, 2. Schol. Apollon. Rhod. I, 471. haec habet: *τὴν δὲ Ἀρήνην, πόλιν οὖσαν Πελοποννήσου, Ἱεράνα Πείσανδρος φησὶ λέγεσθαι νῦν.* Strabo tamen VIII, p. 348. C. *Ἐφεξῆς δ' οὖν τῷ Κυπαρισσήεντι ἐπὶ τὸν Μεσσηνιακὸν Πύλον παραπλέοντι τὸ Κορυφάσιον, ἥ τε Ἕρανά ἐστιν, ἣν τινες οὐκ εὖ Ἀρήνην νομίζουσι κεκλῆσθαι πρότερον, ὁμωνύμως τῇ Πυλιακῇ.* Idem repetit p. 361. A. Discimus hinc Arenen visam nonnullis quae postea Hierana s. Erana fuit, Straboni tamen hoc displicere, qui vellem rationes attulisset iudicii sui. Quare hoc in incerto reliquendum est, licet fortasse non spernenda fuerit altera sententia. Causam belli inter Dioscuros et Apharetidas perspicue tradit Apollod. III, 2, 3. et Schol. Lycophr. 511. Praedam egerant Dioscuri cum Apharetidis ex Arcadia et Idae distributionem permiserant. Idas fraude facta in divisione cum fratre omnia abduxerat in Messeniam. Hinc irati Dioscuri in Messeniam contenderunt et quum illa recuperarunt tum Apharetidarum armenta compulerunt. Hinc ortae illorum irae. Exsistit iam quaestio de loco pugnae, quam Pindarus memorat, cuius rei miror incuriosos fuisse interpretes. Apollodorus nonnisi haec habet: *στρατεύσαντες δὲ ἐπὶ Μεσσηνίαν οἱ Διόσκουροι τήν τε λείαν ἐκείνην καὶ πολλὴν ἄλλην συνελαύνουσι, καὶ τὸν Ἴδαν ὑπὸ δρυὶ ἔλόχων καὶ τὸν Λυγκέα.* Idem fere habet Schol. Lycophr. Credat aliquis secundum haec, insidias factas a Dioscuris in Messenia, ubi armenta compulerant. Hoc si ponis, dicendum erit, comperto boum raptu Lynceum adscendisse Taygetum, ut dispiceret ubi locorum essent Dioscuri, et quum vidisset eos in Messenia alicubi delitescentes, cum fratre eo recurrisse. Caesum igitur Castorem alicubi in Messenia, non ita longe ab urbe Arene; Apharetidas autem inde fugisse ad sepulcrum paternum et ipsum prope Arenen situm, ibique occubuisse. Ac contendit Pausanias Apharetidarum sepulcrum in Messenia esse; cf. III, 13, 1. quamquam rationes non afferens; nam quod ibid. c. 14, 7. dicit, inde nihil efficias. Haec igitur una ratio est. Alteram propono hanc: Secundum Pausaniam III, 13, 1. habebatur apud Spartanos sepulcrum Cynortae, Apharetidarum ex altera traditione proavi (cf. Apollod. III, 10, 4.), porro Apharei *μνῆμα,* cf. Pausan. III, 11, 8. atque etiam Apharetidas narratum in Laconica sepultos esse modo vidimus ex Pausania hanc opinionem improbante. Haec qui tenenda putabit, rem de qua hic agitur dicet in Laconica gestam. Statuendum igitur erit ex hac ratione, Dioscuros armenta rapta in Laconicam abduxisse, eosque in Laconica alicubi insidias struxisse Apharetidis, quos scirent secuturos et res repetituros. Ibi eos ex Taygeto a Lynceo conspectos; Castorem igitur caesum alicubi in Laconica. Apharetidas inde refugisse ad sepulcrum patris, hoc autem in Laconica, utpote gentis huius patria, alicubi fuisse situm, atque ibi Apharetidas occubuisse. Ac tradit Lycophron vs. 550 seq. qui tamen aliam pugnae causam affert, rem in Laconica gestam; add. Hygin. Astronom. c. 22. Atque haec quidem altera ratio est. Equidem nihil affirmo; inclinat tamen animus, ut in Laconica rem actam credam, Dioscurorum patria et harum fabularum sede. Ac probabilius est Dioscuros cum armentis rediisse in Laconicam ibique Apha-

www.libtool.com.cn
obus viris non minus commode et fortasse felicius etiam impetus fieri poterit, si ex uno loco coniunctis viribus provolabunt. Porro hoc quoque non improbabile dices, spero, quod quum ambo ibi sederent, alter tantum transfixus est, ut ridiculus essem si his immorarer. Quae quum ita sint, ut dixi causa idonea reperiri nequit, quae impulerit Pindarum, ut aliquid in his novaret. Certum igitur habeo, eum in nulla re a carminibus Cypriis recessisse. Addit: *Κείνου γὰρ — ὀξύτατον ὄμμα,* quae cur adiecta sint, monuit iam Boeckhius. Ceterum respicit hunc locum, ut videtur nobis cum Heynio, Scholiastes ad Aristophan. Plutum 210. unde sua habet Suidas v. *Λυγκέως.* Addit Suidas etiam locum Apollon. Rhod. Argon. I, 153 seq. ubi similiter praedicatur magna eius oculorum acies. Et ipsa haec Pindari verba Pausan. IV, 2, 4. spectat: *Λυγκεὺς, ὃν ἔφη Πίνδαρος, ὅτῳ πιστὰ, οὕτως ὀξὺ ὁρᾶν, ὡς καὶ διὰ στελέχους θεᾶσθαι δρυῶνος. Μέγα ἔργον ἐμήσαντο,* phrasis nota ex Homero. Ad vs. 65. pertinet Etym. M. v. *Ἀφαρεύς*: *ὁ δὲ Ἀπολλώνιος καὶ Πίνδαρος Ἀφάρης* (ita enim scribendum) *ὑποτιθέασι τὴν εὐθεῖαν.* Mox *καὶ πάθον,* nempe statim etiam puniti sunt. *Ἦλθε* non est: *aliunde venit,* sed *processit adversus eos.* Aufugerunt Apharetidae, nec restiterunt antequam venissent ad patris tumulum. Hic prope manes patris pugnam sustinent arrepto cippo tumuli paterni, atque hoc ipso etiam occumbunt genusque ipsorum exstinguitur. Sentire mihi videor, haec non potuisse aptius tradi. *Ἄγαλμ' Ἀΐδα* dicit *στήλην, cippum tumulo impositum,* ut cum veteribus recte explicuit Heynius hic et ad Apollod. II, p. 291. Ac *στήλην* agnoscunt Scholia ad hunc locum, et Schol. Lycophr. 559. Suidas v. *ἄγαλμα*: *Πίνδαρος δὲ τὴν ἐπὶ τάφου στήλην οὕτω καλεῖ. Στήλην* appellat etiam Theocritus XXII, 207. Nec Lycophron quod habet l. c. *ἄγαλμα πήλας τῶν Ἀμυκλαίων τάφων,* aliter interpretandum est. Fuit igitur cippus modice magnus et cum arte dolatus, ut cum Zoega loquar, qui de his rebus accurate disputat de Obelisc. p. 353. ubi *ἄγαλμ' Ἀΐδα* vertit: *donarium inferorum.* Comparari me iudice potest *μέλος Ἀΐδα,* h. e. *θρῆνος,* Eurip. Electr. 143. et *Ἀΐδα γόος* Aristoph. Thesmophor. 1050. *Ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν οὐδ' ἀνέχασσαν,* h. e. *non tamen contuderunt eum nec repulerunt.* Ceterum nota ex Homero *χάζομαι, ἀναχάζομαι, ἀποχάζομαι, ὑποχάζομαι.* Activam formam *ἀναχάζοντες,* significatione tamen medii, habet Xenoph. Anab. IV, 1, 12. *Ἔρημοι, desolati. Ἔρις* ut *νεῖκος* etiam de bellico certamine dicitur, Il. ξ, 389. ϱ, 253. Huic loco similis sententia est Olymp. XI, 41. De constructione *χαλεπὰ ὁμιλεῖν* cf. ad Nem. III, 29.

Vs. 73. usque ad fin. Redit Pollux, fratremque invenit morientem. Gravissime dolens precatur etiam sibi a Iove mortem, quam Iuppiter negat, at concedit ut coniuncti alternis vivant in Olympo et sub terra. Verba *Ἄσθματι δὲ φρίσσοντα πνοὰς* ita intelligit alter Scholiastes: *frigido spiritu laborantem,* quod secuti sunt alii. Sane frigidus est morientium spiritus; sed quid est, *spiritum habere frigidum ἄσθματι?* Non fieri frigidum morientium spiritum per *ἄσθμα,* medici docent; quare vehementer erravit Pindarus, si hoc voluit. Aberres etiam si *ἄσθματι* pro *σὺν ἄσθματι* dictum accipias, quod non opus est pluribus ostendere. Suspicor igitur hunc esse verum sensum: *Asperum iam halitum habentem difficultate respirandi,* atque hoc est *πνευστιῶντα,* uti Scholiastarum alter interpretatur. Ad haec, *Θερμὰ δὴ τέγγων δάκρυα στοναχαῖς,* Hermannus in Heynii editione novissima scribit: „Nimis levi manu hic corrigunt *δή.* Ostendi enim debebat, poni ita *δὴ* potuisse, quod haud facile credam. Scholiastes haec praeteriit. Vide vero ne poeta Castorem, ut Iovis filium, maiorem lacrimis finxerit, et proinde sic potius scripserit: *θερμὰ δ' οὐ τέγγων δάκρυα στοναχαῖς, ὄρθιον φώνασε.*" Non accedam. Nolo monere ieiunum iam esse additum *στοναχαῖς,* totam

www.libtool.com.cn

Hinc addit: *λύρα δὲ σφι βρέμεται καὶ ἀοιδά.* Fuerunt haec sacrificia maxime sollemnia. Ceterum *λοιβαὶ* factae monente Heynio quotidie, iuvencae mactatae statis diebus. Nam *κτίσσαν* intelliges iuvencarum; cf. Spanhem. ad Callimach. in Cerer. 109. et de Vesta et Prytanibus p. 666. Ac tum in primis videntur etiam chorici cantus fuisse adhibiti. Verba *καὶ ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις* cum Muellero de epulis accipio legatis civitatum praeberi ibi solitis in prytaneo. Volebat sic etiam Gedikius, qui Atticum morem comparat; cf. Pollux VIII, 138. Aristoph. Acharn. 125. Dicitur *Διὸς ξενίου Θέμις* etiam Olymp. VIII, 21. quamquam ibi dea est. *Ἀενάοις*, semper paratis, de crebra hospitalitate: vel ut Boeckhius putat, quod semper ibi, quovis die, epulantur civitatis custodes, prytanis cum consiliariis et ceteris, qui vocati sint, fere ut Athenis. Ceterum affertur etiam hoc inter honores Vestae, quia in sacra Vestae domo fiebat. Additur: *Ἀλλὰ σὺν δόξᾳ — κραδίᾳ.* Videmus prytanem per duodecim menses praefuisse reipublicae, quibus peractis alium ex suis eligebat gens. Ceterum etiam mihi displicet *σὺν* bis positum; quamquam enim repetitio praepositionis non infrequens est in una notione accuratius definienda, ut Isthm. IV, 53 seq. *καὶ νῦν ἐν ἄρει — ἐν πολυφθόρῳ Διὸς ὄμβρῳ*, cuius multa similia, tamen hoc loco quomodo placere potuerit Pindaro duplex *σύν*, non assequor. Ac Boeckhius quidem prius *σὺν* mutare malit, quod mihi non placet, quum *σὺν δόξᾳ* et *ἐν δόξᾳ* recte dicatur, non item *δόξᾳ* nude positum usus tulisse videatur. At alterum *σὺν* necessarium non est, ut dicitur *ἡδομένῃ ψυχῇ, ἀμόχθῳ καρδίᾳ, θυμῷ γελανεῖ*, cet. Hinc ego sic malim: *ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος δωδεκάμηνον περᾶσαι νιν ἀτρώτῳ κραδίᾳ*, in quo intellagitur *δός*, cf. Boeckh. nott. critt. p. 428. *Ἀτρώτῳ, nullo dolore contristato* animo cf. ad Nem. I, 48.

Vs. 11—32. Laudatur pater Aristagorae Arcesilas, tum Aristagoras ipse saepe victor in vicinis certaminibus, ac victurus etiam in maioribus si per parentes ea licuisset adire. Patrem poeta nominat honoris causa. *Μὲν* vs. 11. respondet sequenti *καὶ*, ut Pyth. II, 58. et passim. Nam vera membrorum ratio haec est: *Ἄνδρα μὲν ἐγὼ μακαρίζω — καὶ τὸ θαητὸν δέμας κ. τ. λ.* Sed quum in principio *δὲ* abesse non posset, ne hiaret oratio, *μὲν* post *μακαρίζω* demum collocatum est. Clarius etiam hinc liquet, *θαητὸν δέμας* et *ἀτρεμίαν* Arcesilae esse, non Aristagorae, quamquam hoc per se satis manifestum. *Ἀτρεμία σύγγονος* est innata constantia animi, animus interritus, et recte Boeckhius hanc virtutem Arcesilae servavit. Qui mutare nolunt, nimis parcum faciunt Pindarum in hoc homine laudando. Iam laudato patre per sententias generales redit ad Aristagoram ipsum. Nexus sequentium verborum hic est: *Siquis autem opes habens pulchritudine praestat et in certaminibus robur suum ostendit, summam is tenet pro mortali condicione felicitatem, et par est eum celebrari laudibus; vicit autem Aristagoras decies sexies.* *Ὄλβον ἔχων* dixit, non *ὄλβον ἔχει*, consulto. Nam opes nunc commemorat complementi causa; imprimis attendi vult ad corporis virtutes, quandoquidem ad victorias Aristagorae venturus est. Quare ad haec significanda verbis finitis utitur. *Παραμεύσεται* est pro *παραμεύσηται*, opinor. *Μορφᾷ* retinendum iudicat Hermannus. Scribit enim sic in Heynii editione novissima: „Non opus ut quidquam mutetur, siquidem verba, in quibus comparatio aliqua inest, etiam cum genitivo, ut nomina comparativa, construuntur." Additur: *Θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη.* Credas vertendum: *Mortali recordetur se corpore amictum*, uti placuisse video pluribus. Ac notae sunt locutiones, imprimis philosophorum, permultae a corporis cum vestimento comparatione derivatae; cf. Wyttenb. Epist. crit. p. 49 seq. Creuzer. ad Plotin. de Pulchritudine p. 304. Tamen alia videtur fuisse poetae mens, qui praesens tempus *περιστέλλων* posuit, non praeteritum. Verte, quod est simplicissimum: *Mor-*

www.libtool.com.cn
Thucydid. VII, 57.), fuisse videntur inter has etiam Melanippidae, originem trahentes a Melanippo, celebri Thebano heroe, qui Tydeum vulneravit in bello Thebano; cf. Apollod. III, 6, 8. ibiq. Heyn. p. 251. Iam vide Pindarum: *Facile erat*, ait, *agnoscere in Aristagora sanguinem Pisandri Spartani et Melanippidarum mixtum olim ad Ismenum.* Mater igitur gentis Pisandridarum fuit e gente Melanippidarum, qui quum in Boeotia se adiunxissent Achaeis migrantibus, inde ducta uxore Pisander gentis Pisandridarum auctor factus est. Mox *Ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ — σθένος*, verto: *Antiquitus innata virtus reducit per vices robur suum generationibus hominum* s. hominibus. *Ἀναφέρεσθαι* activa significatione, ut *φέρεσθαι* Pyth. VII. fin. Ad vocem *ἐθέλει* cf. Gregor. Corinth. p. 56. ibiq. Koen., Platon. Phaedr. p. 230. D. ibiq. Ast. *Πλούτῳ ἴσον, proventu pari.* *Ἄγει, ducit, regit.* Eurip. Troad. 885 seq. *ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι Ζεύς, πάντα κατὰ δίκην τὰ θνητ' ἄγεις.* Ac notum *ἄγειν* imprimis de Fato. *Τὸ δ' ἐκ Διός, ex Iove vero.* Praeponi solet his aliisque formulis articulus non sine quadam vi; ut hoc loco propter oppositionem. Ad sententiam confer Olymp. XII, 7. *σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν.* Sed monendum iam de consilio huius sententiae et sequentium. Etenim Pindarus quum virtus antiqua huius gentis in Aristagora laetius revixisset, dixerat de naturae humanae ratione, quae, ut ipsa haec terra, vicissitudinibus subiecta est. Hinc nunc apte transit ad finem carminis, in quo, uti pulchre perspexit Scholiastes, Aristagoram monet, ne tyrannidem affectet. Nam de certaminibus quidem non loqui poetam, omnibus, puto, manifestum. Proponit autem Pindarus haec consilia, ut solet, prudenter, non expresse nominans id quo spectet oratio sua, ita tamen significans, ut acutioribus quid velit non obscurum sit. Tenere igitur voluit Aristagoram, quod Theognis vs. 585. dicit, licet alia causa: *Πᾶσίν τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδεν, ποῖ σχήσειν μέλλει πρήγματος ἀρχομένου.* Hinc igitur perspicies quae sequuntur. *Ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν κ. τ. λ.* h. e. *Sed tamen audacibus consiliis indulgemus, factaque multa molientes.* *Ἐμβαίνειν* est *suscipere, aggredi*, ut apud Platon. Phaedr. p. 252. E. *ἐμβαίνειν τῷ ἐπιτηδεύματι.* De structura cf. etiam Nem. III, 19. Porro quum ita posset dicere: *μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν ἔργοις τε πολλοῖς*, mutavit constructionem. Exempla iuncti participii et verbi finiti ex Homero attulit Hermannus ad Hymn. in Cerer. p. 125. Verba quae sequuntur: *δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ ἐλπίδι γυῖα*, h. e. *tenet corpus immensa cupido*, haec igitur verba, inquam, in parenthesi sunt, uti recte interpunxit Boeckhius. Nam *ῥοαὶ* ex verbis parenthesin antecedentibus explicandae. Sensus: *Quem autem cursum habitura sint quae suscipimus, abest a providentia nostra*, s. *praenosci nequit.* Uti fere ceperunt Heynius aliique. Sunt igitur *ῥοαὶ* de *rerum cursu*, quemadmodum *εὔροια* est *felix rerum successus*; cf. Gataker. ad M. Antonin. II, 5. Wessel. ad Diodor. XX, 33. et *Res ad voluntatem nostram fluentes* ap. Cic. Off. I, 26. *Ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι, quae assequi non licet appetere, ea vero magna est insania.*

www.libtool.com.cn

LUDOLPHI DISSENII

EXPLICATIONES AD ISTHMIA.

ISTHM. I.

Carmen scriptum Herodoto Thebano, curru in Isthmiis victori. De tempore victoriae nihil traditum exstat; nec videbatur mihi probabile quidquam statui posse: unde in Indice temporum p. 22. res in dubio relicta est. Attamen tentandum, numquid coniectura effici possit. Suspicor carmen scriptum esse post Isthmia Olymp. 80, 3. h. e. ante pugnas ad Tanagram et Oenophyta, de quibus vide Introd. ad Isthm. VI. Exponam ordine, cur ita censeam. Ac primum quidem bellum tum institisse Thebanis, quum hoc carmen scriberetur, colligo ex locis hisce. Vs. 12. *ἐν ᾧ καὶ τὸν ἀδελφεὸν Ἀλκμήνα τέκεν παῖδα, θρασεῖαι τόν ποτε Γηρυόνα φρίξαν κύνες.* Herculem cur sic nunc commemoret Pindarus, curules Herodoti victorias canens, nondum quisquam explicuit; tamen inanem hunc esse ornatum et temere interpositum, non concedam, qui nihil credam a Pindaro positum sine idonea causa. Fac igitur bellum tum paratum a Thebanis, et senties aptissimam esse brevem hanc interriti herois mentionem, quem etiam Geryonis canes in extremo orbe horruerint. Non admonuisset hic Pindarus, mihi crede, intrepidae Herculis fortitudinis, nisi magna aliqua res tum esset parata; neque enim inepte iactat heroum facinora, nec proponit exempla, ubi iis non opus. Alter locus hic est vs. 50. *ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις ἢ πολεμίζων ἄρηται κῦδος ἀβρόν, εὐαγορηθεὶς κέρδος ὕψιστον δέκεται, πολιατᾶν καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον.* Vides poetam luculenter laudare ludicrorum certaminum studium et bellicam virtutem. Si nullum tum instabat bellum, inane est illud *ἢ πολεμίζων*, et aliena a reipublicae temporibus splendida commendatio belli. Iterum contendo, nihil huiusmodi apud Pindarum esse otiosum. Denique his omnibus pulchre convenit etiam magnificum epitheton Thebae *χρύσασπις*, in fronte carminis positum; cf. vs. 23. *ἀσπιδοδούποισιν ὁπλίταις δρόμοις*. Post haec accipe, cur de bello Olymp. 80. contra Athenienses gesto cogitem. Nempe illud bellum inceptum erat a Spartanis, qui etiam Boeotos sollicitabant, ac notum est Boeotos cepisse arma et pugnasse contra Athenienses. Quum igitur illud bellum, quod Pindaro haec scribente instabat, a Spartanis et Boeotis gerendum esset, comparet mihi aliquis exquisitum locum huius carminis de Castore et Iolao, in quo data opera Lacedaemonius et Thebanus heros celebrantur tanquam certa-

www.libtool.com.cn

minum singulari peritia simillimi. Adduxit hos Pindarus, dices, ob Herodotum, victorem curulem, ut eum quam exquisitissime lauderet, comparatum heroibus rei equestris peritissimis. Recte, neque ego hoc nego; at aliam praeterea dico causam huius rei Pindaro fuisse. Quid est enim quod poeta non de curulibus tantum victoriis horum heroum dicit, ut facere debebat, si propter solum Herodotum haec scribebat? Quid est quod data opera gymnica eorum certamina persequitur, in iisque ornandis per totum fere locum occupatur? Nimirum haec simul propter hos duos populos dicta sunt, bellum parantes; laudat poeta heroum victoriis propositis ipsorum populorum virtutem, successumque belli auguratur felicem. Qua quidem interpretatione senties quantum huic loco accedat gravitatis. Neque illud te fugiet, cur tecte maluerit haec enuntiare quam aperte poeta, qui ubique in huiusmodi rebus versatur prudentissime. Aliae enim sunt poetae partes atque oratoris. Et intelligebant Pindarum haud dubie omnes, qui tum audiebant. Nec rursus praeteriri potuit res patriae gravissima; iure miraremur, si carmen in tali tempore scriptum nihil haberet sensuum, quibus tum animi movebantur, et mirati essent etiam cives. Haec igitur de tempore odae; quae etiam Boeckhio probantur. Denique commemoratur in hoc carmine exilium Asopodori, patris Herodoti, qui turbis civilibus aliquando Thebis eiectus fugerat Orchomenum, ibique receptus erat. Quum Orchomenus in finibus Boeotiae sita etiam tum satis potens esset, saepius factum videtur, ut qui Thebis eiecti essent, ibi refugium quaererent et invenirent. Novimus quidem Orchomenum in bello Persico a Thebanorum partibus stetisse, cf. Mueller. Histor. Orchom. p. 415. tamen haec amicitia non videtur eo pertinuisse, ut Orchomenus, nemini subiecta, post haec remittere deberet exules Thebanorum, refugium quaerentes, praesertim quum Thebanorum superbia bello Persico satis fracta esset. Atque Asopodorus quidem etiam originem trahebat ex Orchomeno. Quae quum ita sint, meo iudicio nihil obstat quominus Asopodorum post bellum Persicum aliquando Orchomenum fugisse censeamus. Tamen nunc ille restitutus erat; quem dum poeta civibus commendat, facit etiam Orchomeni honorificam mentionem, quippe quae in bello, quod parabatur, Thebanorum partes amplexura esset.

Vs. 1 — 13. Seposuisse se dicit poeta carmen in quo occupatus esset, Ceis faciendum, ut prius perficeret hunc hymnum patriae laudibus consecratum. Ad verba *χρύσασπι Θήβα* cf. Fragm. inc. 104. *Εὐάρματε χρυσοχίτων, ἱερώτατον ἄγαλμα, Θήβα.* Unde liquet Pindarum alloqui Thebam deam, cuius statua fuit apud Thebanos, quae aurea veste induta esset, de quo usu multa habet Quatremére in libro notissimo, Iupiter Olympien, et aureum teneret clypeum. Fuit Thebae statua etiam Olympiae a Phliasiis donata, cf. Pausan. V, 22, 5. Atque ut alia addamus, memoratur statua Spartae, Amyclis posita, cf. Pausan. II, 16, 3. porro Helladis et Elidis Pausan. VI, 16, 3. Aeginae et Nemeae Pausan. V, 22, 5. Ac Nemea etiam picta habebatur a Nicia (Plin. XXXV, 40. 28.) et ab Aglaophonte (Athen. XII, p. 534.). Porro Rhodi statuam memorat Vitruv. II, 8. et caput Athenarum urbis deae Dallaway Anecd. of the Arts in England p. 289. Verba *τὸ τεὸν — πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θήσομαι* respexit Plato in Phaedr. p. 227. b. *οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα ποιήσασθαι τὸ τεήν τε καὶ Λυσίου διατριβὴν ἀκοῦσαι*; et Plutarch. de Genio Socratis pag. 575. d. apud Wyttenb. T. III. P. I. p. 321. *ἐμὲ καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θέσθαι, κατὰ Πίνδαρον, τὸ δεῦρο ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν διήγησιν.* Schneiderus addit Agathiam Hist. III, p. 72. extr. ed. Paris. Iulian. Epist. 40. p. 418. C. Liban. Epist. 1569. p. 712. Hieroclem Praefat. Hippiatr. p. 3. Veterin. Med. ed. Basil. Simile inde ad-

www.libtool.com.cn

umbratum ap. Nicetam Choniaten Annal. IV, p. 87. init. *ἔργον, ὅ φασι, τίθησιν ἀσχολίας ἀνώτερον.* Sensus est: *Tuam rem etiam negotiis occupatus potiorem habebo.* Nam victoriarum laudes imprimis pertinent ad patriam. Unde saepius Pindarus in hac re has deas commemorat, ut Camarinam Olymp. V, 4. Cyrenen Pyth. IX, 4. Ortygiam Pyth. II, 6. *Κραναὰ Δᾶλος* dicitur: fuit enim *τραχεῖα,* unde passim *κραναὴ* audit, ut in Orph. Argonaut. 1354. cf. Spanhem. ad Callimach. in Del. vs. 4. *Ἐν ᾇ κέχυμαι, in qua ornanda occupatus sum, versor.* Videntur comparanda esse *ἔγκειμαι, ἐπίκειμαι, πρόσκειμαι,* quae dici solent ut *εἶναι ἐν τινί,* quando alicui rei s. in aliquam rem *incumbimus.* Ceterum de re ipsa mox dicam. *Εἶξον ὦ Ἀπολλωνιάς,* sic *Apollinea urbs* dicitur Delus ap. Ovid. Metamorph. XIII, 631. ut alibi *Latonia Delus.* Similiter Iunonia Samos, Calauria Letois Metam. VII, 384. *Χειρωνίδες ἄκραι* de Pelio monte ap. Callim. in Del. 104. Sequitur: *Ἀμφοτερᾶν τοι χαρίτων σὺν θεοῖς ζεύξω τέλος.* Non positum est *ζεύξω* pro *συζεύξω,* ut visum nonnullis. Non dicit enim *utriusque hymni persolutionem coniungam,* quemadmodum vertit Schmidius, nam unum canet post alterum, sed hoc vult: *Utrumque hymnum ad finem deducam, s. utriusque hymni pertexam finem. Ζεῦξαι μέλος* vidimus Nem. I, 7. Denique *σὺν θεοῖς* dixit pro *σὺν θεῷ,* quoniam diversi hymni. Succedit iam locus difficillimus: *Καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν Φοῖβον χορεύων ἐν Κέῳ ἀμφιρύτᾳ σὺν ποντίοις ἀνδράσιν καὶ τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα.* Legitur in Scholiis Pindarum a Ceis rogatum esse, ut iis paeanem faceret, quem cum choro in Delum mitterent Apollini canendum; ac notissimae sunt *θεωρίαι* in Delum missae quum aliis e locis tum e Cycladibus (cf. Strab. X. p. 485. et, qui pluribus de hac re disputat, Spanhemium ad Callimach. Hymn. in Del. init.), atque, ut hoc quoque addam, ipsorum Ceorum *ἱστιητόριον* in Delo memorat Herodot. IV, 35. Scholiastam secuti sunt interpretes plerique omnes, tradentes de paeane loqui Pindarum in Delum mittendo. Verum manifesto repugnat Pindarus. Cur enim dicit, *Φοῖβον χορεύων ἐν Κέῳ,* si hymnus in Delo canendus erat? Scholiastes respondet, in Ceo docendum fuisse chorum, antequam *θεωρία* in Delum proficisceretur. Tu inspice propius Pindari verba, *καὶ τὸν Φοῖβον χορεύων καὶ τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα,* in quo ultima verba de hoc ipso carmine intelligenda Isthmicas Herodoti victorias celebrante. Quid igitur? In altero commatis membro de hoc ipso sollemni cantu loquitur, qui iam canitur in epiniciis Herodoti, in priore autem nonnisi de praevia exercitatione chori, dictumque verbum *χορεύων* duplici sensu eodem loco, ubi accuratissime loqui debebat, et dictum de praevia exercitatione verbum, quod sollemnem chori cantum significat? Non credam. Vide igitur ne plane falsum sit, quod de hymno in Delum mittendo narrant. Ac non tradunt hoc grammatici fide historica, sed de coniectura. Nam ad vs. 3. legimus haec in Scholiis: *ἐκ τούτου δῆλον ὅτι εἰς Δῆλον ἔγραφε Κείοις.* Unde liquet eos hoc conclusisse ex Pindari verbis, non aliunde cognitum narrare. Quae quum ita sint aliter mihi de toto hoc loco statuendum videtur. Quid enim si res in Ceo acta? Memoratur templum Apollinis in urbe Carthae s. Carthaeae apud Athen. X, p. 457. ubi Simonides in *χορηγείῳ,* templo adiacente, aliquando docebat choros; addit Boeckhius hoc Apollinis templum et choregorum quoque ei cultui destinatorum notitiam maxime inclarescere Broendstedii Dani merito, et habere se inscriptiones plures ab hoc cum ipso communicatas, quae in ruderibus eius templi repertae sint, et quarum pars Apollinem et choregos nominet: easdem reperiri in opere periodico Graecis utilissimo, in *Ἑρμῇ λογίῳ* a. 1819. p. 48 sqq. Quum quattuor essent urbes in Ceo, Coressus, Paeessa, Iulis, Carthaea (Strabo X. p. 486.), maiores et nobiliores fuerunt Iulis et Carthaea, quae Plinii tempore solae reliquae erant, cf.

www.libtool.com.cn

Plin. IV, 12. Videtur Apollo ibi sanctissime cultus esse, et habent nummi urbis Carthae partem anteriorem lupi expressam. Quare per se non mirum est, si illi ad celebrandam apud se sollemnitatem Apollinis hymnum a Pindaro expetierant. Cur autem de Delo loquitur? Nempe Deli hoc loco eadem ratio est quae Thebarum. Quemadmodum Thebae ornantur hymno in Herodotum Thebanum scripto, sic Delus carmine in Apollinem Delium composito. Dices hoc longius petitum. At enim fac γενέθλια Apollinis celebrasse Ceos, fac illud templum Apollinis proprie fuisse Δήλιον, quale in Boeotia celeberrimum fuit atque, ut vicinam Ceo insulam addam, in Naxo (Obss. Misc. Vol. VII, p. 24.): necessariae erant laudes Deli, et videbis hoc non esse absonum. Occupatus igitur erat poeta in Deli laudibus, hymnum componens apud Ceos canendum, et cedit Delus Thebis quum Thebanus Herodotus prius canatur Apolline Delio. Ac sentire mihi videor *cur* ita dixerit poeta. Nam Herodotum hominem cani deberi ante Apollinem deum, quo tandem iure dixisset? Quare plane cavit ne Herodotum cum Apolline aperte componeret. Non dixit: καὶ τὸν Φοῖβον χορεύων καὶ τὸν Ἡρόδοτον sed καὶ τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα, magnificentiore Isthmi nomine usus. Similiter in principio. Primum enim ibi tacens Herodoti nomen nominat patriam, et nominat patriam deam, non urbem, ut quam iustissimam res excusationem haberet. Deam enim patriam praelatam esse quis vituperare potest? Iam cum dea Theba non poterat comparari insula Ceos, quae quamquam non ignota inter Cyclades, ignobilior tamen erat quam cui digne posset Theba praelata dici. Quare ut impie dixisset: εἶξον ὦ Ἄπολλον, sic propemodum ridicule: εἶξον ὦ Κέως Θήβᾳ. Elegit igitur insignius Deli nomen, patriam Thebam cum Apollinis patria Delo componens. Vides plane non potuisse aliter dici a Pindaro quam dixit, quod quum non esset perspectum, orta opinio de hymno in Delo canendo, quam abunde iam refutasse nobis videmur. Una superest difficultas, quam obiiciunt fragmenta ex carmine Deliaco prosodiaco: sed ea tamen removeri potest: de quo vide in Fragmentis. Denique, ut etiam hoc addam, suspicor Pindarum ipsum coryphaeum fuisse quum hoc carmen caneretur. Quidni enim ita censeamus? Nonnisi ita mihi ab omni parte apta videntur, quae de se dicit, si ipse haec pronunciavit, quae mira sunt ab alio coryphaeo cantata. Ac videtur etiam in insulam Ceum ipse proficisci voluisse. Inanes phrases apud Horatium video multas, non item apud Pindarum. Στεφάνους ἕξ, inquit: sex victorias Isthmus dedit Thebanis, de quibus adhuc universim poeta dicit, non opinor Herodoto, de quo hoc Pindarus haud dubie diserte dixisset, si toties unus vir vicisset in ludis celeberrimis. Nec vera esset sententia, Isthmum Κάδμου στρατῷ sex victorias dedisse, si solus Herodotus sexies vicisset; nisi si praeter Herodotum usque ad id tempus nemo Thebanorum Isthmia vicerat, quod vix credibile. Potius haec, de qua agitur, Herodoti victoria inter sex Thebanas una fuit: num tamen hae sex diversis temporibus partae fuerint, nec plures usque ad id tempus, an iis ipsis ludis, quibus Herodotus vicerat, sex coronae Thebis contigerint, et de prioribus temporibus Pindarus omnino non loquatur, id quidem est incertum. Boeckhius posterius putat, *tum ipsum in Isthmo Thebanos variis ex ludis sex coronas reportasse;* ut non de omnibus victoriis ad illud usque tempus paratis dicatur, sed de illo tantum tempore, quo Pindarus scripsit; et sane sic explicita verba longe aptissima sunt. *Isthmum*, inquit, *celebrabo, quippe qui nunc ipsum sex Thebas coronis ornaverit.* Ceterum male habuit grammaticos vocabulum ἕξ, quia ἐν ταῖς Ἰσθμιακαῖς ἀναγραφαῖς numerus non conveniebat. Sed non plane accuratos fuisse victorum catalogos, disces etiam ex simili exemplo, de quo dictum ad Nem. VIII, 16. Quamquam hoc loco potuerunt accurati esse, sed a grammaticis

www.libtool.com.cn

male consulti. Quippe grammatici neque sex Herodoti neque sex Thebanorum victorias usque ad huius carminis tempus paratas in catalogo invenerant (v. Schol.), sed haud dubie unam tantum Herodoti, et plures quam sex Thebanorum. At illud non quaesiverunt, quod quaerendum maxime erat, quot victoriae ea ipsa Isthmiade, qua Herodotus vincebat, paratae secundum catalogum a Thebanis fuerint. Pergit: *ἐν ᾧ καὶ τὸν ἀδελφεὸν Ἀλκμήνα τέκε παῖδα — κύνες.* Iure quaerat aliquis, cur haec apposuerit Pindarus; neque enim ea desideratum iri, si omissa essent. Respondeas, quum Iolaus in hoc carmine eximia cum laude memoretur, etiam Herculis nomen non plane tacendum fuisse. Nominari igitur eum honoris causa. Statuebam ita et ipse, antequam meliora viderem. Nunc post ea, quae in Introductione disputata sunt, Herculem maxime propter bellum quod parabatur memorari senties, quemadmodum etiam ille de Iolao et Castore locus non est propter sola Herodoti certamina. Thebis, ait, Neptunus sex victorias dedit strenuae Cadmi genti, quae gymnicorum certaminum et bellicae virtutis gloria pariter excellit. Cur autem addit *θρασεῖαι τὸν ποτε Γηρυόνα φρίξαν κύνες*? Nempe quum Erythia sita crederetur extra columnas Herculis in Oceano, terminus hic locus fuit Herculis laborum ultimus, nec aliud ullum constat ab eo facinus remotiore in solo factum. Quare sensus hic est: *Cuius fortitudinem ultima Erythia novit.* Quod vides aptissime dictum, quum breviter dicere vellet. Ceterum disco e Luciano adv. Indoct. cap. 14. Bipont. T. VIII. p. 16. Thebanos *ossa Geryonis* apud se servasse et ostendisse. *Κύνας* non videtur mihi dicere *δικέφαλον Ὄρθον*, sed plures significare canes magnificentiae causa. De fabula cf. Heyn. ad Apollod. Observatt. p. 159. Denique Herculis commemoratio eam simul vim mihi habere videtur, ut paullo magnificentius ornetur urbs patria, quam ante Apollinem celebrandam sumpserat poeta. Nam quo illustrior urbs, eo minus reprehensioni locus, quod praelata est.

Vs. 14—32. Post prooemium ad Herodotum laudandum accedit. Quae res ut quam ornatissime fiat, Castoris et Iolai victorias celebrat. Initium hoc est: *Ἀλλ' ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύχων τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ γέρας κ. τ. λ.* In his *τὸ μὲν* iunge cum *γέρας*. Ac *μὲν* respondet sequenti *τέ*, cuius rei exempla vide in nott. critt. ad Olymp. VII, 11. Porro *Ἡροδότῳ τεύχων ἅρματι γέρας* est: *Herodoto laudans quadrigas*, qui usus duplicis dativi notissimus. Denique *νωμάσαντ'* referri debet ad *μίν*; nam accusativus est. Verte: *Ego vero Herodoto partem laudum quadrigis tribuens tum fraena suis manibus regentem eum Castoreo aut Iolai hymno celebrabo*, h. e. ego vero et quadrigas Herodoto laudabo celeritate praestantes et ipsius, sua manu qui rexit currum, dexteritatem. *Ἐθέλω ἐναρμόξαι*, h. e. *ἐθέλω ἀεῖσαι ἐν Καστορείῳ* etc. De Castoreo vide Metr. Pindar. p. 276. *Ἢ Ἰολάου ὕμνῳ, aut hymno qualis in Iolaum canitur.* Ceterum, quum Castoris laus nunc simul ad Spartanos pertineat, notabis saepius a Spartanis victorias curules reportatas; cf. Pausan. VI, 1. fin. VI, 2, 1. Iolaus quum pariter ac Castor rei equestris peritia esset clarus, hymnos, qui in Iolaum equitem canerentur, eosdem fere rhythmos et modos probabile est habuisse quos habuit Castoreum. Accedo ad haec: *Ἐν τ' ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων*, in quibus mirum visum est grammaticis et recentiorum interpretum nonnullis, quod Pindarus non dixit: *ἐν ἀγῶσι θίγον πλείστων ἀέθλων*. Sed consulto poeta scripsit quod habetur. Sensus enim: *Et in re ludicrâ plurima certaminum genera attigerunt;* veluti *δρόμον γυμνὸν, δρόμον ὁπλίτην, ἀκοντισμὸν, δισκοβολίαν.* Si legeretur: *ἐν ἀγῶσι θίγον πλείστων ἀέθλων*, diceret opinor poeta, ubi aliqua ludorum sollemnitas instituta esset, plurima in ea certamina hos gessisse, quod manifesto dicere noluit. Quod voluit hoc est, neminem

www.libtool.com.cn
heroum veterum pluribus in certaminum generibus versatum, quae quidem tum in ludis usitata fuissent. Atque *ἀγῶνας* esse h. l. varia certaminum genera, vidit etiam Heynius. Respicit huc Schol. Isthm. III, iv, 18. sed memoria falsus. Verbis *καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον καὶ λεβητεσσιν φιάλαισί τε χρυσοῦ*, suaviter antiquum morem tangit. Tripodem, lebetem, phialam praemiorum loco vides Il. *ψ*, 264 seq. Constat imprimis tripodes in plurimis antiquis certaminibus propositos; nec lebetes inusitati: cf. Schol. Olymp. VII, 152. Illis igitur *ἐκόσμησαν δόμον*. Sic *ἀπύρους τρίποδας* Il. *ι*, 122. explicant Grammatici *τοὺς κόσμου χάριν τιθεμένους ἐν οἴκῳ*; adde Eustath. ad l. c. Ac tripodes quidem videntur interdum *προσπασσαλεῦσαι* parietibus, cf. Herod. I, 144. *Γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων*; simul enim etiam in iis certaminibus, in quibus *ἔπαθλον* aliud datum est, coronas additas esse vel Pindari temporibus, docuimus ad Nem. IX, 46 sqq. Et creditum esse, priscis etiam temporibus passim coronas datas, certum; sic Pindaro teste Olymp. IV, 25. Erginus coronam accepit ab Hypsipyle, licet *ἔπαθλον* fuerit vestis (v. ad Pyth. IV, 247 sqq.); et in *ἀγῶνι ἐπὶ Πελίᾳ* expresso in arca Cypseli (Pausan. V, 17, 4.) Acastus Iphiclo coronam offerebat, quum adessent etiam tripodes victoribus. Iam cur hoc loco praeter cetera praemia etiam coronas laudet Pindarus, fortasse habeas quo explices. Quum enim eximiis hisce Castoris et Iolai laudibus simul victoriae ex Atheniensibus reportandae significationem inesse coniecerimus, vide ne poeta tecte praemonstrare voluerit coronas, quas etiam pugnatores mox habituri sint *καλλίνικοι*, reduces ad Dircen et Eurotam. *Γυμνοῖσι σταδίοις*, in quibus curritur sine gravi armatura, Pyth. XI, 49. *Ὁπλίτης δρόμος* iam antiquis temporibus traditur usurpatus, ut quum Erginus vinceret, Pind. Olymp. IV, 24. Item quum certaretur *ὁ ἐπὶ Πελίᾳ ἀγών*, quae fuit ludorum funebrium sollemnitas instituta quondam ab Acasto in honorem patris, v. Heyn. ad Apollod. p. 269. Vicerat tum Iolaus in illo genere, si Scholiastae fides. Quamquam Hyginus eum tradit quadrigis vicisse, Fab. 273. Castor tum cursus praemium retulerat *ἔκπωμα δακτυλωτόν*, cf. Athen. XI. p. 468. C. Sequitur: *οἷά τε χερσὶν ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς καὶ λιθίνοις ὁπότ' ἐν δίσκοις ἴεν*. Non construam sic: *οἷά τε ἴεν ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς καὶ λιθίνοις ὁπότ' ἐν δίσκοις* scil. *ἠκόντιζον*; nam in hunc ordinem Pindarus verba redigi noluit. Melius hoc: *Splendet virtus eorum in cursibus et ut splendebant* (repetito verbo) *manibus, iacula mittentes quumque discis certarent.* Nam recte in his praesens et praeteritum iunguntur. *Χερσὶν* in principio additum propter antecedentia; ibi de cursu dixerat, nunc de manuum robore dicit. *Ἀκοντίζειν αἰχμαῖς* est *ἄκοντας ἰέναι*, ut Hom. Il. *λ*, 44. *ἀκοντίζουσι θαμειὰς αἰχμὰς ἐκ χειρῶν* de iaculis videtur intelligendum, coll. Pind. Pyth. IX, 20. Nem. III, 43. De dativo *αἰχμαῖς* cum *ἀκοντίζειν* iuncto vidimus ad Nem. I, 18. esse autem hoc loco sermonem de *ἀκοντισμῷ*, intellexit iam Scholiastes et docent sequentia. Fuit enim antiquiore tempore inter certamina nobilis etiam iaculorum et discorum iactus, cf. Odyss. *θ*, 128. 186. sed instituto quinquertio, quod complectebatur *ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην*, in ludis iaculorum et discorum certamine nonnisi a quinquertionibus certatum. Unde Pindarus explicationis causa addit, tum nondum fuisse quinquertium, sed unumquodque certamen suum habuisse praemium. Similiter Scholiastes Apollon. Rhod. IV, 1091. narrans de Perseo Larissae certante addit: *Τὸ γὰρ πένταθλον οὔπω ἦν, ἀλλ' ἰδίᾳ ἓν ἕκαστον τῶν ἄθλων ἤθλουν*. Unde non bene legitur apud Apollodorum II, 4, 4. Perseum tum quinquertio certasse; cf. Heyn. Monet autem poeta de quinquertio tum nondum instituto, ut intelligatur, quomodo factum sit ut Castor et Iolaus non tentaverint postea usurpatum apud hos quoque populos (de Spartanis cf. Pausan. VI, i.

www.libtool.com.cn

fin. VI, 15, 4.) quinquertii insignius certamen; quamquam etiam lucta non videntur hi heroes clari fuisse. Sed hoc melius tacet, quemadmodum etiam, ut hoc addam, pugilatum. Qui quidem, etiamsi eo certassent Castor et Iolaus, tamen hic omittendus fuisset, quamvis exercitatus Thebanis, quoniam Spartani ex legibus Lycurgi (Plutarch. Lycurg. c. 17.) abstinebant pugilatu et pancratio, at discum et iaculum tractabant, diserte hic laudata certamina. Vides satis expeditam esse adornationem huius loci. Denique dicendum de verbis: *ἐν δίσκοις ἴεν*, uti nunc recte repositum videtur; certe non multum discrepabat lectio Tryphonis ap. Eustath. ad Odyss. ϑ, p. 1591. 29. et Ammonii p. 41. etsi apud hunc est *λιθίοις ποτ' ἀνὰ δίσκοισι*. Vulgaris fere est opinio *ἐν* cum dativo passim idem significare quod dativum nudum; indicari enim ea praepositione, fieri aliquid aliqua vi aut per aliquid. Tamen hoc apud Pindarum equidem non reperio. Nam *ἐν ἀοιδᾷ νέων ἀπύειν* Pyth. V, 102. aut *ἐν λόγοις αἰνεῖσθαι* Nem. XI, 17. ut *ἐν μολπαῖς ὑμνεῖν, κελαδεῖν*, et similia, et *ἀγλαΐζεσθαι μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ* Olymp. I, 15. aut *κρυφίαισιν ἐν ψάφοις ϑεραπεύειν* Nem. VIII, 26. haec omnia nihil probant; nec afferri debent *ἀπύων ἐν αὐλοῖς* Olymp. V, 19. et *κλέονται ἐν φορμίγγεσσιν ἐν αὐλῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς* Isthm. IV, 30. Certam rationem habet *ἀϊδησάμενος κόμαν ἐν πορφυρέοις ἕρνεσιν* Nem. XI, 28. Nec opponi potest *τρίταισιν ἐν γοναῖς φυτευϑέντες* Pyth. IV, 143. minus etiam *ἐν δαιμονίοισι φόβοις* Nem. IX, 27. Porro *πόλεμος ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν* Olymp. XIII, 49. dicitur ut *bellum gestum in armis*, et quod est Olymp. II, 69. *χϑόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ*, pro eo non potest dici: *χϑόνα ταράσσειν ἐν χερί*. Simile est Olymp. XIII, 53. *ἐν ἀλκᾷ ἐδόκησαν μαχᾶν τέμενεν τέλος*. Novimus etiam quid sit *ἐν χερσί τινος δαμῆναι*, ut Pyth. II, 8. *ἀγαναῖσιν ἐν χερσὶν ἐδάμασσε πώλους*. Diversum est *ἐν περισϑενεῖ μαλαχϑεὶς παγκρατίου στόλῳ*, Nem. III, 16. ut ibi vidimus. Ridiculus sit, qui afferat *ἐν ὀφϑαλμοῖσιν ὁρᾶσϑαι*, quod est *ante oculos videre*, ut *ἐν ὄμμασι ϑέσϑαι* Nem. VIII, 43. *τὰ ἐν ποσὶ*, aliaque similia dicuntur. Tamen huiusmodi fere locutionibus ista opinio niti videtur, ne refellam alia his similia. Vides me non sine causa quaerere quid sit *ἐν δίσκοις ἰέναι*. Comparaverim quod apud Xenophontem est Memorab. III, 9, 2. *φανερὸν δ' ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι οὔτ' ἂν Θρᾳξὶν ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις οὔτε Σκύϑαις ἐν τόξοις ἐϑέλοιεν ἂν διαγωνίζεσϑαι*. Quo admisso statuendum erit, *ἴεν* absolute positum esse ut *ἰεὶς* Soph. Ai. 154. et *ἥσω* Hom. Il. ρ, 515. item Iliad. β, 774. ubi dativus pendet a voce *τίρποντο*. Unde *ἥμων* Il. ψ, 886. Atque haec quidem hactenus. *Τέλος* est praemium ut Olymp. XI, 70. *Θαμάκις*, de quo in nott. critt. p. 384. ambigit Boeckhius, nolim pro *ἅμα* hic dictum suspicari, ob sensum et ob locum quo vox posita. Significat hic *saepe*, nec obstat quod praecessit *ἀνδρόοις*; nam sensus: *persaepe vicerunt*. *Θεράπνας ἴδος*, cf. ad Nem. X, 56. *Χαίρετε*, usitata vox in exitu hymnorum Homericorum. Poeta iam ad alia venturus est.

Vs. 32—40. Memoratur patris fortuna afflicta, tum restituta. Incipio ab *Ὀγχηστίαισιν ἀϋτέσσαις*. Heynius contendit littus Onchestium pro palude Copaide aut pro regione vicina dictum, atque adeo Orchomenum intelligit, ubi pater Asopodorus aliquod tempus vixerat. Quare ita interpretatur: *Ego deum, ludos et patriam victoris laudans*. Verum certae rationes obstant. Ac primum quidem tantum aberat Onchestus ab Orchomeno, ut altera urbs pro altera nominari omnino non posset. Deinde si Onchestia littora pro Orchomeno dicta ponimus, sententia exsistit haec: Ego dum laudo Isthmum et Orchomenum, laudabo simul patrem et Orchomenum. Manendum igitur in eo quod res ipsa monstrat. Urbs Onchestus erat ad Copaidem sita; prope urbem in edito loco fuit cum luco templum Neptuni (cf. Mueller. Hist. Or-

www.libtool.com.cn

chomen. p. 71.). Ibi curulia certamina inde ab antiquissimis temporibus habita (cf. Hymn. Apoll. 230. Heyn. ad Il. β, 506.). Herodotus vicerat in his et in aliis multis ludis infra memoratis, sed in his quidem eodem deo *ἱππίῳ* auctore quo vicerat in Isthmiis; quare Pindarus haec ut potiora aptissime coniungens pro primario argumento carminis ponit. Sensus igitur loci iam hic est: *Ego verò dum carmine laudo celeberrimas Herodoti victorias, inter honores huius viri memorabo patris insignem fortunam et Orchomeni patriam sedem.* Similiter Neptunus Onchestius et Isthmius habetur Isthm. III, 37 seq. *Ἱπποστέλλων, exornans, κοσμῶν.* Ceterum maiores Asopodori videntur Orchomenii fuisse, unde poeta dicit *πατρῴαν ἄρουραν.* Huc se receperat Asopodorus in discordiis civilibus Thebis eiectus; postea tamen redierat. Vides cur *ἀγαυλέα αἶσαν* nominet. *Ἐρειδόμενον ναυαγίαις* cave vertas: *suffultum, insidentem naufragis tabulis*, uti placuit nonnullis. *Ναυαγίαι* accuratiore usu differunt a *ναυαγίοις*: cf. Valcken. ad Ammon. p. 156 seq. Nec quod sciam, *ναυαγία* pro *ναυαγίῳ* dicitur, quamquam contrarium reperiri non nego. Atque hoc quidem loco etiam sententia non apta est. Verte: *quae afflictum naufragio ex immenso mari*, ex fluctibus turbarum civilium, *in tristissima fortuna recepit.* *Ἐρείδειν* non semel est *pulsare, trudere, premere, urgere*, ut Olymp. IX, 33. Iliad. π, 108. ubi Schol. *ὠθοῦντες.* *Ἐπέβασε — εὐαμερίας*, sic *εὐφροσύνης ἐπιβαίνειν* dixit Hom. Odyss. ψ, 52. Et vide Musgr. ad Soph. Oed. R. v. 762. Notissimum genus dicendi. *Ὁ πονήσαις — φέρει, qui mala passus est, habet animo prudentiam.*

Vs. 41 — 59. Recenset Herodoti victorias praeter Isthmiacam iam supra indicatam, praemissis sententiis generalibus de conatibus honestis laude decorandis. Orditur ab his: *εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται πᾶσαν ὀργὰν κ. τ. λ.* De hoc loco disputavit Boeckhius in nott. critt. et duas proposuit rationes, quarum mihi quidem ut Boeckhio nonnisi posterior placet. Nam verba *πᾶσαν ὀργὰν* dicta ut *πάντα τρόπον*, significant: *summo studio.* Quare si *κατάκειται* est: *Siquis incumbit*, aptissima sunt haec verba. Sin vertas: *Si magnifica laus proposita est virtuti omni studio*, sc. partae, vides suppleri participium, quod sic omitti nullo modo potest. Tum ipsa sententia ex altera ratione multo aptior. Atque ut dicitur *ἔγκειμαι, ἐπίκειμαι ἀρετᾷ*, non dixerim *κατάκειμαι ἀρετᾷ* analogia carere. Hermannus quod praefert: *εἰ δ' ἀρετὰ κατάκειται πᾶσαν ὀργὰν*, in eo perquam durum est *πᾶσαν ὀργὰν*, quod verbum desiderat studium conatumque indicans. De omissione pronominis *τὶς* satis constat, nec quod pluralis *εὑρόντεσσιν* infertur, durum; vide praeter Boeckhium in nott. critt. de coniunctione singularis et pluralis numeri Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 105. Protagor. p. 499. Erfurdt. ad Sophocl. Antigon. 705. Atque hoc quidem loco post singularem ob linguae usum praelatum Pindarus pluralem posuit, ne forte de solo Herodoto cogitares, sed universe haec dici sentires de omnibus laudis honestae studio conspicuis. Quod cur voluerit, non obscurum est. Dixit ita propter invidos et obtrectatores Herodoti. Quum enim veritatem et aequitatem sententiae generalis per se etiam iniquissimi victoris adversarii negare non possent, efficere volebat ut etiam illud concedi debere intelligerent, Herodotum quoque laude dignum esse, quem naviter studuisse gloriae honestae perspicue docet in sequentibus. *Δαπάναις τε καὶ πόνοις*, cf. ad Olymp. V, 9 — 16. *Μὴ φθονεραῖσι γνώμαις, large.* Vs. 43. *κόμπος* est *praedicatio*, ut Nem. VIII, 49. Isthm. IV, 26. *Ξυνὸν ὀρθῶσαι καλὸν, publicum laudis monumentum erigere: ὀρθῶσαι* ut Olymp. III, 3. *Μηλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιχολόχῳ τε*, citat Plutarch. de Tranquillitate animi c. 13. p. 473. A. Wyttenb. T. II, P. 2. p. 928. et alludit in libr. de Pyth. Oracul. c. 23. p. 406. C. Wyttenb. p. 664. Mox *ὃν πόντος τρέφει*, sive *negotiando*

www.libtool.com.cn

sive *piscando*. Praeferam ultimum etiam ob similes homines qui hic memorantur. *Τέτρατα*ι, *laborat, intentus est, σπεύδει*, cf. Pyth. XI, 54. *Ἀμφ' ἀέθλοις, in certaminibus.* Totum locum explicabis sic: *Nam praemium quidem aliis àliud est ob labores, pastori, aratori, aucupi et quem mare alit; sed ventri quisque horum operam dat; qui vero in certaminibus aut bellis gloriam sibi parit, is laudatus, s. dum laudatur, praemium summum adipiscitur, civium et peregrinorum praeconia.* Quo haec spectare videantur in fine moneo. Iam reliquas Herodoti victorias breviter indicaturus, primo loco ponit Neptunum Onchestium; qui quum supra memoratus esset, ne ab Isthmo disiungeretur Onchestus eiusdem dei sedes, nunc ubi victoriae praeter Isthmiacam data opera enumerantur non visus est praeteriri posse. *Γείτονα*, nam Onchestus vicina erat finibus Thebanorum. *Εὐεργέτας ἁρμάτων ἱπποδρόμιος* est deus secundans *ἱπποδρομίαν ἁρμάτων. Σέθεν, Ἀμφιτρύων, παῖδας*, Herculem et Iolaum Iphiclis filium. Intelligit Heraclea quae etiam Iolaia; praemium fuit *τρίπους χαλκοῦς*. Vidimus de his ludis etiam Nem. IV, 20. *Τὸν Μινύα τε μυχόν*, intelligit *Μινύεια*: cf. Schol. ad vs. 11. Fuisse videntur ludi funebres prope sepulcrum Minyae, quod memorat Pausan. IX, 38, 3. *μυχὸν* dicit planitiem illarum regionum sub montibus ad Cephisum. *Ἐλευσῖνα*, cf. Olymp. XIII, 106. *Εὔβοιαν*, videntur *Geraestia* vel *Amarynthia* intelligenda; tamen Scholiastes supra ad vs. 11. *Βασίλεια* memorat. Cf. Boeckh. ad Olymp. XIII. extr. Ceterum de constructione totius loci tenendum hoc: Quod Neptunum dixerat *εὐεργέταν ἁρμάτων*, etiam de sequentibus heroibus et locis intelligendum. Ergo Neptunum, Amphitryonis progeniem, Minyae vallem, Eleusin, Euboeam, haec nomina omnia celebrat ut *εὐεργέτας* equorum *in cursibus* (*ἐν γναμπτοῖς δρόμοις*). Ad seqq. vs. 58. 59. haec tene. Phylace sita fuit prope sinum Pagasaeum ad fines Boeotorum et Phthiotarum (Strab. IX, p. 433. cf. Vinding. Hellen. 349.). Huius urbis rex Protesilaus navi egressus primus ad Troiam occubuerat, Hom. Il. *β*, 695 seq. Hygin. Fab. 103. Dedicatus ei fuit in urbe patria *ἐπιτάφιος ἀγών*, haud dubie prope sepulcrum celebratus. Unde *τέμενος* est apud poetam. *Συμβάλλομαι, adiicio, adnumero.*

Vs. 60. usque ad fin. *Ἡ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσωπαμένον* etc. nam displicent nimia, ut saepe dicit, propter malevolorum invidiam; quam etiam Herodotus expertus esse videtur. De forma *σωπᾶν* pro *σιωπᾶν* vid. Boeckh. nott. critt. et comment. ad Olymp. XIII, 87. *Εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀειρθέντ' ἀγλααῖς Πιερίδων κ. τ. λ.* ut enim poesis *μαχανὰ ποτανὰ* dicitur Nem. VII, 22. ita *ποτανὸν* quod cantu celebratur, Pyth. VIII, 35. Ac vide de symbolicis Musarum alis I. H. Voss. Epist. Mythолog. T. II. epist. V. Locum ipsum verte sic: *Utinam celebrantium Musarum alis sublatus*, h. e. *celebrantibus Musis, aliquando etiam Pythiis et Olympicis frondibus implicet manum*, quod intelligendum videtur de victoris laetabundi incessu inter cantus amicorum *κωμαζόντων*, coronam manu ferentis. Ceterum *ἔρνεα Πυθῶθεν* sunt frondes Pythiae, corona Pythia, et *Ὀλυμπιάδων Ἀλφεοῦ ἔρνεα* sunt Olympicorum ludorum frondes ex oleastro ad Alpheum crescente. Verba *εἰ δέ τις ἔνδον νέμει πλοῦτον κρυφαῖον* etc. noli interpretari sic: *Cui opes contigerunt cum successu in certaminibus, is bene novit se non inglorium mori.* Nam *ἔνδον νέμειν πλοῦτον κρυφαῖον* potius est: divitias intus habere absconditas, nec uti iis ad res gerendas. Deinde verba: *ψυχὰν Ἀΐδα τελέων οὐ φράζεται δόξας ἄνευθεν*, non possunt verti: novit se non inglorium mori, quia *οὐ* ante *φράζεται* positum cum hoc ipso verbo iungi debet, nec ad verba *δόξας ἄνευθεν* trahi potest. Quare redeundum est ad interpretationem Scholiorum. *Si quis vero intus servat divitias absconditas, aliter autem sentientes incessens ridet, non reputat animam morti*

se redditurum sine gloria. Ἄλλοισι Schmidius, qui pleraque recte perspexit, vertit: *non ita divitibus*, vix apte. Melius Scholia intelligunt τοὺς δι' εὐδοξίαν ἀναλίσκοντας. Videntur autem notari homines quidam divites, qui carpebant Herodotum pecunias suas equis alendis insumentem, nec inepte mihi videor suspicari etiam in antecedentibus ant. γ'. et ep. δ'. hos homines respici a poeta, ubi ludorum certamina opponit artibus ventri inservientibus, tecte comparans hos divites cum vili isto hominum genere. Quare verba: ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ, interpretor sic: *Qui aliter sentientes calumnians verbisque invidiosis laedens ridet*, h. e. *sibi placet tanquam praeclarum facinus perpetrans.* Scholiastes explicat ἐπεμβαίνων καταγελᾷ. Sed si hoc voluisset Pindarus, dixisset opinor, ἐμπίπτει γελῶν, cum irrisione insultat.

www.hotoot.com.cn

I S T H M. II.

Xenocrates Aenesidami filius Agrigentinus fuit frater Theronis notissimi Agrigentinorum regis; cf. ad Pyth. VI. introd. Vicerunt Thero et Xenocrates in certaminibus curulibus non semel. Thero vicerat Olympia, quam victoriam Pindarus canit Olymp. II. Xenocratem Olympia vicisse, male olim collectum ex huius carminis vs. 23 sqq. vide Boeckhium, qui haec occupavit, ad Olymp. II, 50 sqq. et cf. ad Pyth. VI. introd. Sed Pythiam et Isthmiam victoriam Xenocrates consecutus erat teste Pindaro Olymp. II, 54. et Pythiam quidem Pyth. 24. Olymp. 71, 3. (v. introd. ad Pyth. VI.) Isthmiam vero ante Olymp. 76, 1. quoniam ea Olymp. II, 54. commemoratur, quod carmen scriptum est Olymp. 76, 1. (v. introd. ad Olymp. II.); unde simul patet non post Olymp. 75, 3. Isthmiam contigisse victoriam, quo anno proxima ante Olymp. 76, 1. Isthmias celebrata est. Hae sunt victoriae, quas Pindarus Pyth. VI. et hoc Isthmio carmine celebrat: quod intellexit etiam Schol. Olymp. II, 89. Hoc autem Isthmium carmen scriptum est haud dubie post Olymp. 76, 1. eo enim anno Thero celebratam a Pindaro Olymp. II. reportavit Olympicam victoriam, quam hoc carmen agnoscit vs. 23 sqq. Ex quo loco quum simul pateat unam minime inter Theronis victoriam et hoc carmen Olympici festi celebrationem interecessisse, liquet iam Isthmium nostrum carmen non posse ante Olympicum festum Olymp. 77, 1. celebratum esse compositum. Sed potest etiam multo post scriptum esse. Accedit quod quum hoc carmen scriberetur, mortuus erat Xenocrates, superstes haud dubie, quum carmen Olympicum secundum scriberet Pindarus. Nam mortuum fuisse Xenocratem tempore huius carminis Isthmii missi, uti ex veteribus recte vidit Asclepiades in Scholiis ad init. carminis, certo colligitur inde quod Pindarus de Xenocrate loquens nonnisi temporibus praeteritis utitur stroph. γ'. et antistr. γ'. ὀργὰν γλυκείαν ἔσχεν, αἰδοῖος ἦν, θεῶν δαῖτας προσέπτυκτο πάσας etc. Quod enim contra affert Scholiastes ad vs. 54. verissime refutavit Schmidius. Dicit Scholiastes praeterita per enallagen pro praesentibus posita esse, quod nihil est; nam eo loco posita sunt tempora praeterita, ubi si vixisset Xenocrates, praesentia debebat ponere Pindarus et posuisset etiam. Aeque infirmum est alterum Scholiastae argumentum, ξεῖνον quem nominat in fine carminis Pindarus, esse Xenocratem; hunc igitur etiam tum vixisse: at enim Thrasybulus is est, non Xenocrates. Quare plane certum, post mortem Xenocratis carmen esse factum: et tum etiam Theronem defunctum iam fuisse temporum ratio docet. Porro missum

www.libtool.com.cn

est ad Thrasybulum, virum Pindaro dilectissimum, qui filius erat Xenocratis (Pyth. VI. et ibi introd.), et videtur canendum fuisse apud hunc Agrigenti, redeuntibus Isthmiae victoriae sollemnibus, in convivio, suadente loco vs. 30. Cetera de carminis ratione disputanda vide ad finem prooemii.

Vs. 1—12. Prooemium de Musa mercenaria. Prima verba habet Schol. Olymp. II, 89. et plura Schol. Aristoph. Pac. 669. corruptum afferens locum. *Χρυσάμπυκες* Musae sunt etiam Pyth. III, 89. *ἄμπυξ*, quae fronti circumdabatur, illustratur a Boettigero Pictur. Vascul. T. I. Fasc. II, p. 87. *Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον*, cf. ad Olymp. VI, 22 sqq. *Κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι, ad citharam accedentes, citharam sumentes. Συνάντεσθαι* non solum est *casu occurrere*, sed etiam *consulto accedere ad aliquid*, ut Olymp. II, 106. Atque ita hunc locum cepisse videtur etiam Scholiastes, quem secuti sunt alii. Pars cum Heynio explicant sic: Cum cithara accedentes. At enim certe ieiunum est: *Qui olim poetae currum Musarum conscendebant cum cithara ad currum accedentes*; neque enim rem hoc modo gestam describere voluit poeta. *Ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους.* Fuerunt *ὕμνοι παίδειοι* carmina in pueros s. adolescentes amatos scripta, qualia permulta erant veterum lyricorum, Alcaei, Stesichori, Ibyci, Anacreontis, aliorum. Porro ait Heynius: „Veterum poetarum exemplo, qui formosis pueris carmina dicare solebant, se hymnum suum mittere Thrasybulo, pulchro adolescenti, dicit poeta." Secuti sunt alii; mihi hoc non probatur. Primum enim hoc carmen choricum non est *παίδειος ὕμνος* qui dicebatur, nec cum eo genere comparari potest, quum omnia dissimilia sint. Deinde non erat adolescens Thrasybulus, quum hoc carmen ei mitteretur. Auriga fuit in Pythiis Pythiad. 24. Olymp. 71, 3. Si tum octodecim minimum annos habuit, Olymp. 77, 1. egit annum quadragesimum. Quare quum hoc carmen non ante Olympica sollemnia Olymp. 77, 1. peracta scriptum sit, profecto vir tum erat Thrasybulus, non *παῖς*. Enimvero *παιδείους ὕμνους* nominat universe pro lyricorum priorum poesi, qui in hoc genere amatorio plurimum versabantur, ut monet Scholiastes viditque etiam Schmidius; prioribus opponit recentiores mercede pacta facientes carmina. De quo mox plura disseram. *Ῥίμφα* est *ῥᾳδίως καὶ ἑτοίμως, prompte*, ducta a motu celeri dictione. Convenit *τοξεύειν*. *Ὀπώραν, pubertatem*, cf. Nem. V, 6. Huic voci iunge *ἀδίσταν*. Porro *μνάστειραν, memorem, cupidum*, cf. Nem. I, 16. *Ἐργάτις, mercenaria*, cf. Callimachi Fragmentum p. 456. Ernest., servatum hic in Scholiis. Primus dicebatur Simonides Musam venalem habuisse, cf. van Goens de Simonide p. 42., quem omnino sordide avarum fuisse notaverat Chamaeleon, Athen. XIV, p. 656. D. ubi vide in nott. alia. Vs. 6. tangit Plutarchus in lib. Maxime cum princip. viris philoss. esse disput. p. 777. D. Franc. et citat Clem. Alex. Strom. V, p. 657. haec: *Ἀ Μοῦσα γ. οὐ φ. κω τότ' ἦν* usque ad *ἀοιδαί*, servata vulgari lectione *μελίφθογγοι*. Accedimus ad explicationem verborum: *ἀργυφοδίτρας πρόσωπα μαλθακόφωνοι ἀοιδαί*. Scholiastes quod primo loco ponit, hoc est, petitam esse locutionem ab eorum ratione, qui mercium, quas exponunt, faciem poliunt, fucant, ut laeta specie empturi alliciantur. Heynius explicat: *habentes quasi in fronte titulum hunc, venales se prostare*. At enim non prostabant hoc modo apud poetas carmina iam scripta, ut a quolibet homine plus offerente emi possent, sed qui carmen habere cupiebat, adibat poetam rogabatque mercede promissa ut faceret, quare nec de ornatu ad alliciendos homines carminibus inducto cogitari debet, nec de titulis pro fixis, quibus monerentur emptores. Ego quum explicationes ad Nem. VIII, p. 442 — scriberem, sic interpretabar; „Nondum vendebantur carmina, quae frontem refer- rent argento tinctam, s. quae ipsis exordiis quaestum ingenue faterentur, quasi

www.libtool.com.cn

admodum etiam hoc carmen." At mutata sententia nunc intelligo carmina, *quae ab argento colorem habeant* (Germanice: die nach Silber aussehen), h. e. *quae vultu suo tristiore et frigidiore prodant mercenaria se meditatione orta.* Quum enim *χρύσεα* sint acdentia, florida, laete splendentia, *ἄργυρος* contra frigoris aliquam speciem habet; quare apte poeta dixit. Ac ne te morentur adiecta epitheta *γλυκεῖαι, μαλθακόφωνοι,* nondum, ait, Terpsichores suaves cantus vendebantur argento depravati. Habet enim etiam chorica Terpsichore suaves cantus, consulto verbosius monente Pindaro, ne contemnere videatur Musam suam; sed mercedi quum serviant poetae, cantus paullo frigidiores fiunt. Sciens non comparo Soph. Antig. 1091. *εἰ κατηργυρωμένος λέγω,* h. e. *ἀργύρῳ πεισθείς,* et quae similia; nam quum hic *πρόσωπα* additum sit, alia explicatio quaerenda fuit. *Νῦν δ' ἐφίητι τὸ τῶργείου φυλάξαι* etc. *Nunc autem iubet Musa Argivi hominis observari vocem tanquam verissimam, Nummi nummi homo, qui dixit opibus simul privatus et amicis.* De forma *ἐφίητι* vide quae notat Gregor. Cor. p. 255. Lips. Fuit hic vir Aristodemus Spartanus, cf. Alcaeum ap. Schol. Numeratus est a quibusdam inter septem sapientes, cf. Diog. L. I, 30. 31. ubi etiam Alcaei verba. Habet eadem Suidas v. *χρήματ' ἀνήρ,* et extant inter proverbia ap. Zenob. p. 147. et ap. Erasmum. Quum hic homo nunc dicatur Argivus, Schol. *Ἀργείην Ἑλένην* comparat, indocte; neque enim post reditum Heraclidarum, quo tempore vixit Aristodemus, sic Argivus dici potuit, qui Spartanus erat. Immo Argis ut videtur oriundus, apud Spartanos quum viveret, vulgo Spartanus dicitur, ut Alcman *Λυδὸς* est et *Λάκων.* Sed cur Pindarus Argivum nomen praetulit? Credo quod gens Emmenidarum originem ducebat ex eadem urbe, a Thersandro Adrasti nepote (cf. Olymp. II, 47. et Boeckh. introd.); quare sic minus etiam dubitari poterat, Thrasybulo homini non indocto notum esse illud dictum. Hinc sensus, opinor: *Nunc autem Musa laudat Argivi tibi cogniti dictum.* Ceterum non videtur nunc reprehendi hic homo, quum dictum illud dixerit opibus privatus et amicis; quae verba adiecta, quod necessaria sunt ad causam et sensum dicti intelligendum. At poetae quodammodo reprehendendi, qui in suam rem convertebant quod Aristodemus in alia causa dixerat, et hoc concedit opinor Pindarus, *ἀργυρωθείσας πρόσωπα* appellans *ἀοιδάς.* Ad proverbium ut redeam, in eo nihil suppleo praeter verbum substantivum. Nam si vertas: *Nummos homo postulat,* aut similiter, mira est omissio verbi et ieiuna vox *ἀνήρ,* meliusque Aristodemus hoc dixisset nude: *χρήματα, χρήματα.* Enimvero quum opibus privatus etiam ab amicis destitutus esset, aliud voluit hoc: *Pecunia nunc pro homine est, nummi sunt quibus censetur homo.* Hunc esse sensum, liquet etiam ex reliquis ab Alcaeo additis, ac comparat Suidas aliud: *ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν.* In seqq. *σοφός* refer ad antecedentia; *Nosti,* ait, *quae narro, et intelligis cur narrem.* Porro *ἀγνῶτα* cave pro *εὔδοξον* dictum credas contra usum, sed verte: *non illaudatam, iam ante cantatam,* quum etiam Simonides eam cecinisse tradatur (Schol. init. carm.). Quare confer *γνώσομαι* Ol. XIII, 3. *γεγνώσκομεν* Pyth. III. fin., *ἄγνωστοι σιωπαί* Isthm. III, 48. Sensus: *Nosti enim haec et intelligis, ut pluribus verbis non sit opus; quare cano non ignotam Isthmiam victoriam, s. Quum tibi haec non obscura sint, transeo ad victoriam patris canendam.* Ergo primum membrum habet simul protasin sequentium, sequentia ipsa apodosin; quare non opus particula copulante in secundo membro. Cf. ad Nem. VI, 29. Isthm. VI, 59. Superest difficillima quaestio de universo prooemii sensu. Pindarum quoque carmina fecisse mercede pacta, certum; ridet ipse mercenariam Musam suam Pyth. XI, 41.; neque enim sordide avarus erat, ut esset quod erubesceret. Sed aliud est loqui de mercede pacta, aliud postulare in carmine mercedem, et postulare ab amico dilectissimo, cuius non se-

www.libtool.com.cn

mel expertus sis hospitalitatem: vide ne, quod etiam Boeckhio videtur, haec tanta sit impudentia, quae Pindaro tribui nullo modo possit. Neque hoc postulant verba ipsa. *Poeta enim in hoc prooemio opponit prioribus recentiora; quid autem innuat hac oppositione, interpreti enucleandum reliquit.* Igitur postquam varia tentavi, hanc mihi finxi rationem. Thrasybulus post mortem patris epinicia eius celebraturus significaverat Pindaro gratum sibi fore, si carmen ab eo haberet; quod quum forte dilatum esset, Pindarus alia Isthmiade, iterum redeunte epiniciorum tempore hoc carmen per Nicasippum transmisit. Iam excusat dilationem carminis in hunc modum: *Olim poetae currum Musarum conscendentes prompte pueriles canebant hymnos, ubi quis formosus annos habebat amori aptos; at nunc iubet Musa Argivi vocem observari tanquam verissimam,* h. e. *at nunc postquam semel Musa Argivi verbum probavit, non iam licet amicitiae obsequi ubi pactis obediendum, quum olim nullis huiusmodi obligationibus constricti poetae illud prompte sequerentur, quo duceret amor.* Nunc, ait, Musa mercenaria facta, ego quoque mercede pacta carmina facio, qualia quum forte profligandа essent, non potui prius hoc carmen transmittere. Ergo non postulat mercedem, sed ridens suaviter Musam mercenariam excusat dilationem carminis, quod opera ante locata aliis, non statim officium praestiterit Thrasybulo. Ducit me huc etiam quod statim subiungitur, *οὐκ ἀγνῶτα,* quo monere videtur hanc victoriam, quamquam ipse nunc demum canat, interim non fuisse obscuram. Atque etiam vs. 33. 34. possunt simul defensionem poetae habere, si innuat *non laudum inopia cunctantem* se tacuisse. Ipsum vero argumentum ita tractavit, ut immortali laude ornans Xenocratem et Theronis etiam memoriam recolens, illustre poneret monumentum duobus hisce fratribus, qui decora fuerant regiae illius gentis maxima: ne post sublatam tyrannidem populus Agrigentinus oblivisceretur, quanta ornamenta his viris deberet. Verum ob hanc ipsam causam videbitur fortasse etiam alia ratio esse prooemii explicandi. Quum enim tum sublata tyrannide Thrasybulus regius olim vir iam nihil nisi civis esset (cf. ad vs. 44.), dicat aliquis fortasse ipsum Thrasybulum fuisse quodammodo *πεσόντων λειφθέντα καὶ φίλων,* nec dilationis excusationem prooemio inesse, sed reprehensionem eorum, qui Thrasybulum deseruerint, inter quos fuisse fortasse ipsum Simonidem. Quare hunc esse sensum: „Olim poetae prompte canebant pueriles hymnos amore ducti, nunc mercedem clamant, nec canunt ubi nulla eius spes. Nosti quid innuam: cantata olim victoria patris, quum domus vestra floreret; nunc dilapsi poetae, quum tamen maxima fuerit patris tui hospitalitas, nec difficile sit laudare viros egregios. Longe alia mea ratio." Sic non dilatum dicas carmen sed statim missum, nec *παιδικὸν ὕμνον,* ad exemplum tamen istorum hymnorum prompte profligatum amicitiae causa. Sed obstare videtur, quod dubitari potest, num Thrasybulus fuerit *πεσόντων θαμὰ λειφθεὶς καὶ φίλων,* qui patrem habuisset insigniter liberalem et populo gratum, cf. vs. 35 sqq. ac ne premam hoc, certe poetam non laudarem, qui tam desolatam fortunam, licet tecte, indicaret, et se commendans, dum Simonidem carperet, simul Thrasybulum inopiae admoneret iniucunde. Quare ea verba ad Thrasybulum omnino non credam pertinere, sed hunc etiam tum censeam satis florentem, licet civem factum.

Vs. 12—34. Commemorantur victoriae Xenocratis, primum Isthmia, unde carmen nomen habet. *Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν,* ut Pyth. VI, 17. Mox *πέμπειν*: nam quum Xenocrates aurigam misisset cum equis, per hos Neptunus ei misit coronam. *Ἐν Κολαῖ,* ubi hippodromus; v. ad Pyth. V, 23 sqq. *ἴδε, benevole adspexit,* ut *ἰδοῦσα* Olymp. XIV, 16. et *ὄρνιται* Pyth. III, 85. Est victoria carmine Pyth. VI. celebrata, in qua praesens Xenocrates fuit, etsi currum non duxit. *Κλεινᾶις δ' Ἐρεχθειδᾶν χαρίτεσσιν ἀραρώς, eximios Erechthidarum honores consecutus.* Ἀραρώς ut alibi *μιχθείς.* Haud dubie hoc loco

www.libtool.com.cn

Panathenaea intelligenda sunt, ut mox patebit. Verba *οὐκ ἐμέμφθη ἐυσίδιφρον χεῖρα πλαξίππου φωτός κ. τ. λ.* cave vertas: *non vituperatus est, laudatus est per dexteritatem aurigae* s. quod attinet ad dexteritatem aurigae; hoc enim Graecum non est. Verte: *In Pythiis Apollo ei victoriam dedit; Atheniensium vero honoribus ornatus non vituperavit manum, quam Nicomachus opportune admovit omnibus habenis.* In Atheniensibus praetulit antiquius nomen Ἱππιάδαν, ne diceret Iones. Herodot. I, 143. *οἱ μὲν νυν ἄλλοι Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τοὔνομα, οὐ βουλόμενοι Ἴωνες κεκλῆσθαι· ἀλλὰ καὶ νῦν φαίνονταί μοι οἱ πολλοὶ αὐτέων ἐπαισχύνεσθαι τῷ οὐνόματι.* Contra illustre Doricum nomen; v. ad Nem. III, 3. Videndum nunc de ratione sententiarum. Ab Isthmiis ad Pythia venit Pindarus et Apollinem opponit Neptuno, recte. Nam ut in illis Neptunus,[1] sic in his Apollo dedit victoriam. Iam vide sequentia. Si statuis Nicomachum etiam in Pythio certamine currum rexisse, inepte Pindarus dicet: In Atheniensium vero ludis victor laudavit Nicomachi manum. An minus laudavit eam quum in Pythiis rexisset equos? Quid multa? Alius fuit auriga in Pythio certamine, alius in Attico, et in hoc quidem Nicomachus, in Pythio autem ipse Thrasybulus, qui quum iam in Pythio sexto laudatus esset, hic tacetur. Ita etiam Boeckhius, quem v. ad Pyth. VI. Quum igitur in Pythio certamine non fuerit auriga Nicomachus, vides recte dixisse Pindarum: *Atticam vero victoriam debuit Nicomachi dexteritati;* nam hoc solum inest in hoc loco verbosiore. Iam ne te turbent genitivi *πλαξίππου φωτός*: sunt hi pro adiectivo voci *χεῖρα* iungendo. Verte: *currus peritam gubernatricem manum equestrem, quam Nicomachus admovit habenis.* Nam manus equestris viri est manus equestris. Notum hoc constructionis genus imprimis e tragicis; cf. Herm. ad Vig. p. 890. Seidl. ad Eur. Electr. 651. Denique *ἁπάσαις ἁνίαις* manum admovisse dicitur Nicomachus; nam citatum cursum significat poeta, ubi omnes immittuntur habenae. Virg. Aen. V, 815. *Manibusque omnes effundit habenas.* Ἐυσίδιφρος vertunt: *currum habenis regens*, ut ἐυνῆρες et ἐυτὰ (Scut. Herc. 308.) pro habenis dicuntur. Equidem secutus analogiam aliorum, ut ἐρυσίπτολις, ἐυαίβωμος (Aeschyl. Eum. 918.) malim vertere: *currus servatricem, perite tuentem,* s. peritam; ac talis esse debet manus immissas habenas regens, ne collisus currus metae aliisve curribus frangatur. Nicomachus quidem hanc manum opportuno tempore omnibus habenis admovens hoc ipso tulerat victoriam. Unde poeta hoc epitheton ceteris verbis praeposuit. Dein dicit de Olympica victoria, ultimo loco, quoniam non ipsius Xenocratis est sed fratris: ab Isthmia exorsus quia haec potissimum celebranda erat, addidit Pythiam et Atticam eiusdem Xenocratis; nunc fratris victoriam memorat a Nicomacho paratam, qui etiam Atticam reportaverat. Omnino bene haec ordinata sunt. Videnda iam singula. Olympicorum ludorum tempus indicebant Elei secundum cyclum chronologicum apud eos institutum. Erat autem hic cyclus octaeteris continens nonaginta novem menses, inter quos tres intercalares; ludi fiebant quarto quoque anno, Attico mense Hecatombaeone, ac primum quidem post menses quadraginta novem mense Olympico Apollonio, deinde post menses quinquaginta mense Parthenio. Sic peracto cyclo sequens octaeteris eundem ordinem habebat. Vide de hac re locum notabilem in Scholiis ad Olymp. III, 35. Si huius rei cura ad Hellanodicas pertinuerit, hos ipsos hoc loco Pindarus *κάρυκας ὥραν* appellaverit et *σπονδοφόρους Ζηνός*. Sed falsa est haec explicatio; audi Boeckhium qui mihi haec perscripsit: „Eleorum *Σπονδοφόροι* sunt certi magistratus sacri sive sacerdotes, quos nominat Pausanias V, 15, 6. fere iidem qui Romanorum *Fetiales:* hi futura Olympica sollemnitate festum, *σπονδὰς* et *ἐκεχειρίαν* denunciabant civitatibus. Eximie de iis egit Schneiderus Lex. Gr. h. v. De re non Eleis propria locus classicus est Thucyd. V, 49. integer legendus, et Xenoph. Hist. Gr. IV, 7, 2 sq. ubi v. Schneider. Adde de Olym-

www.libtool.com.cn
eodem fere tempore hospitalitate sibi Fetiales Eleos devinxisse, equidem hoc probaverim. Nam *recognorunt Fetiales Nicomachum;* igitur eum antea noverant: noverant autem usu hospitalitatis; itaque antea ille eos excepit quam illi eum recognoscerent. Haec manifeste insunt verbis *ἀνέγνων παθόντες, recognorunt postquam* hospitalitatem eius *experti erant.* At dicet aliquis, primum Fetiales ab illo hospitaliter Athenis habitos esse, deinde ab illis eum ibidem eodem prope tempore agnitum. Sed hoc absurdum. Unum igitur superest quod posui, Nicomachum Olympiae olim hospitali forte aliqua liberalitate (nam non sine causa additur *που* ut in re, quam Pindarus ex coniectura ponat) sibi Fetiales devinxisse, deinde alicubi aliquot annis post esse agnitum et salutatum. Nunc vide mihi artem poetae, qui a Panathenaica victoria Xenocratis Nicomacho debita, ad quam recurram in Fragm. Scol. 3. transitum fecerit ad Olympicam Theronis victoriam, quam utpote splendidissimam familiae huius omitti non deceret, transitumque adeo iucundum, ut nihil supra: quid enim dulcius quam eius rei mentio, quomodo Nicomachum Elei Fetiales salutaverint tum ipsum quum in eo esset, ut Panathenaicum certamen adiret, de quo modo dictum erat? Postremo ut Theronis Olympici victoris gloriam cum Xenocrate communicaret, addidit: *ἵν' ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν, ubi immortali illi gloria splendent.* Hoc eo aptius, quum uterque iam defunctus esset. Sed intpp. de Xenocratis Olympica victoria somniant, quod uterque filius Aenesidami nominatur, atque ita praeter historiae fidem familiae victorias multiplicant. Tribus verbis docui ad Olymp. II, 50 sqq. quomodo etiam ad Xenocratem Olympicae gloriae pars pertineret, spreto etiam, quod ad Olympicam quoque victoriam aliquis advocare possit, isto de communi sumptu et communibus equis grammaticorum commento: nunc hoc addo, putide hoc dictum fuisse, si Theronem solum poeta nominasset. Mortui fratres sunt, ut dixi: *mortuis* splendet *immortalis* Olympiae honos, quod alter Thero familiam illustravit. Quis inter defunctos fratres tam accurate distinguet, ubi uterque laudabilis est? Neque ob Theronem Pindarus haec posuit, sed ut familiae gloria augeretur: itaque necessario uterque frater nominandus erat. Sed cur non de universa familia dixit? Nempe quia heroum defunctorum memoriam recolere iucundius erat. Neque id tacendum, Graecos et ipsum Pindarum solere plures eiusdem familiae nominare, ubi unum tantum nominandum censeas, ut *Καδμείας γυναῖκας* pro Semela poeta in Dithyrambis dicit, et similia. Ita enim honorem ab uno partum in familiam transferre amant. Cf. ad Pyth. II, 25." Haec Boeckhius: dicam nunc de reliquis. *Ἀδυπνόῳ φωνᾷ,* dulce sonante, ut Musa *ἀδυπνόος* Olymp. XIII, 21. adde Anacreont. VI, 9. *Πνοαὶ* enim sunt sonitus vocis, ut Olymp. VI, 83. *καλλιρόοισι πνοαῖς. Ἀπέπνευσεν ἔπος* legitur Pyth. IV, 11. Sensus: *Salutarunt Fetiales eum ut victorem,* quae vox quum iucundissima esset, *ἀδυπνόος* dicitur. Mox *ἐν γούνασιν πιτνόντα Νίκας,* cf. ad Nem. V, 42. *Ἄλσος,* h. e. *τέμενος,* ut Olymp. III, 19. ubi vide Boeckh. nott. critt. Sensus: *quam dicunt Olympii Iovis sacram sedem. Ἀθανάτοις τιμαῖς ἔμιχθεν, ubi immortales honores consecuti sunt.* Noli, uti factum a nonnullis, comparare Horatianum illud, *Dis misceri superis;* neque enim *ἀθανάτοις* de diis accipi debet. Iam quoniam de victoriis olim partis dixit, pergit: *καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμῖν ἐντὶ δόμοι κ. τ. λ. Nam domus vestra non unam vidit victoriam, nec ignota vobis epinicia,* ut Simonidis et Pindari ipsius: de illo v. Schol. Isthm. II. princ. hic iis carmina Olymp. II. Pyth. VI. scripserat; ne dicam de Scolio Thrasybulo scripto. *Οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης ἀ κέλευθος γίγνεται, non enim montanus adscensus est nec ardua via obstat,* s. *carmina facilia sunt, ubi praeclari viri canendi. Ἐς ἀνδρῶν* explico cum Heynio *ἐς ἀνδρῶν οἶκον;* Boeckhius tamen negat se

www.libtool.com.cn

ctus tenetur, iis illigatus est. Ceterum videtur mihi hoc addere Pindarus etiam propter ipsam illam, de qua vidimus, effusam Xenocratis laudem, ne forte timeret Thrasybulus haec vulgare. Etenim, quod Boeckhius notat, carmen hoc quum scriberetur, tyrannis Agrigenti sublata erat, quam olim Xenocratis et Thrasybuli propinqui Thero et Thrasydaeus tenuerant: hic enim pulsus est Olymp. 76, 4. (v. ad Olymp. XII.): itaque Thrasybulus, regiae olim domus vir, iam nihil nisi civis. Huic cavenda invidia, ne supra privatum laudatus pater filium popularium obiiciat offensioni. Ita simul plebeculae inest reprehensio, ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται, τῶν δ' ἀφάντων κῦδος ἀνιᾶσι σαθρόν. Σιγάτω, sc. Thrasybulus; quod ne durum tibi videatur, assumes extrema carminis verba. Etenim haec omnia: *Quare ne taceat virtutem patris etc. haec dic amico meo*, posita sunt pro his: *Quare dic amico meo, ne taceat virtutem patris etc.* Cur inverso ordine haec collocaverit poeta, obscurum non est. Post laudes patris eximias proxime collocanda erat hortatio, ne taceret eas filius; tum Nicasippus monendus, ut haec sic nunciaret. Quare verba ad Nicasippum aptissime posita sunt in fine. De genere dicendi μήτε — μηδὲ cf. Boeckh. nott. critt. p. 467. Οὐκ ἐλινύσαντας, *non ut quiescerent*, sed ut circumferrentur et in multorum notitiam venirent. Ἀπόνειμον, *haec verba redde, refer, nuncia*, ut recte Heynius. Scholia interpretantur ἀναγνῶθι, quum νέμειν et ἀπονέμειν etiam sit ἀναγιγνώσκειν, de quo praeter Scholia ad h. l. vide Nott. ad Hesych. T. I. p. 475. et T. II, p. 666. Toup. et Valcken. ad Theocrit. XVIII, 48. quae memoravit iam Heynius. Res tamen ab hoc loco aliena. Ἠθαῖον, ἑταῖρον, Dorica forma; cf. Etym. M. p. 385, 30. Intellige Thrasybulum.

I S T H M. III.

Quum antiquitatis cognitio imprimis etiam familiarum et gentium historiis contineatur, utinam quam plurima sciremus de tot gentium insignium ingeniis, moribus, studiis, quae quum quondam Graeciam eximie ornarent, nunc cum nominibus ipsis interierunt. Pindarus quae de multarum gentium virtutibus canit, inter praestantissima sunt quae ex hoc genere servata habemus. Quis est enim quin legens Chariadarum, Blepsiadarum, Midylidarum, Theandridarum, Psalychidarum laudes, non multum se adiutum sentiat ad Aeginae accuratiorem cognitionem, quae praeclaris virorum illustrium virtutibus eximiam quondam gloriam et potentiam inter Graecos habuit? Gentibus Graeciae praeclaris accensendi sunt etiam Cleonymidae Thebani. Tradit historia Thebanos fuisse stolide feroces, litium amantes, aliena iura contemnentes, superbos et insolentes; non fuerunt tales Cleonymidae, quos Pindarus hoc carmine celebrat. Regiae Labdacidarum stirpi cognati inde ab antiquis temporibus in honore habiti erant apud Thebanos, divitiisque fuerant conspicui: at non minus ornati nobiliore laude dicuntur fuisse a superbia alieni, liberales, bellica virtute et rei gymnasticae studio insignes. Experta erat gens etiam iniquos fortunae casus tum alios tum in certaminibus, ex quibus raro cum coronis redierant. Quare quum tandem Melissus etiam hanc laudem consecutus esset, Pindarus ut carmen faceret rogatus, monumentum egregiae genti ponendum censuit τηλαυγές. Vicit autem primum Nemea equestri certamine, tum pancratio Isthmia, quibus hoc carmen poeta dicavit. Quo modo

www.libtool.com.cn

tur a propria gentis laude. Nam ut gens aliena fuit a fastidiosa insolentia, ita etiam Melissus. *Εὐδοξοις*, victoriâ partâ. *Κατέχει*, compescit, Theogn. vs. 322. *κακίην κατέχειν*. De voce *αἰανὴς* v. ad Pyth. I, 81 sqq. Iam quum duo hic posuerit poeta, prosperitatem et moderationem, pendet inde ratio sequentis sententiae. Pergit enim: *Iuppiter, magnae virtutes hominibus contingunt per te, durat autem diutius prosperitas piorum hominum quam impiorum*, h. e. *Nam virtutem talis homo habet divinam, et diuturnam ob virtutem sperare potest prosperitatem.* Quo ipso liquet eum laudibus civium esse dignum. *Ὀπιζόμενοι* sunt pii, ut *ὅπις* est reverentia erga deos. Conf. inter alia Theogn. 1148. *Μάσσων*, modestior in his sententiis comparativus est positivo. Cf. Nem. VIII, 17. *Ζώει*, ut *βιοτεύει* Nem. IV, 6. *Εὐκλέων δ' ἔργων ἄποινα χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐαλὸν κ. τ. λ.* hoc est: *Pro gloriosis autem factis par est cani virum bonum, par est eum epiniciis celebratum blandis laudibus extolli.* Ne poeta tibi repetere videatur rem iam ante significatam, hoc tenebis: *εὐλογίαι ἀστῶν*, quas ante dixit, sunt *λόγοι ἀγαθοὶ ἀστῶν*, uti facile intelligas, si accuratius eum locum inspexeris. Duo nominaverat *εὐτυχίας* genera Pindarus, quae quamquam coniuncta habebat Melissus, poeta tamen, modestiae causa, disiunctiva sententiae forma usus est. Ergo, *εἴτις εὐτυχήσαις σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις κατέχει φρασὶν αἰανῆ κόρον, ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι*, atque etiam, *εἴτις εὐτυχήσαις σθένει πλούτου κατέχει φρασὶν αἰανῆ κόρον, ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι.* Iam pone ultimum; qui divitiis beatus modestiam tenet, is recte dicetur admiratione et laude civium suorum dignus, minus apte dicetur carmine dignus. Unde liquet verum esse quod dixi. Vides igitur recte pergere poetam: *Ubi vero gloriosae res gestae, praeter civium laudes etiam carminis remuneratione est opus.* *Λόγους ἀστῶν ἀγαθοὺς* et *μελιγδούπους ἀοιδὰς* coniunxit Nem. XI, 17, 18. Addamus reliqua. Verba *εὐκλέων ἔργων ἄποινα* per appositionem sequentibus iunguntur, ut, quod apte contulit Boeckhius, Olymp. VII, 15. cf. eundem comm. ad Olymp. VII, 13 sqq. ad Olymp. XI, 81 sqq. *Χρὴ μὲν — χρὴ δέ*, cf. Reizium ad Vig. p. 841. Herm. *Βαστάσαι, honorare, extollere, efferre*, ut Olymp. XII, 21. Denique *ἀγαναῖς χαρίτεσσιν* verto: *blandis hymnis*, cum Heynio. Littera minuscula *χαρίτεσσιν* esse scribendum in nott. critt. recte notavit Boeckhius. Si deas intelligas, aut *κωμάζοντα Χαρίτεσσιν* iungendum, aut *Χαρίτεσσιν βαστάσαι*. Neutrum horum verum dixerim. Nam *κωμάζειν Χαρίτεσσιν* minus aptum, quia *κῶμος* proprie instituitur victori, cf. Isthm. VI, 20. *Χαρίτεσσιν βαστάσαι* est aut: *laetantibus Gratiis praedicare*, si dativum commodi intelligis, quod argutius dictum videtur; aut: *per Gratias extollere*, ut dicitur aliquis *πτερύγεσσιν ἀερθεὶς Πιερίδων*, Isthm. I, 64. in quo tamen exspectabam: *σὺν Χαρίτεσσιν βαστάσαι.*

Vs. 9—18. Transit poeta ad victorias Melissi. *Ac duas adeo habet victorias Melissus*, ait, *ut magis etiam conveniat hilaritas cantusque.* Harum una fuit in Isthmo pancratio parta, unde nomen habet carmen, altera Nemeaea equestris. *Ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ*, ut *πτυχαὶς* Nem. II, 21. *Νάπα* illustratur a Spanhem. ad Callim. in Apollin. 89. In priore membro poeta utitur participio, *δεξαμένῳ*, nam ad hanc victoriam infra demum vs. 62. redibit. In secundo membro praetulit verbum finitum, *τὰ δὲ* (altera ex parte vero) *κοῖλα λ. ἐν βαθ. ν. κάρυξε Θήβαν ἱπποδρ. κρ.* nam ex hoc posteriori membro proxime sequentia pendent, quemadmodum Olymp. I, 14. in altero membro verbum finitum positum. Etenim, ut iam de ordine rerum in hoc carmine moneam, duarum Melissi victoriarum posteriore loco nominat curulem, ut hinc ad eius maiores pateat transitus, quandoquidem huic ipsi certaminis generi, non aliis, maiores operam dederant. Nam quae poeta indicat Cleonymidarum certamina, sunt omnia ex

www.libtoobooks.eu

boribus pares. Pergit poeta: *αἰὼν δὲ κυλινδομέναις ἀμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἐξάλλαξεν κ. τ. λ. sed vita humana procedente tempore alia alias mutare solet. Invulnerabiles soli filii deorum.* Vidimus Cleonymidas, quum Labdacidis cognati essent, divitias magnas habuisse; coniuncti igitur regiae huic stirpi ut opes habuerunt, ita etiam adversa quaedam videntur passi horum fortunae impliciti, ac quum poeta opes memorasset ex hac cognatione Cleonymidis ortas, par erat etiam adversas res inde natas verbo significari. Haec ita cohaerere videntur ut Pindarum aliter intelligi nolim. Adde quae mox dicam ad vs. 23. Ac fortasse huc trahendum est quod Scholiastes habet ad vs. 6. *προσῖπον δὲ ὡς τῆς βασιλείας ἐξέπεσόν ποτε*, quamquam quo sensu hoc dixerit, obscurum est. Ceterum Pindarus plura addere noluit, quum res a consilio suo esset aliena. Redit igitur ad Cleonymidarum virtutes.

Vs. 19—37. Orditur sic: *Sunt mihi deorum beneficio innumerae viae*, magna materia laudum; *opportunitatem enim, Melisse, ostendisti, quum viceris Isthmiis, virtutes vestras hymno persequendi.* Verissime hoc explicuit ita Hermannus. Melissi enim hac victoria Isthmiaca celebranda opportunitatem nactus erat poeta gentis virtutes illustrandi. Ad verba *μυρία παντᾶ κέλευθος* cf. Nem. VI, 47. *Αἶσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες αἰεὶ σὺν θεῷ θνατὸν διέρχονται τὸ βίου τέλος, quibus Cleonymidae florentes semper, cum deo*, strenue, *mortale vitae spatium praefinitum permeant.* Non cessaverant unquam egregiae Cleonymidarum virtutes, sed has quidem semper tenentes naviter studebant gloriae pro viribus; tamen fati culpa, non ipsorum, raro viderant laetos certaminum successus, uti mox legemus. Quare poeta addit: *Sed omnes homines alias alius agit ventus*, h. e. sed quod eventus non semper eorum conatibus respondit, in eo communem hominum sortem experti sunt. Sic expeditur, quomodo haec verba: *ἄλλοτε — πλώνες* diversa sint ab iis quae vs. 18. legimus. Ibi de casibus agitur quibus Cleonymidae, Labdacidis quum essent cognati, impliciti fuerant; cui rei etiam verba plane accommodata sunt. Nam *αἰὼν δὲ κυλινδομέναις ἀμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἐξάλλαξεν* quum dicit, hoc ipsum significare videtur, saepe priscam gentium fortunam temporum processu mutatam et potentiam earum minutam aut eversam. Hoc autem loco ventum dicit esse alias alium; nam de conatibus Cleonymidarum loquitur tum in bello tum in certaminibus; ac propria est comparatio venti ubi de conatibus agitur. Transpone verba, fac hoc loco legi illam locutionem, illo loco hanc, et senties sic minus haec apta futura quam ut nunc leguntur. Sed addam etiam aliud. Res adversas si perpessi sunt victores eorumve gentes, non solet has plane tacere Pindarus a vanitate alienus, sed qua est magnitudine animi, commemorat etiam talia et intexit laetioribus, ut praeteritorum dolorem soletur praesenti laetitia, hanc vero severitate temperatam ad modestiam revocet eam, quam par est, servari etiam prosperrime fluentibus rebus. Sic igitur in hoc carmine non praeteriit quae adversa genti acciderant, neque tamen in unum locum congessit omnia quae dicenda videbantur, sed diversis locis disposuit, ut tristia laetis, laeta tristibus temperando suave carmen pertexeret. Primum igitur Labdacidis memoratis addit quaedam ad illorum temporum casus pertinentia; tum ad virtutes et certamina gentis propius accessurus, antequam accedat, eos quamquam virtutibus insignes tamen in conatibus suis non semper vento secundo usos esse quasi praefando nunciat. Exin sequitur virtutum enumeratio, cui subiecta eorum, quae bello passi erant, mentio statim additum habet fortunae restitutae solamen. Denique ad ludorum certamina venit, quae quum pleraque successu destituta hymnis caruissent, vide etiam haec quomodo tractet. Debitam laudem factorum se renovaturum dicit, tum indicat victorias reportatas, prostremo de ceteris certaminibus agit ita, ut quam

www.libtool.com.cn

experti erant in his Cleonymidae iniquitatem fortunae, data opera Aiacis exemplo soletur. Haec igitur omnia cur ita dicta sint in promptu est. Tamen vel sic dicas displicere, quod has duas sententias, de quarum ratione disputamus, nimis brevi intervallo posuit. Et hoc verum, ac desidero omnino liberiorem dicendi impetum in his carminis locis. In qua re equidem etiam argumenti difficultati aliquid tribuam. Nam quum haec gens quamvis virtutibus insignis raro vidisset rerum suarum successus, quod nec tacere licebat nec explicare diductius, poeta conflictans cum hac difficultate non tenet eundem cursum et abrumpit nonnulla citius quam exspectaveris, oratione transeunte ad alia, et ipsa non explicanda accuratius. Pergit poeta: *τοὶ μὲν ὤν*, h. e. ut igitur ad laudes eorum veniam, et simul fortunae vicissitudinem ostendam: de his enim rebus antea dixerat, eaeque nunc probandae erant. Prius exponitur vs. 25—33. alterum inde a vs. 34. transitu facto particula *ἀλλὰ γάρ*: ubi *γὰρ* ostendit probationem ante dictorum inesse. *Τιμάεντες*, in eximio honore habiti inter cives inde a prisco tempore, haud dubie etiam honoribus saepe fungentes. *Πρόξενοι*, publici hospites; cf. Valcken. ad Ammonium III, 10. p. 201. Paciaudi Monument. Peloponnes. T. II, p. 132 seq. Porro *ἀμφικτίονες* sunt Boeoti circumiacentium urbium; cf. nott. critt. ad Nem. VI, 40. Videtur igitur etiam hunc honorem habuisse gens iustissima, ut ex ea *πρόξενοι* fierent circumcolentium Boeotorum. *Κελαδεννᾶς* de strepitu verborum insolentium accipe. *Κελαδεινῆς, θορυβώδους* explicat Hesych. et Schol. h. l. *ὕβριν θρασύμυθον* Olymp. XIII, 10. comparat Schmidius. *Δυσκέλαδον* invidiam dicit Hesiod. Opp. et D. 196. Ac notum est *κόμπος* de grandisonis verbis hominum superborum. *Ὀρφαιοί*, h. e. *ἄμοιροι, κενοί*. *Ὅσσα δ' ἐπ' ἀνθρώπους ἄηται κ. τ. λ. quidquid eximiae laudis narratum de mortuis et viventibus circumfertur, plane assecuti sunt.* *Ἄπλετον* explicat Hesych. *πολὺ, μέγα, ἀμέτρητον*; cf. de hac voce intt. Moer. p. 24. *Δόξας*, laudis, virtutis. Pyth. I, 92. *ὀπιθόμβροτον αὔχημα δόξας*. *Ἀνορέαις δ' ἐσχάταισιν οἴκοθεν*, cf. ad Nem. VII, 51. *στάλαισιν Ἡρακλείαις*, cf. ad Nem. III, 20. Locutio passim obvia, ubi Thebani Thebisve oriundi cauuntur. Ceterum *ἅπτονται* est praesens. Additur: *Καὶ μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετάν*. Assentior Hermanno et Boeckhio *σπεύδειν* pro *σπεῦδε* dictum accipientibus; tamen hoc explicatione iuvandum. Non alloquitur Melissum nec alium quendam ex hac gente, sed hoc vult: *Atque hoc summum est quod homo attingere potest;* pro hoc dicit: ac ne ulteriora secteris. Deinde verba *ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο χαλκέῳ τ' Ἄρει ἄδον* sensu non disiungenda videntur ab antecedentibus, sed ad *ἀνορέαν* probandam afferuntur, ut solent veteres post rem universe dictam singula quaedam potiora subiicere. Nec obstant verba *καὶ μηκέτι — ἀρετάν* interposita, quum non interrumpant hunc nexum. Ceterum *ἱπποτρόφους* eos dicit prudenter; nam victores quidem non semper fuerant. Quare etiam quod Herculis columnas eos assecutos dicit, magis de virtutibus intelligendum est quam de rebus cum successu gestis. *Τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο*, cf. ad Nem. IX, 38. De hac pugna diximus in introductione. *Ἑστίαν*, ut *οἶκος* de gente Nem. VI, 26. Ad haec, *νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον ποικίλων μηνῶν ζόφον χθὼν ὥτε φοινικέοισιν ἄνθησεν ῥόδοις*, Hermannus in Heynii novissima editione scribit: „Vereor ne *ἄνθος* quod libri habent, ex aliqua interpretum adnotatione ortum sit. Scholiastae explicatio verisimile reddit scriptum fuisse *ἔστηκεν*." Sensus: *Nunc autem rursus viget eorum domus ut terra purpureis rosis post hibernas tenebras quum redierunt florentes menses.* Genitivus *ποικίλων μηνῶν* dictus ut *θέρους, χειμῶνος, ἔαρος, ἡμέρας, νηνεμίης*, alia multa dicuntur. *Ποικίλων*, h. e. *πολυανθέμων*, ut *φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ* Pyth. IV, 64. Similiter *πολιὸν* dictum *ἔαρ, διὰ τὰ τότε ἄνθη*, cf. Eustath. ad Il. *β*,



www.libtool.com.cn

meth. 444. Hermann. Vig. p. 753. Ceterum olim lectum esse *Τρώανδ'* aut *Τρῳάνδ'*, annotavit Boeckhius: et huc atque ad Isthm. VII, 52. spectat Eustath. ad Iliad. *α*, p. 65. med. *εἰ γὰρ Τρωίους ἵππους τοὺς Τρωικοὺς διὰ τοῦ ὠ μεγάλου γράφομεν, δυσχερές ἐστιν ἀπολογήσασθαι, διὰ τί πόλις Τροΐη ἡ Τρωικὴ, διὰ τοῦ ὁ μικροῦ ἔχει τὴν ἀρχουσαν. Ἐπιτείνει δὲ μάλιστα τὴν ἀπορίαν ὁ Πίνδαρος, ὃς αὐτὴν τὴν Τροίαν Τρωίαν ἐν Ἰσθμιονίκαις εἰπὼν διὰ τοῦ ὠ μεγάλου γράφει τὴν παραλήγουσαν.* Cf. nott. critt. Isthm. VII, 52. Adde Nem. IV, 25. cum nott. critt. et Nem. VII, 41. Sed transeo ad haec: *Ἀλλ' Ὁμηρός τοι τετίμακεν δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ πᾶσαν ὁρμώσαις ἀρετὰν κατὰ ῥ'-βδον ἔφρασεν θεσπεσίων ἐπέων λοιποῖς ἀθύρειν.* Hic locus interpretibus plerisque omnibus difficillimus visus est. Mihi non adeo difficilia haec videntur. *Ῥάβδος* fuit epicorum poetarum et rhapsodorum insigne, qui manu tenentes hoc sceptrum carmina publice canebant. Vide Callimach. Fragm. 138. p. 497. Ernest. allatum in Scholiis ad Nem. II, 1. et ab Eustathio ad Il. *α*, p. 6. Adde locum Hesiodi notissimum Theogon. 30. ibiq. Clericum, et vide Pausan. IX, 30, 2. Dicebant hoc *ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν*. Iunge igitur mecum *κατὰ ῥάβδον θεσπεσίων ἐπέων*, et verte sic: *Sed Homerus eum honoravit inter homines, qui omnem eius explicans virtutem indicavit futuris poetis ad normam et auctoritatem divinorum carminum suorum canendam.* Quum enim *ῥάβδος* fuerit epici muneris insigne, magnifice *ῥάβδον ἐπέων* dixit pro auctoritate epicorum carminum, veluti quum quis figurate dicitur *signum sustulisse aliis sequendum.* Ac nonnisi haec constructio hic Graeca est; quae ab aliis tentatae sunt rationes, laborant omnes. Tale est quod in Scholiis habetur *κατὰ ῥάβδον* esse *κατὰ στίχον*, item ap. Suid. *κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν, κατερραψῴδησεν ἢ κατὰ στίχον διῆλθεν.* Sive enim hoc explices *στιχηδὸν φράζειν*, quo posito genitivus *θεσπεσίων ἐπέων* non habet unde pendeat, sive interpreteris *κατὰ στίχους ἐπέων*, hoc et durissime et ineptissime dictum est. Placuit aliis *θεσπεσίων ἐπέων* explicare *διὰ θεσπεσίων ἐπέων*, manifesto contra linguam, sive iungas cum *ἔφρασε* sive cum *ἀθύρειν*, nisi quod alterum magis etiam ineptum est, quum *θεσπέσια ἔπη* hic haud dubie Homeri sint, non recentiorum. Porro *κατὰ ῥάβδον* qui iungunt cum *ἔφρασε*, probare debebant *κατὰ ῥάβδον φράζειν* dictum esse pro *μετὰ ῥάβδου* seu *ἐπὶ ῥάβδῳ φράζειν*. Ob eandem causam non potest iungi *κατὰ ῥάβδον θεσπεσίων ἐπέων ἔφρασε*, sive vertas, *cum signo divinorum carminum suorum cecinit*, sive *secundum signum divinorum carminum suorum cecinit.* Neutrum equidem intelligo. Quae quum ita sint non dubitabis unice verum esse, quod ego posui. *Λοιποὶ* autem, quos dicit, non sunt rhapsodi, sed universe poetae futurorum temporum, ergo etiam lyrici, uti nunc secundum Homeri *ῥάβδον* Pindarus Aiacem laudat. Ceterum haec Aiacis mentio quid sibi velit, sponte senties. Tot Cleonymidarum equestria certamina quum successu destituta fuissent, comparat Aiacis virtutem iure suo a Graecis immerito deiectam, quae comparatio tam illustris est, ut quemadmodum Aiax Homero laudatus praemium tulit armis Achillis longe praestantius, sic Pindarus his verbis Cleonymidis statuere voluisse videatur laborum peractorum monumentum splendidissimum. Ut Homerus Aiaci patronus virtutem eius ad omnem posteritatem propagavit, sic vides Thebanum vatem Homeri imitatorem ab oblivione revocare obscuratam fortunae iniuria gentium nobilium laudem. Hoc enim, ait, aeternum vivit quod quis carmine celebraverit, et per terram et mare propagatur praeclare factorum non interiturum praeconium. *Ἀκτὶς* hic est manifesto splendor factorum per carmina excitatus.

Vs. 61—78. Redit poeta ad victorem Melissum, et celebrat nunc data opera eius Isthmiacam pancratio partam victoriam, unde ipsum carmen nomen habet. *Κεῖνον ἄψαι πυρσὸν ὕμνων καὶ Μελίσσῳ, ut talem laudem, tam late fulgentem et perennem*

www.libtool.com.cn
etiam *Melisso paremus*. *Πυρσὸν* dixit quum voce *ἀκτίς* usus esset. Adde tamen introd. Sunt *πυρσοὶ* proprie faces e specula sublatae, Il. *σ*, 211. Adde Hesych. et Suid. in voce. Unde *πυρσεύειν* est nunciare, divulgare. Plutarch. Demetr. c. 8. Vol. VI, p. 9. Hutten. *τὰς δ' Ἀθήνας, ὥςπερ σκοπὸν τῆς οἰκουμένης, ταχὺ τῇ δόξῃ διαπυρσεύσειν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους τὰς πράξεις*. Mox in verbis *τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς θυμὸν ἐριβρεμέταν θηρῶν λεόντων ἐν πόνῳ*, Hermannus ad Vigerum p. 939. ita scribendum censet: *τολμᾷ γὰρ εἰκὼς θυμὸν ἐριβρεμέταν θηρᾷ λεόντων ἐν πόνῳ*, recepta quae in Scholiis exstat lectione *θηρᾷ*. „Horum verborum, ait, sensus hic est: *audacia in laboribus animum sectatur leonum ita ut his similis sit*. De qua loquendi ratione, qua id, quod ex aliqua re consequitur, ut iam effectum adiici solet, dictum est ad Vig. p. 897." Hoc praeferam, quum et conveniat cum lectione Scholiastae et apta verborum collocatione placeat. Aliter tractavit hunc locum Thierschius Act. philol. Mon. T. II. F. II. p. 278 sqq. scribens *τολμᾷν γὰρ εἰδὼς* et *θηρᾷ*, et post hunc Meinekius in programmate scholastico Regiomonte a. 1818. edito, qui primum formae *εἰκὼς* id quod desiderabatur exemplum attulit, Iliad. *φ*, 254. *τῷ εἰκὼς ἤϊξεν*, deinde vero probans lectionem *θηρᾷ* coniicit *τόλμα γὰρ εἴκων, audaciae cedens, obsequens*, ut Odyss. *ν*, 143. *βίη καὶ κάρτεϊ εἴκων*, Odyss. *χ*, 288. *εἴκων ἀφραδίῃς*, Grammat. ap. Bekker. Anecd. Gr. T. I. p. 354. *αἰδοῖ εἴκων, αἰδούμενος*, qui locus est Iliad. *ν*, 238. Adde Iliad. *ι*, 598. *εἴξας ᾧ θυμῷ*. Et hanc emendationem nunc unice probat Boeckhius, qui haec mecum communicavit, simul rogans, ut quae ipse olim in nott. critt. *de venatione a leone ipso instituta* adversus Thierschium dixerit, ea suo nomine annotem serio dicta fuisse, non per irrisionem, ut Thierschius accepit. Quid quod etiam Scholiastarum unus *de leone venante* cogitavit? Pergo ad reliqua. *Μῆτιν δ' ἀλώπηξ*, scil. *ἐστί*. Ut Pyth. V, 111. *γλῶσσάν τε θάρσος τε ταναύπτερος ἐν ὄρνιξιν αἰετὸς ἔπλετο*. De animo leonino et astutia pariter necessariis in huiusmodi certaminibus disputat Faber Agonist. I, 15. *Αἰετοῦ ἅ,τ' ἀναπιταμένα ῥόμβον ἴσχει, quae reclinata aquilae impetum cohibet; ῥόμβον*, h. e. *δίνησιν, turbinem*, a *ῥέμβειν, in gyrum circumago*. Cf. Iacobs. Animadv. in Eurip. Tragoed. p. 93. Ceterum ut etiam de re dicam, quam affert Pindarus, fuit etiam recentioribus temporibus aliquando pervulgata opinio, vulpem interdum se mortuam simulare ad aves fallendas, cf. Albert. Magn. de Animalibus libr. XXII. p. 225. et Olaum Magn. Descript. morum populor. septentrional. p. 269. quae loca mihi indicavit Blumenbachius. Idem tamen monet rem fabulosam videri, nec sibi innotuisse quemquam, qui eam oculis suis vidisse se diceret. Haec vero res Schneidero notante maxime pertinet ad pancratiastam; nam *τὸν τρόπον χαμαὶ* s. *ὑπτιασμοὺς* pancratii egregie reddit imago vulpeculae; v. Olear. ad Philostr. p. 818. Salmas. Exerc. Plin. p. 205. Huschk. in Matth. Misc. philol. T. I. p. 22. Quid quod ipse ad Antaeum transitus huic rei coniunctus est? Nempe eum quoque hac arte praestantem simili arte Hercules aggressus videbatur. Vide modo locum Eusebii ex Chronico ab Oleario citatum: *Ἀνταῖον τὸν λεγόμενον γηγενῆ, διὰ τὸ ἐπιστήμονα εἶναι τὸν λεγόμενον παρὰ τοῖς παλαισταῖς τρόπον χαμαί, ὡς ἀπὸ τῆς μητρὸς Γῆς βοηθεῖσθαι δοκεῖν*. Verba *χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντα μαυρῶσαι τὸν ἐχθρὸν* affert Plutarch. de audiendis poetis c. 4. Wyttenb. T. I. P. I. p. 78. ubi tamen *ἀμαυρῶσαι* expressum, item Aristid. T. II. p. 322. qui *ἐχθρὸν* recte interpretatur *ἀντίπαλον*, et habet *ἔρδοντα ἐμαυρῶσαι*. *Ἀμαυροῦν* sive *μαυροῦν* est etiam *infirmare, frangere*. Xenoph. Agesil. XI. 12. *αἰεὶ δὲ τιθεὶς τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς, αἰεὶ ἀμαυροῦν τὰ τῶν πολεμίων ἔργον εἶχεν*. Vid. Act. Philolog. Monacens. T. I. p. 60. *Πᾶν ἔρδοντα*, omni studio, *quovis modo*. Notum *πᾶν ποιεῖν ὥςτε, ὡς, ὅπως*, et *πᾶν* s. *πάντα ποιῶν*, cf. Heindorf. ad Phaedon. p. 249. *Οὐ γὰρ φύσιν Ὠαριωνείαν ἴλα-*

www.libtool.com.cn

limach. in Apollin. 81. *Αὔξομεν*, ut *βούταν φόνον ἀέξειν*, Eurip. Hippolyt. 537. *Χαλκοαρᾶν*, sic Memnonem *χαλκοάραν* dicit Isthm. IV, 45. *aere armatum, bellicosum*, quemadmodum alias *αἰχμηταὶ* dicuntur. Neque enim causam video cur *ferro caesos* interpreter contra usum, quum etiam *θανόντων* adsit, nec constet quid Thebani de mortis ratione tradiderint. Explico igitur, *aereis armis indutos*. In vocabuli scriptura variant libri ap. Tzetzen ad Lycophr. 662. hunc locum citantem a voce *χαλκ.* usque ad *υἱούς*. Igitur sub occasum solis accensa flamma per totam noctem ardebat. Ad *κνισσᾶντι καπνῷ* apte Schol. comparat Hom. Il. *α*, 317. *Καὶ δεύτερον ἄμαρ ἐτείων τέρμ' ἀέθλων γίγνεται, ἰσχύος ἔργον*, h. e. *et per sequentem diem fit annuorum ludorum certamen, roboris contentio*. Nam *τέρμα ἀέθλων* est ipsa contentio certamina decernens, *κρίσις ἀέθλων* quae dicitur Nem. X, 23. ubi vide. *Λευκωθεὶς κάρα μύρτοις*: fuit igitur praemium certaminis corona myrtea, quum epitaphius esset hic agon, monente Scholiasta. Ac fuit myrtus mortuis sacra, de qua re cf. interprett. ad Eurip. Electr. 324. Probabile ergo est, quod Scholiastes censet, quamquam myrti usus symbolicus varius fuit, cf. Paschal. de coronis, et Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Dian. 201. *Λευκωθεὶς μύρτοις, coronatus alba myrto*. Cum plura genera myrti veteres distinguant, videtur intelligenda *λευκὴ*, cf. Geopon. XI, 7. Plin. XV, 29. In hoc igitur certamine hic vir duas reportavit victorias, postquam iam ante de pueris reportaverat unam, obsecutus consilio aliptae. De voce *πειθὼν* cf. Boeckh. nott. critt. ad Pyth. III, 28. Orseas fuit pueri alipta. Nam *κυβερνατὴρ οἰακοστρόφος* est magister, ut Nem. VI. fin. Melesias dicitur *χειρῶν τε καὶ ἰσχύος ἀνίοχος*. *Τερπνὰν ἐπισταζων χάριν, dulcem laudem fundens*. Denique quum Scholiastes interpretetur *ἀνυμνήσω*, scribendum videtur *κωμάξομαι*, ut emendavit Abresch. Obss. misc. nov. T. I. p. 89. Probat etiam Hermannus. Similiter futurum positum Isthm. V, 71. in fine carminis.

ISTHM. IV.

Eximium hoc carmen tertium est, quod cecinit Lamponis filiis Pindarus, quum Phylacidas filius natu minor iterum in Isthmiis vicisset, Olymp. 75, 3. uti videtur. Vide quae de hac re disputavimus in introductione ad Nem. V. ubi etiam de ipsa familia dictum. Carmen cantatum in Aegina; sed de ratione epiniciorum nonnisi coniecturam habeo. Cantatum suspicor carmen die sacro Thiae apud Lamponem. Ac Thiae quidem die sacro haec epinicia habita esse, ut solebant passim festos deorum dies eligere epiniciis celebrandis, nunc inde coniicio, quod hoc carmen tale est, ut hymnum possis dicere in Thiam magnificentissimum. Inania ornamenta respuebat poësis epinicia Pindari, non temere arripiens quidquid speciem pulchri haberet, sed temporibus, locis, personis se accommodans quam posset maxime, ut plane convenientia exhiberet carmina, quibus esset naturalis, non fucatus nitor. Quare etiam hoc loco cave cogites de phantasmate casu a Pindaro arrepto, sed idoneam tibi persuadeas eius rei causam poetae fuisse; ac Thiam cultam esse in Aegina ut nobis dubium non est, ita etiam lectori fortasse probabile fiet infra. Ut tamen non in publica urbis sollemnitate sed apud Lamponem carmen credam cantatum, ne alia afferam, facit imprimis lo-

www.libtool.com.cn

h. e. primam lucem, quandoquidem liberi eius Sol et Luna traduntur fuisse, cf. Hesiod. Theogon. 364 seq. Fuerit igitur eodem ordine quo Minerva prima et Ops. Sed, ut fieri solet, sublimiora non tenet populus, mutantur ordines deorum et verae notiones obscurantur, ut prisca deorum dignitas nunc interdum nonnisi tenui indicio cognosci possit. Hoc loco ea ponenda sunt, quae ad Pindarum explicandum requiruntur. Videtur igitur inter nomina Thiae, quam eandem atque Euryphaessam Hymn. Hom. XXXI, 2. esse Boeckhius putat, fuisse nomen *Χρύση*. Fuit enim *Χρύση* cognomen divinum, non uno in loco auditum. Perquam memorabile est vasculum in Magna Graecia repertum, in quo cum aliis figuris coniunctis dea Lemnia *Χρύση* ipso nomine superscripto, expressa conspicitur. Disputavit de ea Uhden in Actis Academiae Berolinensis, editis Berolin. 1815. Class. histor. philolog. p. 63 seq. addita delineatione picturae, et exhibuit eandem Millingen Peintures d. Vases t. 51. In pectore sunt duae stellae, infra zonam conspiciuntur globi bis sex, duplici ordine ad pedes descendente, in capite dea quinque spicula habet. Erravit vir doctissimus, qui secutus Schol. Soph. Philoctet. 194. Nympham statuit esse, quae dea est haud dubie ipsa Lemnia, quam alter Scholiastes commemorat, quamquam etiam Eustathius ad Il. *β*, p. 330. illam opinionem affert. Quum enim in priscis *ξοάνοις* nihil inane sit et sine certo consilio factum, hoc *ξόανον* talia ornamenta habet, quae nullo modo Nymphae tribui potuerant. Oculorum ferocitas deam significat humanas hostias cupientem, quales ei videntur olim oblatae. Nam talis fere fuit oculorum habitus iis diis, qui humanis sacrificiis gaudebant. Stellae duae in pectore significant solem et lunam, quemadmodum quinque in capite spicula quinque stellas errantes indicare videntur. Sed haec et reliqua ornamenta Welckerus meus explicabit aliquando accuratius, demonstrabitque certissimis argumentis nullo modo de Nympha cogitari posse. Interim ille alia addidit haec: Usurpatum est nomen *Χρύση* etiam in Samothracia, ut liquet ex fabula apud Dionysium Halicarnass. I, 68. Narrat ibi Dionysius ex Callistrato historiae de Samothraciae rebus auctore et Satyro fabularum collectore, Chrysen Pallantis filiam Dardano nuptam pro dote attulisse dona Minervae, Palladia et magnorum deorum sacra; quae Chryse haud dubie dea ipsa fuit, postea ut Io, Europa, Helena, in heroum genealogias traducta. Nec praetereundum est loca reperiri, quae a cultu deae nomen accepisse videantur, ut *Χρύση* est illa notissima Iliad. *α*, 37. et *Χρύσα* Attica, Plutarch. Thes. 27. et fortasse etiam insula apud Lemnum, si hoc voluit Scholiastes ad Sophocl. Philoct. 194. Submersa fuit postea haec insula; v. Pausan. VIII, 33, 2. Omnino saepius in fabulis hoc nomen invenias, qualis etiam Chryse Halmi filia, qui Orchomeni rex fuit, Pausan. IX, 36. Quibus omnibus satis probatum videtur non ignobilem fuisse olim cultum et nomen deae in Graecia. Fuit autem nomen *Χρύση* haud dubie a lunae colore deductum, quod et vox *Χρυσόρρθη* docet et per se certum est multarum linguarum usu. Similiter *Λευκοθέα* ab albo lunae colore nomen habet. Hoc igitur nomen si Thia habuit Solis Lunaeque mater, vides quomodo fieri potuerit, ut auri honorem ei deberi crederent, sive poetae haec fuerit sententia sive consentibus ita Aeginetis. Nam in Aegina cultam esse Thiam iure colligas ex hoc prooemio. Ac perquam notabilis est Hecates cognatae deae apud Aeginetas religio, quam maxime colebant omnium deorum et *τελετὴν* agebant quotannis, ab Orpheo institutam ut ferebant (Pausan. II, 30, 2.). Denique ludorum gymnicorum victorias quod Thia iuvante reportari dicit Pindarus, Welckerus comparat Hecaten, quae similiter victorias hominibus concedere traditur apud Hesiodum Theogon. 435. et Minervam quae luctam docuit Theseum auctore Istro in Scholiis ad Nem. V, 89. Iam summa prooemii

www.libtool.com.cn

nam sunt currus bellici quos addit? De curulibus ludorum certaminibus nullo modo cogitandum est, quum concinnitatis lex postulet, ut post navalia proelia memorentur terrestria, et quum, ut supra monui, ad ἀγωνίους ἄεθλους inde a vs. 8. demum accedat poeta. Tamen etiam hanc sententiam propter Aeginam positam esse, certissimum, quum totum hoc prooemium ad Aeginae laudem pertineat. At enim dices, ad historica tempora hoc referri nequit, neque enim tum Aegina curribus bellicis proelia iniit. Recte; redeundum est igitur ad mythica tempora. Etenim obversati sunt Pindari animo haud dubie χρυσάρματοι Αἰακίδαι, quos dicit Isthm. V, 17. quod quum ante nos plane neglectum esset, nec hic locus intelligi potuit, nec carminis universi vera ratio. Nunc autem pulcherrime conveniunt omnia. Thiae beneficio Aegina summa ornamenta sua debet; sine auro non splenduissent mythico tempore Aeacidarum bellici currus, auro debet Aegina etiam his temporibus naves bellicas gloriamque navalem. Et quo minus etiam dubites, me recte haec sic interpretari, statim hic moneo, utrumque a poeta in sequentibus manifesto significatum esse; nam et Aeacidas laudat et rem Aeginetarum navalem. Quae quum ita sint, vides quid inde sequatur. Tanta ornamenta domestica consentaneum est deae domesticae deberi. Quare plane non dubito, Thiam apud Aeginetas esse cultam, quamquam de ea re aliunde nihil constat. Plane inepte Pindarus, nisi me omnia fallunt, haec a peregrina dea repetiisset Aeginetis non culta. Nunquam ineptus poeta profecto in hoc eximio carmine iudicio suo non fuit destitutus. His expeditis accedimus ad alteram prooemii partem. Pergit igitur Pindarus sic; *Et in ludorum certaminibus per te dulcem gloriam consequitur, cui frequentes coronae cinxerunt comam manibus victori aut celeritate pedum.* Mens Pindari haec est: *Etiam in ludis per te victorias habent qui vincunt;* quemadmodum de Hecate tradit Hesiodus. Sed cum in proxime antecedentibus dixerit: Per te naves et currus bellici in proeliis admirationem habent; nunc conformi oratione usus, dicit: per te etiam in ludis gloriam habent qui vincunt. Porro, ut nunc de particularum ratione nonnulla addam, recte prooemium sic composuisset: Per te *et* naves currusque bellici admirationem habent, *et* in ludorum certaminibus qui vincunt, gloriam; consimiles enim sunt res. Nunc ab auro orsus minus apte dixisset: Per te *et* aurum est *et* ludorum gymnicorum gloria; dissimiles enim res sunt. Aptius igitur est, quod posuit: *Per te et aurum est, inque ludorum certaminibus per te vincunt qui vincunt.* Sic igitur haec satis expedita sunt. Accedimus ad ea quae praeterea monenda sunt de hac altera periodi parte. Non omnia affert gymnicorum certaminum genera, recte; nam currus modo memorati in splendidiori causa hic omittendi erant. Accedit alia causa haec. Quamquam per se negari non potest, Thiam etiam curules ludorum victorias hominibus concessisse, quae bellicos currus ornasset, tamen hoc omitti debuit hoc loco, quum totum hoc prooemium ad Aeginam pertineat, Aeginetae autem, quantum equidem scio, non susceperint certamina curulia, quippe pascua equorum non habentes in sterili insula. Quare poeta nonnisi cetera certaminum genera significat. Similiter explicanda vox ἀνδρόσι. Nam per Thiam habet victoriam qui semel vicit in ludis gymnicis, per eandem frequentes victorias habent qui saepe vicerunt. Frequentes victorias habuerunt Aeginetarum permulti, rei gymnasticae studiosissimi, atque etiam haec ipsa familia Lamponis: cf. Isthm. V, 57 seq. quod carmen ante hoc scriptum. Disces igitur iterum etiam ex hoc loco, quod aliquoties monui, poetam in huiusmodi sententiis conformandis sequi id quod iis, quae tractat, aptissimum. Denique addit: κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονας ἀνδρῶν, *nam victorias reportat hominum robur per deos.* Κρίνεται, *distinguitur*, Nem. VII, 10. *insignitur, victoriis*

www.libtool.com.cn

ornatur. Vox *ἀλκὰ* ab *ἀνδρῶν* seiuncta quod est, te non offendet, cf. Olymp. XI, 9. Ceterum malim colon positum post *ποδῶν*, cum haec sententia arcte cum antecedentibus cohaereat. Denique in fine loci non possum quin hoc quoque addam: Quum Thia ludorum gymnicorum patrona fuerit, hac quoque de causa non absonum videri, si hoc carmen die sacro Thiae cantatum censeamus. Postremo quum meâ sententiâ ex prooemio, uti id explicui, eorum quae sequuntur ratio pendeat omnis, de his, antequam pergamus, pauca praemonenda sunt. Transit poeta post prooemium ad Phylacidae et Pytheae victorias; his memoratis ad Aeacidarum laudes venit, quibus subiungit pugnae Salaminiae mentionem; denique redit ad Lamponis familiam carmenque absolvit. Haec omnia cur posita sint, in manifesto est. Quum enim Pindarus in priore prooemii parte duo significasset Aeginae ornamenta Thiae debita, rei navalis et curruum bellicorum gloriam, haec ipsa illustrat Aeacidarum et pugnae Salaminiae commemoratione; gymnicorum autem certaminum gloriam, qua florebat insula, et ipsam a Thia repetitam, Phylacidae et Pytheae victoriis comprobat. Vides igitur haec omnia egregie cum prooemio convenire, nec nisi eius explicationem continere. Atqui, si reliquum carmen prooemio explicando inservit, prooemium autem Thiam praedicat maximorum ornamentorum Aeginae auctorem, vides verum esse quod in introductione dixi, totum carmen quasi pro hymno esse in Thiam, quae tanquam summa Aeginae dea celebratur, a qua maxima quaeque ornamenta sua habeat insula, ipsis Aeacidarum bellicis curribus inde repetitis.

Vs. 13—21. Prima sententia est: *δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλπνιστον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ, εἴ τις εὖ πάσχων λόγον ἐσλὸν ἀκούσῃ, Duae tantum res alunt summam vitae felicitatem praeter divitias, siquis res praeclaras gerens carminum laudem habeat. Εὐανθὴς ὄλβος,* florentes divitiarum opes. *Ζωᾶς ἄωτος,* vitae iucunditas, ut *εὐζωᾶς ἄωτος* Pyth. IV, 131. atque etiam *ἄνθος* dicitur de voluptate. *Ποιμαίνειν* est *alere, fovere, θεραπεύειν*; cf. ad Nem. VIII, 6. *Ἄλπνιστος, ἥδιστος,* ut Pyth. VIII, 88. *ἔπαλπνος. Ἀνέλπιστον* alii legerant: v. Schol. atque id ex Pindari hoc loco citat Mich. Apostol. III, 30. consentiens cum Suida v. *ἀνέλπιστον βίον,* qui tamen Pindari auctoritatem omittit. De verbis *εὖ πάσχειν* et *λόγον ἐσλὸν ἀκούειν* cf. Pyth. I, 99. Denique de sententia ipsa nonnulla addenda sunt. Posita ea est in introitu ad sequentia, et primum quidem pertinet ad Lamponis gentem, tamen etiam a ceteris quae sequuntur non videtur aliena. Dicam explicatius quid sentiam. Auri maximam vim esse in rebus humanis poeta probaverat in prooemio indicatis potioribus; opes habebat insula, opes habebat etiam Lampo. Quare *ὄλβον* in hac sententia praeterire non poterat. Tamen iterum de eo non dicet, sed dicet de rebus gestis et de laude his debita; quare sic conformavit sententiam, ut diceret praeter opes duo sola esse vitae ornamenta eximia, *res cum successu gestas* earumque per carmina *laudem. Res eximias* gesserant Phylacidas, Aeacidae, copiae Aeginetarum navales; *laudem* nunc feret poeta. Ac primum a Phylacida et Pythea orditur, deinde ad cetera venit. Quare vera ratio sequentium mihi haec videtur: Tu nunc, o Phylacida, egregias victorias habes cum fratre, quas ego canens etiam ceteras, quibus Aegina conspicua est, res gestas celebrabo. Tales sunt primo loco Aeacidarum; nam quum etiam ceterae terrae suos quaeque heroes venerentur, profecto etiam Aeacidae nunc laude sua destitui non debent. Recenti autem memoria Aeginetae ad Salaminem res praeclaras gesserunt. Quibus omnibus sic a poeta memoratis efficitur, ut et Lamponis familia coniunctam habeat cum rebus gestis carminum laudem, et insula, tractatis ornamentis, quae Thiae debebantur, exquisitissimis omnibus. Atque haec quidem hactenus. Se-

www.libtool.com.cn

ria, quod eorum splendide facta significaret non potuisse fieri sine Thia, res tegenda erat multitudini. Aliam igitur praetexit causam, quare Aeacidas commemoret, a more communi repetitam, quo artificio hoc consecutus est, ut quorum essent bellici illi currus, nonnisi acutioribus sentiretur, ceteros fugeret, qui aliam viderent afferri Aeacidarum laudis rationem. *Τὸ δ' ἐμὸν οὐκ ἄτερ Αἰακιδᾶν κέαρ ὕμνων γεύεται*, nempe ubi Aeginetas ludorum victores laudo; neque enim ubique locus est Aeacidarum rebus. Monuit etiam Schmidius et compara Isthm. V, 17 seq. Porro haec et sequentia verto sic: *Ego vero non sine Aeacidis hymnos attingo; atqui cum hymno* (*σὺν χάρισιν*, vel potius *Χάρισιν*, ut Boeckhius ad aliorum locorum similitudinem scribendum censet) *nunc veni Lamponis filiis in hanc praeclaram urbem; quae si incedit in divinorum factorum splendida via*, h. e. quum ea insignis sit divinorum factorum copia, *ne recusa iustam laudem ei admiscere huic carmini pro rebus gestis*, h. e. „ne recusa debitam laudem urbis intexere huic carmini." Ex vs. 23 sq. colligas Pindarum ipsum tum in Aegina fuisse, ut etiam Isthm. V, 19. posterior tamen locus magis dubius. Mox subiectum verbi *τέτραπται* est Aegina urbs. *Καθαρὰ ὁδὸς* videtur esse quam *φανερὰν ὁδὸν* dixit, Olymp. VI, 73. *via praeclara*. Cf. comm. ad Olymp. VI, 22. *Κιρνάμεν ἀοιδᾷ, admiscere carmini et intexere. Πόνοι* sunt *facta eximia* Aeginae s. Aeginetarum, ut nunc Aeacidarum. *Καὶ γὰρ ἡρώων — ἐκέρδαναν, nam heroum fortes bellatores moris est ut laudem ferant. Κλέονται δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν*, de praepositione *ἐν* cf. ad Isthm. I, 25. Porro *αὐλῶν παμφώνοις ὁμοκλαῖς, tibiarum multisonis cantibus;* cf. ad Olymp. VII, 22. *ὁμοκλαῖς*, ut *βοὰ αὐλῶν*. Ceterum intelligenda poetarum lyricorum carmina quotquot heroum res gestas attingebant, qualia etiam haec Pindari carmina sunt. *Μυρίον χρόνον*, h. e. *πάντα χρόνον*. Iam aliquot illustria nomina enumerat. Quare quod sequitur *δὲ*, explicantis est. *Μελέταν πρόσβαλον*, meditationis curam attulerunt s. poetarum ingenia exercent. *Προσβάλλειν* est *afferre*, Eurip. Ion. 584. Aeschyl. Prometh. 959. *ἐπιβάλλειν* Eurip. Med. 1115. *Σοφισταῖς*, h. e. *ποιηταῖς*, cf. Menagium ad Diogen. Laert. T. II. p. 9. Iacobs. Animadversion. in Eurip. Tragoed. p. 188. *Διὸς ἔκατι, volente Iove*, cui heroum genus imprimis cordi est. Sunt enim *Διογενεῖς*. *Οἰνεΐδαι*. Dicuntur Oenei filii Apollodoro I, 8, 1. ex Althaea Toxeus, Thyreus, Clymenus, Meleager; apud Antonin. Liberal. c. 2. nominantur hi: Meleager, Phereus, Agelaus, Toxeus, Clymenus, Periphas, qui omnes caesi in nobili pugna cum Curetibus. Porro notus est Oenei e Periboea filius Tydeus, unde Diomedes. Num hos omnes poeta intelligat, obscurum est, quum de his Aetolorum sacrificiis aliunde non constet, quantum scio. Interim non erraveris, si imprimis de Meleagro et Tydeo cogitaveris. *Σεβιζόμενοι — γέρας ἔχει*, pro participio substituto verbo finito, mutata oratione: v. ad Olymp. I, 8 sqq. Quemadmodum enim substantiva in enumerationibus longioribus circumscribuntur saepe alia aliter, ne nuda nominum recensio legatur, sic etiam verborum apta mutatio iucunda est; imprimis frequens in his transitus a participio ad verbum finitum. Ceterum *γέρας ἔχει* est *honorem habet. Iolai* heroum cum gymnasio et stadio fuit ante portas Thebarum Proetides: cf. Pausan. IX, 23, 1. Appellandus hic erat poetae utpote domesticus heros. Herculem tacet, puto, quia deus hic. *Περσεὺς δ' ἐν Ἄργει*; Heroum Persei in via Mycenis Argos ducente commemorat Pausan. II, 18, 1. De *Dioscuris* apud Spartanos cultis nota omnia. Ut hos potissimum heroës nominaret poeta, non videtur temere factum. Athenienses transit, puto quia hic populus obtrectabat Aeginetarum laudi, sibi victoriae palmam arrogans: quos nominat, eorum apud Aeginetas nomina audiri vult, et prae ceteris digna habet, quae cum Aeacidis nominentur. Ac laudem habebant Spartani apud



aliter expedio. *Πύργοι* sunt munitionum. Quod Alcaeus dixit: *Ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊος*, apud Schol. Aeschyl. Pers. 349., hoc magnificentius de ipsis virtutibus dicit Pindarus. Mens poetae haec est: *Gaudet iam diu Aegina munimento virtutum inaccesso.* Hoc ita elocutus est: *Structa stat iam diu turris sublimibus virtutibus.* *Τετείχισται ἀρεταῖς*, quemadmodum turris dicitur *τετειχίσθαι λίθοις*. *Ὑψηλαῖς ἀναβαίνειν, arduis adscensu, inaccessis*, quas non facile assequaris et superes. Vide de constructione ad Nem. III, 29. Boeckhius tamen aliter censens structuram ita instituit: *τετείχισται πάλαι πύργος, ὥστε αὐτὸν ἀναβαίνειν ὑψηλαῖς ἀρεταῖς, Aeginetis iam dudum turris exstructa est, quam excelsis virtutibus escendant;* hoc est, *Iam dudum Aeginetis magnum laudum munimentum ab heroibus priscis exstructum est, quod suis escendant virtutibus excelsis:* quae apposita sint, ut ad nuperam Aeginetarum ex pugna Salaminia laudem transeatur. Quam sententiam maxime amplectitur ob locum Fragm. inc. 129. *πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον ἢ σχολιαῖς ἁπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθόνιον γένος ἀνδρῶν*. Mea sententia locus in Fragmentis non tam similis est, ut inde huius loci constructio petenda sit. Quaeritur ibi, utrum iustitia an malis artibus altiorem murum genus humanum escendat, h. e. utrum iustitia an malis artibus magis se fortunamque suam firment et muniant homines, s. maiora sibi parent munimenta fortunae. His plane similem dicerem huius carminis locum, si hic scriptum haberemus ita: *τεῖχος s. πύργον ὑψηλὸν Αἰγινῆται ἀρεταῖς μεγάλαις ἀνέβαν*, h. e. eximie firmarunt et munierunt Aeginetae fortunam suam, s. magna sibi parārunt munimenta fortunae magnis suis virtutibus factisque. Nunc autem turris illa hic iamdudum exstructa est. Quare si Fragmenti verba nihilominus sequimur, existit hic sensus: Iamdudum extat in Aegina turris, quam magnis virtutibus escendant, h. e. Iamdudum hic extat fortunae muniendae opportunitas, qua utantur, magnis virtutibus munimentum illud paratum adscendendo. Hoc quum mihi non placeat, meam praefero explicationem. Eximie hoc modo laudatur insula, quae inde a priscis temporibus floruerat rerum illustrium gloria et recenti memoria egregie steterat in pugna Salaminia. Tumidum hic nihil est. Pergit: *Multa possem diserte praedicare de illis; sed nolo plura gloriari.* *Πολλὰ μὲν* opponitur sequenti *ἀλλ' ὅμως* vs. 57. *Ἀρτιεπὴς* est diserta: v. ad Olymp. VI, 57 sqq. *τοξεύματα*, laudes. *Περὶ κείνων*, de Aeginetis, nominatim de Aeacidis. *Καὶ νῦν ἐν Ἄρει μαρτυρήσαι κεν πόλις Αἴαντος — χαλαζάεντι φόνῳ, et nunc in bello testaretur Salamis se servatam nautarum Aeginetarum virtute in perniciosa Iovis tempestate, innumerabilium virorum grandinea caede.* *Πόλις Αἴαντος — Σαλαμίς*, nam *πόλις* de insula dicitur, cf. Etymol. Magn. p. 539. 30. Cuperus Observ. II, 2. Cf. ad Olymp. VII, 32 sqq. Porro *πόλις Αἴαντος* dicitur, nam *Αἴας Σαλαμῖν' ἔχει πατρῴαν*, Nem. IV, 48. *Καὶ νῦν* quamquam etiam propter antecedentia dictum est, ubi de priscis Aeacidarum rebus locutus est poeta, tamen etiam hoc indicare videtur pugnam Salaminiam non diu ante factam esse, unde cum Boeckhio meo hanc Phylacidae victoriam censeo reportatam Olymp. 75, 3. Vid. introduct. ad Nem. V. Porro iunges: *ἐν Ἄρει — ἐν πολυφθόρῳ Διὸς ὄμβρῳ*, ut solent veteres rem aliquam indicatam, ubi aptum est explicare accuratius, etiam praepositione repetita. Il. *ω*, 614. *νῦ δέ που ἐν πέτρῃσιν, ἐν οὔρεσιν οἰοπόλοισιν, ἐν Σιπύλῳ*. Vidimus simile quid notabili loco Nem. X, 36. *Διὸς ὄμβρῳ*, ut Homer. Il. *ε*, 91. *ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος*. Pro appositione horum verborum sunt verba: *ἀναρίθμων* (Hermannus El. doctr. metr. p. 650 sq. vult *συναρίθμων*) *ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ*; neque enim hic *Διὸς ὄμβρος* nunc alius est quam ipse *χαλαζάεις φόνος*, h. e. *densa caedes*. Cf. de his locutionibus Nem. IX, 38. Boeckhius tamen appositionem languere censet et *χαλαζάεντι φόνῳ* dativum instru-

www.libtool.com.cn

menti esse iudicat: *caede grandinea, per caedem, per stragem, qua Persae afflicti sunt*, Germanice *mit, durch*. Porro cum his omnibus iungenda vox *ὀρθωθεῖσα, servata*. Denique rem ipsam quod attinet, quam significat Pindarus, facit huc locus Herodoti VIII, 95. *ἐν δὲ τῇ ναυμαχίᾳ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται*. Adde Ephorum, Fragment. Marx. p. 221. Disputat de his rebus Mueller. Aeginet. p. 120 seq. *Ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ, sed tamen res gloriosas tingue silentio*, noli eas uberius praedicare. Lenius, puto, verbum elegit *κατάβρεχε*, ne diceret *κάλυπτε*. De formula *βρέχειν σιγᾷ* cf. Fragm. inc. 166. Post tantas laudes poeta, ut solent scriptores in summa laude maxime recordari fortunae humanae inconstantiam, abrumpit orationem, quum Iuppiter summus rector alio tempore etiam alia afferre possit. Hoc enim dictum ne videatur ominosum, statuendum est, non ob periculum aliquod gravius, quod Aeginetis impenderet, sed ipso gestarum rerum splendore commotum Pindarum ethicam hanc sententiam subiecisse. Quamquam igitur Aeginetae obtrectatores laudum suarum habebant Athenienses, tamen nondum inde gravius quidquam iis imminebat, nec quod pax cum Persis nondum convenerat, videtur eiusmodi fuisse, ut maiora mala instarent. Quae quum ita sint, sensum loci credam esse hunc: Verum tanta est laus vestra, ut finem dicendi facere et inconstantiam fortunae humanae recordari malim, ne insolentius gloriando etiam deorum invidiam excitem. Ceterum quum poeta luculentissime pugnam Salaminiam in hoc carmine laudet, de hac re ita iudico. Laudaverat eam iam in carmine Isthm. VII, 51 sqq. quod carmen scriptum censemus ante hoc, sed laudaverat tecte ob causas ibi a nobis indicatas; quare quum iterum mitteretur carmen in Aeginam, ne deesse videretur eximiae insulae honori, etiam aperte declarandam censuit Aeginetarum ex illo proelio reportatam insignem laudem. Postulabat hoc Thebanorum ipsiusque Pindari cum Aeginetis amicitia, postulabat fortasse etiam Atheniensium sibi palmam illius victoriae arrogantium nimia iactantia. Praedicat igitur Pindarus Aeginetarum virtutem magnifice, sed non ultra veritatem, et cum modestia, qualis decet hominem pium in tanta rerum omnium fragilitate. Ac Thiae beneficio deberi has laudes, vidimus supra. *Ἐν δ' ἑρατεινῷ μέλιτι καὶ τοιαῖδε τιμαὶ καλλίνικον χάρμ' ἀγαπάζοντι, dulci vero melle tinctum etiam hae victoriae hymnum amant*, s. ac mellitum quidem hymnum etiam hae ludorum victoriae cupiunt, ut iis mel laudis servare malim. Exquisitus transitus. Ceterum ut sic conformaret poeta orationem et diceret *καλλίνικον χάρμα ἐν ἑρατεινῷ μέλιτι*, factum est, quum *κατάβρεχε σιγᾷ* dixisset. Cur autem praeponenda fuerint verba: *ἐν ἑρατεινῷ μέλιτι*, satis docet interpretatio nostra. *Καλλίνικον χάρμα* est hymnus iucundus victoriam ornans. *Μαρνάσθω τις ἔρδων — ἐκμαθών*, certet victorias ferre, *qui gentem Cleonici noverit*, qui noverit quantum ea in his rebus praestiterit; h. e. *frustra contendat aliquis hanc gentem superare victoriarum numero. Μάρνασθαι ἀμφ' ἀέθλοισιν*, certare de certaminum praemiis consequendis. Fuit Lamponis pater Cleonicus, cf. Isthm. V, 14. verba *οὔτοι τετύφλωται μακρὸς μόχθος ἀνδρῶν*, vertunt vulgo: non obscuratus est oblivione diuturnus labor; me non assentiente, quum obstent etiam sequentia. *Τυφλοῦσθαι*, splendorem amittere, dixit pro *ἀμβλύνεσθαι*, hebescere, languescere, deficere. Simile quid voluisse videtur Scholiastes is qui explicat, *ὀξυδερκεῖ καὶ ἔχει καλὰ ἀποτελέσματα*. Sic *λάμπειν* dicuntur quae *vigent*, quemadmodum Isthm. III, 41. de Fama legimus: *ἀλλ' ἀνεγειρομένα χρῶτα λάμπει*. Liv. XXVIII, 35. *Aetas in medio virium robore, quod plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos iuventae faciebat*. Mox *ὅπις* est *ἐπιστροφὴ* (cf. Hesych. Etymol. Magn. Suid.) *cura*, nunc *studium rei athleticae*. *Ἔκνισε* s. *ἔκνιξε, attrivit, imminuit*. Etymol. Magn. v. *κνίσα*

www.libtool.com.cn

p. 522. 24. explicat *κνίζω* per *λεπτύνω*. Hesych. v. *κνίσσαι* interpretatur *φθεῖραι, ὀλέσσαι. Δαπάναι ἐλπίδων* si vertas *impensae curarum, conatuum*, h. e. impensa opera, idem fere hoc est quod ante dixerat. Quare potius de sumptibus accipiendum. Recte interpretatur Heynius: *impensae, sumptus facti ad vota sua consequenda.* Ut hic *μόχθος* et *δαπάναι*, alibi *δαπάνη* et *πόνος* iunguntur; v. ad Olymp. V, 9—16. Iam verte totum locum sic: *Non defecit diuturnus* (quamquam iam diu continuatus) *labor horum virorum, nec quotquot fuerunt sumptus votorum, hoc attrivit eorum studium, s. eo studium eorum imminutum est.* Sic plane nihil hic est difficultatis. *Αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι χερσὶ, δεξιὸν νόῳ ἀντίπαλον, laudo etiam Pytheam inter athletas Phylacidae plagarum cursum recte praeivisse manibus, dextrum peritia adversarium.* Sentio *γυιοδάμαις* pro athletis dictum, posse durius videri; tamen sequor Boeckhium. Nam quid est *ἐν γυιοδάμαις χερσί*? Praepositio *ἐν*, ubi cum dativo iungitur, mea sententia nunquam otiosa est; cf. quae dixi ad Isthm. I, 25. Sin aliquis talia comparet quale legebatur Olymp. I, 87. *ἐν πτεροῖσιν ἀκάμαντας ἵππους*, ne sic quidem multum proficiat. Quamquam enim per se recte quodammodo dici posse videntur equi in alis esse, tamen num homo aliquis dici possit esse s. ire in robustis manibus, est quod dubitem. Certe non memini me tale quidquam legere. *Εὐθυποροῖν, recta incedere* (Olymp. VII, 91.), per se non significat *praeire*, sed propter coniunctionem cum dativo *Φυλακίδᾳ*. *Δρόμον πλαγᾶν* Scholiastes explicat *ὁρμὴν*, in quo vellem docuisset, quomodo aliquis ire possit *ὁρμήν*. Immo *δρόμος πλαγᾶν* est agon pancratiasticus, quem egregio certamine praeiverat Pytheas. Nam uti etiam de sententia moneam, quominus haec de institutione in re athletica a fratre curata intelligantur, obstant verba *inter athletas*, ieiuna futura; et quum de horum sensu dubitetur, obstant etiam verba *δεξιὸν νόῳ ἀντίπαλον*, quibus non alipta describitur, sed dexter in certamine adversarius. Quare aliptae munus in Phylacida docendo administrasse Pytheam ex hoc loco colligi nequit; insignior laus, quod is certamina praeeundo fratrem vincere docuerat. Accedit quod in fine sequentis carminis patri tribui videtur institutio filiorum, haud dubie etiam aliptis assumptis, qualis Menander Nem. V. memoratus. Mox *εὖμαλλον μίτραν* dicit taeniam laneam coronae aptandam, cf. Schol. Vidimus iam Nem. VIII, 15. *Τμνον* quem dicit, perperam Mingarellus statuit esse Nemeaeum quintum. Tu de sensu ultimorum horum verborum ita statue: Pindarus hoc agit a vs. 66. ut Pytheam denuo ornet. Nam quum Pytheas Phylacidae fratri exemplo suo insigni praeivisset, in partem venit gloriae a Phylacida reportatae, et novam laudem meritus est. Hinc quod dicit: Sume coronam pulchramque taeniam et adde novum hymnum, sic intelligendum videtur: *Dignus est Pytheas ob haec merita, qui denuo coronetur novoque hymno ornetur.* Non igitur cogitandum est de hymno alio una misso neque de corona addita, sed haec ipsa verba sunt instar coronae hymnique, quemadmodum Isthm. V, 71. dicit *πίσω σφε Λίρκας ἀγνὸν ὕδωρ*, ipsis illis verbis etiam praestans quod promittit. Consulto exitum etiam exhibuit ornatiorem. Hinc coronam dicit et taeniam, quibus quum nonnisi hymnus conveniret, etiam hoc nomen addidit.

www.libtool.com.cn

ISTHM. V.

Carmen est hoc secundum, quod Lamponis filiis cecinit Pindarus, testante ipso poeta in principio, scriptum Phylacidae quum hic primam ex Isthmiis victoriam reportasset. De tempore quo scriptum carmen non constat, nisi quod scriptum est ante pugnam Salaminiam, de qua re diximus in introductione ad Nem. V. Cantatum est haud dubie in Aegina, et ut mihi quidem videtur apud Lamponem in convivio. Hinc enim et exordii adornatio mihi ducta videtur, et quod infra de Hercule narrat poeta Telamonis domum quum forte coenarent ingresso, suavius etiam videbitur, si quod coniicio posueris. De ceteris monitum est suo loco, ut nihil habeam hic addendum.

Vs. 1—8. Principium carminis. Initio constructio est: *θαλλοντος ὡς ὅτε συμποσίου δεύτερος κρατὴρ κίρναται, ut quum laete vigente convivio alter crater miscetur* cet. De formula *ὡς ὅτε* disputat Hermannus ad Viger. p. 919. *Θάλλοντος*, ut *εἰλαπίνην τεθαλυῖαν* dixit Homer. Odyss. *λ*, 415. et *δαῖτα θάλειαν* non semel, ut Odyss. *ϑ*, 99. cf. Heinrichium ad Scut. Hercul. p. 192. Vocis *ἐυάνθου* aliquot exempla notata videbis in Stephani Lexic. edit. noviss. *Λάμπωνος γενεᾶς ὕπερ, pro filiis Lamponis;* ductum ex usu conviviorum, in quibus libantes deo alicui libabant pro se aliisve, salutem a deo precantes: cf. Odyss. *γ*, 55 seq. Omnino prooemii adornatio est ingeniosissima. Solebant veteres, quemadmodum eximie illustrant Scholia, in conviviis primum craterem miscere Iovi, alterum Terrae et Heroibus, tertium Iovi Servatori, cui iam sacrificaverat Hercules (Apollod. II, 5, 1.). De usu hoc et maxime de tertio cratere Iovi Servatori misto cf. Spanh. ad Aristoph. Plut. 1176. Plures misceri immodicum et immodestum esse monet Eubulus ap. Athen. II, p. 36. Hos tres crateres Pindarus nunc comparat. Primum Iovi mixtum dicit tum quum beneficio Iovis Nemaei Pytheas victoriam reportasset carmine Nem. V. celebratam. Alter nunc miscetur Neptuno et Nereidibus ob Phylacidae primam victoriam Isthmiacam. Tertium precatur ut aliquando miscere liceat Iovi Olympio, Olympicam etiam victoriam optans. *Ἐν Νεμέᾳ μὲν πρῶτον* etc. *postquam in Nemea primum, o Iuppiter, a te accepimus coronam, nunc autem ab Isthmi domino et quinquaginta Nereidibus, filiorum Lamponis natu minimo Phylacida victore.* *Δέχεσθαι* cum dativo, ut Odyss. *o*, 282. Il. *o*, 87. cf. nott. critt. p. 461. *Nereides* cultas una in templo Neptuni Isthmii, video ex Pausan. II, 1, 7. Nereides erant Psamathe Phoci mater, et, quod imprimis huc pertinet, Thetis mater Achillis, cf. Nem. V, 7. quare non aliena est Nereidum commemoratio. Dedit Neptunus cum Nereidibus nunc Isthmiacam victoriam, qualem tecte nunciaverat genti Pindarus Nem. V, 37. Videtur enim mihi illum locum respicere poeta. Notavimus hoc ne mirareris Nereides commemoratas, quarum vulgo in his rebus mentionem non facit Pindarus. Addit Boeckhius, ex sua sententia preces pro futura victoria tum potissimum additas esse, ubi is qui canitur vel alius ex familia iam cepisset consilium adeundi certaminis; itaque Nem. V. Isthmiam victoriam futuram significari, quod Pindarus nosset unum ex Lamponis filiis iamiam eam affectare: sic hoc quoque loco de Olympica victoria statuendum esse. Cf. ad Pyth. V. extr. Mox vocem *καταπένδειν* per se non ineptam hic dixerim. Vinum libandum effunditur in terram, quare suaviter dictum credam: Utinam tertium craterem parantes Iovi Olym-

www.libtool.com.cn

pio possimus Aeginam conspergere libamine carminum. Sic Eurip. Orest. 1237. Pors. habet: *δακρύοις κατασπένδω σε, lacrymarum libamine te spargo*, quod ibi quidem dictum pro: *lacrymarum honore te prosequor.* Tamen, quamquam *κατ' Αἴγιναν σπένδειν* meo sensu minus aptum est, quam *Αἴγιταν κατασπένδειν*, metro obsequendum est. Pro *τρίτον* Hermannus mavult *τρίτατον* legi, quod Schmidius coniecit, et vs. 14. eiusdem coniecturam *ὑψίφρονον αὖ*, probat, quum in ceteris locis omnibus hic pes solutus sit.

Vs. 9—16. Dixerat in proxime antecedentibus: *Utinam etiam summa quae restat laus, contingat.* Hinc pendent sequentia. Pergit igitur: *Nam siquis sumptu gaudens et labore egregias res peragit, simulque deus ei concedit gloriam, summam is consecutus est felicitatem. Πράσσειν θεοδμάτους ἀρετάς* dici potest etiam is, qui strenue agit sine successu. Unde Pindarus addit: *σύν τε οἱ δαίμων φυτεύει δόξαν ἐπήρατον*, h. e. successum, victoriam, ut *κλέος ποθεινὸν* Isthm. IV, 8. *δόξαν* Isthm. III, 16. *κῦδος ἀβρὸν* Isthm. I, 50. atque *ἐν εὐτυχίᾳ πανδοξίας ἄκρον*, ut dicit Nem. I, 10. unde alterum pro altero ponit. *Σύν τε, simulque*, quod passim absolute ponitur: v. Eurip. Hercul. fur. 787. Musgr. et Epigr. adesp. DCXXXV. 3. notante Schaefero ad Schol. Apollon. Rhod. p. 246. *Βάλλει*, h. e. *βάλλεται.* In aliis carminibus dicit Herculis columnas assequi. *Περαίνειν πρὸς ἔσχατον πλόον, summum consequi*, dicit Pyth. X, 28. Verba *τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται ἀντιάσαις κ. τ. λ.* male vertas: *in his studiis consenescere cupit;* neque enim haec cum antecedentibus conveniunt, nec vox *ἀντιάσαις* sic aptam explicationem habet. *Ὀργὴ* quum sit studium (Isthm. I, 41.), *ὀργαὶ* sunt quae quis appetit; quare *τοίαισιν ὀργαῖς ἀντιάσαις* est: *talibus votis potitus*, in quo *τοῖος* ex usu cum vi positum est. Iam verte: *Tali fortuna precatur ut ornatus mortem videat et senectutem Cleonici filius.* Senties sic etiam hoc, cur verbum *εὔχεται* ante *ἀντιάσαις* collocatum sit. Videtur etiam Cleonicus his rebus addictus fuisse, nec sine causa hic nominatur. Mox *ἐφετμαῖς, precibus, postulatis.* Iliad. *α*, 495. *Θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων παιδὸς ἑοῦ*, h. e. quae Achilles a matre rogaverat, ut Iovi diceret. Neque enim semper dicitur de mandatis et imperatis superiorum. Hoc vocabulo quum uteretur Pindarus, posuit etiam *ἕσπεσθαι, obtemperare.* Ceterum magnificentiore oratione utitur consulto, preces faciens pro summo viro; unde etiam ipsarum Parcarum appellatio. Ineptum hoc fuisset in re tenui.

Vs. 17—53. Accedimus iam ad locum de Aeacidis; de cuius consilio statim nonnulla praemonenda mihi video ad carminis rationem penitius perspiciendam necessaria. Orditur poeta ab Aeacidarum laude per totam terrarum orbem diffusa; tum delatus ad Telamonis et Herculis labores proponit eximiam narrationem, ut Hercules Telamonem ad belli societatem invitaturus domum ingressus invenerit epulas celebrantem, exceptusque benigne a Telamone, phialam oblatam tenens huic filium precatus sit robustum ac fortem, tum aquila allapsa, augurium inde capiens praedixerit futurum esse talem filium Telamoni eumque ex aquilae nomine Aiacem nominandum dixerit. Hanc narrationem splendide ornatam non temere a poeta positam esse concedet quisque harum rerum subtilior iudex; immo plane non dubium est, hunc esse primarium totius carminis locum. Quodnam igitur est eius consilium? Lampo fuit Aeginetarum, ut videtur, non uno nomine tum nobilissimus; cuius filiis ornandis in duobus carminibus vidimus a Pindaro exquisitissima posita, quae quidem Musa invenisset. Vicerat nunc in Isthmiis Phylacidas filius natu minimus, patri opinor carissimus, de quo eximiam spem conceptam inde coniicias, quod Pindarus de Olympica adeo victoria ab eo reportanda dixit. Quamquam enim in exordio ambos filios appellat atque etiam in fine Pytheam simul laudat cum Phylacida, tamen non videor

www.libtool.com.cn
mihi errare, si imprimis propter eum illud dictum censeo, cui potissimum carmen scriptum. In talis igitur filii primis epiniciis quid poterat exquisitius afferre Pindarus, quam quod legimus de filio eximio ab Hercule Telamoni quondam expetito, et a Iove palam promisso? Similis enim Aiaci, quae quidem potest esse in his rebus similitudo, Phylacidas, et ipse opinor faustissimis auspiciis patri datus, quique innatam virtutem Isthmiaca victoria iam egregie comprobaverat. Denique fac haec cantata esse in sollemni convivio, splendidis poculis mensam ornantibus, ubi libationes fiebant pro tanto filio victore, quemadmodnm olim Hercules steterat inter coenantes, et impetraverat a Iove filium Telamoni illum, qui patre maior aeternum lucet inter primores Graeciae heroes. Quid fingi potuit ad omnium qui aderant animos commovendos potentius? quid in iuvenis egregii laudem magnificentius dictum est unquam? Nam propter Phylacidam haec imprimis dicta censeo, quamquam is non laudatur sine fratre in principio et in fine, ne minor natu maiori praeferri videretur. Hinc colligitur carminis ratio. Nunciat in exordio Phylacidae victoriam Isthmiacam et precatur Olympicam, qua re per totam antistropham primam occupatur ipsis Parcis invocatis, quae hanc vim habere videntur, ut maxima quaeque de hoc filio posse exspectari intelligamus. Inde sequitur primum locus de Aeacidarum eximia gloria. Nam huiusmodi de Aeacidarum longe dissipata gloria dictis, ut iam significatum ad Nem. VI, 50. me quidem iudice non magis priscos Aeacidas quam ipsam tum florentem Aeginam virosque, quibus scribebat, Pindarus celebrare voluit. Memorat *τηλαυγὲς Αἰακιδᾶν φέγγος* etiam Nem. III, 61. et Nem. VI, 50. ubi similiter in eximiis viris ornandis versatur. Ac perillustris fuit etiam Lamponis familia. Quemadmodum igitur Nem. V. init. Pytheae victoriam quavis nave nunciandum dixit ad exteros, sic nunc ab Aeacidarum longe divulgato nomine orsus ipsius Phylacidae nunciat eximiam futuram gloriam, quippe quem etiam cum Aiace statim in sequentibus comparaturus est. Nempe hoc inest in huiusmodi locis omnibus: „Digna est Aegina heroibus suis; viros alit etiam hodie eximios." Aeacidarum gloriâ propositâ praesens tum Aeginae fama in mentem veniebat audientibus, et Aeginetarum illustre tum nomen poetae in memoriam revocabat Aeacidarum longe lateque splendentem gloriam. Sic Pindarus eximie antiqua cum recentioribus coniungens, heroicae virtutis similitudinem significat etiamnum esse in posteris, quos dum comparat robore et virtute cum divinis maioribus, excitat simul ad eorum exemplum magis magisque imitandum. Iam transit ad Herculem. Hercules precabatur Telamoni filium eximium, Lampo iam habebat; redit sic iterum ad Phylacidam et subiungit ceteras familiae illustrissimae Lamponisque laudes; unde simul cognoscimus, quali sit sanguine natus Phylacidas praeclaros cognatos habens, et a quali patre ad hanc artem institutus. His expositis veniendum est ad singula. *Ἄμμε τέ, ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι* etc. *vosque, o aureis curribus insignes Aeacidae, lex mihi maxime perspicua est ut celebrem, quoties in hanc insulam veniam.* Copulam *τέ* etiam integris sententiis nectendis inservire notum. Quare hoc vult: Atque etiam vos mihi celebrandi estis. Voce *χρυσάρματοι* eximie bellicum Aeacidarum splendorem significat. *Ἐπιστείχοντα* accusativus hic aptior est quam fuisset dativus. Ceterum cf. ad Isthm. IV, 23. *Ἑκατόμπεδοι πλευθοι, viae centum pedes latae,* h. e. latissimae. Addit Boeckhius: „Haec dictio a nostro sensu abhorrens Graecos minus offendebat, apud quos usitatum esset vias a mensura latitudinis denominare. Testes sunt Tabulae Heracleenses, in quibus frequenter memoratur *ἁ τριακοντάπεδος ὁδός.*" Non solum autem longe propagata est gloria factorum, sed etiam late sinistrorsum et dextrorsum diffusa; ergo non angustis tramitibus incedit, sed latissimis viis, iisdemque

www.libtool.com.cn

continuis, *ἐν σχερῷ*. Ceterum ne quis mihi haec tumida dicat, quum nullum esset inter Graecos genus Aeacidis illustrius, consulto utitur poeta oratione audaciore ad immensam eorum gloriam indicandam. Res grandes verba postulant grandia. Monuimus hoc Isthm. II, 41. memorabili in hoc genere loco. Etiam hoc admiror in divino poeta, quod eum etiam in maximis rebus exprimendis ingenium suum non destituit. Pergit: *Καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν καὶ δι' Ὑπερβορέους*. Scholiastes ad hunc locum: *τὰ δὲ ἑκατέρωθεν παρείληφε πέρατα τὴν σύμπασαν οἰκουμένην θέλων εἰπεῖν*. Recte, sed vel sic, cur hos maxime terminos nominaret, propior causa fuit. Ac *πέραν Νείλοιο παγᾶν* est: ad Aethiopes, dictumque propter Memnonem ab Achille caesum, cf. ad Nem. III, 60. Hyperboreos potuit nominare concinnitatis causa, ut e regione oppositos Aethiopibus; nam quod Achilles in Leuce insula cultus est (Nem. IV, 49.) huc trahi nequit. Tamen credam ab Hercule Telamonis famam ad Hyperboreos perlatam, si is post res cum Telamone gestas illuc venit. *Ἴδεν, novit*, ut *ἀκούειν* dicitur. Iam post hunc splendidum introitum ad Aiacem et Telamonem venit; de ceteris Aeacidarum factis hic nihil, quum nonnisi de Telamone et Aiace dicturus esset accuratius. De Troia ab Hercule et Telamone capta vidimus Nem. III, 35. *Χαλκοχάρμαν*, quod de heroibus est Pyth. V, 82. hoc loco non ad *τὸν* pertinet sed ad *πόλεμον*, ut Schol. cepit. *Ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι*: tum enim quum Hercules Eurystheo parens Tirynthe habitaret (Apollod. II, 4, 12.), cum Tirynthiis multa videtur perfecisse. Sic factum credo ut in hac quoque expeditione eum sequerentur non inviti. *Ἥρωσι μόχθον* Scholiastes putat Telamonem dici, probante Hermanno. Sic *ἥρωες* aut Troiani sunt aut quicunque, si omnino fortissimum virum indicari censeas. Tamen non video cur non teneamus quod simplicissimum. Troiam dixit heroibus gravem laborem, divino etiam muro firmatam; unde intelligitur cur socium Hercules assumpserit Telamonem. *Ὑπὲρ ἀμπλακίαν*, ob fraudem Laomedontis. Hygin. fab. 89. Res nota. Ceterum rarior videtur haec significatio praepositionis *ὑπὲρ* cum accusativo. Schol. Aristoph. Nub. 31. *καὶ οὗτος τῶν ὑπὲρ ἵππους παισάντων*. Et ibid. 508. *ὑπὲρ τὴν τῶν αἱμάτων ἴκχυσιν ἐπιδιώκειν*. *Meropes* vidimus iam Nem. IV, 26. hoc loco addam, eximie cultum videri Herculem a Cois. Plutarch. Quaestion. Graec. Tom. VIII. p. 409. Hutten. *Διὰ τί παρὰ τοῖς Κώοις ὁ τοῦ Ἡρακλέους ἱερεὺς ἐν Ἀντιμαχίᾳ γυναικείαν ἐνδεδυμένος ἐσθῆτα καὶ τὴν κεφαλὴν ἀναδούμενος μίτρᾳ κατάρχεται τῆς θυσίας*; Mysticos ritus innuit etiam locus apud Ovid. Metam. VII, 363. Unde recte censet Muellerus apud Ciceron. N. D. III, 16, 42. cum Gronovio scribendum: *Tertius est ex Idaeis digitis, cui Coi inferias offerunt*. Dicebatur Hercules apud Coos Alexis; cf. Aristid. Orat. V, Tom. I. p. 62. ed. Steph. ferebaturque in eorum fabulis pater fuisse Eurypyli. Vide de his omnibus disputantem Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. 160. Videtur igitur domesticis quibusdam fabulis deberi haec de Herculis ad eos expeditione traditio. De *Alcyonei* caede v. Nem. IV, 27. *Βουβότας* audit, quum Solis boves ex Erythia abegisse diceretur; cf. Apollod. I, 6, 1. Herculis antiquissima species videtur fuisse ista, qua cum clypeo, thorace et ense exhibebatur, ut ceteri heroes. Tamen quum iam ab Homero praedicata esset sagittandi peritia (Iliad. *ε*, 393. Odyss. *ϑ*, 224. *λ*, 605 seq.), factum est, ut arcu et sagittis instructus exhiberetur, quibus tum etiam in Gigantomachia usus fertur (Apollod. I, 6. s. 1. §. 7.), ut hic. Accesserunt clava et leonis exuviae, quibus Herculem primus instruxisse traditur Stesichorus apud Athen. XII. p. 512. F. Pisandro vero, sive quicunque alius Heracleas condiderit, hoc deberi affirmat Strabo XV, p. 1009. B. Conf. Arrian. Hist. Ind. c. 5. et Eratosth. Catast. c. 12. Post Heynium ad Apollodor. Observatt. p. 139. accuratius

www.libtool.com.cn
de hac re disputavit Heinrichius in Prolegomenis ad Scutum Herculis p. LXIX seq. quem vide. Transeo ad haec: *Ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων ἐς πλόον κύρησε πάντων δαιτυμόνων.* Non opponitur haec sententia proxime antecedentibus; nulla enim hic oppositio. Memoraverat poeta illas res eo ordine, quo gestae ferebantur; nunc ad principium redit, expositurus quomodo facta sit Herculis et Telamonis societas. Quare verto: *Aeacidam vero forte invitavit ad expeditionem coenantibus omnibus.* Ἀλλὰ vim explicationis habet, aptius nunc quam δὲ, quandoquidem ad id iam accedit, quo maxime tendebat: cf. Isthm. IV, 38. Ἐς πλόον, ad expeditionem adversus Troiam. Pro κύρησε, ante etiam ab Hermanno probato, nunc hic vir, epitritum postulans, reponi vult κάρυσσε in Dissert. de mensura rhythm. p. 8. Quod ita vertit: *Aeacidam ad expeditionem se vocare indicabat.* In quo mihi quidem illud κάρυσσε displicet. Nam quum κηρύσσειν sit *contenta voce indicare*, quo tandem consilio hoc sic posuit poeta? Sed ne premam hoc, quum passim neglexerint proprium vocis sensum, tamen non necessarium est, *indicabat se vocare*, hoc quidem loco; multo aptius hoc: *At Aeacidam quum invitaret ad expeditionem, forte invenit epulas celebrantem.* Quare teneo κύρησε. Nam hoc dicere debebat. Accedimus iam ad locum primarium ipsum; ad quem explicandum Heynius praemittit haec: „Herculem intellige se conferre ad Telamonem, ut ad navigationem secum suscipiendam eum invitet. Ingressus domum Telamonem invenit epulas celebrantem (ut fere fit in heroum vita: sic Telemachus Nestorem Odyss. γ, 32 seq. et Menelaum Odyss. δ, 3 seq. offendit): adstat repente heros leonis spoliis indutus. Pro veteris vitae more ex Homero satis noto statim Telamon offert hospiti, antequam cum ceteris accumberet, paterem vino plenam, ut libationem faciat (vide v. c. Odyss. γ, 41 seq.) et bibat, tum ipse accumbat mensae. Libando heros facit vota ad Iovem patrem, ut Telamoni, qui adhuc domum habebat prole vacuam, eaque de causa navigationis societatem detrectare poterat, filius nascatur. Hac narratione utitur poeta, ut simul de Aiacis virtute iudicium et existimationem faciat. Esse eam ex Μεγάλαις Ἠοίαις Hesiodi (de quo carmine conf. Heinrich. in Prolegom. in Scut. Hercul. p. 49 seq.) petitam, Scholiastes auctor est. Occurrit quoque apud Apollod. III, 11, 7. et Tzetz. ad Lycophr. 455. Paulo aliter fabula fuit tractata ab aliis, ut iam natum Aiacem leoninis exuviis involutum manu sustulerit et preces fecerit Hercules. Cf. Lycophr. l. c. et Schol. quem exscripsit Eudocia p. 392. Adde Schol. ad Iliad. ψ, 821. Repetiit Philostrat. Heroic. XI, 1. Porro cf. Schol. Sophocl. Aiac. Argument. fin. et ad vs. 833. Quod argumentum nobilis in hortis Vaticanis signi ex marmore, quod Commodum cum puero manui insidente vulgo edebant, esse Winkelmannus Monument. ined. T. I. p. XCIX. coniectabat, idemque nummis expressum Iuliae Domnae et Anthemii." Ceterum cf. Heyn. ad Apollod. p. 310. Pergo ad singula. *Σποιδαῖσιν ἄρξαι* constructum, ut Nem. II. fin. *ἀδυμελεῖ δ' ἐξάρχειν φωνᾷ.* Nempe Hercules quum introiisset, significaverat Telamoni causam adventus, h. e. ad navigationem invitaverat. Hunc iubet Telamon auspicari libatione, s. praeire libatione pro re suscipienda. Quod ita facit Hercules, ut Telamoni etiam tum prole carenti filium precetur, quo mox a Iove promisso, constabat probari diis societatem belli Telamoni cum Hercule ineundam. *Ἄνδωκε, obtulit sublatum*, ut *ἀντέταται* Nem. VIII, 25. *Χρυσῷ πεφρικνῖαν*, ut toreuma; non apte dixeris anaglyphum. *Εἰδέλων*, h. e. *ἐκών*; cf. Boeckh. nott. critt. Pyth. I, 62. *Εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις*, ut Nem. VII, 84. *ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φυτεῦσαι. Eriboeam* Aiacis matrem appellant etiam Sophocl. Ai. 569. Diodor. Sic. IV, 317. Hygin. Fab. 97. Tzetz. ad Lycophr. 452. et Schol. Hom. Il. β, 14. Meliboeam vocat Ister apud Athen. XIII. p. 557. A. Peri-

www.libtool.com.cn

bocam denique Xenoph. Cyneg. I, 9. Plutarch. Thes. p. 13. E. T. I. Pausan. I, 42. Nec minus de genere variant. Cf. de his Munck. ad Hygin. l. c. Heyn. ad Apollod. p. 309. Lobeck. ad Aiac. p. 306. Osann. de Sophocl. Aiac. p. 56. De verbis *ξεῖνον ἀμὸν μοιρίδιον τελέσαι* v. nott. critt. „*Τὸν μὲν* propterea adhibuit, ait Hermannus, quia post mentionem pueri, de quo nunc pergit, haec *ξεῖνον ἀμὸν* interposuerat. Quare ita iam orationem continuat: illum vero etiam robustum." *Ἀῤῥηκτον* ut *ῥήσασιν, διαῤῥήσασιν, ἀναῤῥήσασιν πλευράν, χρόα, ὀστᾶ*, alia. Sensus: tam firmum corpore qualis haec pellis leonina. Invulnerabilem, una parte corporis excepta, eum traditum a multis constat, narrantibus omnibus qui Aiacem puerum leoninis exuviis ab Hercule involutum ferunt. Adde Lobeck. ad Ai. p. 354. Contrarium ex Homero docet Eustath. ad Iliad. σ, p. 995. init. Recentioribus tamen assentitur Pindarus Fragm. inc. 77. *Πάμπρωτον ἄθλων*, nam primus Herculis labor leonis caedes; cf. Apollod. II, 5. init. Verba *θυμὸς δ' ἑπέσθω* noli vertere *animus adsit*, sed *animus subsequatur*. Nempe primo loco precatur, ut cum corpore valido et firmo nascatur filius, tum, ut crescentibus annis accedat etiam fortitudo. Potest verti etiam sic: *Animus autem comitetur*. Quod praestare dixerim. *Ἅτε μάντις ἀνὴρ, vaticinante voce: ἅτε* vim comparandi habet ut Olymp. XII, 14. nec vertendum hic est *utpote*. *Καί νιν ὄρνιχος φανέντος πέπλεν' ἐπώνυμον εὐρυβίαν Αἴαντα, et nominavit eum a nomine avis, quae apparuerat, validum Aiacem, tanquam violentum futurum in hominum laboribus bellicis*. Nempe Hercules ipse simul effatus est nomen quo nominandus esset filius. Quare quum ex Herculis persona sic pergendum fuisset: *Atque erit ille ex aquilae nomine Aiax tibi appellandus*, nunc mutata oratione Pindarus haec ex sua persona addit. Sic nunc etiam Boeckhius. Ceterum ab aquila nomen Aiacis deducit etiam Apollod. III, 12, 7. Tzetz. ad Lycophr. 455. Ab *αἰ αἰ* s. *αἰάζω* Sophocles in Ai. 430. ubi vid. Lobeck. Adde Mueller. Aeginet. p. 22. Osann. de Sophocl. Aiac. p. 64. De constructione vocis *ἐπώνυμος*, non est quod moneam; iungitur cum genitivo et cum dativo: vide editorem Lipsiens. Scholior. Apollon. Rhod. p. 168. Absolviter hic de Aeacidis locus, narratione subsistente, ubi debebat. Neque enim poterat addi quidquam quod non fuisset alienum. Quare quod dicit, *ἐμοὶ δὲ μαχρὸν πάσας ἀναγήσασθ' ἀρετάς*, scil. Aiacis, est formula loquendi, quales etiam alibi ponit consulto rem aliquam abrumpens.

Vs. 54. usque ad fin. Ultima pars carminis, de Phylacida, Pythea, Euthymene, Lampone. *Ταμίας κώμων, carminum epiniciorum largitor*. Euthymenes fuit avunculus, cf. ad Nem. V, 43. *Τὸν Ἀργείων τρόπον*, quum etiam Argivi hac laude conspicui essent, uti liquet ex Schol. h. l. Nam proprium hoc fuit Doriensium. Hoc loco cur Argivos nominare maluerit Pindarus, obscurum non est. Argivi enim fuerant qui post reditum Heraclidarum Aeginam occupaverant, Pausan. II, 29, 5. *Χρόνῳ ὕστερον μοῖρα Ἀργείων τῶν Ἐπιδαυρον ὁμοῦ Δηϊφόντῃ κατασχόντων διέβη ἐς Αἴγιναν*. cf. Mueller. Aeginet. p. 43 seqq. Est igitur sensus: *more vestro*. Sed malim *εἰρήσεταί πως ἐν βραχίστοις*. Victoriae dicuntur iis contigisse *τρεῖς ἀπ' Ἰσθμοῦ*: una est haec prima Phylacidae Cum etiam in carmine Isthm. IV, 19 seq. (cf. ibi not.) si recte illum locum capio, Isthmiaca Pytheae victoria nulla memoretur, credam reliquas duas, quas hic Pindarus dicit, Euthymenis esse, reportatas ab eo post carmen Nem. V. *Τὰς δ' ἀπ' εὐφύλλου Νεμέας*, quarum una est Pytheae Nemeaea. Num Phylacidas iam tum reportaverit Nemeaeam eam, quae significatur Isthm. IV, 20. dubitari potest. Quare iterum Euthymenes in partem laudis venire videtur. Iam post *μάτρως* punctum sublatum malim, ne disiungatur quod cohaerere videtur, et vertam totum locum sic: *Reportarunt victorias pancratiasticas tres ex Isthmo, alias e Nemea, et in lucem ediderunt*

www.libtool.com.cn

(per haec) *qualem materiam hymnorum; nam Psalychidarum gentem Gratiarum pulcherrimo rore conspergunt* (pulcherrima laude ornant) *et Themistii illustrantes domum hancce urbem diis caram habitant*, h. e. *atque etiam cum ea gloria quod Themistii domum illustrarunt, hanc eximiam urbem habitant.* Nam his omnibus rebus coniunctis orta est eximia illa laudum materia, quam Pindarus dicit. *Ἄγαγον ἐς φάος*, cf. similes locutiones ap. Ast. ad Platon. Legg. IV. Animadv. p. 232. Pro *Ψαλυχιδᾶν* Hermannus *Ψαλυχαδᾶν* proponit de Metr. Pind. p. 224. ed. nov. Themistium vidimus iam Nem. V, 50. Post haec usque ad finem praedicantur laudes Lamponis, qui victorias quidem non reportaverat, nam hoc non tacuisset poeta, at educaverat et instituerat filios, atque ita auctor erat harum laudum. Quare post *παίοισι* puncto distinguendum videtur. *Lampon autem curam laboribus impendens Hesiodi colit hoc dictum filiosque ut colant hortatur.* Hesiodi dictum est Opp. et D. 410. *μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει*; quare pronomen *τοῦτο* ad illa verba, *μελέταν ἔργοις ὀπάζων*, pertinet. *Ὀπάζων, διδούς.* Constat Hesiodi in hoc opere exposita praecepta magna fuisse apud veteres auctoritate, quod notavit etiam Heinrichius Prolegom. in Scut. Hercul. p. XLVI. Sic Xenoph. Memorab. idem opus laudat non semel, ut I, 2, 56. II, 1, 20. Quare Pindarus exquisite sibi visus est hoc modo laudare Lamponem. Tamen videndum quomodo poeta dicto Hesiodi usus sit. Hesiodus loquitur de re familiari, cura et laboribus augenda. Pindarus nominis famam intelligit rei gymnasticae studio parandam et augendam. Hac mente Lampo gymnasticam exercebat et filios ut exercerent hortabatur, parans sic etiam Aeginae laudem. Quid igitur? Num male intellexit poeta intelligentissimus perspicua verba Hesiodi? Non credo; sed bene sciens consulto alium sensum intulit suo consilio accommodatum. Simile exemplum offert Plato gravissimus auctor. In Theaeteto p. 155. D. leguntur haec: *Μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος τὸ θαυμάζειν. οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη, καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν Θαύμαντος ἔκγονον φήσας οὐ κακῶς γενεαλογεῖν.* Est idem Hesiodus, Theog. 780. Suaviter hoc loco Plato philosophiam, deorum nunciam, dicit Irin Thaumantis filiam, et bene novit hanc non fuisse mentem Hesiodi, sed ingeniose utitur illo dicto, suo id consilio accommodans. Hoc genus interpretationis ingeniosis hominibus semper adamatum nec nostris incognitum scriptoribus cave confundas cum prava ista allegorica interpretatione scriptorum, improbata philosophorum principi Platoni, grammaticorum principi Aristarcho. Quare etiam quod apud Xenophontem est de Socrate, Memorab. I, 3, 7. *Οἴεσθαι δ' ἔφη ἐπισκώπτων καὶ τὴν Κίρκην ὗς ποιεῖν, τοιούτοις πολλοῖς δειπνίζουσαν· τὸν δὲ Ὀδυσσέα Ἑρμοῦ τε ὑποθημοσύνῃ καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα καὶ ἀποσχόμενον τοῦ ὑπὲρ τὸν καιρὸν τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι, διὰ ταῦτα οὐδὲ γενέσθαι ὗν*, nollem a quibusdam ad allegoricam interpretationem trahi. Nam quo sensu haec dicta sint, et verbum *ἐπισκώπτων* ostendit, et quae subiicit Xenophon: *Τοιαῦτα μὲν περὶ τούτων ἔπαιζεν ἅμα σπουδάζων.* Verum haec alio loco erunt tractanda accuratius; nunc ad Pindarum redeundum est. *Μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων, μέτρα δὲ καὶ κατέχων*, *moderationem s.* iustitiam *animo sectans, moderationem etiam tenens. Μέτρον* est cui opponitur *ὕβρις* et *ἀδικία*. Porro notum *ἀρετὴν διώκειν, σπεύδειν*, similiterque *ἔχειν, κατέχειν*, quae saepe idem significant, hoc loco sibi opposita sunt. Est enim sensus: *Aequitatem studens ut teneat et vero etiam tenens.* Sequitur: *γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν.* Dicitur *ἔξω τινὸς εἶναι*, qui non particeps est alicuius rei, non tenet eam. Conf. exempla apud Iacobs. ad Antholog. T. XI. p. 150. Quare quod dicit, *nec lingua extra mentem est*, significat: Nec lingua abest ab ea moderatione, quae menti insidet. Nam ex antecedentibus haec sunt explicanda. *Φαίης κέ νιν ἀνδράσιν ἀθλητῆσιν ἔμμεν*

www.libtool.com.cn

Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις χαλκοδάμαντ' ἀκόναν. Diceres eum athletis esse quod Naxia cos alios est inter lapides, h. e. quemadmodum Naxia cos prae ceteris lapidibus apta est ad acuendum, ita Lampone nemo magis idoneus ad artem athleticam docendam. Quum enim Pindarus Olymp. XI, 21. verbo *θήγειν* utatur in laudanda opera Ilae aliptae, sequor Scholiasten, qui explicat: *τοσοῦτον οὖν φησι τῶν ἄλλων ἀλειπτῶν διαφέρειν ὅσον ἐν ἄλλαις ἀκόναις αἱ Ναξίαι διαφέρουσιν.* Ipse igitur pater fuit magister filiorum, assumptis tamen etiam aliis aliptis. Certe Nem. V, 48. laudatum vidimus Menandrum. Ait autem *χαλκοδάμαντα.* Etiam apud nos aes, ferrum, chalybs, acuuntur ope lapidum quorundam durorum: videtur igitur olim in Naxo fuisse cos aeri acuendo imprimis apta; neque enim iidem lapides et aeri et ferro acuendo apti esse solent, ut me docet Hausmannus harum rerum peritissimus, qui tamen de hoc genere lapidum Naxiorum, quod aeri acuendo adhibebant, apud alios sibi nihil lectum dicit. Ceterum Naxum Cretae intelligit Schol. Futurum *πίσω* ex Pindaro affert Eustathius ad Dionys. Perieg. 409. ad Iliad. *φ*, p. 1193. Idem notat ad Odyss. *ζ*, p. 1554. 43. praeter Pindarum Eupolidem *ἐν Δήμοις* hoc futuro usum. Habet eadem Etymol. Magn. p. 673. 22. citans etiam Pindari verba. *Πίσω* cum duplici accusativo iunctum, ut saepius legitur *ποτίζειν*, v. c. Geoponic. XVII, 20. Porro suaviter comparat laudes suas cum aqua e Dirce tanquam sacro Musarum fonte hausta, qua irriget eos. Cf. ad Pyth. V, 82 sqq. Habitabat autem Pindarus prope Dircen ante portas Neitides; cf. Pausan. IX, 25, 3. Denique sensus est: *Sint mihi laudibus celebrati.* De usu futuri in his vidimus iam in fine carminis antecedentis.

I S T H M. VI.

Quamquam carmina sunt apud Pindarum multa, quae tota in victorum et gentium laudibus celebrandis versantur, *μύθοις* etiam, qui intexti sunt, ei consilio inservientibus, tamen dubitari nequit in aliis civitatum potissimum tempora a poeta esse spectata, ut de victoribus paucissima diceret, ceterum maiora tractaret. Vidimus exemplum huius generis Nem. VIII. Ex quo numero hoc quoque carmen esse, etiam obiter inspicienti lectori pateat necesse est. Strepsiades Thebanus vicerat pancratio in Isthmiis, eiusque epiniciis celebrandis hoc carmen scriptum. Tamen laudes viri paucis absolvit poeta, cetera quae habentur in hoc carmine omnia manifesto spectant alio. Quae quum ita sint, neque explicatio carminis succedere potest, nec tempus quo scriptum sit, probabiliter definiri, nisi quid maxime spectasse censendus sit poeta in hoc carmine componendo, eruatur. Nam si verbi causa dicas, prooemio, quod largas habet Thebarum laudes, prodi adolescentis poetae impetum, nos ante omnia de ratione et causa prooemii quaerendum esse respondemus, quod si consulto ita adornavit poeta, turbari vides circulos tuos. Ac si adolescens haec scripsit Pindarus temere luxuriante ingenio, quomodo factum ut reliquum carmen nihil inde traheret, quod tam plana simplicitate conspicuum est, qualis non solet esse in tironum iuvenilibus scriptis? Ita ego quum iudicarem, vehementer laetatus sum, quod etiam Boeckhium meum adolescentis poetae manum cognovi in hoc carmine non agnoscere, qui quam ad me transmisit doctam et acutam de tempore et ratione carminis disputationem, integram adiungendam censui.

www.libtool.com.cn

„Carminis huius Thebis cantati tempus incertum est, ait, et tres potissimum sententiae proponi possunt; prima, ut adolescentis poetae carmen sit, altera ut florentis, tertia ut senis vel senectuti proximi. Primum Heynius amplecti videtur, qui bella inter Athenienses et Boeotos Olymp. 69. vel paulo ante ab Olymp. 68, 3. gesta respici putat vs. 25 sqq. coll. Herodot. V, 77 sqq. et possis hoc firmare similitudine quae est inter initium huius carminis et Hymni primi (Fragm. Hymn. 1.), qui ab adolescentulo Pindaro compositus erat. Sed obest quod Pindarum aetate provectiorem esse quidam huius odae locus demonstrat, de quo paulo post dicam; neque huius carminis initium iuvenile hoc opusculum esse mihi persuadet. Nam etsi plura, quam opus fuisse dicas, poeta Thebarum decora ibi enumerat, si modo illa commode et pulchre posita sunt, non est quod poetae reprehendatur iudicium; immo universa oda tam elegans et tanta cum arte facta est, ut sene poeta non sit indignior quam iuvene vel adolescente: ne dicam prolixitatem non solorum adolescentium sed etiam senum esse. Alteram opinionem Corsinus F. A. T. II. p. 62 sq. proposuit, qui Persica putat respici: cui quum in nott. ad Schol. p. 553. obloquerer, discessi in Heynii sententiam, quam nunc accuratius pensitata re omittendam ipse censui. Et Corsini quidem opinionem cur non probem, paucis exponam. Etenim Strepsiadis avunculus, si bello Persico obiisset, aut ad Thermopylas aut ad Plataeas deberet occubuisse. Quodsi ad Thermopylas occubuisset, non potuisset poeta recta ratione de illo praedicare τὸ ἀμύνεσθαι χάλαζαν αἵματος πρὸ φίλας πάτρας, ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξοντα: quippe quum ii Thebanorum, qui ad Thermopylas adversus Persas steterunt, Thebanis Medismo laborantibus non hostem averterint. Dixeris quidem post Thebas cum Graecis reconciliatas de ea re aliter iudicari potuisse: sed habeo quod respondeam. Nam vs. 12 sqq. manifesta continetur Lacedaemoniorum reprehensio: fac eum laudari qui ad Thermopylas cum Spartanis occubuerit; num iam consentaneum est Spartanos reprehendi, a quorum ille partibus steterit? Accedit quod qui Thermopylensis pugnae res accuratius spectaverit, non poterit concedere Thebana ibi auxilia προμάχων ἀν᾽ ὅμιλον dimicasse. At Strepsiades Strepsiadis avunculus Plataeis occubuerit. Sane ibi προμάχων ἀν᾽ ὅμιλον ἄριστοι ἔσχον πολέμοιο νεῖκος ἐσχάταις ἐλπίσιν (vs. 35.): sane qui Plataicum bellatorem laudaret, debuit Spartanos calumniari post pugnam Thebanorum urbem obsidentes et optimatibus iisdem, qui apud Plataeas fortiter contra Graecos pugnaverant, infestos. Attamen num verisimile est poetam post Thebas cum Graecis reconciliatas eum praedicare, qui pro Persis pugnaverit, eumque dici πρὸ φίλας πάτρας dimicasse, denique eum tantis laudibus praedicari, Spartanos contra reprehendi? Hoc mihi numquam persuadebo. Thebis quum libertas a Spartanis ceterisque Graecis reddita esset, puniti isti essent, qui civitatem iniusta tyrannide oppressam ipsis Persis obnoxiam reddiderant, ut imperium suum tuerentur, postremo quum aequo iure restituto illi Thebis potestatem haberent, qui optimatibus iam oppressis inimici essent; non potuit poeta haec scribere, quae universis displicere civibus debebant. Et haec quidem hactenus: ad quae prorsus intelligenda conducit ea legisse, quae ad Pyth. XI. uberius exposui. Sed ut his solis argumentis quisquam cedat, non postulo; sunt alia, quae quominus de Persicis bellis cogites prohibeant. Primum enim aetate provectiorem Pindarum fuisse quum hoc carmen scriberet, posthac ostendam; quod Plataicae pugnae temporibus non convenit: deinde si carmen post Plataicam esset pugnam compositum, non posset multo post compositum esse, quandoquidem carmen universum dolorem satis recentem offensionesque non oblitteratas sed flagrantes offert. At pugna Plataeensis secundo mense anni Olympici

www.libtool.com.cn

secundi accidit, quod alibi demonstravimus: Isthmia initio primi, sub finem tertii Olympici anni celebrantur; a Plataeensi igitur pugna ad succedentia Isthmia viginti fere menses effluebant. Haec non satis conveniunt. Vs. 37. poeta dicit: *ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατόν· ἀλλὰ νῦν μοι Γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν ἐκ χειμῶνος*: ubi, si tanto temporis intervallo post Strepsiadis maioris mortem Thebasque obsessas minor Strepsiades vicisset, vix aptum esset illud *ἐκ χειμῶνος εὐδίαν*, quod maturiorem et magis repentinam post luctum laetitiae successionem significat. Convertor iam ad id, quod mihi probabilius est. Vs. 41. poetam senem vel senio proximum esse colligo ex verbis: *ἅκαλος ἕπειμι γῆρας ἔς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα*. Dicas quidem etiam iuvenem *ἕπιέναι γῆρας*: quod ut verum est, ita tamen ex Graeci sermonis usu vix dicatur iuvenis *γῆρας ἕπιέναι*, sed ea formula de eo tantum videtur praedicari, *ὃν γῆρας ἕπεισιν*, ut Homerus ait, estque etiam Scholiaste interprete nihil aliud nisi *καταγηράσκω* sive *γηράσκω*. Notum illud Solonis: *Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος*; pro quo eodem sensu dicetur: *Γῆρας ἕπειμ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος*. Atque ut concedam, quod tamen concedi non posse censeo, illam formulam etiam de iuvene dici, quis tandem de se eam praedicabit nisi senio proximus? Nemo sane nisi homo ridiculus. Inania verba erunt, si ea sedecim vel viginti annorum adolescentulus de sese dixerit: is autem fuit Pindarus Olymp. 68, 3. et 69, 3. inania etiam, si vir annorum quattuor et quadraginta, quam aetatem Noster habuit Olymp. 75, 3. Attende etiam illud *ἅκαλος ἕπειμι γῆρας*, atque illud *ἔς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα*: nonne vides senem, qui sese *tranquillum* et *sine curis* ac *sollicitudine* vel *acrumnis*, quibus senes minus prudentes angi solere initio Reipublicae Plato eximie docet, procedere senio dicat et morti appropinquare, quidquid boni dies ferat, aequi bonique consulentem, *τερπνὸν ἐφάμερον διώκοντα*? Ac cave credas hoc eum dicere non posse qui iam in prima sit senectute constitutus. Etiam is *ἕπεισι γῆρας*, qui iam senex est, vegetus quidem, necdum decrepitus: semper is propius accedit ad senium et simul ad mortem. Quodsi Pindarus annos sex et sexaginta natus, sive senem sive senio proximum hac in aetate constitutum dixeris, Olymp. 81, 1. hoc scripserit, commoda et pulchra dictio est. Et si oda eo anno composita est, singula mihi videor apte explicare posse. Afflictae Thebae sunt; eo magis decebat prisca urbis decora extolli, qua in re prooemium versatur. Initium fit a sacris rebus, diis, heroibus, a Baccho, Hercule, Tiresia; sed quoniam magna odae pars in bellicis negotiis versatur, transitur ad viros fortissimos, Iolaum equestrem, cuius mentio eo aptior, quod equitatu in pugnis praestabant Thebani, item ad Terra satos (*Σπαρτοὺς ἀκαμαντολόγχας*), ad cladem septem heroum, ad Peloponnesi Aegidis comitibus et maxime Amyclarum expugnationem, qua Spartani Thebanorum beneficio firmiter constituti fuerint: et hoc postremum maxime extollit poeta, ut id non sine causa additum intelligas: quo aptius etiam illud *ἄρα* post *ἀνίκα* additum, quippe quo potissima in hoc prooemio sententia pulcherrime insigniatur. In his desinitur, et Spartanorum additur haud obscura reprehensio etiam ab Aristarcho notata: oblivioni enim tradi prisca, dormire veterem gratiam. Quaerendum tempus, ubi Spartani debitum Thebanis officium neglexerint; quo tempore si Thebani etiam Argivis infensi fuerint, commodior erit luculenta illa Argivae stragis descriptio: *ἢ ὅτε καρτερᾶς Ἄδραστον ἐξ ἁλαλᾶς ἄμπεμψας ὀρφανὸν μυρίων ἑτάρων ἐς Ἄργος ἵππιον*: [illegible] intelliges quae de sacris rebus et heroibus praemissa sunt, eo partim consilio [illegible] posita esse, ut in his desini posset. Simul necesse est eodem tempore clades Thebanorum acciderit: neque enim Strepsiades victor occubuerat, sed in adversa pugna: [illegible]d universae odae color monstrat Hectorisque et Amphiarai exemplum (vs. 32 sq.);

www.libtool.com.cn

quamquam alia res est in Meleagro pro Aetolorum salute adversus Curetes occumbente (v. Apollod. I, 8, 3. Antonin. Lib. Metam. 2. priscos poetas ap. Pausan. X, 31, 2. coll. Iliad. ι, 547 sq.). Postremo vss. 33—48. videntur adversus hostes Thebanorum insolentiores dicti esse: quales fuere Athenienses iam Olymp. 80, 4. quo anno Aegina Pindaro carissima post bellum Olymp. 80, 3. inceptum in potestatem redacta est (Thucyd. I, 108. Müller Aegin. p. 179.): nec reticendum in carminibus ad Olymp. 80, 3—4. pertinentibus, Pyth. VIII. Nem. VIII. reprehendi Athenienses. Ne plura, omnia commoda sunt, ubi odam Olymp. 81, 1. initio aestatis post Isthmia scriptam statuas, posteaquam Thebani ab Atheniensibus ad Oenophyta magna clade afflicti erant, sex fere mensibus ante Isthmia, idque ita, ut Thebanis imperium Boeotiae eriperetur, nec precaria Atheniensium victoria esset, sed eiusmodi, ut Thebanorum res etiam multis mensibus post debuerint desperatae esse: eo vero tempore Thebani relicti erant a Spartanis, qui tamen Doriensibus paulo ante opem tulerant; unde commodior is locus, quo Pindarus etiam Thebanos a Spartanis colendos docet, quod non solis Doriensibus, sed Aegidis quoque Thebanis Doricae in Peloponneso coloniae institutio debeatur; simul tum Argivi Thebanis exosi fuere ob pugnam, qua paulo ante proelium ad Oenophyta cum Thebanis dimicaverant. Haec in universum: nunc singula demonstrabo. Quippe Olymp. 80, 4. Spartani pro Doriensibus adversus Phocenses expediverant, liberatisque Doriensibus regredi voluerant (Thucyd. I, 107.); quae etsi Diodorus (XI, 79.) anno Olymp. 80, 3. assignat, satis constat sequente anno gesta esse. Regredientibus Lacedaemoniis insidiantur Athenienses cum sociis; igitur Lacedaemonii Tanagram Boeotiae proficiscuntur, ibique pugna fit. Cui pugnae Boeotos interfuisse neque apud Thucydidem breviter haec percurrentem neque apud Diodorum legimus: res tamen certa est. Atheniensium in exercitu Argivi erant mille et alii socii (Thucyd. I, 108. Pausan. III, 11, 6. etc.), in his Thessali (Thuc. I, 107. Diod. XI, 80.), item Iones, quos solum epigramma Spartanorum una cum Atheniensibus et Argivis memorat (ap. Pausan. V, 10, 2.): sed Lacedaemoniis affuisse Boeotos, hoc est Thebanos potissimum, Pausanias docet I, 29, 7. *ὕστερον δὲ μελλούσης Ἀθηναίων ἐν Ταναγρᾳ γίνεσθαι πρὸς Βοιωτοὺς καὶ Λακεδαιμονίους μάχης, ἀφίκοντο Ἀθηναίοις Ἀργεῖοι βοηθοῦντες· καὶ παραυτίκα μὲν ἔχοντας πλέον τοὺς Ἀργείους νὺξ ἐπελθοῦσα ἀφείλετο τὸ σαφὲς τῆς νίκης· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ὑπῆρξε κρατῆσαι Λακεδαιμονίους, Θεσσαλῶν προδόντων Ἀθηναίους*: quae ad hanc pugnam pertinere docet comparatio Diodori et Thucydidis. Iterum in hac opinor pugna Boeoti memorantur a Pausania I, 29, 5. ubi de equitibus Atheniensibus, *οὓς κατέλαβεν ἀποθανεῖν ἐναντία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν τεταγμένους, ἔνθα τῆς Ἐλευσινίας* (scribe *Ἐλεωνίας*) *εἰσὶ χώρας πρὸς Ταναγραίους ὅροι*. Neque aliam praeter hanc pugnam, quae veteribus sola Tanagraea dicitur, spectat Plato Alcib. I, p. 112. C. ubi verba sunt: *τοῖς ἐν Τανάγρᾳ Ἀθηναίων τε καὶ Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν ἀποθανοῦσι*: quo loco quae Gottleberus attulit repetita ad Thucyd. I, 108. flocci non facienda sunt. Postremo ne tibi dubitationem obiiciat Thucydides Thebanos omittens, notes illos apud hunc *sociis Lacedaemoniorum* comprehendi. Vides igitur, si Boeoti in illa Tanagraeo proelio depugnarunt, etiam Argivos contra Thebanos stetisse; et acrior Thebanorum potuit in Argivos ira esse, quod hi initio vicerant: mox hi cum Atheniensibus pulsi sunt, victoresque decesserunt Lacedaemonii auctore optimo Thucydide; et ipsi Lacedaemonii victoriam sibi tribuunt in epigrammate apud Pausaniam, ubi hanc ob causam Tanagra Lacedaemoniis victoriam praebens ipsis audit *συμμαχίς*: alii, ut Diodorus et in Menexeno Plato ambiguum proelii exitum fuisse perhibent. Utut est, recessisse in patriam Argivi vi-

www.libtool.com.cn

dentur: certe paullo post soli Athenienses contra Boeotos dimicasse dicuntur (Diod. XI, 82.): ut adeo tum quoque Thebani *καρτερᾶς ἐξ ἀλαλᾶς ἀναπίμψαιεν τοὺς Ἀργείους ἐς Ἄργος ἵππιον*. Ceterum quaesiveris, quamobrem tum Spartanis Thebani opem tulerint. Rem aperit Iustinus III, 6. et Diodorus XI, 81. Nempe Thebani cum Lacedaemoniis pacti erant, ut hi illis Boeotiae imperium post Persica amissum restituerent: pro qua gratia Lacedaemoniis Thebani promittebant bellum sese contra Athenienses gesturos: quam rem licet Diodorus post proelium illud Tanagraeum narret, tamen res ipsa docet haec pacta tum iam rata fieri coepisse. Si auctorem desideras, habes Platonem Menex. p. 242. B. qui de Atheniensibus: *μετὰ δὲ τοῦτο γενομένου πολέμου συνέβαλον μὲν ἐν Τανάγρᾳ ὑπὲρ τῆς Βοιωτῶν ἐλευθερίας Λακεδαιμονίοις μαχόμενοι*: ubi vides Athenienses illam pugnam pugnantes Boeotorum libertatis vindices dici contra Lacedaemonios, qui Boeotiam Thebanorum principatui tradunt. Sed hucusque nihil est, quod Thebani Lacedaemoniis succensere potuerint; at post pugnam Tanagraeam Lacedaemonii domum redeunt (Thucyd. I, 108.), neque iam Thebanis opitulantur, sed quadrimestres cum Atheniensibus inducias faciunt (Diodor. XI, 80. extr.): Athenienses autem diebus post Tanagraeam pugnam sexaginta duobus in Boeotiam expediunt, et apud Oenophyta Tanagraea Boeotos fundunt (Thucyd. I, 108). Et huic quidem pugnae Lacedaemonios non affuisse, ex iis quae dixi satis constat; tamen ne te in errorem inducat Diodorus, paucula addam. Nam hic scriptor omnino negligens antequam haec pugna pugnaretur, Spartanos perhibet Tanagrae habuisse magnum et paratum exercitum: *ἔχοντες τότε περὶ Τάναγραν ἕτοιμον καὶ μέγα στρατόπεδον, τῆς μὲν τῶν Θηβαίων πόλεως μείζονα τὸν περίβολον κατεσκεύασαν, τὰς δ' ἐν Βοιωτίᾳ πόλεις ἠνάγκασαν ὑποτάττεσθαι τοῖς Θηβαίοις* (XI, 81.): immo nullum ibi exercitum habuerunt, ut patet ex Thucydide; sed quae Diodorus narrat, ea ut praecedentia in eo capite pertinent ad tempus prioris pugnae, post quam discesserant Lacedaemonii: ac ne ipse quidem Lacedaemonios ad Oenophyta pugnasse narrat. Ita derelictos a Lacedaemoniis Thebanos magna strage prosternunt Athenienses duce Myronide, pugnatumque per triduum. Et derelictos Thebanos et tres per dies dimicatum esse docet Plato Menex. l. c. *ἀμφισβητησίμου δὲ τῆς μάχης (τῆς ἐν Τανάγρᾳ) γενομένης διέκρινε τὸ ὕστερον ἔργον· οἱ μὲν γὰρ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ᾤχοντο ἀπιόντες, καταλιπόντες Βοιωτούς, οἷς ἐβοήθουν· οἱ δ' ἡμέτεροι τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐν Οἰνοφύτοις νικήσαντες τοὺς ἀδίκως φεύγοντας δικαίως κατήγαγον*. Primo autem die ea pars pugnae videtur accidisse, quam Diodorus XI, 82. narrat apud Tanagram pugnatam; post quam Tanagram cepisse eiusque moenia diruisse et Boeotiam vastasse Athenienses dicit; post ea narrat pugnam ad Oenophyta (XI, 83.), quasi aliquo temporis intervallo divisam: sed haec omnia negligenter composita sunt. Tres per dies ibi pugnatum est, ut dixi; de illa autem pugna ante Oenophytensem nihil quidquam usquam narratur: ut proinde quae pugna a Diodoro ante Oenophytensem ad Tanagram vicinam pugnata dicitur, vix possit alia haberi atque Oenophytensis incipiens: et post Oenophytensem demum victoriam Tanagrae moenia diruta sunt; quod ex Thucydide (I, 108.) intelligere licet. Tanta igitur pugna victos Thebanos iure Lacedaemoniis iratos fuisse, quod ab iis, ut Plato dicit, derelicti essent, non est quod dubites: quum praesertim Boeotia universa exceptis Thebis et Phocis post hoc proelium ab Atheniensibus essent in potestatem redactae (Thucyd. I, 108. Diod. XI, 83. adde Thucyd. IV, 95.). Immo Thebis post Oenophytensem pugnam populare imperium, turbidum quidem et inconditum, institutum erat (Aristot. Polit. V, 2, 6.): unde satis intelligitur Thebas Lacedaemoniorum culpa esse ad incitas redactas, ut ne patriam quidem rempublicam

www.libtool.com.cn

tueri potuerint: in quo statu Lacedaemoniis segnitia omnino exprobranda erat. Postremo ne quis scrupulus resideat, a clade Oenophytensi ad Isthmia Olymp. 81, 1. incipiente aestate acta non maius fere quam semestre spatium effluxisse ostendam iis in usum versis, quae Dodwellus Annal. Thucyd. sub Olymp. 80, $\frac{3}{4}$. et 80, 4—81, 1. observavit. Quadrimestres inducias post proelium prius ad Tanagram commissum a Lacedaemoniis et Atheniensibus factas esse supra docui; sed post illam pugnam, qua a Spartanis victi erant, grave bellum Athenienses exspectabant *εἰς ὥραν ἔτους*, hoc est *in ver* (Plutarch. Pericl. 10. Cimon. 17.): quapropter pacem cum Lacedaemoniis facere constituerunt. Quam pacem perfectam esse Cimonis ope Plutarchus narrat; etsi dissensio est in Cimonis rebus a Plutarcho variis narratis (vit. Pericl. et Cimon. ll. cc.); ac sunt quae efficiant, ut pacem tum nondum convenisse putem: illud tamen apertum est, si bellum Laconicum in ver metuebatur, quadrimestres inducias vere terminatas esse. Itaque pugna Tanagraea quattuor fere mensibus ver antecedebat; Oenophytensis expeditio, quae sexagesimo altero die post Tanagraeum proelium facta erat, duobus fere mensibus ante vernum tempus accidit: unde sponte intelligitur, ab Oenophytensi pugna usque ad primum Olympici anni sequentis mensem exeuntem semestre spatium computari. Quod superest, siquis quod in fine carminis Pythiam Pindarus victoriam precetur, odam hanc propius ad Pythiorum tempus tertio Olympico anno recurrens accedere debere putet; sufficiet respondisse, si quis Thebanorum iam tum de Pythio certamine subeundo cogitaverit, annectere haec vota poetam potuisse, etiamsi Pythia biennio post succederent: quod exemplis ex ipso poeta petitis illustrare non opus videtur."

Vs. 1—19. Prooemium continens laudes Thebarum. *Καλὰ ἐπιχώρια*, ornamenta domestica; *μάλιστα*, quandoquidem fere omnia pariter insignia sunt. Verbis *ὦ μάκαιρα Θήβα* pro urbe deam urbis alloquitur, quemadmodum Isthm. I. init. Tamen non abesse voluit urbis civiumque cogitationem, sed duas notiones apte coniunxit. Classici enim scriptores non temere confundunt duas notiones, sed idoneis de causis coniungunt. Atque hoc quidem loco ne commemorem quod neminem latet, subsistam in uno. Etenim totam hanc locutionem: *Τίνι — θυμὸν τεὸν εὐφρανας*, quoties considero, video eam insignem esse nativa simplicitate. Non dicit poeta: O Theba, quanam re maxime gloriaris? Non dicit: *Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;* et quae sunt alia huiusmodi. Vides enim longe magnificentiora in promptu fuisse, si poeta talia quaesivisset. Quare etiam prooemium Nem. X. introitum habet manifesto ornatiorem. Sed in domesticis hisce laudibus subtili iudicio Pindarus posuit id, quod omnium minime invidiosum. *Quis enim iure succenseat deae, urbis suae ornamentis animum oblectanti?* Senties, spero, etiam hac de causa deae nomen hic appellandum fuisse. Omnino cave credas, oratoris gloriabundi partes agere voluisse eum, qui non solum nervosae sed etiam modestae et decorae orationis exemplum proponere debebat. Utrumque mea sententia praestitit. Regnante enim per totum prooemium primo orationis membro, hoc quoque effectum vides, ut cum tantarum laudum praedicatione consociata sit pulchra introitus modestia. Iam primo loco ponit factum ceteris quae sequuntur et antiquius et insignius. *Ἥ ῥα*, ut Pyth. IX, 38. Iliad. *ε*, 421. *Δαμάτηρ* est Ceres Cabiraea, inde a prisco tempore apud Thebanos culta, cf. Pausan. IX, 25. 6. Mueller. Orchomen. Hist. p. 450 seqq. *Χαλκόκροτος* cum Scholiis de cymbalorum strepitu intelligendum in Cereris hisce sacris sollemni. Similiter Rhea *χαλκόκροτος* dicitur *διὰ τὰ κύμβαλα* teste Hesychio T. II, p. 1539. Cereris *πάρεδρον* dicit Dionysum, ut locus in Fragm. Dithyr. 5. Rheae Di-

www.libtool.com.cn

onysum a Pindaro iunctum docet; addo Gedikii notam: „In pluribus antiquis gemmis Ceres assidet Baccho (v. Buonarotti Osservazioni sopra alcuni Medaglioni antichi p. 441. et Mariette Traité des pierres gravées T. II. P. I.)." Intellige autem Bacchum Thebanum, siquidem hic maxime in priscis religionibus Cabiraeis cultus videtur, dictus etiam Dionysus, postquam confusus erat cum Dionyso Thracio, cf. Mueller. Hist. Orchom. p. 384. Natus dicitur e Cadmi regia filia, quum Cadmus sive Cadmilus, antiquus Thebanorum deus, ad heroicas fabulas revocatus succedente tempore, pro rege Thebarum antiquissimo haberetur. Cf. Mueller. Orchom. p. 216. et p. 461. Iam memoratur Iovis in fabulis narratus aditus, quum Herculem esset procreaturus. *Δεξαμένα*, quum moenibus reciperes, pro *ἀνίκ' ἐδέξω*, mutata constructione etiam propter sequens *ὁπότε*. Venit summum numen cum aurea nive s. aureo imbre, notum quod est in huiusmodi rebus figmentum. *Νίφειν χρυσῷ*, quemadmodum etiam *ὕειν* et *ψακάζειν* cum dativo. *Μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς, accessit ad eam Herculeo cum semine s. Ἡρακλέος σπέρμα φέρων*, ut dicit Nem. X, 17. Constructio est ut Nem. X, 69. *ἐφορμαθεὶς ἄκοντι θοῷ*. Sponsa etiam tum erat Alcmena Amphitryoni, necdum nupta; cf. de fabula ad Nem. X, 13. Tertium locum occupat *Tiresias*, cuius diu floruerunt apud Thebanos oracula; nam per septem aut novem aetates traditur vixisse. *Πυκνὰς βουλὰς* de vaticinandi arte intellige, ut est *εὔβουλος Θέμις* Isthm. VII, 32. *Νηρεὺς εὔβουλος* Pyth. III, 92. Ceterum, ut sunt variae constructiones verborum dolendi, irascendi, laetandi aliorumque similium, locutionem *θυμὸν εὔφρανας* cum diversis casibus a poeta iunctam vides. Nam ut *θυμὸν εὐφραίνειν ἀμφὶ Τειρεσίαο βουλαῖς* dixit, sic dicitur *χολοῦσθαι ἀμφὶ γυναικί, λυπεῖσθαι ἀμφὶ συμφορᾷ, δαίεται ἦτορ ἀμφ' Ὀδυσῆϊ*. Porro quod dixit, *θυμὸν εὐφραίνειν ἀμφ' Ἰόλαον*, de eo cf. Nem. I, 54. Denique *θυμὸν εὐφραίνειν Σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν* posuit, ut *χώομαι, κοτέω, ὀδύρομαι, κλαίω*, alia, cum genitivo iunguntur saepissime. De *Iolao*, nobilissimo heroe, legimus saepius, ut Nem. III, 36. Isthm. I, 16. *Sparti* e draconis dentibus orti sunt notissimi. Quinque superstites fuerant ex bellicoso genere, Echion, Udaeus, Chthonius, Hyperenor, Pelorus s. Pelor, ad quos totidem gentes Thebanae originem suam referebant; cf. Heynium ad Apollodor. Obss. p. 225. Sequitur luculenta descriptio cladis illatae *Argivis* olim cum Adrasto adversus Thebas profectis, quae quo spectet, iam Boeckhius indicavit. Denique accedimus ad ultimum, quod poeta commemorat: *ἢ Δωρίδ' ἀποικίαν — μαντεύμασι Πυθίοις. An quum Dorica colonia Lacedaemoniorum recto ut talo staret, effecisti, et Aegidae tui ceperunt Amyclas Pythiis oraculis*, h. e. *an quum firmasti Doriensium Peloponnesum occupantium conatus, captis per Aegidas Amyclis.* *Ἕλον δ' Ἀμύκλας Αἰγεῖδαι* paulo maiore cum vi dictum pro *ἑλόντων Ἀμύκλας Αἰγειδῶν*. Fecerunt hoc Aegidae ipso Apolline iubente. Verba *ὀρθῷ ἕζεσθαι ἐπὶ σφυρῷ* attulerunt intt. ad Callim. Hymn. in Dian. 128. et comparata sunt verba Horat. Epist. II, 176. *Securus cadat an recto stet fabula talo.* Quemadmodum *πίπτειν, πίπτειν ἐς γόνυ, ἐπὶ ςόμα*, dicitur pro: incidere in res adversas (cf. Aelian. Var. Hist. III, 17. c. nott.); sic stare, recto talo stare, est: incolumem esse, successum habere. Quare hoc dicit poeta: firmata est et stetit Aegidarum Thebanorum auxilio Dorica colonia; non stetisset nisi Amyclis per Aegidas captis, Achaeorum firmissima sede. Quum Pindarus Pyth. I, 65. tradat statim captas Amyclas ab Heraclidis Peloponnesum ingressis, assentior Boeckhio nott. critt. p. 479. censenti etiam Aegidarum auxilium ex Pindari mente ad hoc tempus esse revocandum. Errasse tamen Pindarum et quos secutus est in hac re, nuper eximie docuit Muellerus Hist. Orchom. p. 330 seqq., ostendens Aegidas iam ante Doriensium reditum, Boeotis, ut videtur, Thebas occupantibus Amy-

www.libtool.com.cn
clas profectos esse ad Achaeos, ibique vixisse cum his, non pugnasse contra hos, inde postea in alias terras migrasse. Verba παλαιὰ γὰρ εὖδει χάρις citat Schol. Ven. Iliad. ξ, 276. Eustath. ad Iliad. ξ, p. 932. 46. uterque habet μὲν pro γάρ. Verto: *At dormit memoria prisci beneficii.* Potest etiam sic verti: *At obscurata est oblivione fama priscae gloriae, priscorum factorum*, collato loco Isthm. III, 40. Sensus ad idem redit; tangi enim Spartanos ingratique animi accussri, perspexerat iam Aristarchus memoratus in Scholiis et probavit Boeckhius argumentis supra propositis. Meum est monere, quam eos leniter tangat. Pergit enim: *Obliviscuntur homines, quod non ad poesis summum ornatum pervenit, carminum flumini iunctum.* Ποὰς ἔπεων, Μουσῶν, non eodem ubique sensu dici, monui ad Nem. VII, 12. Nunc hoc mihi dicere poeta videtur: Oblivisci homines quod non carminum fluminibus arcte iunctum et connexum iisque per tempora delatum, h. e. iterum iterumque cantatum, ad eum pervenerit ornatum, ut obscurari amplius non possit. Nempe traditae erant, opinor, etiam hae Aegidarum res et cantatae, sed non repetito cantu ita tractatae, ut summum splendorem consecutae essent. Quaero iam quo consilio haec Pindarus adiecerit. Nisi me omnia fallunt, adiecit ut Spartanos quodammodo excusaret. Tangit eos, sed tangit leniter, ut par erat, quum non diu ante a Thebanorum partibus stetissent. Obliti sunt, ait, prisca Aegidarum facta, quum fama eorum obscurata sit temporum iniuria. Agnosces etiam in hoc prudentissimum poetam. Atque haec quidem hactenus. Subiicienda sunt nonnulla de universo prooemio. Scriptum esse carmen post gravem aliquam belli calamitatem, ex sequentibus abunde liquet: fuisse hanc pugnam ad Oenophyta maxime probabile habeo cum Boeckhio meo. Graviter tum afflictae Thebae. Post talem igitur calamitatem quid, quaeso, prius curandum fuit Pindaro quam ut solaretur afflictam patriam? Atque hoc ipsum consilium habuit in prooemio componendo. Non igitur vult insolentius gloriari prisca urbis fortuna, quod qui credat post talia tempora Pindaro potuisse venire in mentem, is non noverit divinum poetam; sed exhilarare vult animos et firmare recordatione priscorum urbis ornamentorum. Etiam non monitus comparabit lector illud θυμὸν εὐφραίνειν, quod in fronte prooemii vidimus. Hoc igitur consilio quid dici potest honestius? Tamen ut ne minima quidem esset immodestae iactantiae suspicio, pro urbe deam alloquitur, quod quam vim habeat, supra indicavi. Dicendum nunc de ratione eorum, quae poeta memoravit, ornamentorum. Significat primum hanc eam esse urbem, quae Dionysum genuerit, quae Iovem moenibus suis receperit Herculis semen ferentem, quae denique Tiresiae oracula habuerit, h. e. quae tam manifestum deorum favorem experta sit, ut et deos viderit praesentes et vates a diis concessos. Quare non potuerunt dii interitum admittere urbis sanctissimae, tam insigniter olim ab iis honoratae. Exin pergit: Fuerunt vero etiam iam antiquitus inter nos viri gentesque virtute bellica praestantes. Fuit enim Iolaus equester, fuerunt Sparti hasta clari, h. e. excelluit urbs iam antiquo tempore equestris et pedestris militiae studio. Addit: Ac documenta dedit urbs eximia virtutis suae bellicae; remisit olim Argivos magna cum clade, firmaruntque Aegidae Thebani Doriensium conatus adversus Achaeos, quamquam hoc obliti sunt Spartani. Vides haec omnia esse aptissima. Memorat maximas in re bellica laudes, quemadmodum dignitas urbis postulabat, at memorat etiam alia sanctiora deorum ornamenta; bellicae gloriae recordatione firmat animos, at firmat etiam sacris traditionibus memoratis. Quae quum ita sint, ut recte aliquando Corinna reprehenderit Pindarum, quod μύθους fudisset ὅλῳ τῷ θυλάκῳ in primo Hymno, in hoc certe prooemium, quod nihil habet non apte positum, non transferam feminae dictum.

www.libtool.com.cn

Vs. 20—36. Praemissis Strepsiadae laudibus accedit ad avunculum eius celebrandum, qui fortiter pro patria pugnans in gravi illa pugna ceciderat. Prima haec sunt: *Post haec*, expositis Thebarum priscis laudibus, *cane dulci cum hymno etiam Strepsiadam.* Commodum vides transitum ad Strepsiadae nomen. *Κωμάζειν* cum dativo, ut Pyth. IX, 92. *Φέρει* quamquam per se verti potest *affert victoriam*, hoc loco tamen propter additum *Ἰσθμοῖ* accipe pro *ἔχει* dictum, quam in rem cf. Nem. III, 17. Similiter mox *ἄγει*. Porro *νίκα Ἰσθμοῖ* est victoria Isthmia, ut saepe vidimus. *Ἄγει τ' ἀρετὰν κ. τ. λ.*, *habetque virtutem non deteriorem corporis pulchritudine.* *Αἴσχιον* neutrum pro *αἰσχίονα* cur mutandum censeam non video: nisi quis, me non probante, huc putet pertinere glossam Hesychii: *αἰσχίω, χείρονα.* Transeo ad haec: *Φλέγεται — θάλος.* De significationibus vocis *μάτρως* vidimus ad Nem. IV, 80. hoc loco avunculum intellige. Quum enim hic *μάτρως* non diu ante hoc carmen scriptum ceciderit in pugna, ceciderit florente aetate, vides eum fuisse Strepsiadae matris fratrem, fortasse etiam sorore sua iuniorem. *Θάλος*, coronam frondeam. Hanc communicavit, *δέδωκε κοινὸν*, Strepsiades cum avunculo, redundante in eum coronae reportatae gloria. Quemadmodum alibi victorum gentes dicuntur in partem venire laudis, sic nunc avunculus, imprimis quum etiam cognominis sit. Iam sensus est: *Habet laudem a Musis, excitatque etiam avunculo cognomini laudem communicata cum eo coronae gloria.* Nempe poeta transire vult ad avunculum et ad commemorationem pugnae, in qua is cum aliis ceciderat; quod commode ita facit ut dicat, redundante coronae gloria in avunculum, etiam huius nomen nunc laudandum esse. *Χάλκασπις Ἄρης*, cum pedestri pugna ceciderit. *Τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται*, *sed honoris praemium est viris fortibus pro rebus gestis.* *Κεῖσθαι* de praemiis notissimum. *Ἐν ταύτᾳ τεφέλᾳ*, h. e. *ἐν τῇ τοῦ Ἄρεος*, monente Scholiasta. Mox *χάλαζαν αἵματος* est *χαλαζάεντα φόνον* Isthm. IV, 56. Ceterum cf. ad Nem. IX, 38. Ubi nunc legitur *ἀντιτίνων*, quid vere scripserit Pindarus, ignoramus; nam quum vera lectio excidisset, substitutum est a librariis *ἀμύνων*, verbum sexenties lectum apud Homerum: Boeckhius tamen nunc probat Thierschii coniecturam *ἄντα φέρων*, de qua iterum disputatum est in Act. philol. Mon. T. II. F. II. p. 287 sq. Sequitur: *Ἀρῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων.* Videbitur verti posse: Sciat is se omnium civium maximam genti suae afferre gloriam. Sed hoc ineptum est. Nec iungi debet: *ἀρῶν κλέος* s. bona existimatio quae a civibus venit. Iunge *ἀρῶν γενεᾷ*, ut Olymp. X, 15. *Λοκρῶν γενεὰν* dixit. Porro *μέγα αὔξειν* notissimum, cf. Heindorf. ad Platon. Protag. p. 527. Iam si *κλέος αὔξων* dicas esse *ἔχων κλέος*, ut *μέγα πένθος ἐνὶ φρήσεσσιν ἀέξει*, Iliad. ρ, 139. aliaque similia multa, verteris: *Is sciat se apud cives maximam habere gloriam:* quod sane convenit sententiae; explicat enim *τιμὰν*, quae *ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται*; nec dativus *ἀρῶν γενεᾷ* difficultatem videtur habere. Neque enim haereres, si legeretur: *ἀρεῖς εὔδοξος ὤν.* Sed simplicius est, quod etiam Boeckhius probat, hoc: *Sciat se civibus suis* s. civitati *maximam gloriam comparare:* quo ipso etiam sibi summam parat gloriam. Cf. Tyrtaeum III, 23 sqq. *Διοδότοιο παῖς* est Strepsiades avunculus. *Ἀλνέων*, h. e. aemulatus. *Μέλεαγρον*, nobilem pugna adversus Curetes; cf. Boeckhium supra. Erat ille Herculis Thebani affinis. *Amphiaraus* qui in bello Argivo occubuerat, magnopere cultus est apud Thebanos. Commemoravimus *Ἀμφιαράϊον* prope urbem, ad Nem. IX, 25. Quamquam igitur Argivorum adversus Thebas expeditionem non laudavit Pindarus, Amphiaraum tamen cum laude memorat, qui esset inter heroes *ἐπιχωρίους*. *Hectorem* pro illustri virtutis exemplo laudat etiam Nem. IX, 39. in carmine Chromio scripto, qui ex *Τλέων* tribu videtur fuisse. Fuit Hector peregrinorum heroum honestissimus.

www.libtool.com.cn

Imprimis tamen memorabilis traditio est de Hectore apud Thebas sepulto, cf. Aristot. Epigr. 41. T. I. p. 182. Anal. Br., Pausan. IX, 18, 4. Tzetz. ad Lycophr. 1194., quam si a Pindaro spectatam ponas, minus etiam mireris tam honorificam Hectoris in his duobus carminibus commemorationem. Sententia haec est: *Tu plane talem te praebuisti, qui summos heroes aemulatus fortissime pugnans pro patria occubuisti.* Ad vs. 33. scribit Hermannus apud Heynium: „Hiatus in verbis *Ἀμφιάρηόν τε, εὐανθέα* aut excusandus est aut indicium putandum vitiatae lectionis. Nam continuari numeros certissimum est." *Πολίμοιο νείκος* notum ex Homero, Iliad. *ν*, 271. 333. Odyss. *σ*, 263. *Ἔσχον, sustinuerunt*, Iliad. *ξ*, 57. *Ἐσχάταις ἐλπίσιν, extrema spe*, h. e. in summo discrimine. His peractis addamus nonnulla de toto hoc loco. Maximam fuisse pugnam, de qua Pindarus loquitur, quaque in summum discrimen urbs veniret, post ea quae legimus dubitari nequit. Plane non noveris pondera Pindaricorum verborum, nisi sentias eum gravissimis uti verbis. Talia sunt *νεφέλα Ἄρεος, χάλαζα αἵματος, πολέμοιο νείκος ἔσχον ἐσχάταις ἐλπίσιν;* spectat eodem quod de summo honore dicit virorum pro patria mortuorum, et quod luculentissima laude ornat Strepsiadem, tribus eum eximiis heroibus comparans. Post tantam igitur calamitatem quum ei carmen epinicium componendum esset, non potuit melius facere quam fecit. Composuit, ut supra iam dixi, hoc carmen ad erigendos et firmandos civium animos. Orditur igitur a priscis ornamentis urbis, transit ad recentia ornamenta, Strepsiadae victoriam pancratiasticam et avunculi eius gloriosam mortem, quo loco quum calamitas accepta significanda esset, facit tamen hoc ita, ut non tam afflictum te sentias recordatione malorum, quam firmatum et erectum tanti viri mortui cogitatione. Atque ita tandem manifestum est, non esse desperatas res urbis quae et prisco tempore clara fuerit favore deorum virtutibusque bellicis, et recenti memoria in hoc ipso bello fortissimos propugnatores habuerit.

Vs. 37. usque ad fin. Quod aliquoties monuimus, monendum etiam hic est, Pindarum ubi prima persona utatur, se ipsum intelligere. Causa autem, quare se nunc nominat, haec est. Non dixerat aperte, gravi proelio urbem esse victam, multosque viros caesos, sed urbis nomen plane tacens ita rem tractaverat, ut non tam de publica clade, quam de Strepsiadae morte loqui videretur. Hinc non dixit: *ἕτλα δὲ πόλι πένθος οὐ φατόν,* sed revocavit rem ad se, et quemadmodum antea de sola Strepsiadae morte locutus est, sic nunc eius potissimum luctum profitetur, quamquam haud dubie non hunc solum doluerat, sed universam tum illatam cladem cum tota civitate. Noluit enim, ut dixi, apertius eloqui publicum luctum. Sic miro poetae artificio factum, ut quamquam nonnisi de Strepsiadae morte et Pindari luctu legentes, multorum tamen virorum cladem intelligamus factam, ut publicum civitatis luctum sentiamus. Significavit omnia quae volebat, nec tamen laesit quemquam. Saepe iam vidimus subtile Pindari iudicium in huiusmodi rebus tractandis; tam admirabilis ille in hoc genere artifex, ut quem ei comparem, sciam neminem. *Γαιάοχος,* Neptunus Isthmi dominus, qui victoriam Isthmiam Strepsiadae concesserat. Idem tempestatum potens: quare etiam sic aptissime hanc tempestatem dissipasse dicitur. Eadem de causa, opinor, *γαιάοχον* nunc maluit quam *σεισίχθονα* appellare. Ceterum sensus: *Ac nunc laetiorem diem video, victoria Strepsiadae a Neptuno concessa. Ἀείσομαι χαίταν σεφάνοισιν ἁρμόσαις, canam igitur nunc laete caput coronis ornatus.* Pendet haec sententia ex antecedente, eiusque quodammodo apodosis est, quare copula nulla opus fuit. Vidimus passim similia, ut Nem. VI, 29. *Ἀείσομαι* de cantu in his ipsis epi-

www.libtool.com.cn

niciis intellige; praesentem fuisse Pindarum non est quod dubites. Quare χαίταν dicens, suos ipsius crines intelligit, quamquam idem faciebant ceteri, qui praesentes erant. Pergit: Ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος — αἰῶνα. *At deorum ne turbet invidia quas iucunditates quotidianas persequendo tranquillus accedam ad senectutem et fatale vitae tempus.* Non potest iungi: μὴ θρασσέτω (ἐς) γήρας ἔς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα, h. e. conservet usque ad senectutem mortemque, in quo pro μὴ θρασσέτω substitutum vides σωζέτω, quod non legitur. Deinde ex hac ratione iungitur: ὅ,τι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων ἔκαλος ἔπειμι, quod inutilem ornatum habet verborum διώκων ἔπειμι, nec sententiam plane aptam. Non dicit: Ne turbet deus iucunditates quas persequi de die in diem securus constitui, sed hoc vult, opinor: *At deus ne turbet quorum fructu securus accedam ad senectutem mortemque.* Τερπνὸν ἐφήμερον dicitur ut τροφὴ ἐφημέρος. Non fugiet te eximia horum verborum modestia. Θράσσειν est idem quod ταράσσειν, de quo nuper data opera exposuit Buttmannus in Lexilogo p. 211. De invidia deorum omnia nota. Ceterum cum Boeckhio iudico hanc locutionem imprimis convenire ei, qui aut propinquus sit senectuti, aut in limine senectutis constitutus, ut vires decrescere sentiat. Ac non agnosco adolescentem in modestissima hac eximieque placida oratione. Ἐς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα, *ad extremum vitae tempus*, ἐς τὸ μόρσιμον ἦμαρ. Quid amplius subsit huic loco, facile intelligas. Monui supra poetam suam induxisse personam, ne de publico civitatis luctu diceret. Quamquam igitur nunc pergit e sua persona loqui, et recte pergit, tamen haec in eandem illam sententiam interpretanda puto. Verus enim sensus totius loci hic mihi videtur: *Tulimus gravem luctum; tamen nunc restitutam habemus fortunam et iucundiora videmus, qualis etiam haec est Strepsiadae victoria. Simus igitur laeti. Deus autem conservet haec, neve turbet modestum iucunditatum fructum.* Senties sic haec optime convenire cum universa ratione carminis; quamquam pulchrius rem ad se revocavit. Θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες, δαίμων δ' ἄϋσος. *Nam mors quidem nobis omnibus instat, at fortuna, qua utimur, diversa est; quare illam quidem deprecari non licet, at fortunam bonam optare non nefas, modo ne immodica affectet aliquis.* Παπταίνειν ut Olymp. I, 114. Pyth. III, 22. *Βραχὺς ἐξικέσθαι κ. τ. λ., sciat se nimis imbecillum, quam ut possit assequi caelum.* Constructionem vidimus Nem. X, 19. ὅτι πτερόεις ἔρριψε Πάγασος κ. τ. λ., *quandoquidem Bellerophon, quum hoc tentasset, deiectus est.* Tectius hanc rem tractaverat Olymp. XIII, 87. in carmine apud Corinthios canendo; nunc aperte loquitur, ut par erat. Denique pauca de sententia ipsa addenda sunt. Dissuadet Pindarus, ut perspicuum est, insolentiora consilia et audaciores conatus; nam de se eum non loqui, manifestum; dicta haec vult aliis. Utitur autem huiusmodi sententiis poeta, quantum video, imprimis quum homines fortunatiores ad modestiam hortandos censet. Quamquam igitur videri possit haec nunc solis civibus suis dicere, apud quos post pugnam ad Oenophyta populare erat imperium, tamen quum non videatur ea tum fuisse Thebanorum fortuna, ut maiora affectarent, assentior Boeckhio, Athenienses potissimum tangi statuenti. Videtur igitur nexus sententiarum esse hic: *Deus conservet nobis fortunam restitutam, neve turbet modestum iucunditatum fructum. Neque enim sequemur eorum rationem, qui nunc superbiora moliuntur, non reputantes, acerbos habere exitus res contra ius fasque tentatas.* Denique expetit Strepsiadae etiam Pythiam victoriam. Videtur enim ille iam tum in animo habuisse, proximum Pythium certamen adire; ut cum novorum ornamentorum spe carmen absolvere licuerit. Sententiam vs. 47. positam ita laudat Plutarchus de aud. poet. c. 4. τῷ πὰρ δ. γλυκεῖ πικρ. μ. τελ. Versu ultimo Boeckhius nunc praefert lectionem Πυθόϊ ob auctoritatem veterum ap. Choe-

www.libtool.com.cn

roboscum Bekkeri, cuius haec verba sunt: *Ἔστι δ' εἰπεῖν ὅτι ἀναφέρουσί τινες τῶν τεχνικῶν μίαν χρῆσιν διάστασιν ἔχουσαν τοῦ ο καὶ ι παρὰ Πινδάρῳ· ἐκεῖνος γὰρ εἶπε τῇ Πυθόϊ.* Quo loco usus est Buttm. Gr. Gr. ampl. T. I. p. 186. recte comparans a Gerhardo inventum *αἰδόϊ* Iliad. *κ*, 238.

I S T H M. VII.

Scriptum esse hoc carmen non diu post bellum Persicum depulsum Olymp. 75, 2. quum perspicuum sit e prooemio, Muellerus Aeginet. p. 141. Isthmiam Cleandri victoriam reportatam statuit proxima Isthmiade Olymp. 75, 3. At enim sic plus anni spatio praeterlapsum est post finem belli, antequam hoc carmen scriberetur; poeta vero tam gravibus utitur verbis tamque recentem prodit luctum, ut proxime post pugnam Plataeensem Thebarumque obsessionem haec cecinisse videatur. Dices, Olymp. 75, 2. quo anno haec gesta, non acta Isthmia, quae primis et tertiis Olympiadum annis celebrabantur. Recte; hinc aliam rationem proponit Boeckhius, cui plane assentior. Vicerat Cleander pancratio in Isthmo et Nemeae, ut ex prooemio patet; ponamus igitur hanc secundo loco nominatam victoriam Isthmia fuisse posteriorem. Isthmia, quam memorat Pindarus, reportata erat Olymp. 75, 1. aut etiam prius, Nemeaeam autem si reportavit Cleander hibernis ludis Olymp. 75, 2. sex fere menses post Thebarum obsessionem hoc carmen fuit scriptum propter Nemeaeam victoriam, ut erraverint grammatici, qui inter Isthmia posuerunt, quod Nemeis adnumerandum erat. Cum hac ratione pulchre mihi convenire videntur etiam cetera, quae in hoc carmine leguntur. Quemadmodum enim carmen antecedens vidimus ad firmandos Thebanorum animos post acceptam magnam belli cladem esse scriptum, sic huius carminis rationem vix intelligas, nisi patriae urbis fortunam tum molestissimam statuas a poeta spectatam, atque inde explices mythicas fabulas Aeginetis propositas. Non potuisse quae in hoc carmine tractantur, omnia sic dici propter Cleandri aut Nicoclis in fine memorati victorias gymnicas, omnes sentiant necesse est; quare aut aliena congessit poeta, aut maiora significare voluit, quae mythicis fabulis essent docenda. Qua de re infra suo loco dictum est explicatius. Cantatum est carmen, ut liquet e prooemio, in Aegina ante aedes Telesarchi patris, in vestibulo, quemadmodum Nem. I. ante aedes Chromii. Ceterum Cleander non tum Isthmia *ἐν παισὶ* vicit, quod putabat Heinrichius in libro a Rambachio edito Kronos 1801. p. 293.

Vs. 1—15. Principium carminis. Prima haec sunt: *Cleandro aliquis eiusque robori iuvenili compensationem claram laborum, o iuvenes, patris Telesarchi splendidum vestibulum adstans, suscitet cantum epinicium, Isthmiae victoriae praemium et quod Nemeae palmam adeptus est.* Orditur coryphaeus, Pindari partes agens, quem puta haec dicere, choro Telesarchi vestibulum occupante. *Ἀλικίᾳ*, iuventuti, robori iuvenili, quemadmodum intellexit Scholiastes aliique. Cum enim maturis annis duas hasce victorias reportasset Cleander, consulto poeta etiam iuventutem commemorat. Quare non video quod displiceat, quum etiam *λύτρον καμάτων* adiectum sit. Ac sodales intelligi non possunt, siquidem non constat, quosnam hic dicere potuerit poeta sodales. Pronomen *τίς* usitatum in hortationibus, ubi omnes intelliguntur, ut Iliad. *β*, 382. *ρ*, 227.

www.libtool.com.cn

Herod. VIII, 109. *Λύτρον εὔδοξον καμάτων*, ut *μέλος καλλίνικον λυτήριον δαπανᾶν*, Pyth. V, 106. ac nota sunt *ἄκος*, *ἀμοιβὰ*, *ἄποινα μόχθων*. Porro non potest iungi: *ὅτι ἐξεῦρεν ἄποινα Ἰσθμιάδος νίκας καὶ κράτος ἀέθλων Νεμέᾳ*, quum *νίκας ἄποινα* non dicta sint pro victoria ipsa, nec potuerint dici, sed praemium victoriae significent hymnum. Mox *κράτος*, ne repeteret vocem *νίκαν*. *Αἰτέομαι*, *rogor*, usu rariore. Usitatiora sensu passivo participia, *αἰτούμενος*, *αἰτηθείς*, et composita *ἐξαιτοῦμαι*, *ἀπαιτοῦμαι*. De activo sensu hic cogitari non potest. Hortatus erat iuvenes ad canendum, addit: cui et ego postulor rogorque ut Musam vocem, h. e. operam meam navem. Quaeras cur non dixerit: *τῷ καὶ ἐγὼ αἰτέομαι κωμάζειν*, vel simile quid. Nempe de Cleandro nonnisi hic et in fine dicit; quare quae dicit pauca, quam ornatissime dicenda erant. Atque ornatum habet etiam prima periodus, unde sunt illa: *Κλεάνδρῳ ἀλκίᾳ τε, λύτρον εὔδοξον καμάτων*, cetera. Ex verba *καίπερ ἀχνύμενος θυμόν*, vides etiamtum in moerore fuisse poetam; de qua re et in introductione diximus et paullo post dicemus. Nunc tenendum est, praeparari his verbis alteram prooemii partem, ad quam hinc transit. *Ἐκ μεγάλων δὲ πενθέων — θεράπευε, quum autem magnis malis liberati simus, neve in penuriam incidamus coronarum, neve moerorem foveamus*, s. *neve iucunda studia omittamus, neve calamitatum luctum foveamus*. Sunt enim haec ita interpretanda, ut appareat, cur *μήτε — μήτε* dixerit. Pro rebus iucundis nominat, ut par erat, certaminum coronas. *Παυσάμενοι δ' ἀπρήκτων κακῶν — πόνον, sed deposito inutili luctu dulce quid populo ludamus etiam post laborem.* *Ἄπρηκτα* explico *inutilia, quibus nihil proficias*, quemadmodum fecit Boeckhius. Similiter explicat Scholiastes. Notus versus Hom. Iliad. *ω*, 524. *οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο*, coll. vs. 550. Odyss. *κ*, 202. Iam vides, *κακὰ* esse curas, dolores, qui usus non rarus; cf. Odyss. *ι*, 460. *Δημοῦσθαι*, in publicum proferre quod iucundum sit, edere quod gratum sit populo. Scholiastes interpretatur *παίζειν καὶ εἰς τὸν δῆμον ἄγειν*, Hesych. inter alia, *δημοσίᾳ παίζειν*. Adde Etym. M. item vocem *δαμώματα*, quae, ut Hesychium omittam, ap. Suid. exponitur *τὰ δημοσίᾳ ᾀδόμενα*, ad locum Aristophanis expressum ex Stesichoreo: *Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων ὑμνεῖν* (v. Schol. Aristoph. Pac. 798.). Dictum igitur honesto sensu, quamquam alibi etiam pro *θωπεύειν* et *δημοκοπεῖν* dicitur. Atque hoc loco etiam propterea hac voce usus videtur poeta, quia ante aedes canebatur carmen. *Τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε Ταντάλου λίθον* explico: *quandoquidem maximum illud proxime impendens periculum depulit nobis deus;* neque enim sine causa addidisse videtur particulam *γε*. Ergo non dicit omnia pericula depulsa, sed illud, quod gravissimum omnium erat. Hoc quo spectet, paullo post ostendam. Ceterum de Tantali saxo cf. ad Olymp. I, 57. *Ἀτόλματον, intolerabilem*, quemadmodum saepe *ἄτλητος*. Quae addita sunt, *Ἀλλά μοι δεῖμα μὲν παροιχόμενον καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν*, opponuntur proxime antecedentibus. Sensus: *Verum terror quum sublatus sit, gravis mihi cura soluta est.* Genus dicendi notum: Horat. Carm. II. 4, 10. *Ademptus Hector tradidit — Pergama Graiis:* adde I, 13, 19. I, 37, 13. Etiam deesse videas participium in hac constructione, ut Sophocl. Ai. 665. ubi v. intt. *Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ἀεὶ πέλει χρῆμα πᾶν, praesentia ubique spectare praestat.* Sententia saepe lecta apud Pindarum, diverso tamen ubique sensu. Hoc loco, quum Scholiastes explicet: *πᾶν δὲ προσήκει τὸ παρὰ πόδας πρᾶγμα σκοπεῖν καὶ εὖ διατιθέναι*, videri potest scriptum fuisse: *ἄρειον ἀεὶ σκοπεῖν*, quod fortasse etiam sententiae aptius: et probat etiam Boeckhius. Non dicit Pindarus: Praesentia semper potentiora sunt homini, monstrante sequente sententia, sed hoc vult: Praesentia semper prae ceteris curanda sunt, quum dolosum sit hominum aevum, nec constet quid futurum

www.libtool.com.cn

tempus ferat. *Δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται ἕλισσων βίου πόρον, insidiosum enim tempus hominibus incumbit varie flectens vitae cursum. Αἰὼν*, ut Isthm. III, 18. Cum flumine comparavit vitam, ut significaret eam non semper recto cursu labi. *Ἰατὰ δ' ἔστι — καὶ τὰ, sanabilia tamen sunt hominibus cum libertate etiam haec.* Quaenam? Credas eum redire ad superiora, et de belli Persici calamitatibus loqui. Sed hoc nego. Non dicit: Sanabilia sunt *nobis* etiam haec, sed dicit: Sanabilia sunt *hominibus* etiam haec; quare manifesto loquitur de fortunae dolosae casibus. Sensus igitur hic est: *Sed etiam haec dolosae fortunae incommoda sanabilia sunt hominibus, qui libertatem habent. Quare bona spes fovenda.*

Dicendum iam accuratius de ratione prooemii et universi carminis. Vides Pindarum indicatis duabus Cleandri victoriis statim transire ad commemorationem belli maximi nuperrime depulsi, ex quo etiam tum moerebat. Pugnata enim erat non diu ante in Boeotia gravissima pugna, verterat deinde belli ira versus Thebas, victore Graecorum exercitu hanc urbem aggresso, ut si haec scripsit poeta sex mensibus post, non posset non etiam tum commotus esse tantarum rerum terroribus. Verum de hoc diximus supra; nunc videndum est, *quomodo* haec tractet poeta. Quum ista mala praeterita sint, non indulgendum, ait, dolori, sed ad iucunda studia redeundum. Tamen hoc dicens relabitur simul iterum iterumque ad ipsorum malorum cogitationem, unde illa in paucis versibus congesta: *ἐκ μεγάλων δὲ πενθέων λυθέντες, τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς Ταντάλου λίθον, ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον, δεῖμα παροιχόμενον, καρτερὰν μέριμναν.* Quamquam igitur hoc agere videtur poeta in prooemio, atque etiam agit, ut revocet animum a luctu ad spem melioris fortunae, tamen aegre recedit ab illorum temporum cogitatione, minusque etiam levatum curis se prodit, quam exspectes post bellum plane depulsum recuperatamque libertatem; immo illud quidem saxum, *τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε λίθον*, sed non omnia pericula depulsa significat; *δόλιον* enim *αἰῶνα ἐπ' ἀνδράσι κρέμασθαι*. Addit quidem, *ἰατὰ δ' ἔστι βροτοῖς σύν γ' ἐλευθερίᾳ καὶ τὰ*, sed nihilominus, fuisse etiam tum quod eum graviter moveret, nemo non videt. Num igitur tantopere fractus erat dolore calamitatum, ut nondum confideret inexspectatae fortunae, et nova mala futura sibi fingeret, vano anxius timore? Scripsisse eum haec non diu post bellum dixi; nunc quaero, quid eum tantopere sollicitum habuerit, ut etiam tum sic luctaretur cum moerore ut facit, et cur Aeginetis haec cecinerit, quorum ab insula procul fuerant ultimi terrores belli. Vides quid velim; quo consilio ita dixerit quaero, et quo nexu haec iuncta sint cum reliquo carmine. Accipe hinc meam de hac re sententiam. Bello Persico depulso libertatem restitutam habebant omnes; Thebani tamen invisi erant ceteris ob *Μηδισμόν*. Viderant nuperrime victorem Graecorum exercitum ante muros, *τοὺς μηδίζοντας* expostulantem, nec potest esse dubium, quin etiam post obsidionem molestissima aliquamdiu habuerint tempora, in tanto Graecorum odio. In hac igitur molestia, Thebanus vates graviter commotus praeteritorum malorum recordatione et futurorum metu, quum ei carmen in Aeginam mittendum esset, ad Aeginetas se convertit, iam diu Thebanorum socios, quorum tum permagna erat potentia et auctoritas, ne deserant urbem amicam, et ut ad placandos Spartanorum et Atheniensium animos cohibendasque eorum minas operam suam praestent. Quam quidem rem quum sibi tractandam proposuisset poeta, mythicis, ut par erat, usus est fabulis, de quarum ratione nunc dicendum. Ac primum quidem vides, eum in sequentibus commemorare id quod in hac re maximum erat, cognationem dico priscam duorum populorum. Hinc ad Aeacum et Aeacidas transit, quorum duas virtutes primarias explicans Aeginetis ostendit, ipsorum laudes quales sint qualesque

www.libtool.com.cn

velit esse. Fuit apud vos, ait, ex Iove prognatus Aeacidarum pater Aeacus, pacificator unus omnium celeberrimus, qui etiam diis lites composuit; quique ex eo nati sunt filii, et fortitudine et modestia ac iustitia fuerunt conspicui. Quum enim alio tempore lis esset inter potentissimos deos ob Thetidem, pacem composuit Themis ita, ut Peleo, homini omnium maxime pio, Thetidem in matrimonium dari iuberet, quam rem quum probassent dii, statim factae nuptiae, ne bis litem moveret Thetis, ipso etiam Peleo nobile deorum consilium adiuvante. Quare nuptiae Pelei firmarunt pacem deorum. Sic prisco tempore heroes vestri egerunt, atque hinc orta etiam altera gentis eximiae laus. Qui enim natus est ex illo matrimonio Achilles, bellicae Aeginae gloriae princeps est unus omnium celeberrimus. Verus ille Troiae victor dicendus, quemadmodum nuper vestrae copiae primum fregerunt barbarorum vim ad Salaminem, quare etiam laude digni sunt vestri imprimis pugnatores, quemadmodum Achilles post mortem canebatur ab ipsis Musis. Repete iam omnia, et videbis ea conspirare ad unum finem. Orditur a recordatione belli nuperrime depulsi, eaque se graviter ostendit commotum, significat, etiam dum scribat, nondum omnes metus remotos; tamen bonam spem resumit et ad cantum accedit; nam Aeginam canendam esse, cognatam insulam, cui non debeat deesse Thebanus vates. Exponitur hinc data opera de Aeaco et Peleo pacificatoribus, ut facile sentias, quae per tot versus continuata sunt, non sine gravi causa enarrata esse. Denique alteram celebrat Aeacidarum virtutem, bellicam dico, Achillis maxime factis conspicuam, in quo non obscure Aeginetarum ad Salaminem facinora ceterorum rebus ad Plataeas gestis praefert; significatque ita, par esse, ut quae nuper palmam tulerit insula ad Salaminem fortitudine ab Aeacidarum gente propagata, ea etiam iustitia et modestia, heroibus suis propria, ceteris civitatibus praefulgeat. Sic carmen pro hymno est in Aeginam, ad quam se convertit poeta Thebanus, *ut, qui prima libertatis fundamenta iecerint Graeciae, ab iis nunc etiam fructum libertatis securum habeant Thebae.* Atque haec quidem dicenda fuerunt de ratione carminis.

Vs. 15—25. De cognatione Aeginae et Thebae et de Aeaco pacificatore. *Χαρίτων ἄωτον προνέμειν, oportet Thebanum vatem Aeginae Gratiarum ornatum, carminum laudem, tribuere prae aliis. Προνέμειν* est tribuere alicui prae aliis, dictum ut *τιμὴν νέμειν.* Porro, si poeta dixisset, *χρὴ μὲν — χρὴ δὲ*, has quidem duas sibi iunxisset sententias, sed non iunxisset priorem earum cum antecedentibus. Quare etiam in primo commate dixit *χρὴ δέ.* Monuit etiam Hermannus hac de re, et ille quidem contra Boeckhium, qui tamen se in eadem sententia esse mihi perscripsit, etsi haec non exposuerit, quum tantum de repetito *χρὴ*, non de particulis *μὲν* et *δὲ* diceret. *Ταρὸς σύνεκα — βασιλεῖ, quia patris sui fuerunt geminae filiae, Asopidum natu minimae, et Iovi placuerunt.* De Asopo Thebae et Aeginae patre dictum ad Nem. IV, 22. Monitum ibi etiam de amicitia et foedere circa Olymp. 68. a duobus populis facto, sed Pindarus tamen nec hic nec alibi memorat, iure suo se continens in mythi-

Atque in hoc quidem carmine quum cautissime omnia tractanda essent, etiam rudens fuisset, si ad politicam hanc societatem provocasset, quamquam eam ipsam panis conservari cupit. *Ἀσωπίδων θ' ὁπλόταται.* „Recte, ait Hermannus in nona Heynii editione, se habent haec. Duae, inquit, et natu minores filiae." Mihi quomodo displicet *θ'*, quoties hunc locum lego. *Διδύμας* eas dicit Pindarus, uno partu editas, ut proxima, quae quidem esse potest, cognatione eas significet nctas. Atque hoc unum hic ut ostenderet agebat. Iam qui contendat recte hic geminae fuerunt et natu minimae, ei docendum est, cur separaverit poeta haec

www.libtool.com.cn

epitheta, et quid indicare voluerit hac separatione. Hoc autem difficile dictu sit, nisi argutias captes. Immo hoc agit poeta, opinor, ut quam accuratissime indicet originem earum. Quare quum hoc unum dicendum esset, fuisse eas geminas sorores, maluit dicere, esse eas uno partu editas post ceteras Asopi filias, ut quum etiam illud constet natu minimas eas fuisse, intelligatur perspicua traditione originem earum esse cognitam. Hinc perspiciet lector, quare equidem ϑ' delendum censeam. Ceterum viginti tradit fuisse Apollodorus (III, 12, 6.) Asopi filias. Deinde cur addatur: *Ζηνί τε ἄδον βασιλεῖ*, ex sequentibus patet. Honore etiam, ait, simili dignatae sunt; quae sententia et per se apta hic est, et viam parat ad Aeacum. *Φιλαρμάτου*, cf. ad Olymp. VI, 82 sqq. Hoc loco simul videtur de heroicis temporibus cogitandum: adiecit hoc poeta, ni fallor, ut quum Aeacidarum currus celeberrimi essent, etiam bellicis studiis obiter significaret Thebas Aeginae non fuisse dissimiles. *Σὲ δὲ*, vocativo utitur, recte; nam in Aegina haec canebantur, de Aeginae filiis data opera dicturus est. *Οἰνοπία*, vetus Aeginae nomen, alibi apud Graecos non lectum; habet tamen etiam Ovid. Metamorph. VII, 472. Disputat de hoc nomine Mueller. Aeginet. p. 8. *Κοιμᾶτο*, ut Odyss. ϑ, 295. *τῇ δ' ἁσπαζὸν ἑείσατο κοιμηθῆναι*. Ceterum de Aegina a Iove in Oenopiam translata vide dicta ad Nem. VIII, 3. *Βαρυσφάραγος* Neptunus, ut *ἐρισφάραγος* in Hom. Hymn. Merc. 187. *Κεδνότατον ἐπιχθονίων, ὃ καὶ δαιμόνεσσι δίκας ἐπείρανε, sapientissimum hominum, qui etiam diis lites composuit.* „Attingit, ait Heynius, fabulam mihi ignotam; debuit aliquando Aeacus arbiter sedere inter deos litigantes." Tamen traditio fuit haud dubie certa. Dictus Aeacus communi antiquitatis sententia *iustus*, Cicer. Off. I, 28. Graecorum omnium *sanctissimus*, Plutarch. Thes. 5. *βουλαῖς ἄριστος*, cuius auctoritatem vicini reges venerabantur, cf. Nem. VIII, 8 sqq. fuerat quum aliorum foederum tum pacis inter Scironem et Nisum Megarenses auctor, cf. Pausan. I, 39. 5. Vide de his disputantem Mueller. Aeginet. p. 20, 21. Quare quum ille Iovis esset sanctissimus sacerdos et pro numine adeo coleretur (cf. Mueller. Aeginet. pag. 161. et Nem. VIII, 17.), potuit etiam hoc in fabulis esse, eum ipsis diis lites composuisse, nec semel tantum, siquidem imperfecto utitur poeta. Nec illud mihi obscurum videtur, cur maluerit reconditiora hoc loco Pindarus. Quum enim de Aeaco pacificatore eo consilio agat, ut quid ab Aeginetis exspectent Thebae, significet, tecte dicere debuit. Hinc quas Aeacus hominum lites composuerit, plane tacet, satis habens memorare quod maximum in eo genere rex divinus praestiterat, quemadmodum etiam sequens fabula est de lite inter deos. Hominum lites si exposuisset, vides eum indecore declaraturum fuisse, quod quam cautissime tractandum erat. *Πειραίνειν* pro *περαίνειν* notum ex Homero, Odyss. *μ*, 37. *Τοῦ μὲν ἀντίθεοι — ϑυμόν, huius divini filii et nepotes principes erant fortitudine in pugnis, et modesti prudentesque animo.* Iunge *ἀνορέᾳ ἀρίζευον*, s. *ἄριζοι ἦσαν*, tum *ἀρίζευον χάλκεον ζοννοιντ' ἀμφέπειν ὅμαδον*, ut *ἀριζεύεσκε μάχεσθαι* Iliad. *λ*, 746. *Ἀμφέπειν ὅμαδον*, quemadmodum *ἀμφέπειν μόχθον* Pyth. IV, 263. Quaeras cur non iunxerim, *ἀνορίᾳ ἀμφέπειν ὅμαδον*. Nempe non memini me legere, *ἀρετῇ μάχεσθαι*, virtute pugnare pro *fortiter pugnare*, quare hac quoque de causa mihi displicet quod in Epigrammate apud Demosth. de cor. p. 322. Iacobsius coniecit, *μαρνάμενοι δ' ἀρετῇ δίχα δείματος*; cf. Anthol. T. II. p. 841. ibiq. Not. p. 944. Porro sensus est: Habuit Aeacus etiam filios et nepotes insignes, ornatos virtutibus duabus maximis, quae possunt esse hominis, *ἀνορίᾳ* et *σωφροσύνῃ*. Ac de fortitudine postea dicet, nunc secundo loco nominatam virtutem persequitur, eam ipsam ob causam secundo loco nominatam. Nec temere, opinor, filios et nepotes commemorat; toti enim genti communes monet fuisse has virtutes.

www.libtool.com.cn

Vs. 26—47. Sequitur iam nobilis locus de lite Iovis et Neptuni super Thetide, a Themide composita. De fabula cf. Apollon. Rhod. IV, 794 sqq. Schol. Lycophr. 178. Apollodor. III, 13, 5. Aeschyl. Prometh. 926 sqq. Quint. V, 338. Schol. Hom. Il. *α*, 519. quae iam Heynius attulit. In locis postremo allatis tribuitur Prometheo vaticinium, quod Themis hic edit, qui tamen a Themide acceperat. Ac Pindarus cur non memoret Prometheum, manifestum est, qui ipsam *πρέσβειραν* deam inducere debuit in concilio deorum has lites componentem. Omnino haec fuisse videtur antiquior traditio; Prometheo tragoedia demum nobilissimum vaticinium tribuisse videtur. De consilio poetae in hoc loco adornando diximus supra; coniecimus enim eius sensum esse hunc, etiam Pelei celeberrimas nuptias ad litem aliquam gravissimam componendam factas esse, fuisse igitur etiam hunc aliquando pacis firmatorem constitutum iustitia sua. Hoc etiam nunc teneo; tamen quum plus etiam videri possit in hoc loco inesse, nonnulla adiicienda sunt. Quum enim hoc agat Themis, ne Thetis Iovi aut Neptuno nupta edat filium aliquem potentissimum, qui praesentem rerum statum evertat, suspicetur aliquis simul hoc inesse: Nec Spartanos nec Athenienses, principatus cupidissimos, virium accessione auctos, edituros quod utile sit Graeciae; esse igitur, quas neutris dari fas esset, Aeginae datas vires, ut iis non ad perniciem sed ad salutem Graecorum uteretur; quod eam et fecisse ad Salaminem et facturam in posterum. At enim non litigarunt tum sic inter se Spartani et Athenienses, nec communi consensu Aeginae palmam dederunt, ne bis oriretur lis, neque etiam futuro tempore tale quidquam eventurum credibile erat. Quare haec quidem explicatio non apta est. Dicas igitur non de imperii sed de gloriae certamine cogitandum, ut hic sensus sit: Vos autem Athenienses et Spartani ne litigetis, utrius civitatis maior sit ex hoc bello gloria; neutri vestrum hoc utile nec fato concessum; imitemini deos, deferatis communi consensu Aeginae, minori civitati, gloriae palmam, ut quamprimum exstinguatur ista vestra lis nobis omnibus periculosa; Aegina, iustissima insula, plane digna hoc honore; usa est viribus suis et utetur in posterum ad veram Graeciae salutem. Sed ni fallor, hoc est hariolari, non interpretari poetam. Non Atheniensibus et Spartanis nunc canit Pindarus, nec multum lucratus esset huiusmodi consiliis, quae isti risissent, non secuti essent; sed Aeginetis scripsit hoc carmen, horum officia patriae suae expetit, hos vult esse pacificatores in turbatis Graeciae rebus; his igitur proponit Aeacidarum pacificatorum virtutes. Quae quum ita sint, quod Themis monet de Thetide neque Iovi neque Neptuno danda, hoc meo iudicio plane non pertinet ad res politicas istius temporis, sed nonnisi ad eam ipsam rem explicandam a Pindaro appositum est, quae inter deos agebatur. Praemisit hoc Themis, ut appareret, quare homini Thetidem dari iuberet. Haec addenda censuimus ad sententiam nostram firmandam. Accedimus ad singula. *Ταῦτα καὶ μακ. ἐμ. ἀγοραὶ*, nempe ob has virtutes Peleo decreta Thetis in concilio deorum. *Ζεὺς ὅτ' ἀμφὶ Θέτιος — γάμῳ*, de quo Apollod. III, 13, 5. *περὶ ἧς τοῦ γάμου Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν ἔρισαν*. Collocatio verbi *ἔρισαν* dura non est; durius Alcmanicum schema Odyss. *κ*, 513. Iliad. *ε*, 774. *υ*, 138. *Ἄλοχον εὐειδέα*, nempe cupiens uterque, ut Thetis uxor pulchra sibi esset, ut *φίλτατον πόσιν ἢ υἱὸν εὔχοντ' ἔμμεν* Pyth. IX, 102. *Ἄμβροτοι θεῶν πραπίδες* non sunt Iovis et Neptuni sed ceterorum deorum consilia, qui cognito vaticinio dissuadebant nuptias iis, nec concedebant ut perficerentur. Ceterum Hermannus in novissima editione Heynii *ἐπάκουσαν* reponi mavult quam *συνίεν*: illud Boeckhius nunciat se quoque olim margini exemplaris sui adscripsisse, sed tacite damnasse, quod *ἤκουσαν* ob dialectum gravius sibi esset suspectum visum. *Εὔβουλος*, cf. ad Isthm. VI, 8. *Οἱ*,

www.libtool.com.cn

Eurip. Iphig. Aul. v. 717. Agamemnon interrogatus a Clytaemnestra: *τίνι δ' ἐν ἡμέρᾳ γαμεῖ* (Achilles Iphigeniam), respondet: *ὅταν σελήνης εὐτυχὴς ἔλθῃ κύκλος.* Notat Schmidius: „Sane circa hoc tempus nuptiae auspicatiores per experientiam etiam hodie censentur: sicut circa Lunam silentem inauspicatae." Fuit fortasse illa veterum Achaeorum sententia; certe aliter Athenienses censebant, ut refert Proclus ad Hesiod. Opp. et D. 782. de medio mensis tempore loquens: *ἔχει δέ τινα καὶ πρὸς γάμους ἐναντίωσιν τῆς σελήνης πάμπολυ τοῦ ἡλίου διεχώσης. διὸ καὶ Ἀθηναῖοι τὰς πρὸς σύνοδον ἡμέρας ἐξελέγοντο πρὸς γάμους, καὶ τὰ Θεογάμια ἐτέλουν, τότε φυσικῶς εἶναι πρῶτον οἰόμενοι γάμον τῆς σελήνης οὔσης πρὸς ἥλιου σύνοδον.* Hesiodus quartum mensis diem commendat, l. c. vs. 800. *Ἑσπέραις* dictum videtur de horis vespertinis s. nocturnis unius illius noctis *διχομηνίδος*, ut *νύκτες* sunt horae nocturnae apud Atticos; cf. Heindorf. ad Protag. p. 463. et apud alios, ut in Fragm. Sapph. Ac neutrum plurale *ἕσπερα* pro horis vespertinis habet Hom. Odyss. ρ, 191. fuitque ipsum *ἑσπέρα* proprie adiectivum. De zona virginitatis cf. Schrad. ad Musaeum p. 343 sqq. Spanh. ad Callimach. Hymn. in Iov. 21. in Dian. 14. Burmann. ad Ovid. Heroid. II, 116. Dicitur ea nunc *χαλινὸς*, h. e. *δεσμὸς* virginitatem cohibens. Respicit huc Suidas v. *λύει*, sententiam pervertens his verbis: *λύει δὲ χαλινὸν παρθενίας, ἀντὶ τοῦ διακορεῖ.* Post haec sensus loci apertus. *Διχομήνιδες ἕσπεραι* instabant, opinor, quum Themis verba faceret apud deos. Quare hoc dicit: *Statim parandae nuptiae, ac quum mox futurum sit plenilunium nuptiis faustissimum, ut etiam ab hac parte causa nulla sit morae, hoc ipso tempore nuptiae fiant.* *Ἐπέων δὲ καιρὸς οὐ κατέφθινε, verba eventum habuerunt*, factae nuptiae. Comparat Schneiderus Vit. Pind. p. 129. Aeschyl. Sept. 620. *εἰ καιρὸς ἔζαι θεσφάτοισι Λοξίου*, et Eumenid. 710. *Κἀγώ γε χρησμοὺς τοὺς ἐμοὺς τε καὶ Διὸς ταρβεῖν κελεύω, μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι.* Sequitur: *Φαντὶ γὰρ ξύν' ἀλέγειν καὶ γάμον Θέτιος ἄνακτα*, h. e. *narrant enim una curasse Thetidis nuptias etiam regem.* *Ἄνακτα* pro *ἄνακτα θεῶν* hic dictum esse, nego haud cunctanter; Peleum intellige cum Heynio. Quum enim hoc agat poeta ut ostendat, iam olim Aeacidas, ubi lites componendae pacesque firmandae essent, non defuisse, plane necessaria erat haec sententia ad fabulam absolvendam. *Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους*, ait Plato in Gorgia p. 505. D. *φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντας κεφαλήν, ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιΐῃ.* Non invitum Peleum iniisse hoc matrimonium sed promptum, qui *κατέμαρψεν Θέτιν ἐγκονητί*, vidimus Nem. III, 34. Tamen huius certaminis explicatio aliena erat ab hoc loco, ubi non de robore et fortitudine Pelei agere voluit poeta, sed de pacifica eius mente. Quare hic ne verbum quidem de Thetide vi capta; placide res peragitur: non negat diserte illud certamen, sed tacet ac praeterit. Ergo quod dicit, *ξυνὰ ἀλέγειν γάμον ἄνακτα*, de opera Pelei in adornandis nuptiis intelligendum. Monui iam ad Nem. IV, 68. Nem. V, 19. de Pelei nuptiis Pindarum egisse saepius, at diverso consilio, unde factum ut etiam non uno eodemque modo de ea re diceret.

Vs. 47 — 60. Celebratur Achillis virtus. *Καὶ νεαρὰν ἔδειξαν σοφῶν ϛόμαϲ' ἀπείροισιν ἀρετὰν Ἀχιλέος, nec diu post celebrata a poetis innotuit hominibus iuvenilis virtus Achillis.* *Καὶ* quum in tali transitu significet *non diu post*, vides non posse cogitari de Homero ceterisque post Homerum poetis; immo tantam excitavit iuvenilis virtus Achillis admirationem, ut iam tum caneretur quum viveret. Discas hoc etiam e sequentibus: *τὸν μὲν οὐδὲ θανόντ' ἀοιδαὶ ἔλιπον.* Additur: *ὃ καὶ Μύσιον ἀμπελόεν — πεδίον, qui etiam Mysium vitiferum cruentavit, Telephi atro conspergens sanguine, campum.* De nobili Achillis pugna cum Telepho Mysorum rege vidimus ad Isthm. IV, 46.

www.libtool.com.cn
Non occisus ille sed vulneratus, quare *φόνῳ* magnificentius dictum pro *αἵματι*. Vitifera fuit Mysia, ac vitibus implicitus Telephus vulnus accepit. *Γεφύρωσέ τ' Ἀτρεῖδαισι νόστον, et munivit Atridis reditum.* Polybius I, 10. ait visum Romanis non deserendam Messanam, *μηδὲ ἐᾶσαι Καρχηδονίους οἰονεὶ γεφυρῶσαι τὴν εἰς Ἰταλίαν αὐτοῖς διάβασιν.* Mox iungo *Τροΐας Ἶνας.* Quamquam enim iungi potest *Ἑλέναν ἔλυσατο Τροΐας*, ut Odyss. *ε*, 397. *ἀσπάσιον δ' ἄρα τόν γε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν*, repetito ad *Ἶνας* nomine *Τροΐας*; tamen aptius opinor *Ἑλέναν ἔλυσατο* accipies absolute positum. *Τροΐας Ἶνας* dixit, non *Ἶνας Τροΐας*, quod primum locum tenere debet urbis nomen; quamquam magna vis est in vocabulo *Ἶνας* hanc ob causam versum incipiente. De scriptura vocis *Τροΐας s. Τρωΐας* cf. ad Isthm. III, 54. *Ταί μιν ῥύοντό ποτε μάχας ἐναριμβρότου ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσοντα, qui eum inhibebant, s. quum ei obsisterent pugnam in campo administranti. Μάχας ἔργον*, ut *ἔργον Ἄρηος* Iliad. *λ*, 734. *φυλόπιδος μίγα ἔργον* Iliad. *π*, 208. *Κορύσσοντα*, ut *πόλεμον κορύσσων* Iliad. *β*, 273. *Ὑπέρθυμον* ad *βίαν* referendum videtur. *Οἷς δῶμα Φερσεφόνας μανύων κ. τ. λ. quos occidens Achilles Aeginam stirpemque suam illustravit*, quandoquidem *τηλαυγὲς φέγγος Αἰακιδᾶν* (Nem. III, 61.) ex his maxime rebus pendet. *Σφετέραν* est *ἑὰν*, ut passim apud Nostrum. *Δῶμα Φερσεφόνας μανύειν* proprie videntur dici ii, qui quem lethali vulnere prosternunt, ei mortem Orcumque nunciant, ut toties fit apud Homerum. Mox *πρόφαινεν* splendidius quam si dixisset *ἄμφαινεν*. *Οὔτε θανόντ'*, malim *οὐδέ*. Mox Musas consulto videtur dicere *Ἑλικωνίας*, ut significaret Boeotias fuisse Musas, quae canerent Achillem. *Ἐπὶ — ἔχεαν, super eo fuderunt naenias.* Nobilis hic threnus Nereidum et Musarum in funere Achillis; memorat eum Homerus Odyss. *ω*, 60. memoraverat Arctinus in Aethiopide, cf. Proclum in Bibl. Vet. Litt. et Art. T. I. p. 33. et repetiit Quintus Posthom. III, 581 sqq. Pindarum nota non brevem esse in hac re indicanda, quippe quae insignem habeat Achillis laudem. Pertinet huc etiam sequens sententia, quae tamen simul transitum ad ultimam stropham parat. Mox *ὕμνοις θεᾶν διδόμεν*, ut *ἀποδώσω Μοίσαις* Pyth. IV, 67. Singulis verbis explicatis addam nonnulla de ratione universi loci. Vides in eo eximie laudari Achillem, ceterisque Graecorum ad Troiam ducibus longe praeferri. Novimus etiam ab aliis scriptoribus passim Troiae captae laudem imprimis Achilli tribui, cf. cel. Mitscherlich. ad Horat. II, 4, 10. add. Pausan. III, 4, 6. ac laudat etiam Pindarus alibi eximie Achillis ad Troiam res gestas; tamen qui hunc locum attentius consideraverit post ea quae supra diximus de ratione carminis, is non dubitabit hic non magis Achillem quam Aeginetas laudari, carpique Spartanos nimium rebus ad Plataeas gestis gloriantes. Achilles vester, ait, Telephum fugavit, ut Troia adiri posset, hic Peloponnesiis regibus reditum munivit et Helenam liberavit, Troiae nervis excisis; Achilles igitur verus Troiae victor dicendus est. Sic non Spartanis ducibus praecipua debetur libertatis restitutae laus, ut nunc gloriantur, sed vos rebus ad Salaminem gestis nervos hostium excidistis, vos Peloponnesiis viam munivistis ad victoriam Plataeensem. Et habitus nemini maior honos quam Achilli; siquidem huic soli contigit, ut in funere eius ipsae Heliconiae Musae flerent; ad quam normam nunc vestros pugnatores Musa prae ceteris omnibus honore dignos iudicat. Hinc igitur omnia hic ad maximam laudem composita; vivus mortuusque cantatus est Achilles, dicitur *οὗρος Αἰακιδᾶν*, qui *Αἴγιναν ἀφετέραν τε ῥίζαν πρόφαινεν*. Non dubitamus, nos veram loci rationem esse assecutos; quare etiam quae antecesserunt de Aeaco et Peleo dicta, ita interpretanda fuerunt, ut cum his convenirent. Quemadmodum enim Aeginetarum fortitudini tri-

www.libtool.com.cn

FRAGMENTA PINDARI.

DIGESSIT

AUGUSTUS BOECKHIUS.

PROOEMIUM.

Post diligentissimam Schneideri nostri operam in pretiosis Pindaricorum carminum reliquiis positam Heyniique et Hermanni in eadem re collocata studia etsi poterat par et aequum videri non novum condi Fragmentorum corpus, sed priorum scriptorum verbis mea addi, ut sua Heynius et Hermannus addiderunt: tamen partim quod non tantum nobis licere arbitrabar, ut aliorum libros paucis notulis adiectis iterum prelo mandaremus, partim quod in iis potissimum, quae ad certa carminum genera referenda sunt, atque etiam in ceteris alium mihi ordinem instituendum videbam, laborem Fragmentis impensum ita direxi, quasi primus haec ederem. Ita nova Fragmentorum compages nata est, ei quae antea habebatur nulla parte similis. Ceterum plurimos locos Schneideri industria collectos esse ultro profiteor: idem mihi suum exemplar cum annotatis concessit: quum hinc tum ex iis, quae ipse collegeram, quae in prioribus editionibus desunt, addidi. In interpretatione parcus Fragmentorum sedes ac nexum, et criticam rationem maxime curavi, et metra quantum fieri in decerptis his carminum particulis potest, ita restitui, ut etiam modorum rhythmicorum rationem haberem; cuius rei accurata cognitione plurimum proficitur. Quidquid vero ad rem non pertinere visum, id resecui; quae Pindari non sunt omisi, ubi res manifesta, nihil monens, ubi opus erat, lectore admonito: neque ea retuli, quae ex Epiniciis passim laudata in Fragmentis habebantur: de quorum sede siquis dubitet, poterit eam ex indice reperire: potissima tamen in fine paucis complexus sum.

Pindari carmina pro *generum* diversitate a grammaticis in varios libros distributa esse Praefatio Tomi secundi (ante Scholia p. X sqq.) docet. Sed ut ipsorum generum notiones et discrimina definire difficile est, qua in re aliquid ex Proclo Chrestom. ap. Phot. p. 522 sqq. proficimus, sic hoc quoque nos male habet, quod discrepans operum Pindaricorum ordo apud Suidam et in vita Vratislaviensi reperitur, quum tamen utroque loco ac praeterea apud Thomam septendecim Pindarici libri fuisse dicantur. Suidas igitur hos enumerat: (1) *Ὀλυμπιονίκας*, (2) *Πυθιονίκας*, (3) *Νεμεονίκας*, (4) *Ἰσθμιονίκας*, (5) *Προσόδια*, (6) *Παρθένια*, (7) *Ἐνθρονισμούς*, (8) *Βακχικά*,

www.libtool.com.cn

(9) *Δαφνηφορικὰ* (10) *Παιᾶνας*, (11) *Ὑποχήματα*, (12) *Ὕμνους*, (13) *Διθυράμβους*, (14) *Σκόλια*, (15) *Ἐγκώμια*, (16) *Θρήνους*, (17) *Δράματα τραγικὰ ις'*, *Ἐπιγράμματα ἐπικὰ*, *καὶ καταλογάδην παραινέσεις τοῖς Ἕλλησι καὶ ἄλλα πλεῖστα.* Nihil dicam de his *aliis permultis*, neque de *cohortationibus ad Graecos* soluta oratione scriptis, quae si unquam extiterunt, incertum est num genuinae fuerint; ex Epigrammatis autem unum superest a Pindaro tumulo Hesiodi in foro Orchomeniorum inscriptum, Anthol. T. I. p. 81. ed. Iac. pr. T. II. p. 780. ed. alt.

Χαῖρε δὶς ἠβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας;
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

V. nott. ed. pr. Vol. I. P. I. p. 277. ed. alt. T. III. p. 906. ubi id docemur ex Aristotelis Republica Orchomeniorum ductum esse, in qua tamen, quantum colligere licet, nihil de Pindaro auctore dictum erat, cui id tribuitur ap. Tzetz. Prolegg. ad Hesiod. Opp. et D. p. 3. ed. Heins. et ap. Suidam v. *τὸ Ἡσιόδειον γέρας*: *φέρεται γὰρ καὶ ἐπίγραμμα Πινδάρου τοιοῦτον.* Quamquam autem non intelligo, cur non Pindarus hoc epigramma sepulcrale scribere potuerit: tamen in tam levi auctoritate non ausus sim hunc titulum in sepulcro Hesiodi olim positum Pindaro nostro cum fiducia adscribere, etsi fortasse inter ea, quae in Suidae indice commemorantur, epica epigrammata fuit etiam hoc elegiacum. Non ad Pindari sed in Pindarum epigramma spectat Eustathius ad Odyss. p. 1917. 39. quod epigramma, ut plura de Pindaro alia, in Anthologiam receptum est. Apud eundem vero ad Iliad. p. 9. extr. *τὸ ἐπ' αὐτῷ πρόγραμμα* titulus est eius domui inscriptus: *Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὰν στέγαν μὴ καίετε.* Aliud non tam epigramma quam apophthegma sive gnome non sine dubitatione Pindaro tribuitur ap. Plutarch. de Pyth. Orac. c. 22. *εἴ γε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας·*

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις,

Deo volente vel in vimine naviges. Cf. Schol. Aristoph. Pac. 698. Schol. Barocc. Eurip. Phoen. 398. Suid. v. *ῥιπός*, Erasmi Adag. p. 14. Gatak. Adv. misc. c. 10. Nempe hic senarius non ex lyrico carmine desumptus est, sed per se absolutus; et Heynio notante apud Stob. Ecl. phys. T. I. p. 38. Heeren. Simonidi, apud S. Theophilum ad Autolyc. II, p. 108. 110. alii tribuitur, cuius nomen corruptum videtur. Similis dictio est Pindarica Fragm. inc. 151. *ἐπὶ λεπτῷ δενδρίῳ βαίνειν.* Illius generis autem sententias conieceris in finem operum Pindaricorum a grammaticis coniectas esse, fortasse etiam istiusmodi apophthegmata, qualia ex Vratisl. Schol. p. 10. habemus, ab auctoribus passim variata, ut de uno docui ad Paeanas. Addere poteram, si voluissem, quod Plutarchus habet de vitioso pudore c. 18. *τὸ τοῦ Πινδάρου πρὸς τὸν λέγοντα, πανταχοῦ καὶ πρὸς πάντας ἐπαινεῖν αὐτὸν, εἰπόντος· Κἀγώ σοι χάριν ἀποδίδωμι· ποιῶ γάρ σε ἀληθεύειν.* Quod paulo aliter extulit Macarius Chrysocephalus in *Ῥοδωνιᾷ* ap. Villois. Anecd. T. II, p. 19. *Πίνδαρος διεξιόντος αὐτῷ τῶν γνωρίμων τινὸς, ὡς οὐ διαλείποι πρὸς ἅπαντας ἀποθαυμάζων τὸν ποιητὴν, Ἀφείληφας* (vel ut editur *ἀφήλειφας*), *ἔφη, τὴν χάριν, τοιούτων ἐμοὶ πεπραγμένων, ἀφ' ὧν οὐ ψευδολογίαν ὀφλήσεις.* Hactenus de epigrammatis et apophthegmatis. Inter cetera autem a Suida commemorata opera neque *Ἐνθρονισμοὺς* neque *Βακχικὰ* neque *Δαφνηφορικὰ* neque *Δράματα τραγικὰ* usquam citata reperimus: ut coniecerim, haec in aliis editionibus ad alia genera relata esse. Et tragica quidem dramata, quas potius lyricas fuisse tragoedias de Oecon. civ. Ath. T. II, p. 632. conieci, aut in Dithyrambis aut in Hyporchematis ad drama proxime accedentibus latere poterant; *Δαφνηφορικὰ* vero inter Parthenia fuerunt, ut infra ostendam: *Βακχικὰ* credo in Dithyrambis. Sed quorsum

www.libtool.com.cn

Ἐνθρονισμοὺς retuleris, maxime dubium est. Qui quales fuerint, mihi obscurissimum: non tamen regibus, sed diis actos scias et in sollemnibus iis cantatos, quae, quum numinis alicuius statua throno imponeretur, essent instituta: ut et ad Hymnos et ad Parthenia et Prosodia aliaque potuerint relati esse. Orpheo suppositos Θρονισμοὺς μητρῴους Suidas commemorat. Rursus Didymus ad Nem. XI. pr. Παροίνια commemorat, quae ne apud Suidam quidem nominantur: at haec Scolia vel Encomia fuerunt. Proclus: Τὸ δὲ σκόλιον μέλος ἤδετο παρὰ τοὺς πότους· διὸ καὶ παροίνιον αὐτὸ ἴσθ' ὅτε καλοῦσιν. Praeterea *Prooemium in Sacadam* apud Pausaniam nominatur; quod cui generi attribuendum sit, ignoratur; nam etsi hymni vulgo προοίμια dicuntur, prooemium in Sacadam tamen licebit dubitare num inter hymnos relatum fuerit: de quo vide quae dixi Fragm. inc. 88. Sed hoc prosodium fuisse ibidem probabiliter conieci. Haec de iis, quae aliquis Suidae ordine non comprehensa fuisse possit putare, me, ut vides, non assentiente, qui et Παροίνια et hoc προοίμιον generibus a Suida relatis tribuenda censeam. Sed quod magis mirere, Vita Vratislaviensis et ea omnia genera, ex quibus nihil nominatim affertur, et Scolia omittit, nihilominus autem, ut Suidas, septendecim affert libros: Γέγραφε δὲ βιβλία ἑπτὰ καὶ δέκα· (1) Ὕμνους, (2) Παιᾶνας, (3, 4) Διθυράμβων β', (5, 6) Προσοδίων β'· φέρεται δὲ καὶ (7, 8) Παρθενίων β' καὶ (9) γ' ὃ ἐπιγράφει vel potius ἐπιγράφεται κεχωρισμένων Παρθενίων, (10, 11) Ὑπορχημάτων β', (12) Ἐγκώμια, (13) Θρήνους, (14, 15, 16, 17) Ἐπινίκων δ'. Iam primum offendaris illo φέρεται δὲ καὶ Παρθενίων β' καὶ γ'; sed fuit credo: Παρθενίων β· φέρεται δὲ καὶ γ', ὃ ἐπιγράφεται κεχωρισμένων Παρθενίων, ubi iam illud φέρεται non magnopere incommodum est, nec dubitationem movet, an ea genuina habita sint, praesertim si contuleris verba a me in Praef. T. II. comparata ap. Schol. Nem. IX, pr. αὗται δὲ αἱ ᾠδαὶ οὐκέτι Νεμεονίκαις εἰσὶ γεγραμμέναι· διὸ κεχωρισμένως φέρονται. Sed ut Suidae et Vitae Vratislaviensis dissensum tollas, lacunosum dicas Vratislaviensem codicem esse. At Vita melius servata est: itaque licet paulo ante Pindari Δαφνηφορικὸν filio Daïphanto factum commemoretur, quo agnosci Daphnephoricorum liber apud Suidam memoratus videatur, tamen hunc locum non audeo mutilum habere, praesertim quum numerus septendecim librorum conveniat. Quid quod, si mutilus locus esset, plures quam septendecim libri forent? Nam quae de pluribus Dithyramborum, Prosodiorum, Partheniorum, Hyporchematum libris traduntur, vera esse docent fragmenta Dithyramborum et Partheniorum. Quid quod, si idem Suidae et Vitae Vratislaviensis ordo est, non septendecim ipse Suidas libros nominare debebat, sed duos et viginti? Ut enim Epiniciorum non unum, sed quattuor libros numerat, ita debebat duos Dithyramborum, totidem Prosodiorum et Hyporchematum, tres Partheniorum numerare. Igitur diversos ordines tenere videmur, quorum alter fortasse ex Aristophanis, alter ex Aristarchi recensione fluxit: ut, ne a lyricis discedam, Alcaei aliam Aristophanis, aliam Aristarchi editionem fuisse scimus. V. Hephaest. p. 74. Et tum, ut cetera nunc omittam, Scolia quidem, quae apud Suidam referuntur neque tamen in Vita Vratislaviensi comparent, in alterius editionis Encomiis latuerint, quae initio a κώμῳ nomen acceperant: neque huic sententiae obest, quod Chamaeleon apud Athenaeum XIII, p. 573. E. *encomium* et *scolium* Xenophonti scripta distinguit: nam praeterquam quod ille, ut Praef. T. II. docui, ante grammaticos Pindari editores vixit, Encomii is nomine Epinicium Olymp. XIII. vocavit. Iam si quaerimus, uter ordo antiquior sit, videtur is esse, qui pauciora genera complectitur: quum postea [illegible] carminum generibus distinguendis maiore opera posita, qua de re satis dixi Praef. Schol. p. XI sq., in plura genera distributae Pindaricae odae essent. Itaque

www.libtool.com.cn

meo iudicio Aristophanis, qui primus Pindarica disposuit, ordo is est, qui in Vita Vratislaviensi traditur: nisi quod τὰ κεχωρισμένα τῶν Παρθενίων non ab Aristophane videntur separata esse, sed quum ab Aristophane essent in Partheniis habita, ab aliis eius ordinem sequentibus eiecta. Mox generibus subtilius distinctis Scolia ab Encomiis separarunt, illis ea carmina comprehendentes, quae per vices a singulis ad citharam cantata esse constaret; et subinde ex ipso carmine colligi poterat, Scolium id esse, ut Scol. Fragm. 1. Similiter dissociarunt Bacchica a Dithyrambis, quorum fortasse alterum librum illa constituerant, animadverso vel antea aliquo discrimine; quod tamen quale sit nescimus, nisi quod coniicio haec Bacchica fuisse Ἰοβάκχους, quos Proclus Chrestom. p. 524. a Dithyrambis distinctos dicit cantatos esse ἐν ἑορταῖς καὶ θυσίαις Διονύσου, βεβαπτισμένους πολλῷ φρυάγματι: adde Menandrum rhetorem de Encom. p. 27. τοὺς δὲ εἰς Διόνυσον (ὕμνους νομίζομεν) Διθυράμβους καὶ Ἰοβάκχους; ubi cf. Heerenium. Porro Δαφνηφορικὰ a Partheniis diremerunt, quibus antea continebantur, ceteraque similiter; omnes autem odas in septendecim libros, ut antea, distribuerunt, singulis generibus singulos libros assignantes. Tanta vero inter utrumque ordinem convenientia est, ut in secundo praeter nomina et locos generum non multum credam novatum esse, nisi quod τὰ κεχωρισμένα τῶν Παρθενίων aliis videntur generibus tributa esse et Encomia in duplex Encomiorum et Scoliorum genus divisa. Nam ceteri duo Partheniorum libri videntur iam separata continuisse primo libro Parthenia proprie dicta, altero Daphnephorica; Prosodiorum liber secundus continuerit Ἐνθρονισμοὺς cantatos in pompis celebribus, quibus deorum statuae ad sedes suas deferrentur; Bacchica autem sive Iobacchi Dithyramborum, ut supra conieci, secundum in altero ordine librum constituerint. Postremo quum duo fuerint ex altero ordine Hyporchematum libri, alterum probabile est Hyporchemata proprie dicta complexum esse, alterum Tragoedias sive Dramata tragica, quibus affinis fuit hyporchematica poesis imitatione insignis: hae tamen tragoediae non Dionysiacae fuerunt; si enim Dionysiacae fuissent, haud facile potuissent Hyporchematis iungi: sed aliis dicatae diis. Et habes apud Herodotum (V, 67. 83.) et tragicos choros Adrasto dicatos, et comicos in Damiae et Auxesiae honorem actos. Ita igitur utriusque ordinis partes sibi videntur respondisse:

Prior ordo	*Posterior ordo*
Hymni	Hymni
Paeanes	Paeanes
Dithyramborum lib. I.	Dithyrambi
Dithyramborum lib. II.	Bacchica
Prosodiorum lib. I.	Prosodia
Prosodiorum lib. II.	Enthronismi
Partheniorum lib. I.	Parthenia
Partheniorum lib. II.	Daphnephorica
Τὰ κεχωρισμένα τῶν Παρθενίων	Sparsa in ceteris generibus
Hyporchematum lib. I.	Hyporchemata
Hyporchematum lib. II.	Tragoediae
Encomia	Encomia et Scolia
Threni	Threni
Epiniciorum libri IV.	Epiniciorum libri IV.

www.libtool.com.cn

Sed valuisse initio Aristophanis ordo videtur; itaque neque *Βακχικὰ* neque *Δαφνηφορικὰ* neque *Ἐνθρονισμοὶ* neque *Δράματα τραγικὰ* citantur, sed ex priore ordine plures afferuntur Dithyramborum et Partheniorum libri: Scolia tantum citata reperies, quae a ceteris Encomiis facile distingui poterant vel ab indoctioribus. Recentiores vero probabile est ordinem alterum Suidae traditum secutos esse: unde potest factum esse, ut Epinicia in altera serie ultimo loco posita prae ceteris servarentur, quippe in ipso initio collocata. Ceterum ordinem per Vitam Vratislaviensem ad nos propagatum non male incipiunt genera ad deos primum omnes, deinde ad Apollinem maxime et Bacchum pertinentia, Hymni, Paeanes, Dithyrambi; sequuntur carmina et ipsa diis oblata, quae tamen a singulari quadam ratione nomen acceperunt, Prosodia, Parthenia, Hyporchemata; postremo hominum res comprehendentia, Encomia, Threni, Epinicia. Cf. Procl. Chrestom. ap. Phot. p. 522. qui tamen *Παρθένια* et *Δαφνηφορικὰ* ad deos et homines refert. Hunc Vitae Vratislaviensis ordinem nos quoque sequemur, nisi quod Encomia et Scolia distinguemus, et fragmenta Isthmiorum praemittemus. Unice autem id spectamus, ad quod genus grammatici unumquodque carmen retulerint: qui rectene fecerint an secus, hodie decerni nequit. Quapropter etiam ea, quae victoriis celebrandis scripta erant, carmina, si a grammaticis non ad Epinicia, sed ad aliud genus, ut ad Scolia aut Encomia aut Hyporchemata relata erant, in his generibus recensemus: nec mihi dubium est, non sine idonea ratione hoc in plurimis carminibus a grammaticis ita, ut erat, institutum esse. Series igitur nostrae collectionis haec est:

I. *Ἰσθμιονῖκαι.*
II. *Ὕμνοι.*
III. *Παιᾶνες.*
IV. *Διθύραμβοι.*
V. *Προσόδια.*
VI. *Παρθένια.*
VII. *Ὑπορχήματα.*
VIII. *Ἐγκώμια.*
IX. *Σκόλια.*
X. *Θρῆνοι.*
XI. *Ἐξ ἀδήλων εἰδῶν.*

I.

ΙΣΘΜΙΟΝΙΚΑΙ.

Ex universa Epiniciorum Pindaricorum periodo, qualis a grammaticis concinnata erat, nihil periisse nisi aliquid ex Isthmiis, vix quisquam dubitabit, qui rem accuratius spectaverit. Nam nullus usquam ex Olympiis, Pythiis, Nemeis locus citatur, quin ad ea, quae supersunt, carmina referendus sit. At Isthmiorum aliquot odae perierunt, quae in fine collectionis positae revulsis casu quodam foliis interceptae sunt. Atqui quum odae curulibus et equestribus victoriis scriptae in unaquaque Epiniciorum parte primum locum occupent, ac deinceps eae succedant, quae pugilibus, luctatoribus, pancratiastis, cursoribus celebrandis poeta composuerat (vide prooemium huius voluminis p. 19.); ea quae superest Isthmiorum collectionis pars post curulium victoriarum epinicia habet pancratiastica, et in pancratiastis desinit: igitur quae interierunt, aut pancratiastas aut luctatores aut cursores celebrabant. Et quae ad Isthmia referri possint fragmenta, aliquot ex hoc sunt genere; cf. Fragm. Isthm. 4. Incert. 95. 96.

www.libtool.com.cn

Contra curulibus, equestribus similibusque victoriis scriptum carmen, quod quidem inter Epinicia a grammaticis relatum esset, nullum interiit. Quod tenere ante omnia debet, qui Fragmenta secundum grammaticorum ordinem recte digerere cupiverit: inde enim duo deperdita carmina, quae vulgo inter Epinicia relata sunt, ex his eiicienda fuisse intelliges. Alterum est Alexandro Amyntae scriptum, quod inter Encomia retuli. Nam Alexander Macedonum rex certe curru vel alio equestri aut mulari in lude vicerat; neque enim reges in alia descendebant certamina: igitur carmen, quo eius victoria celebrata est, non potest inter Epinicia, ne inter Isthmia quidem, relatum fuisse, propterea quod ex nulla Epiniciorum parte, ne ex Isthmiis quidem, carmen curuli vel equestri aut mulari victoriae scriptum periit. Alterum est Hieroni Syracusarum regi scriptum; qui et ipse quum nonnisi curulibus vel equestribus mularibusve ludis certaverit, nullum carmen in Hieronem interiit, quod Epiniciis annumeratum esset. Sed fragmenta diversissima, quae illi, quod habebatur, epinicio tribuebantur, suis locis nunc posita sunt in Hyporchematis et Scoliis. Etiam alia in deperditis Pindari Epiniciis habita sunt, quae apud nos frustra quaeres: sed ea repudianda necessario erant. Nam carmen Pindaricum in Diagoram Rhodium praeter Olymp. VII. nullum fuit; quodque in Fragmentis recensebatur, id non extitisse, docui ad Olymp. VII. Introd. Et epinicium in Glaucum Carystium non Pindari erat sed Simonidis: v. Quintilian. I. O. XI, 2, 14. et intt. Itaque nonnisi haec supersunt, quae deinceps recenseo; eaque ex duobus certe diversis carminibus, quum Fragm. 1. tali metro compositum sit, quod cum metro quarti fragminis in unam odam componi nequeat.

1.

1 Apollonius Dyscolus de syntaxi II, 21. p. 158. Sylb. *Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Ἰσθμιονίκαις Πινδάρου ἐτάραξε τοὺς ὑπομνηματισαμένους·*

Αἰολίδαν δὲ Σίσυφον κέλοντο
ᾧ παιδὶ τηλέφαντον ὥρσαι γέρας
ἀποφθιμένῳ Μελικέρτᾳ.

Aeoliden vero Sisyphum hortabantur, eius filio ut longe splendentem excitaret honorem defuncto Melicertae. Γέρας τηλέφαντον sunt ludi Isthmii in Melicertae honorem instituendi; *κέλοντο*, quippe *Nereides*, inter quas Ino recepta. Schol. Pind. Isthm. Argum. I, p. 514. *Χορεύουσαι τοίνυν ποτὲ αἱ Νηρεῖδες ἐφάνησαν τῷ Σισύφῳ καὶ ἐπέλευσαν εἰς τιμὴν τοῦ Μελικέρτου ἄγειν τὰ Ἴσθμια.* Et Argum. ult. p. 515. *Φανεῖσα δὲ μία (τῶν Νηρεΐδων) τῷ Σισύφῳ εἶπεν ἄγειν τὸν ἀγῶνα.* Cf. de re etiam Pausan. II, 1, 3. Hygin. Fab. 2. Pronomen possessivum *ᾧ*, in quo haeserant veteres, recte Apollonius explicat *αὐτῆς*, *Inus*, quae in praegressis nominata erat: alii *οἷ*, alii alia tentaverant. Ceterum vulgo erat *κέκλοντο*: *κέλοντο* restitui ex Apollonio de pronom. p. 321. A. Bekk. idem etiam in libro de syntaxi Bekkerus nunc edidit. In libro de pronomine cod. *ἐπιφθιμένῳ*, pro eo quod vulgo in Pindari Fragmentis ex Apollonio de Syntaxi edebatur *φθιμένῳ*: Bekkerus scripsit *ἀποφθιμένῳ*, quod secutus sum in fragmento supra apposito, licet in opere de Syntaxi etiamnunc habeatur *φθιμένῳ*. Postremo olim erat *ὦρσαι*, quod recurrit Fragm. inc. 3. idque agnoscit Hesychius h. v. Metrum hoc videtur:



www.libtool.com.cn

2.

Apollonius Dyscolus de pronom. p. 368. A. *Ἔτι καὶ ἡ νὶν τάσσεται ἐπὶ πλήθους·* 2
ὅστις δὴ τρόπος ἐξεκύλισσέ νιν·

Quicunque modus emovit eos. *Πίνδαρος Ἰσθμιονίκαις.* Codex *ἐξεκυλίσθη*: Bekkerus correxit *ἐξεκύλισε*, Heynius *ἐξεκύλισσε*. Et sic scribitur Nem. VIII, 23. Metrum fortasse est:

x – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Quae sequuntur, *Προσφωνεῖτέ νιν ἐπὶ νίκαις*, Bacchylidis sunt.

3.

Eustathius ad Odyss. *μ*, p. 1715, 63. ed. Rom. *ὡς ἐμφαίνει Πίνδαρος ἐν Ἰσθμιονίκαις εἰπὼν τρία κρᾶτα, ἤτοι κράατα,* quippe usurpari verbum illud etiam neutro genere. 3

4.

Κλεινὸς Αἰακοῦ λόγος, κλεινὰ δὲ καὶ ναυσικλυτός 4
Αἴγινα· σὺν θεῶν δέ νιν αἶσᾳ
Τλλου τε καὶ Αἰγιμιοῦ
Δωριεὺς ἐλθὼν στρατὸς ἐκτίσσατο.
Τὰ μὲν ὑπὸ στάθμᾳ νέμονται
οὐ θέμιν οὐδὲ δίκαν ξείνων ὑπερβαίνοντες· οἷοι δ' ἀρετάν
δελφῖνες ἐν πόντῳ, ταμίαι τε σοφοὶ
Μοισᾶν ἀγωνίων τ' ἀέθλων.

Celebris Aeaci fama, celebris etiam navibus insignis Aegina, quam deorum cum fortuna Hyllique et Aegimii Doricus eo profectus populus condidit. Sub legis vero norma habitant nec fas nec ius hospitum migrantes; virtute autem delphinum instar in ponto sunt, et dispensatores sapientes Musarum et ludicrorum certaminum. Dixi de hoc carmine T. I. P. II. p. 577 sq. ubi etsi integrum esse putavi, tamen nunc eo inclino, ut ex Isthmio in Aeginetam epinicio depromptum putem: et favet huic sententiae *ἀγωνίων ἀέθλων* mentio, item quod Aeginetae non curulibus, sed solis athleticis ludis operam dederunt; solis autem athletis aut cursoribus scripta Isthmia perierunt. Praeterea duo fragmina de Midylidis et Pythea Aeginetis ad Isthmia retuleris: sed ea in incertorum generum reliquiis relinquere tutius iudicavi. V. Fragm. inc. 95. 96. et quae ibi disputavi.

II.

Υ M N O I.

Hoc nomine certa carmina grammatici complexi sunt a ceteris omnibus, quae Pindaro tribuuntur, diversa; ea potissimum, ut videtur, quae a stantibus ad citharam canebantur, ut tradit Didymus de Lyricis poetis ap. Etym. v. *προσῳδίαι* et *ὕμνος*, et Proclus Chrestom. ap. Phot. p. 523. quamquam hymni nonnulli etiam saltati sunt,

www.libtool.com.cn

ut Athenaeus dicit XIV, p. 631. C. τῶν γὰρ ὕμνων οἱ μὲν ἀρχοῦντο, οἱ δὲ οὐκ ἀρχοῦντο, ἢ τὸν εἰς Ἀφροδίτην καὶ Διόνυσον etc. Nominatim autem in Pindaricorum collectione ab Hymnis distincta sunt Prosodia, Parthenia, Paeanes, Hyporchemata, Dithyrambi, etsi praeter alia species Hymni Prosodia et Paeanes atque adeo Encomia esse neminem latebat. V. Procl. Chrestom. p. 322 sq. In Hymnos Commentarius grammatici, ut cum Schneidero iudico, Didymi, laudatur in Scholiis Aristophanis Plut. 9. καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ Πυθίου τρίποδος ἐν τοῖς Πινδάρου Ὕμνοις εὑρήκαμεν ἡμῶν διεξιόντων: unde patet aliquam tripodis Apollinei mentionem in Hymnis factam esse.

ΥΜΝΟΣ Α'. ΘΗΒΑΙΟΙΣ, 1—6.

1.

Primum Hymnum commemorat Lucianus Icaromenippo c. 27. T. II. p. 784. Ἐν δὲ τῷ δείπνῳ ὅ τε Ἀπόλλων ἐκιθάρισε καὶ ὁ Σειληνὸς κῶδαξε ἀρχήσατο, καὶ αἱ Μοῦσαι ἀναστᾶσαι τῆς τε Ἡσιόδου Θεογονίας ἦσαν ἡμῖν καὶ τὴν πρώτην ᾠδὴν τῶν Ὕμνων τοῦ Πινδάρου: ubi nota id a Musis stantibus fieri. Intricatam quaestionem, cur Musae una cum Hesiodi Theogonia primum potissimum Pindari hymnum canant, facili opera enodo. Quippe is hymnus prorsus ut Theogonia plurimorum deorum et heroum fabulas et laudes complectebatur, neque est alius nisi notum illud carmen a Pindaro adolescentulo confectum et immensa mythologiae copia insigne, quod Corinnae Tanagraeae oblatum faceta irrisione ab illa exceptum est. Et haec causa videtur fuisse, cur grammatici huic hymno primum locum dederint, sive quod inter primos a Pindaro compositus erat, sive quod omnium erat uberrimus, seu ob utrumque. Historiolam narrat Plutarchus de glor. Athen. c. 14. Ἡ δὲ Κόριννα τὸν Πίνδαρον ὄντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σοβαρῶς χρώμενον ἐνουθέτησεν ὡς ἄμουσον ὄντα καὶ μὴ ποιοῦντα μύθους, ὃ τῆς ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε, γλώσσας δὲ καὶ καταχρήσεις καὶ μεταφράσεις καὶ μίξη καὶ ῥυθμοὺς ἡδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται. σφόδρα οὖν ὁ Πίνδαρος ἐπιστήσας τοῖς λεγομένοις ἐποίησεν ἐκεῖνο τὸ μέλος·

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον ἢ σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,
ἢ τὸ πάνυ σθένος Ἡρακλέους,
ἢ τὰν . . . . . .

δειξαμένου δὲ τῇ Κορίννῃ γελάσασα ἐκείνη τῇ χειρὶ δεῖν ἔφη σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. τῷ γὰρ ὄντι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπερμίαν τινὰ μύθων ὁ Πίνδαρος τὸ μέλος ἐξέχεεν. Paulo plenius Lucianus Demosth. Encom. c. 19. T. III. p. 505.

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσηλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον ἢ σπαρτῶν ἱερὸν γένος,
ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν,
ἢ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέος,
ἢ τὰν Διονύσου πολυγαθέα τιμάν,
ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας
ὑμνήσομεν;

ubi Fl. Ἡρακλέους. Ecce vero eximie Scholiastes Luciani: Ἀρχαὶ ταῦτα τῶν Πινδάρου τοῦ μελοποιοῦ Ὕμνων. Dixit ἀρχαὶ p. ἀρχὴ ob pluralem ταῦτα. Thebanis vero hoc carmen scriptum esse fabulae in ipso initio commemoratae monstrant, firmatque Schol. Pind. Nem. X, 1. ὁ δὲ Πίνδαρος, ὅτε βούλοιτο ἐπαινεῖν τὰς πατρίδας τῶν νενι-

www.libtool.com.cn

κηκότων (noli hoc verbum in nostra re premere), ἀθρολίζειν εἴωθε τὰ πεπραγμένα ταῖς πόλεσι περιφανῆ, καθὼς ἐν τῇ ᾠδῇ, ἧς ἡ ἀρχή·

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,

quem versum etiam Dio Chrysostomus Tarsica I, p. 394. ed. Morell. recitat, addito ἢ Κάδμον; sed male ibi χρυσηλάκατον. Stropha prope integra est, deficientibus quinque syllabis, ut ex secundo fragmento coniicere licet: his autem metro additis strophan finitam esse non dubito.

– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον, ἢ σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,
ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν,
ἢ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέος,
ἢ τὰν Διωνύσου πολυαθέα τιμάν,
ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας ὑμνήσομεν . . . . .;

Ismenum an aurea colo insignem Meliam, an Cadmum, an satorum sacrum genus virorum, an purpurea taenia ornatam Theben, an quidvis audens Herculis robur, an Bacchi laetissimum honorem, an nuptias candidis brachiis praeditae Harmoniae celebremus . . . . .? Simile carminis initium Isthm. VI. Huc respicit Dionysius Phaselites Pindaricam notans dictionem κυανάμπυκας Θήβας: voluit κυανάμπυκα Θήβαν. V. Schol. Pyth. II, inscr.

2.

Ex eadem hac fabularum compage quamquam plura ad nos pervenisse arbitror, tamen paucos tantum locos, qui adhuc in incertis generibus vagabantur, atque in his unum maxime insignem certa ratione ad primum hymnum referre contigit. Quippe quum Pindarus singulis carminibus alios cum alia melodia numeros aptaverit, qua de re nemo peritus dubitat, cuius fragmenti paulo amplioris et ad integram strophan proxime accedentis eadem quae alius mensura est, id ex eodem atque illud carmine desumptum esse constat. Ita primi hymni aliam strophan esse intelligitur hanc fragmento primo prorsus congruam ap. Clementem Strom. VI, p. 731 sq. ed. Pott. p. 613. Paris. quam statim ita emendatam praebebo, ut legi debet: Πίνδαρος δὲ ἄντικρυς καὶ σωτῆρα Δία συνοικοῦντα Θέμιδι εἰσάγει, βασιλέα σωτῆρα δίκαιον ἑρμηνεύων ὧδέ πως· 6

Πρῶτον μὲν εὔβουλον Θέμιν οὐρανίαν
χρυσέαισιν ἵπποις Ὠκεανοῦ παρὰ παγᾶν
Μοῖραι ποτὶ κλίμακα σεμνάν
ἄγον Οὐλύμπου λιπαρὰν κατ' ὁδόν
σωτῆρος ἀρχαίαν ἄλοχον Διὸς ἔμμεν·
ἃ δὲ τὰς χρυσάμπυκας ἀγλαοκάρπους τίκτεν ἀλαθέας Ὥρας.

Primum quidem bene consulentem Themidem caelestem aureo curru ab Oceani fontibus Parcae ad ascensum sanctum ducebant Olympi splendida in via, ut esset vetus Iovis Ser-

www.libtool.com.cn

Quodsi illa verba de Pindarico hymno intelligenda sunt, primum hymnum spectari crediderim; sed obest illud ὁ ἐπ' αὐτῆς ὕμνος: nec credo Pindarum spectari.

6.

10 Ex alia stropha eiusdem carminis petitus videtur versus ab Hephaestione p. 51. una cum illo de Themide positus:

Κείνων λυθέντων σαῖς ὑπὸ χερσὶν, ἄναξ.

Liberatis illis, o rex, tuis sub manibus. Est de Titanibus a Iove liberatis. *Λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος Τιτᾶνας*, Pyth. IV, 291. Locus Hesiodi Theog. 501. *Λῦσε δὲ πατροκασιγνήτους ὀλοῶν ἀπὸ δεσμῶν*, huc non videtur pertinere: v. ibi Wolfium.

7.

ΕΙΣ ΑΜΜΩΝΑ.

11 Pausanias IX, 16. princ. *Οὐ πόρρω δέ ἐστι ναὸς Ἄμμωνος, καὶ τὸ ἄγαλμα ἀνέθηκε μὲν Πίνδαρος, Καλάμιδος δὲ ἔργον ἐστίν. ἀπέπεμψε δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ Λιβύης ἐπ' Ἀμμωνίους τῷ Ἄμμωνι ὕμνους· οὗτος καὶ εἰς ἐμὲ ἦν ὁ ὕμνος ἐν τριγώνῳ στήλῃ παρὰ τὸν βωμὸν, ὃν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου τῷ Ἄμμωνι ἀνέθηκεν*: ubi Schneidero iudice videtur ὕμνον in singulari legendum. Huius haud dubie initium est, quod refert Schol. Pyth. IX, 89.

Ἄμμων Ὀλύμπου δέσποτα.

– ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ . . . . .

De Pindaro Ammonis cultore vide quae dixi Oec. Civ. Ath. T. II. p. 258. Theoris Thebanorum ad Ammonium missis dicitur poeta mandatum dedisse anno mortis (v. Vit. Vrat. p. 9. extr.): tum fortasse hoc carmen transmissum.

8.

ΕΙΣ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗΝ.

12 Mira extat de Pindaro narratio apud Pausaniam superstitiosum hominem IX, 23, 2. *Λέγεται δὲ καὶ ὀνείρατος ὄψιν αὐτῷ γενέσθαι προήκοντι ἐς γῆρας· ἐπιστᾶσα ἡ Περσεφόνη οἱ καθεύδοντι οὐκ ἔφασκεν ὑμνηθῆναι μόνη θεῶν ὑπὸ Πινδάρου, ποιήσειν μέντοι καὶ ἐς αὐτὴν ᾆσμα Πίνδαρον ἐλθόντα ὡς αὐτήν. καὶ τὸν μὲν αὐτίκα τὸ χρεὼν ἐπιλαμβάνει, πρὶν ἐξήκειν ἡμέραν δεκάτην ἀπὸ τοῦ ὀνείρατος. ἦν δὲ ἐν Θήβαις γυνὴ πρεσβύτις γένους εἵνεκα προσήκουσα Πινδάρῳ καὶ τὰ πολλὰ μεμελετηκυῖα ᾄδειν τῶν ᾀσμάτων· ταύτῃ Πίνδαρος ἐνύπνιον τῇ πρεσβύτιδι ἐπιστὰς ὕμνον ᾖσεν ἐς Περσεφόνην, ἡ δὲ αὐτίκα ὡς ἀπέλιπεν αὐτὴν ὁ ὕπνος, ἔγραψε ταῦτα, ὁπόσα τοῦ ὀνείρατος ἤκουσεν ᾄδοντος. ἐν τούτῳ τῷ ᾄσματι ἄλλαι τε ἐς τὸν Ἅιδην εἰσὶν ἐπικλήσεις καὶ ὁ χρυσήνιος, δῆλα ὡς ἐπὶ τῆς Κόρης τῇ ἁρπαγῇ.* Quod de Pindaro somniante tradit, non repudiaverim: similia certe Socratis somnia habes in Platonis Critone et Phaedone: sed carmen ipsum Pindarus videtur ante mortem fecisse monente somnio, ut Socrates fabulas Aesopias, idque scriptum propinquae illi reliquisse: ut adeo hoc novissimum Pindari carmen fuerit, ut Fragm. 1 sqq. unum ex primis tenemus. Pro Proserpina male Cererem ministrat Vit. Vrat. p. 9. *Ἀλλὰ καὶ ἡ Δημήτηρ ὄναρ ἐπιστᾶσα αὐτῷ ἐμέμψατο, ὅτι μόνην τῶν θεῶν οὐχ ὕμνησεν. ὁ δὲ εἰς αὐτὴν ἐποίησε ποίημα, οὗ ἡ ἀρχή·*

www.libtool.com.cn

Πότνια θεσμοφόρε χρυσάννιον.

Θεσμοφόρος audit Proserpina ob intimam cum Cerere coniunctionem. Ex Pausania vero corrige *χρυσανίου*, quippe *Ἄιδου δάμαρ* aut simile, quod periit. Metrum hoc fuit:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – . . . . .

Χρυσήνιος Ἠὼς est in Orphic. Argon. 565. ex Homerico *Χρυσήνιος Ἄρτεμις* Iliad. ζ, 205.

ΕΙΣ ΤΥΧΗΝ, 9—12.

9.

Pindarum Fortunam, ab Aeschylo ap. Stob. Ecl. I. 7, 13. insigniter celebratam, veneratum carmine esse, fragmenta satis docent: quod etsi quis etiam inter Paeanas aut Prosodia fuisse censuerit, nulli tamen generi probabilius adnumerabitur quam Hymnis: in quibus si paulo audacius reposuisse videbor, certe piaculum non feci. Videtur autem hoc carmine Fortuna ea celebrari, quae Thebis colebatur (Pausan. IX, 16, 1.). Inde vero tria vel quattuor fragmenta supersunt, quorum unum est apud Pausaniam VII, 26. *Ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τε ἄλλα πείθομαι τῇ φδῇ καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι ἰσχύειν.* 13

10.

Idem IV, 30. extr. *Ἵσια δὲ καὶ . . . Πίνδαρος ἄλλα τε ἐς τὴν Τύχην καὶ δὴ καὶ φερέπολιν ἀνεκάλεσεν αὐτήν.* Plutarchus de fort. Roman. c. 10. *Τὴν δὲ Τύχην καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἐθαύμασαν βασιλεῖς ὡς πρωτόπολιν καὶ τιθηνὸν καὶ φερέπολιν τῆς Ῥώμης ἀληθῶς κατὰ Πίνδαρον.* 14

11.

Plutarchus de fort. Roman. c. 4. *Οὐ μὲν γὰρ ἀπευθὴς (ἡ Τύχη) κατὰ Πίνδαρον, οὐδὲ δίδυμον στρέφουσα πηδάλιον, ἀλλὰ μᾶλλον Εὐνομίας καὶ Πειθοῦς ἀδελφὴ καὶ Προμηθείας θυγάτηρ, ὡς γενεαλογεῖ Ἀλκμάν.* Quod Reiskius suspicabatur *ἀπεσθὴς* a Wyttenbachio receptum, firmat oppositum *Πειθοῦς ἀδελφή*. Pindarus igitur Fortunam *contumacem, pervicacem, non obedientem*, hoc est *ei, qui eam habeat, non perpetuo parentem, sed duplici gubernaculo utentem* dixerat. Pro *στρέφουσα* poeta dederat *στρέφοισα*. 15

12.

Quid vero, si huc referamus etiam illa apud Aristidem T. II, p. 256. *Ἀλλὰ καὶ ταῦθα τὸ τοῦ Πινδάρου κρατεῖ· πάνυ γὰρ μετ' ἀληθείας τοῦτ' ἐκεῖνος ὕμνησεν·* 16

Ἐν ἔργμασι δὲ νικᾷ τύχα,
οὐ σθένος.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – . . . . .

In certaminibus vincit fortuna, non robur. Et hic et ap. Aristid. T. II. p. 29. variae lectiones sunt *ἅρμασι* vel *ἄρμασι*, nec non *ἕρμασι*: sed quod Schneiderus edidit *ἔργμασι*, firmavit ex Phot. Bibl. p. 1304. ed. Schott. ubi Aristides excerptus est.

www.libtool.com.cn

13.

17 Aristides T. II. p. 125. *Πέπονθας ταὐτὸν τῷ Πινδάρου Πηλεῖ, ὃς τῆς τε θήρας διήμαρτε καὶ τὸν Εὐρυτίωνα φίλον ὄντα αὐτῷ προσδιέφθειρεν,* ubi Scholiastes: *Μέμνηται ἐν Ὕμνοις Πίνδαρος, ὅτι τὸν Εὐρυτίωνα τὸν τοῦ Ἴρου τοῦ Ἄκτορος παῖδα ἔν᾽ ὄντα τῶν Ἀργοναυτῶν, συνθηρεύοντα ἄκων ἀπέκτεινε Πηλεύς· φίλον δὲ λέγει, ἐπειδὴ συγγενὴς τούτου ἦν· Πηλεὺς γὰρ πρὸ Θέτιδος θυγατέρα Ἄκτορος τὴν Πολυμήλην εἶχε γυναῖκα, ὁ δὲ Ἄκτωρ ἦν πατὴρ Ἴρου, ὃς παῖδα ἔσχε τὸν Εὐρυτίωνα.* Addit Schneiderus: „Actoris filiam *Πολυμηλίδα* appellat Tzetzes ad Lycophr. 175. Alias scripturae varietates in hoc nomine reperies diligenter collectas apud Bachet de Meziriac *sur les Epîtres d'Ovide* T. I. p. 41. Historiam Pelei illustrant loci *Nicandri* ap. *Anton. Liberalem* p. 38. *Pausan.* II, 29. *Pindari* Nem. IV, 90. (vulg.) *Etymol. M.* v. *Λύκιον,* quae diligens lector comparabit;" et Heynius: „Propius ad rem spectant loci Apollodori III, 13, pr. et Notae p. 786 sq." Fortasse ad idem carmen pertinet insigne fragmentum de Peleo inter incerta a me relatum num. 55. Ibi enim, ut hic, Argonautis iunctus Peleus est: quodsi illud fragmentum ex eodem hymno est, ex quo sua Aristides petiit, illud praecessit, narratio de caede Eurytionis successit. Postremo prope eo inclino, ut utrumque fragmentum ex primo Hymno fuisse putem, in quo etiam de Pelei fatis dictum fuerit, sive quod Cadmo ut felicitate ita et calamitatibus similis fuit (cf. Pyth. III, 86 sqq.), sive Theogoniae serie eo deducente. Metrum certe fragmenti illius num. 55. tale est, ut in epodo primi Hymni illi versus potuerint positi esse. Cf. etiam ad Fragm. Hymn. 4.

14.

18 Etym. M. p. 821. 52. et Etym. Gud. p. 578. 42. v. *ὠμήρησεν: Πίνδαρος δὲ ἐν Ὕμνοις, Ἐρίφων μεθομήρεον, οἷον ὁμοῦ καὶ μετ᾽ αὐτῶν πορευόμενον.* Cave cum Sylburgio et Schneidero corrigas *μίθ᾽ ὁμήρεον* et deinde *πορευόμενοι: μεθομήρεος* sive *μεθομήρειος* hoc loco est *comes,* ut explicat Etymologus, cuius etiam cetera verba vide eodem redeuntia. *Ἐρίφων μεθομήρεος* videtur *Pan* esse.

15.

19 Schol. Pind. Pyth. IV, 288. *Ταύτην δὲ (Φρίξου μητρυιὰν) ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν Ὕμνοις Δημοδίκην φησίν, Ἱππίας δὲ Γοργῶπιν,* ut cetera omittam. Vulgo erat *Δημωτικήν*: cod. Gott. *Δημοτικήν,* ut ibi notavi. Cf. Müller. Orchom. p. 170. Pindarica forma erat *Δαμοδίκα.*

16.

20 Antiatticista in Bekkeri Lexicis Seguierianis p. 80. 8. *Ἀρχαιέστερον: Πίνδαρος Ὕμνοις.* Pindarum huiusmodi formis frequenter uti notat Eustathius ad Odyss. *β,* p. 1441. 13. et ad Dionys. Perieget. vs. 172. quo pertinet *ἀπονέστερον* et *ἀφθονίστερον* in Olymp. II. item *αἰδοιέστατον* Olymp. III. Cf. Etym. M. v. *αἰδοιέστατος.*

17.

21 Lex. Seg. p. 339. Bekker. Anecd. T. I. *Ἄγριος ἔλαιος: ἣν οἱ πολλοὶ ἀγριέλαιον καλοῦσιν. ἔστι παρὰ Πινδάρῳ ἐν Ὕμνοις.* Cf. Schneider. Lex. Gr. v. *ἔλαιος.*

18.

22 Quintilianus VIII, 6, 71. *Exquisitam vero figuram huius rei (crescentis hyperboles alia insuper addita) deprehendisse apud principem Lyricorum Pindarum videor in libro*

www.libtool.com.cn

quem inscripsit "Τμνους. Is namque Herculis impetum adversus Meropas, qui in insula Co dicuntur habitasse, non igni nec ventis nec mari, sed fulmini dicit similem fuisse: ut illa minora, hoc par esset. Cf. Nem. IV, 26. Isthm. V, 29. Quod de Pindaro librum suum "Τμνους inscribente narrat, notavi in Praef. Schol. T. II, p. X.

19.

Scholiastes Statii Theb. II, 85. „*Ogygii*, Thebani, ab Ogyge rege aut amne. *Ogygiis*, ait (Theb. I, 173.), *aspera rebus fata tulere vicem.* Sic Pindarus in *Somniis:* " Opite ιωcdeeypenoπonnhthctaneccιπy." *Somnia* putabam aliquando ad hymnum in Proserpinam spectare, de quo vide supra Fragm. 8. sed nunc persuasum habeo, scribendum esse *in Hymnis*, quo deducit lectio *somnis*, quae est in libris Freysingensi et Gudiano LIV. ut mihi nunciavit doctissimus Handius, qui de hoc loco a me consultus sibi quoque *Hymnis* probari perscripsit. Ex reliquis litteris obscurissimis exsculpsi haec: *ΩΙΤΓΕΙΟΤΣΑΕ ΕΥΡΕΝ Ο ΠΟΛΙΝ ΗΤΕΕΤΑΝ ΕΣ ΑΙΠΥ*, et coniicio esse de Cadmo in Böotia Ogygios inveniente ibique Cadmeam ut sibi condere liceret postulante, ut fere ita emendandum esset: *Ὠγυγίους δ' εὗρεν, ὅπου πόλιν αἴτεε τάνδ' ἐς αἰπύ*: cui id quidem minime obesse censeo, quod non Ogygios Hectenes, sed Aones et Hyantes in Boeotia reperisse Cadmus dicitur ex Pausaniae narratione IX, 5. Illud tenendum prope portam Ogygiam fuisse Cadmeam arcem, de quo v. Müller. Orchom. p. 486. id quod nostram firmat lectionem. Possis etiam *αἴτησε* coniicere. Ceterum pro *αἴτεε* sive *αἴτησε* scriptum erat *ἤτεε* sive *ἤτησε*, unde in libris *HTHE.* Cadmum vero precibus primum sedem sibi postulasse, quis miretur a Pindaro religioso homine narratum? Sed Cadmum pugna Aborigines vicisse perhibent; nempe postquam precibus nihil impetraverat, ad arma itum. Post *ἐς αἰπὺ* sequebatur verbum vel participium, *κτισθεῖσαν* vel simile aliquod, in hunc sensum: *ὅπου πόλιν αἴτεε τάνδ' ἐς αἰπὺ κτισθεῖσαν ἐξεῖναί οἱ οἰκίζειν.* Ipsum *αἰπὺ* bene convenit rupi Thebanae, *λιπαρᾶν Θηβᾶν μεγάλῳ σκοπέλῳ* Fragm. inc. 106. Postremo mihi Handius has lectionis varietates benigne transmisit, ex Freysingensi: opite. *ιωc ΔΕ εγρε, nononnh thfΦΛnccyny:* ex Gudiano: opite. *ιωsΔΕΕ γ ραnωnnhthe Φα. nεccιπι:* postremo ex Monacensi: *opιVειωc Δeeγre noronnHtHe ΦΔHeccιnHy.* Sed nihil ex his extrico melius.

III.

ΠΑΙΑΝΕΣ.

De indole Paeanum vide quae diximus Metr. Pind. III, p. 207 sq. et III, 13. p. 270. Apollini dicatos fuisse et aliunde scimus et ex Menandro Rhetore de encom. p. 27. Locus classicus est Procli ap. Phot. p. 523. *ὁ δὲ Παιάν ἐστιν εἶδος ᾠδῆς εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεούς, τὸ δὲ παλαιὸν ἰδίως ἀπενέμετο τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτεμίδι ἐπὶ καταπαύσει λοιμῶν καὶ νόσων ᾀδόμενος· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ Προσόδια τινες Παιᾶνας λέγουσιν.* Pindari Paeanem aliquem a Pane cantatum esse tradunt veteres: v. Parthen. Fragm. 2. praeterea Paeanum Pindaricorum meminit Plutarchus de mus. c. 9.

www.libtool.com.cn

ubi plura de Paeanum scriptoribus, et Servius ad Virg. Aen. X, 738. *Unde Pindarus opus suum, quod et hominum et deorum continet laudes, Paeanas vocavit*, de quo loco dixi Praef. T. II. p. X. *Hominum et deorum*, inquit Servius; ut putes etiam aliorum atque Apollinis deorum venerationem Paeanibus complexum poetam esse, atque adeo humana nomina celebrasse: neque ego dubito et alios deos illis poetam cecinisse, cuius rei exemplum praebet Paean in Iovem Dodonaeum, et homines eos esse laudatos, a quibus Paean dicabatur: sed Apollini tamen ipsi plurimos oblatos esse Paeanas vix est quod ambigas. Itaque ad Paeanas refero verba Pausaniae X, 24. *Ἀνάκειται δὲ οὐ πόρρω τῆς ἑστίας θρόνος Πινδάρου· σιδήρου μέν ἐστιν ὁ θρόνος, ἐπὶ δὲ αὐτῷ φασιν, ὁπότε ἀφίκοιτο ἐς Δελφοὺς, καθέζεσθαί τε τὸν Πίνδαρον καὶ ᾄδειν ὁπόσα τῶν ᾀσμάτων ἐς Ἀπόλλωνά ἐστιν*: et Himerii locum Orat. III. pr. p. 428. Adde Apophthegma p. 10. Schol. nostr. *Παραγενόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς καὶ ἐρωτώμενος τί πάρεστι θύσων τῷ Ἀπόλλωνι, εἶπε παιᾶνα*: pro quo paulo aliter Philodemus de musica col. 21, 8. T. I. p. 91. Vol. Herc. *καὶ τὸν Πίνδαρον οὕτω νομίζειν, ὅτ' ἔφη θύσων ποιήσεσθαι διθύραμβον.* In Paeanas commentatus est Didymus: v. Praef. T. II. et infra.

ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΑ ΠΥΘΙΟΝ, 1—5.

1.

Δ Ε Λ Φ Ο Ι Σ.

24 Schol. Pind. Nem. VII, 94. *Καθόλου γὰρ ἀπολογεῖσθαι βούλεται περὶ τοῦ Νεοπτολέμου θανάτου πρὸς τοὺς Αἰγινήτας. ἐκεῖνοι γὰρ ᾐτιῶντο τὸν Πίνδαρον, ὅτι γράφων Δελφοῖς τὸν Παιᾶνα ἔφη·*

Ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιριᾶν περὶ τιμᾶν ἀπολωλέναι

τὸν Νεοπτόλεμον. Cum ministris sacrorum pugnantem de honoribus ex victimarum portione debitis periisse. Nam *μοιρίαν*, non *μυρίαν* legendum, Schneiderus recte animadvertit: quod quum Scholiastes postea explicet *περὶ τῶν νομιζομένων τιμῶν τοῖς Δελφοῖς*, non dubitavi corrigere *μοιριᾶν περὶ τιμᾶν*, quum vulgo accusativus singularis feminini legeretur. Adde Schol. Nem. VII, 150. *ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἰπεῖν τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφοὺς, νῦν ὥσπερ ἀπολογεῖται εἰπών, ὅτι οὐχ ἱεροσυλῶν ἐτελεύτησεν, ἀλλ' ὑπὲρ κρεῶν φιλοτιμηθεὶς ἀνηρέθη.* Ex universa narratione carmen ante Nemeaeum septimum scriptum esse liquet. Metrum fortasse hoc est:

– ∪ ∪ – ∪ / ∪ ∪ – ∪ / ∪ ∪ – ∪ / ∪ ∪ – ∪ –

2.

25 Ad carmen aliquod Delphico deo dicatum refertur fragmentum apud Pausaniam X, 5, 5. ubi de tertio Delphico templo, quod aheneum fuisse non incredibile scriptori videtur: *τὰ μέντοι ἄλλα*, inquit, *οὐκ ἔπειθεν ὁ λόγος, ἢ Ἡφαίστου τὸν ναὸν τέχνην εἶναι, ἢ τὰ ἐς τὰς ᾠδοὺς τὰς χρυσᾶς, ἃ δὴ Πίνδαρος ᾖσεν ἐπ' ἐκείνῳ τῷ ναῷ·*

Χρύσειαι δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον Κηληδόνες.

οὗτος μὲν δὴ ταῦτα ἐς μίμησιν, ἐμοὶ δοκεῖν, τῶν παρ' Ὁμήρῳ Σειρήνων ἐποίησεν, Odyss. *μ*, 39. Hoc est interprete Romulo Amasaeo: *Aureae cantabant e laquearibus Flexani-*

www.libtool.com.cn

mae. Pro voce *Κηληδόνες* Pausaniae textus habet *Κηλήμονες*. Corruptior locus est apud Galen. in Hippocr. *π. ἄρθρ.* T. III, p. 615. Bas. *Καὶ Πίνδαρός φησιν ἐν ταῖς Πλειάσι (τοῖς Παιᾶσι): Χρυσαῖ αἱ δ' ὀξυμπεραὶ αἱ τοῦ ἄειδον Κληδόνες.* Athenaeus VII, p. 290. E. *τῶν παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνων, αἳ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς Σειρῆσι τοὺς ἀκροωμένους ἐποίουν ἐπιλανθανομένους τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαυαίνεσθαι.* Hinc Eustathius ad Odyss. *μ*, p. 1709. 56. *Ἴστέον ὅτι Πίνδαρος Κηληδόνας λέγει ποιούσας τοὺς ἀκροωμένους ἐπιλανθέσθαι τῶν τροφῶν ὑφ' ἡδονῆς καὶ οὕτως ἀφαυαίνεσθαι. οὐ πάνυ δὲ δῆλον, εἴτε Κηληδόνας ἐκεῖνος ἐπιθετικῶς τὰς Σειρῆνας λέγει διὰ τὸν κατ' αὐτὰς, Ὅμηρος ἂν εἴποι, κηληθμὸν, εἴτε καὶ ἄλλα τινὰ ᾠδικὰ δαιμόνια.* Idem ad Odyss. *λ*, p. 1689. 37. *Ἐκ δὲ τοῦ κηλεῖν καὶ αἱ παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνες παράγονται, ὧν Ἀθήναιος μέμνηται ὡς θελγουσῶν οὐδὲν ἔλαττον ἥπερ αἱ τοῦ μύθου Σειρῆνες.* Haud dubie vero *Κηληδόνες* dicuntur feminae aureis imaginibus expressae, *χρυσαῖ ᾠδοί*, ut ait Pausanias; *Ἴυγγας* vocat Philostratus vit. Apollon. VI, 11. p. 247. ubi de hoc templo: *καὶ ἄλλου ἐδείκθη ναοῦ, καὶ μεγάλων ἤδη καὶ ἑκατομπέδων· ἑνὸς δὲ αὐτῶν καὶ χρυσᾶς Ἴυγγας ἀνάψαι (Ἀπόλλων) λέγεται Σειρήνων τινὰ ἐπεχούσας (ἐπιχεούσας) πειθώ;* ubi Olearius recte confert Iyngas quattuor in regia Persarum ap. Philostr. ib. I, 25. p. 34. *Χρυσαῖ δὲ Ἴυγγες ἀποκρέμανται τοῦ ὀρόφου τέτταρες, τὴν Ἀδράστειαν αὐτῷ παρεγγυῶσαι καὶ τὸ μὴ ὑπὲρ τοὺς ἀνθρώπους αἴρεσθαι.* Ceterum quod ex vase Locrensi a Mich. Ardito (Illustrazione di un antico vaso trovato nelle ruine di Locri, Neap. 1791.) edito huc advocantur *ΚΑΛΕΔΟΝΕΣ*, id quidem nihili est, neque ego commoveor Huschkii disputatione Anal. crit. p. 8 sqq. et in commentatione de inscriptione Vasculi Locris in Italia reperti, Rostoch. 1813. in lucem emissa. Nam pluralem *Κηληδόνες* uni puellae sedenti adscribi mirum est: neque omnino in illo vase legitur *ΚΑΛΕΔΟΝΕΣ*, sed *ΚΑΛΕΔΟΚΕϟ*, ut viderat Zarillus in dissertatione a. 1792. impressa, et nobis Uhdenius, accuratissimus litterarum examinator affirmavit, qui vas illud ipse inspexit et vitro optico litterarum ductus scrutatus est. Igitur sententia est: *καλὴ δοκεῖς*, quemadmodum in his vasculis frequentissima est inscriptio *καλὸς* et *καλή*. Scriptura est antiqua, in qua *E* pro *η* et *ει* usurpatur. Et hanc huius inscriptionis interpretationem dudum est ex quo docuit Villoisonus Magas. encyclop. ann. VII. (1801.) T. II. p. 473 sq. quum Zarillus putasset explicandum esse: *καλὴ δοκῆς*, contra Graecae linguae usum. Quodsi ullus dubitationi locus relictus est, haec una erit, numne *καλὴ δοκεῖ* legendum sit, propterea quod ϟ etiam Iota est in aliquot titulis valde antiquis, ut in columna Naniana et aere Petiliensi. Attamen praefero illud *δοκεῖς*. Quibus perscriptis nuperrime incidi in similem titulum Atticum tegulae impositum, quae nunc in domo Fauvelii est (Pouqueville Voyage dans la Grèce, Par. 1820. T. IV, p. 74.); ibi legitur: *ΙΠΠΕΟΣ ΚΑΛΟΣ ΑΡΙΣΤΟΜΕΔΕΙ ΔΟΚΕΙ*, hoc est *Ἵππιος καλὸς Ἀριστομηδει δοκεῖ*, ubi iam ipsum verbi *δοκεῖν* in hac re usum tenes. Valeant igitur Locrenses istae *Κηληδόνες*. Sed pulchre Huschkius Vitae Sophoclis restituit *Κηληδόνα χαλκῆν*, ubi vulgo *χελιδόνα*, et Luciani Nigrino T. I. p. 41. *Κηληδόνας*, ubi erant *ἀηδόνες*. Versus cave cum Hermanno ita restituas Dorio fere modo:

Χρυσέαι δ'
ἐξ ὑπερῴου ἄειδον
Κηληδόνες.

Lectionem *χρύσειαι* satis tuentur Pausanias et Galenus, apud quem inde depravatum *χρυσαῖ αἱ*. Metrum fuit paulo liberius, quale etiam in priori fragmine fuisse conieci, idque fortasse tale fuit:

www.libtool.com.cn

Χρύσειαι δ' ἐξ ὑπερῴου
ἄεισον Κηληδόνες.
. . . . . – ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ . . . . .

nisi Pindarus divisim dederat *ὑπερῳ̃ου*. Postremo quaeri potest, ubi illae *Κηληδόνες* in Delphico templo fuisse dicantur. Equidem arbitror dici *sub tecto suspensas*, ut lynges in regia Persarum; unde Philostratus utitur voce *ἀνάψαι*. Conferri potest, quod etiam donaria Delphis sub tecto suspensa reperiuntur Pyth. V, 34—42. ubi non solum *κρέμαται* suspensa currus instrumenta (*ἔντη δαίδαλα*) esse docet, sed simul patet sub tecto sive lacunari ea suspensa esse, ubi etiam Cretense illud signum haud dubie pendebat. Hinc vs. 39. *aedicula*, quam ibi significavi intelligendam esse (Explicatt. p. 287.), quum alii de templo cogitarent, non simpliciter appellatur, sed pars aediculae, *κυπαρίσσινον μέλαθρον*, hoc est proprie *cupressina in medio lacunari trabs;* hinc *τέγος Παρνάσιον* deinceps dicitur: inde etiam *κάθεσσαν* explicandum ad tectum rediens. Atque ita locum de Flexanimis intellexit iam Amasaeus.

3.

26 Quartum templum Delphicum illud est, quod Trophonius et Agamedes exstruxerant (Pausan. X, 5.), quae res pervulgata. Igitur post tertii templi mentionem a Pindaro factam coniicias de quarto eundem in eodem carmine egisse, atque huc referenda esse verba Plutarchi Consol. ad Apollon. p. 335. Tub. *Καὶ περὶ Ἀγαμήδους δὲ καὶ Τροφωνίου φησὶ Πίνδαρος, τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς οἰκοδομήσαντας αἰτεῖν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος μισθὸν, τὸν δ' αὐτοῖς ἐπαγγείλασθαι εἰς ἑβδόμην ἡμέραν* (in diem tertium Cic. Tusc. IV, 47.) *ἀποδώσειν, ἐν τοσούτῳ δ' εὐωχεῖσθαι παρακελεύσασθαι, τοὺς δὲ ποιήσαντας τὸ προστάχθὲν τῇ ἑβδόμῃ νυκτὶ κατακοιμηθέντας τελευτῆσαι. λέγεται δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πινδάρῳ ἐπισκήψαντι τοῖς παρὰ τῶν Βοιωτῶν πεμφθεῖσιν εἰς θεοῦ πυθέσθαι, τί ἄριστόν ἐστιν ἀνθρώποις, ἀποκρίνασθαι τὴν πρόμαντιν, ὅτι οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖ, εἴ γε τὰ γραφέντα περὶ Τροφωνίου καὶ Ἀγαμήδους ἐκείνου ἐστίν.* Omitto cetera.

4.

27 Postremo ad Delphici templi descriptionem haec spectant apud Strabonem IX. p. 642. C. 643. A. *Ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλὸν προσπλάσαντες καὶ μῦθον, ὃν φησι Πίνδαρος, ὅτι συμπέσοιεν ἐνταῦθα οἱ αἰετοὶ οἱ ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς δύσεως, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς· οἱ δὲ κόρακάς φασι.* Schneiderus: „Fabulam copiose narrat Schol. Pindari ad Pyth. IV, 6. qui tamen ipsius Pindari non meminit, sed simpliciter ait: *λόγος τις τοιοῦτος περιηχεῖ.* Habet eandem Claudianus XVI, 11. ubi v. Gesn. Conf. Plutarchus de def. orac. p. 409. ed. Franc. (initio libri), Schol. Sophocl. Oedip. T. 489. Pausanias X, 16. *Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν λίθου πεποιημένον λευκοῦ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦντά σφισιν ἐποίησεν.*" De terrae umbilico habes etiam Pyth. IV, 74. *πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ματέρος*, Pyth. VI, 3. VIII, 62. XI, 10. Nem. VII, 33. sed de aquilarum concursu nihil in Epiniciis est; neque Strabo, accuratus scriptor, ob solam aurearum aquilarum mentionem Pyth. IV, 4. iniectam dixerit *προσπλάσαντες καὶ μῦθον ὃν φησι Πίνδαρος.* Igitur haec praeter Epinicia in alio carmine prodita uberius arbitror; in quo me illud confirmat, quod Pausanias non universe ad Pindarum passim haec tangentem, sed ad certam quandam odam provocat,

www.libtool.com.cn

in qua Pindarus consentientia Delphis pronunciaverit: illi vero Paeani, in quo de Delphicis templis poeta dixerat, illa optime vindicari quis negaverit?

5.

Huc referre non dubito Schol. Aeschyl. Eumen. 2. ad verba *Πρωτόμαντιν Θέμιν·* 28 *Πίνδαρός φησι πρὸς βίαν κρατῆσαι Πυθοῦς τὸν Ἀπόλλωνα· διὸ καὶ ταρταρῶσαι ἐζήτει αὐτὸν ἡ Γῆ.*

ΕΙΣ ΔΙΑ ΔΩΔΩΝΑΙΟΝ, 6—9.

6.

Paeanem in Dodonaeum Iovem extitisse fragmentum proxime sequens fidem fa- 29
cit: qui fortasse tripodis Ismenii deductioni inserviebat; unde aptior paeanis denominatio, quoniam Ismenius tripus ab Apolline non alienus. De re vide ad Fragm. Paean. 15. Ex illius igitur carminis initio petita sunt verba haec:

Δωδωναῖε μεγάσθενες, ἀριστότεχνα πάτερ,

Dodonaee potentissime, arte excellens pater; huius fortasse metri:

x _ ⏑ ⏑ _ ⏑ ⏑ _ ⏑ ⏑ _ ×

Habet Dio Chrysostomus Orat. XII. p. 217. D. Pindaroque primus vindicavit Theod. Canterus V. L. II, 11. Clemens Alexandrinus Strom. V, p. 710. (indeque Eusebius P. E. XIII, 13.) post locum ex Nem. VI. princ. *καὶ ἕνα τὸν τούτων δημιουργὸν, ὃν ἀριστοτέχναν πατέρα λέγει, τὸν καὶ τὰς προκοπὰς κατ' ἀξίαν εἰς θειότητα παρεσχημένον.* Plutarchus S. N. V. p. 11. *Ὅτι γὰρ ἡ περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρεία, δίκη δὲ καὶ δικαιοσύνη προσαγορευομένη πασῶν ἐστι τεχνῶν μεγίστη, πρὸς ἑτέροις μυρίοις καὶ Πίνδαρος ἐμαρτύρησεν ἀριστοτέχναν ἀνακαλούμενος τὸν ἄρχοντα καὶ κύριον ἁπάντων θεῶν, ὡς δὴ δίκης ὄντα δημιουργόν.* Idem Symp. Qu. 1, 2, 6. *καὶ τὸν θεὸν ὁρᾷς, ὃν ἀριστοτέχναν ἡμῶν ὁ Πίνδαρος προσεῖπεν.* Praec. reip. ger. c. 13. *ὁ δὲ πολιτικὸς ἀριστοτέχνας τις ὢν κατὰ Πίνδαρον καὶ δημιουργὸς εὐνομίας καὶ δίκης.* De fac. in orbe lunae c. 13. *ἢ τίνος γέγονε ποιητὴς καὶ πατὴρ δημιουργὸς ὁ Ζεὺς ὁ ἀριστοτέχνας.* Adv. Stoicos c. 14. *ὁ δὲ πατρῷος καὶ ὕπατος καὶ θεμίστιος Ζεὺς καὶ ἀριστοτέχνας κατὰ Πίνδαρον, οὐ δρᾶμα δήπου μέγα καὶ ποικίλον καὶ πολυμαθὲς δημιουργῶν τὸν κόσμον, ἀλλὰ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἄστυ κοινὸν συννομησομένων μετὰ δίκης καὶ ἀρετῆς ὁμολογουμένως καὶ μακαρίως.* Cf. Wyttenb. ad Plutarch. S. N. V. l. c. et Albert. ad Hesych. v. *ἀριστοτέχνης.*

7.

Schol. Sophocl. Trach. 175. de Dodonaeis columbis: *Εὐριπίδης δὲ τρεῖς γεγονέναι* 30
φησὶν αὐτάς· οἱ δὲ δύο, καὶ τὴν μὲν εἰς Λιβύην ἀφικέσθαι Θήβηθεν εἰς τὸ τοῦ Ἄμμωνος χρηστήριον, τὴν δὲ εἰς τὸ περὶ τὴν Δωδώνην, ὡς καὶ Πίνδαρος Παιᾶσιν.

8.

Strab. VII, p. 505. A. *Πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἕλλους, ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλοὺς,* 31
ὡς ὑπονοοῦσι παρ' Ὁμήρῳ κεῖσθαι, ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα οὐκ ἐᾷ διϊσχυρίζεσθαι. Etym. M. v. *Σελλοί: καὶ οἱ μὲν Ἕλλοὺς αὐτοὺς ἐξεδέξαντο, ὡς Πίνδαρος, δεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Σ ἄρχεσθαι τὴν λέξιν Σελλούς.* Schol. min. ad Iliad. π, 234. *Πίνδαρος δὲ Ἕλλοὺς αὐτοὺς κληθῆναί φησι χωρὶς τοῦ πρώτου Σ, ἀπὸ Ἕλλοῦ τοῦ δρυτόμου ὥς φασι πρώου καταδείξαντος τὸ μαντεῖον.* Paulo aliter Schol. Ven. qui et ea quae Etymologus prae-

www.libtool.com.cn

bet, et ea quae Scholia minora, sed haec ita: *ἀπὸ Ἕλλου τοῦ δρυτόμου, ᾧ φασι τὴν περιστερὰν πρώτην καταδεῖξαι τὸ μαντεῖον.* Recte. Vides haec priori fragmento iuncta fuisse. Adde Eustath. ad Iliad. π, p. 1057. 57. Similis scripturae varietas ap. Sophocl. Trach. 1183. ubi conf. Schol.

9.

32 Eodem pertinere videtur Strab. VII, p. 506. A. *Καὶ οἱ τραγικοί τε καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην.*

10.

33 Stobaeus Eclog. II, 1, 8. p. 8. ed. Heeren. ubi codd. V. A. E. in margine *Πινδάρου Παιάνων*:

Τί δ' ἔλπεαι σοφίαν εἶναι
ἢ ὀλίγον ἀνήρ
ὑπὲρ ἀνδρὸς ἰσχύει;
οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως
τὰ θεῶν βουλεύματ' ἐρευνᾶσαι
βροτέᾳ φρενί.

Initio cod. V. *ἔτι*, V. A. *ὀλίγοι*. Clemens Alexandrinus Strom. V, p. 726. eadem ex Pindaro profert; apud quem in vulgatis libris *ὅτι ἔλπεται*: codices tamen praebent *τί ἔλπεαι* cum Eusebio P. E. XIII, 13. p. 403. qui etiam *σοφίαν ὀλίγον τι*, quum apud Clementem reperiamus *σοφίαν ὀλίγαν τοι*. Praeterea textus Clementis *ζαθέων*; sed *τὰ θεῶν* Euseb. et libri Clementis. *Εἶναι ἤ* hi omnes omittunt; pro *ἰσχύει* habent *ἔχειν*; deinde omisso *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως* praebent *βροτέᾳ φρενὶ δύσκολον· θνατᾶς δ' ἀπὸ ματρὸς ἔφυ*. Mihi de vera eximii fragmenti lectione diu cogitanti nihil probabilius oblatum est, quam quod Heerenius putabat, Clementem ab Eusebio compilatum haec ex memoria retulisse; ideoque Stobaei exemplo plus tribuendum censeo. Itaque hunc non solum in ceteris sequor, sed etiam *τι* post *ὀλίγον* omitto, praesertim quum id vulgare genus dicendi redoleat; et damno illud *δύσκολον* etiam ideo displicens, quod asyndeton hoc loco ingratum videtur. In ceteris duas lectiones mutaverim. Primum enim *εἶναι* praesertim in carmine velociorem numerum habente valde suspectum est, quod semel tantum in Pindaricis reperitur Isthm. V, 29. ubi vereor ne poeta dederit *ἔμμεν*: deinde *ἐρευνᾶσαι* infinitivus post *οὐκ ἔσθ' ὅπως* etsi Graecus est (ut Soph. Ai. 374.), vel omnium librorum auctoritate obstante mutandus in *ἐρευνάσει*, quod elegantissimum cuivis videbitur, quippe ad *ἄνδρα* relatum, quo deinceps etiam illud *ἔφυ* poeta retulit. Sic constituta scriptura metrum, quod tamen certa ratione definire non licet, hoc habeo:

Τί δ' ἔλπεαι σοφίαν ἔμμεναι, ἢ ὀλίγον
ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρὸς ἰσχύει;
οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως τὰ θεῶν βουλεύματ' ἐρευνάσει βροτέᾳ φρενί·
θνατᾶς δ' ἀπὸ ματρὸς ἔφυ.

Quid vero censes sapientiam esse, qua paululum vir virum antecellit? Neque enim deorum consilia assequetur mortali mente: a mortali vero matre natus est. Fortasse ἦ τ' aut etiam melius ἤ γ' est scribendum.

www.libtool.com.cn

11.

Schol. Apollon. I, 1086. ad locum de alcyone Argonautis omen offerente: *Εἴ-* 34
ληφε δὲ τὰ περὶ τῶν ἀλκυόνων παρὰ Πινδάρου ἐκ Παιάνων. Eius vocem quum Apollonius *ὄσσαν* vocet, addit Scholiastes: *εὐλόγως δὲ ὄσσαν εἶπε τὴν ἀλκυόνος φωνήν· ὑπὸ γὰρ Ἥρας ἦν ἀπεσταλμένη, ὡς φησι Πίνδαρος.* Notat Schneiderus, partim in schedis: „Hinc Philostratus Imagg. II, 15. p. 833. ea, quae de Halcyonibus et Glauco Argonautis apparente tradit, ex Pindaro sumpsisse videri debet, aut ex Stesichoro, qui similiter, ut ex Aristot. H. A. V, 9, 4. coniicere licet. De Glauco diserte Pausanias IX, 22. *Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ἆσαι τὰ εἰς Γλαῦκον, Αἰσχύλῳ δὲ καὶ εἰς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσε.* De Glauco v. Athen. VII, p. 296. A. sqq." Cf. Heyn. ad Apollod. p. 416.

12.

Schol. Lycophr. 445. *Οἱ μάντεις οἱ ἐνθάδε τοῦ ἐν Δηραίοις τόπῳ Ἀβδήρων τιμω-* 35
μένου Ἀπόλλωνος, οὗ μνημονεύει καὶ Πίνδαρος ἐν Παιᾶσιν. Δηραίοις pro *Δηραίνοις* scripsit Müllerus praeter cod. Vat. provocans ad Stephanum Byzantium, apud quem *Δηρὰ* erat *γῆς Ἰβηρίας*, ubi eodem auctore altera, quae dicebantur, Abdera sita.

13.

Plutarchus de musica c. 15. *Πίνδαρος δ' ἐν Παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ* 36
Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον διδαχθῆναι ὑπὸ Ἀνθίππου. Addidi verba *ὑπὸ Ἀνθίππου* a Valgulio expressa, quod notavit iam Burettus Mem. Acad. Inscr. T. XIII, p. 231. Vide Polluc. IV, 78. ubi discimus hoc de harmonia *συντονολυδιστὶ* intelligendum esse. Cf. nos Metr. Pind. III, 8. p. 237. Ceterum in nomine variant libri: alii habent *Ἄντιφον*, Valgulius, ut videtur, *Ἄντιππον* legerat; neque hoc, etsi nomen *Anthippe* contrario modo scribitur, improbandum, quia in compositis ex substantivo *ἵππος* aspiratio haud raro negligitur, et proprium plurium heroum nomen est *Antippus*. Sed harmoniae Lydiae inventor fuit *Antiphus* Maeonius, ex qua gente Antiphus heros ap. Hom. Iliad. *β*, 864.

14.

In eo Paeane Niobae et liberorum eius fata ab Apolline et Diana peremptorum 37
exposuisse Pindarum liquet: nec dubito huc referre, quod de numero liberorum Niobae apud Pindarum tradito narratur. Aelianus V. H. XII, 36. *Ἀλκμὰν δέκα φησὶ, Μίμνερμος εἴκοσι καὶ Πίνδαρος τοσούτους.* Gell. N. A. XX, 7. *Euripides* [*et Pindarus*] *bis septenos, Sappho bis novenos, Bacchylides et Pindarus bis denos.* Plura de Niobae liberis Schol. Eurip. Phoen. 162. ubi v. Valck.

15.

Postremo huc congeram quae ex Didymi in Paeanas commentario commemoran- 38
tur, etsi ea iam in Praefatione T. II. proposui: unde colligas, quas res Pindarus in Paeanibus hinc illinc tractaverit. Primus locus est ap. Ammon. *Θηβαῖοι καὶ Θηβαγενεῖς διαφέρουσι, καθὼς Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι τῷ πρώτῳ τῶν Παιάνων Πινδάρου φησίν· καὶ τὸν τρίποδα ἀπὸ τούτου Θηβαγενεῖς πέμπουσι· τὸν χρύσεον εἰς Ἰσμήνιον ἱερόν,* ut Koenius correxit ad Gregor. p. 225. Vulgo *Ἰσμηνὸν πρῶτον*. Aliter mutilum hunc locum tractabat Valck. ad Ammon. p. 97. Cf. Schol. Pyth. XI, 5. Herod. V, 59. et Pausan. IX, 10. qui de aliis tripodibus aereis, quos dicabant daphnephori. *Τριποδη-*

www.libtool.com.cn

φορικὰ μέλη apud Boeotos commemorat Proclus Chrestom. ap. Phot. p. 525. ubi quae narrantur de tripode Ismenio Dodonam misso, ea explicat Müller. Orchom. p. 385. quem confer etiam p. 397.

16.

39 Alter Didymi locus est ap. Schol. Pind. Pyth. XII, 45. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Παιᾶσι περὶ αὐλητικῆς, quae verba in iis posita sunt, quae de calamis tibiarum ad confectionem aptis in Cephiso nascentibus Scholiastes dicit: unde Schneiderus in schedis coniicit huc referenda fragmenta, quae de Tilphussa et Copaide Strabo et Stephanus praebent. Sed tutius duxi illa in incertis relinquere.

17.

40 Tertius locus habetur ap. Schol. Olymp. I, 26. Περὶ δὲ τῆς Δωριστὶ ἁρμονίας εἴρηται ἐν Παιᾶσιν, ὅτι Δώριον μέλος σεμνότατόν ἐστιν, ubi olim ποτὶ p. ὅτι legebatur.

18.

41 Quartum edidi ad Olymp. II, 70. Ἐν δὲ τοῖς Παιᾶσιν εἴρηται περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ ἐκπεσόντος Λαΐῳ, καθὰ καὶ Μνασέας ἐν τῷ περὶ χρησμῶν γράφει·

Λάϊε Λαβδακίδη, ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων.

19.

42 Quintus extat ad Pyth. VI, 4. Ἐν τῇ πολυχρύσῳ Ἀπολλωνίᾳ νάπῃ, περὶ ἧς ἐν Παιᾶσιν εἴρηται; atque iterum: ἐκεῖ γὰρ (ἐν Πυθοῖ) ἡ Ἀπολλωνία νάπη, περὶ ἧς ἐν Παιᾶσιν εἴρηται. Haec ad Paeanem Delphis scriptum pertinere conieceris.

IV.

ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΙ.

Pindari Dithyrambos grammatici in duos redegerant libros, quod ex Vit. Vrat. p. 10. discimus; et primus liber citatur apud Scholiasten Pindari et Etymologum, ubi Sylburgius recte primum librum, non primum carmen intelligit. Laudem horum carminum, quippe virilium et pro generis ratione satis gravium v. ap. Aristid. T. II. p. 295. quem locum adscripsi Hymn. Fragm. 4.

1.

43 Ex *primo libro* duo tantum loci citantur, quorum alter ap. Schol. Pind. Olymp. XIII, 25. Ὁ Πίνδαρος δὲ ἐν μὲν τοῖς Ὑποχήμασιν ἐν Νάξῳ φησὶν εὑρεθῆναι πρῶτον διθύραμβον, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Διθυράμβων ἐν Θήβαις, ἐνταῦθα δὲ ἐν Κορίνθῳ.

2.

44 Etym. M. v. θώραξ, p. 460. 35. Καὶ θώραξ ὁ δεκτικὸς τῆς τροφῆς τόπος· ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐμπίπλασθαι οἴνου θωράσασθαι (corrige θωράσσεσθαι) λέγεται, ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει· Πρὸς τοὺς συμπότας θωράξομαι, εὐοχηθήσομαι ἢ μεθυσθήσομαι· καὶ Πίνδαρος Διθυράμβων πρώτῳ· Ἀλόχῳ ποτὲ θωρηχθεὶς ἐπ' ἀλλοτρίᾳ. Meletius de natura

www.libtool.com.cn

hominis intp. Nicol. Petreio p. 86. *Thorax igitur locus, qui alimentum accipit, est. Quidam autem vino madentem θωρήξασθαι dixerunt, ut Hippocrates: λιμὸν θώρηξις λύει, Ebrietas, inquit, famem solvit. Et Pindarus in Dithyrambis: Ἀλόχῳ ποτὲ θωραχθεὶς ἐπέχεεν ἀλλότρια, quod facit: Uxorem vino quandoque madidus falsis insimulavit.* Graeci Meletii codex Monacensis, cuius scripturam mecum communicavit Schulzius, theologus Vratislaviensis, nullam offert memorabilem varietatem, habetque *ἔπεχε ἀλλότρια:* in Cracoviensi libro Pindarica omissa sunt. Verum Schneiderus in schedis assecutus est, *ἐπέχραεν*. Fragmentum igitur hoc est:

Ἀλόχῳ ποτὲ θωραχθεὶς ἐπέχραεν ἀλλοτρίᾳ.

Uxorem alienam aliquando ebrius aggrediebatur. Iliad. π, 352. *ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον ἢ ἐρίφοισιν.* Vocem *θωρηχθεὶς* hoc significatu usurpat etiam Theognis vs. 884.

ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ, 3—4.

3.

De Pindaro Athenis in Dionysiis duo carmina faciente narrat Himerius Orat. XI. extr. 45 quae quidem carmina haud dubie dithyrambica erant. Eximium fragmentum servavit Dionysius Halicarnassensis de compos. verb. c. 22. p. 304 sqq. ed. Schaef. ut exemplum austeri generis dicendi, cuius priores deinceps versus paulo argutius examinat inde a p. 308. his praemissis: *Ταῦθ' ὅτι μέν ἐστιν ἰσχυρὰ καὶ στιβαρὰ καὶ ἀξιωματικὰ, καὶ πολὺ τὸ αὐστηρὸν ἔχει, τραχύνει τε ἀλύπως καὶ πικραίνει τὰς ἀκοὰς μετρίως, ἀναβέβληταί τε τοῖς χρόνοις καὶ διαβέβηκεν ἐπὶ τὸ πολὺ ταῖς ἁρμονίαις, καὶ οὐ τὸ θεατρικὸν δὴ τοῦτο καὶ γλαφυρὸν ἐπιδείκνυται κάλλος, ἀλλὰ τὸ ἀρχαϊκὸν ἐκεῖνο καὶ αὐστηρὸν, ἅπαντες ἂν εὖ οἶδ' ὅτι μαρτυρήσειαν οἱ μετρίαν αἴσθησιν ἔχοντες περὶ λόγους.* Est initium dithyrambi, ut ipse dicit: eum vero Atheniensibus scriptum esse ipsa verba docent. Sitne ex priore an secundo libro, ignoramus. Neque Uptonus audiendus, qui e voce *δεύτερον* satis inepte colligit, secundum hoc carmen in Pindari Dithyrambis locum obtinuisse, quum potius inde colligere debuisset, duos poetam Atheniensibus Dithyrambos fecisse, atque hunc a Pindarico choro post priorem cantatum esse: quamquam ne hoc quidem inest, quia id *δεύτερον* alium plane sensum includit infra explicandum. Post Barnesium de hoc carmine bene meruit Hermannus Annott. ad Olymp. VIII. a quo tamen in multis discedo. Accipe igitur verba, prout legenda videntur; item metrum praeclarum, quod tamen non omnibus locis plane certum est. Antistrophica non insunt; et verisimile est Pindari aetate Dithyrambos non iam, ut olim, antistrophicos fuisse.

Δεῦτ' ἐν χορὸν, Ὀλύμπιοι,
ἔπι τε κλυτὰν πέμπετε χάριν, θεοί,
πολύβατον οἵτ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα
ἐν ταῖς ἱεραῖς Ἀθάναις
οἰχνεῖτε πανδαίδαλόν τ' εὐκλέ' ἀγοράν·
ἰοδετᾶν λάχετε στεφάνων
τᾶν τ' ἐαριδρέπτων λοιβᾶν, Διόθεν τέ με σὺν ἀγλαᾷ
ἴδετε πορευθέντ' ἀοιδᾷ δεύτερον
ἐπὶ κισσοδέταν θεόν,

www.libtool.com.cn

τὸν Βρόμιον τὸν Ἐριβόαν τε καλέομεν. γόνον ὑπάτων μὲν πατέρων μελπέμεν
γυναικῶν τε Καδμειᾶν ἔμολον.
Ἐν Ἀργείᾳ Νεμέᾳ μάντιν οὐ λανθάνει
φοίνικος ἔρνος, ὁπότ' οἰχθέντος Ὡρᾶν θαλάμου
εὔοδμον ἐπαΐωσιν ἔαρ φυτὰ νεκτάρεα.
τότε βάλλεται, τότ' ἐπ' ἀμβρόταν χέρσον ἑρατοὶ
ἴων φόβαι, ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται,
ἀχεῖται τ' ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς,
ἀχεῖται Σεμέλαν ἑλικάμπυκα χοροί.



Accipe interpretationem Henr. Stephani hinc inde refictam. *Adeste in chorum, Olympii, et inclytam immittite gratiam dii; frequentem qui urbis umbilicum thure perfusum sacris Athenis teritis et artificiose ornatum illustre forum: violis revinctas accipite coronas ac vere decerptas libationes, et a Iove me cum splendido carmine invisite huc profectum secundo loco ad redimitum hedera deum, quem Bromium quemque Grandistrepum mortales vocamus. Summorum prolem patrum celebraturus mulierumque Cadmearum adveni. Apud Argivam Nemeam vatem non latet palmae ramulus, quando recluso Horarum thalamo odoratum persentiscunt ver plantae nectareae: tunc, tunc sparguntur super immortali terra amabiles violarum crines, et rosae comis miscentur, sonantque voces carminum cum tibiis, sonant Semelam taenia redimitam chori.*

Varias lectiones vide in editionibus: ego tantum potissima affero. Ἐν χορὸν ex vs. 1. habet Gregor. Cor. de dial. p. 355. ed. Lips. Vs. 3. dubites, qui sit ὀμφαλὸς ἄστεος: apud Simonidem ὀμφαλὸν πόλιος esse curiam (βουλευτήριον) docui in Prooe-

www.libtool.com.cn

mio catal. lect. Univ. Berol. aestiv. a. 1818. hoc loco quum, quominus de Dionysiaco theatro, prytaneo, odeo cogites, et alia impediant et fori mentio insigniter ornati, necesse est aut curiam itidem, aut tholum ad forum positas intelligi: quarum alterutram umbilicum urbis vocari eo est probabilius, quum in eodem loco *Μητρῷον* fuerit. V. nos Oec. civ. Ath. T. I, p. 435. Praestat autem tholum intelligi, ubi prytanes; quae vel ob rotundam formam umbilici nomine vocari potuit: ibidem cyclii chori, quibus dithyrambi scribebantur, agi optime poterant, nondum tum odeo exstructo, nec Dionysiaco theatro ad hanc rem, ut videtur, accommodato. Ceterum forum est vetus, ad Pnycem. Quod vero forum *πανδαίδαλον* dicitur, inde cernas dithyrambum hunc post crematas a Persis Athenas splendidiusque instauratas scriptum esse. Vs. 4. libri *Ἀθήναις*. Vs. 6. 7. codices variant. Vulgata est: *ἰοδέτων λάβετε στεφάνων τῶν ἐαριδρέπτων λοιβάν;* in Hudsoni collationibus affertur scriptura *ἰοδέτην*, quam habet etiam Ald. et Guelph. cuius collationem Schneidero debeo: deinde Hudsoni libri *λάχετε* et *ἐαριδρέπων*, Ald. Monac. *λάχετε*, cod. l. *λάχει*, Guelph. primum *λάβετε*, deinde in repetitis verbis *λάχεται*: Ald. *τάντ' ἔαρι δρέπων*, Monac. *τάν τε ἀριδρέπτων ἀοιδόν*, R. *τάν τε ἐριδρέπτων*, alius liber a Gerhardo collatus *ἰαδέτων λάχετε στέφανον, τάν τε ἀγριδρέπτων ἀοιδάν*: et *ἀοιδὰν* in repetitione dedit Guelph. qui in priore loci textu dederat *τ' ἂν τ' ἐαριδρέπων λοιβάν*. Hermannus scripsit: *ἰοδίταν λάβετε στέφανον τᾶν γ' ἐαριδρέπτων λοιβᾶν;* quum olim dedisset *ἰοδέτων λάβετε στεφάνων τὰν ἐαρόδρεπτον λοιβάν*: Göllerus edidit, *ἰοδέτων λάχετε στεφάνων τὰν ἐαριδρέπτων λοιβάν*. Mihi vero et codicum vestigia legenti et sensum spectanti nihil commodius visum est quam hoc:

ἰοδετᾶν λάχετε στεφάνων
τᾶν τ' ἐαριδρέπτων λοιβᾶν.

Ἰοδετᾶν est a recto casu *ἰοδέτης*. *Στεφάνων* ipse Dionysius agnoscit p. 320. Duae res videntur oblatae esse, coronae et libationes, quae floribus ex parte constabant vere decerptis. Ita Iunoni Argivae herba Asterion praebetur, indeque coronae nectuntur; ita Sicyone Eumenidibus offeruntur *μελίκρατος σπονδὴ καὶ ἄνθη*: v. Pausan. II, 17, 2. et 11, 4. Vs. 8. olim *πορευθέντες*, quod emendavit Heynius. Deinde nonnulli libri, in his Guelph. in repetitione, pro vulgato *ἀοιδαῖς* praebent *ἀοιδάν*: sed idem superius cum Aldo *ἀοιδαὶ*, unde *ἀοιδᾷ* duxi. Quo posito iam liquet legendum esse *ἀγλαᾷ*, ubi vulgo *ἀγλαΐᾳ*. Heynius malebat *ἐν ἀοιδαῖς*. In voce *κισσοδέταν* variant libri: alii *κισσοδόταν*, alii *κισσοδαῆ*, alii *κισσουδέταν*, Guelph. *τὸν κισσοδόταν θνητόν*, ut R. *θνατόν*; et *τὸν κισσοδ.* habet etiam Ald. et Hudsoniana collatio: *τὸν κισσοδαῆ* cod. Gerh. Mox vulgo *ὃν Βρόμιον, ὃν Ἐριβόαν*: quod recepimus, est in pluribus codicibus, etiam in Guelph. *Ἐριβόας Ἑρμῆς* est apud Simmiam in Ovo. Deinde vulgo *γόιον ὑπάτων τε πατέρων*, ad quod statim recurram; in aliis libris, etiam in Guelph., habetur *ὑπάτων γόνον μὲν πατ.* Mox vulgo *μέλπομεν*; Hermannus *μελπόμενοι*. Sed Hudsoniana collatio praebet *μέλπε*, neque aliter Ald. Guelph. et pro eo *μέν τε γυν.* cod. l. Post *μέλπομεν* vulgo legitur: *γυναικῶν τε Καδμείαν Σεμέλαν*. At nomen *Σεμέλαν* prorsus subditicium est, fluxitque ex glossemate: quod ipsa dialecti ratio ostendit, quum in libris, ex quibus illa vox manavit, scriptum sit *Σεμέλην*. Sententia postulat ut legatur *γυναικῶν τε Καδμειᾶν*, quo reducto apertum est pro voce *Σεμέλαν* scribendum esse *ἔμολον*, quod pro illa praebent Ald. Guelph. et collatio Hudsoniana. Iam ex librorum vestigiis corrige *μελπίμεν*, hoc est *ὥστε μέλπειν*. Olymp. XIV, 18. *Λυδίῳ δ' Ἀσώπιχον ἐν τρόπῳ — ἀείδων ἔμολον*. Isthm. IV, 23. *σὺν Χαρισιν δ' ἔμολον Λάμπωνος υἱοῖς τάνδ' ἐς εὔνομον πόλιν*. Sed emendato *γυναικῶν*

www.libtool.com.cn

τε Καδμείᾶν praestat insuper scribi γόνον ὑπάτων μὲν πατ. prorsus ut vulgo, nisi quod μὲν ex pluribus libris dedimus pro τε, suffragante Guelph. Μὲν et τε sibi respondent. Mox recte correctum est Ἀργείᾳ; vulgo Ἀργίᾳ. Sed quid vatis apud Argivam Nemeam commemoratio vult? Hoc neminem intellexisse arbitror; sed unus Heynius ignorantiam fassus est. Quippe hieme celebrabantur Nemeaei ludi, paulo ante ver; Nemeaeis autem ludis quum Pindarus, ut solebant poetae, interfuisset, scripsit postea hunc dithyrambum: in quo verbis illis hoc significat, sese, etiamsi Nemeae esset, non latuisse ibi versantem futura Athenis Dionysia vere celebranda. Unde autem futura Dionysia auguratus erat? Haud dubie ex anni tempestate, vere iamiam appropinquante. At quid est φοίνικος ἔρνος? Si Odyss. ζ, 163. et Hesych. v. φοίνιξ contuleris, palmae ramulum intelligi non dubitabis; neque a Nemea palma aliena est. Nam palma in Nemeaeis ludis, ut in plurimis, victori in dexteram dabatur: de quo Pausan. VIII, 48, 2. dixit quantum satis est: de Elea palma nota Horatii auctoritas Carm. I, 1, 5. IV, 2, 17. et in tabula Niciae, quam Augustus in curia posuit, Nemea cernebatur sedens supra leonem, palmigera ipsa, adstante cum baculo sene, cuius supra caput tabula bigae dependet, quae verba sunt Plinii XXXV, 10. Hinc etiam in anaglypho Herculi leonem devincenti adstans Nemea palmam tenet: v. Winkelmann. Mon. ined. P. I. tab. 65. Verum quomodo palmae ramulum non latere vatem Pindarus dicit? Immo ver appropinquans non latet Nemeae versantem. Dicat igitur aliquis, Pindarum sese ipsum vatem ferre, et Φοίνικος ἔρνος Bacchum esse ex Cadmo Phoenice oriundum, ut hic sit sensus: *Me vatem non latet Bacchus mox vere Athenis celebrandus;* generaliter et forma praesentis prolatâ sententiâ, quae ex vulgari ratione debebat historico tempore ἔλαθεν pronunciari. Eam vero explicationem possis aliquatenus defendere: nam etsi φοίνικος ἔρνος ex usitato dicendi modo palmae ramulus est, potuit tamen poeta eam formulam in alienum detorquere sensum. Nam ἔρνος s. θάλος etiam prolem designat, ut apud Nostrum Σεμνὸν θάλος Ἀλκαΐδᾶν, ἔρνος Τελεσιάδα, ἔρνεσι Λατοῦς; et quemadmodum palma ex Phoenicia allata est et huius terrae insigne habetur, unde palma in Phoeniciae nummis, ita Bacchus a Phoenice Cadmo originem ducit. Sic quidem Φοίνικος hoc loco foret nomen proprium. Atque ut lusum hunc a Pindari ingenio non abhorrere doceas, attuleris similia, licet paulo minus arguta, Ὀλβίων ὁμώνυμε Δαρδανιδᾶν de Alexandro, et Ζαθέων ἱερᾶν ὁμώνυμε de Hierone. Sed sperno has subtilitates. Simplicior ratio est, ut μάντις sit *sacerdos et augur Nemeaeus*, qui sacram custodiat palmam. „Is palmae germina mature observat, inquit: ex quibus germinibus, quae ut ceterae plantae appropinquans sentiunt ver, una cum vere Dionysia futura augurari licet. Itaque ego nunc Nemea Athenas profectus sum." Praeterea quod Nemeâ Athenas venit Pindarus, eo pertinet illud Διόθεν με πορευθέντα πρὸς κισσοδέταν θεόν, hoc est *a Iove Nemeaeo Athenas ad Bacchum;* postremo inde explicandum δεύτερον, post Iovem patrem *secundo loco* ad Bacchum filium. Ita demum optime omnia connexa sunt. Ceterum Ald. Guelph. et Gerh. φοίν. ἐανῶν, Monac. φοινικοειάων. Pro voce ἐπαΐωσιν, quam Schaeferus bene defendit, cod. l. non male ἐπάγοισιν. An fuit ἐπαΐοισιν? Mox libri plures βάλλετε, ut cod. Gerh. Deinde Guelph. ἐρατάν: cod. Gerh. ἐραταὶ ἴων φόβαι, ut alii plures, qui tamen φοβαί. Postremo, ne omnia sine fructu enumerem, alii οἰχνεῖτε', in quibus est cod. Gerh. et deinde οἰχνεῖτε; alii ut vulgata ἰμνεῖτε, alii οἰχνεῖτ' aut οἰχεῖτ' ὀμφαῖς, ut Guelph. Sed cod. V. ἀχεῖτε; ὀμφᾷ vero cum littera Iota plures. Verum restituit Hermannus Apollonium Dyscolum Syntax. p. 223. secutus, qui ex hoc loco laudat ἀχεῖται ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς. Exemplum mediae vocis idem attulit ex So-

www.libtool.com.cn

phocl. Oed. Col. 1500. neque obtemperandum Ruhnkenio ad Hymn. in Cerer. 496. corrigenti *ἀχείτω*. Particulam *τ'* additam post prius *ὀχεῖται* de suo Hermannus adiecit, et recte. Tantum de insigni hoc fragmento, ex quo uno qualis dithyrambus fuerit, plane perspicitur: et spero id nunc et recte emendatum esse et intelligi tandem posse. De metro multa dicere non nunc animus est: qui Pindari carmina viva voce non tantum recitare didicerint sed etiam canere, ii quid in eo praestabile sit, intelligent: cantu enim in hac particula, siqua alibi, opus est, quod canentibus scribebat Pindarus: ceteris si praeceperis, surdis praeceperis auribus. Equidem divinos hos numeros voce, auribus, mente identidem examinatos, spectato simul rhythmico Pindari usu, demensus sum: nec puto melius inveniri posse. Vs. 10. primum post *καλέομεν* finiveram; at saepius pensitato sono coaluerunt quae coniunxi: est tamen diaeresis post *καλέομεν*, ut solet in choriambis. Vs. 14. initium numeri potest etiam hoc statui: $_ \overset{/}{\smile} \overset{\frown}{\smile} \smile$: sed praefero quod supra posui. Vs. 15. nota insignem vim paeonis tertii $\smile \smile \overset{/}{_} \smile$ sequente arsi dactylica in voce gravi *τότε βάλλεται*. Vs. 17. 18. autem basium spondiacarum pondus et vs. 5. 15. 18. paeonis quarti in fine positi impetus vel hebetiores aures ferient.

4.

Schol. Aristoph. Acharn. 673. ad verba *Πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἐκάλουν*: *Παρὰ* 46
τὰ ἐκ τῶν Πινδάρου διθυράμβων· Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθᾶναι. Vulgo male *Ἀθῆναι*. Suidas v. *ἰοστέφανοι* eadem habet, sed omisso *αἱ*; item Zonaras p. 1114. confuse: *Ἰοστέφανοι, λιπαραί. Πίνδαρος· Ἰοστέφανοι Ἀθῆναι. Ἀθᾶναι λιπαραὶ* Pindaro etiam Nem. IV, 18. Isthm. II, 20. Aristophanes vero ibidem idem epitheton respicit, eoque et ipse alibi et tragici usi sunt. Idem Aristophanes Eqq. 1326. triplici epitheto utitur: *ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι*, ubi Schol. *ἀπὸ Πινδάρου παρῴδηται*. Hinc auguror etiam apud Nostrum post *ἰοστέφ.* aliud adiectum fuisse adiectivum, cui suum *ἀριζήλωται* Aristophanes metri causa substituerit: et succurrunt plures loci, qui *λιπαρὰς καὶ ἀοιδίμους Ἀθάνας* commemorant. Schol. Aristoph. Nub. 298. *Πίνδαρος· Λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι.* Philostrat. Imagg. II, 12. *ἐξ Τμηττοῦ (αἱ μέλιτται) ταχα ἤκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων (Ἀθηνῶν)· καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνστάξαι Πινδάρῳ.* Lucian. Encom. Demosth. c. 10. T. III. p. 498. *οὐκ Ἀθῆναι μὲν αὐτῷ πατρὶς αἱ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα*; Cf. Iulian. Or. I. p. 8. C. et quae ibi affudit Wyttenbach. Bibl. crit. T. III. P. 1. p. 49. Damascius ap. Suid. v. *Σουπηριανός*: *Ἐν ταῖς λιπαραῖς καὶ ἀοιδίμοις Ἀθήναις ἀνηγορεύετο σοφιστής*. Plutarchus Thes. 1. *τὸν τῶν καλῶν καὶ ἀοιδίμων οἰκιστὴν Ἀθηνῶν*. Idem de glor. Ath. c. 7. *Ἐν τούτοις Πίνδαρος ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος προεῖπε τὰς Ἀθήνας, οὐχ ὅτι ταῖς Φρυνίχου τραγῳδίαις καὶ Θέσπιδος ὤρθουν τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' ὅτι πρῶτον, ὡς φησιν αὐτὸς, ἐπ' Ἀρτεμισίῳ παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεινὴν κρηπῖδ' ἐλευθερίας, ἐπί τε Σαλαμῖνι καὶ Μυκάλῃ καὶ Πλαταιαῖς ὥσπερ ἀδαμάντινοι στηρίξαντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος παρέδοσαν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις*: ubi ultima huc non pertinent in incertis fragmentis a nobis relicta, quippe metro diversum carmen demonstrante. Idem Apophth. Lac. divers. p. 236. T. II. ed. Tub. *Πινδάρου γράψαντος· Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι· Λάκωνα ἔφη καταπαισεῖν ἂν τὴν Ἑλλάδα ὀχουμένην ἐρείσματι τοιούτῳ*. Cf. Liban. Apol. Socr. T. I. p. 657. D. adv. Aesch. T. II. p. 688. D. ed. Morell. Athen. V, p. 187. D. Aristid. Panath. T. I. p. 96. Eustath. ad Iliad. *β*, p. 284. 5. Schol. Pind. Pyth. II. inscr. ubi *λιπαρὰς Ἀθήνας* Pindaricum esse dictum notatur. Ob has laudes Thebani

www.libtool.com.cn
Pindaro mulctam inflixerunt, Athenienses praemium et honorem decreverunt, quippe post pugnam Salaminiam et Plataeensem, recenti adhuc Thebarum Medismo; qui etsi non plebis post res Plataicas rempublicam administrantis, sed optimatium fuerat, potuit tamen poeta ab ipsa plebe puniri, quod Athenas laudando Thebis aliquid detraxisset. Auctoritates hae sunt: Isocrates π. ἀντιδόσ. p. 87. ed. Orell. *Εἰ Πίνδαρον μὲν τὸν ποιητὴν οἱ πρὸ ἡμῶν γεγονότες ὑπὲρ ἑνὸς μόνον ῥήματος, ὅτι τὴν πόλιν ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος ὠνόμασεν, οὕτως ἐτίμησαν, ὥστε καὶ πρόξενον προήσασθαι καὶ δωρεὰν μυρίας αὐτῷ δοῦναι δραχμάς.* Minorem pecuniam definit Vit. Vratisl. p. 9. re aliter narrata: *ἔρεισμα δὲ τῆς Ἑλλάδος εἰπὼν Ἀθήνας ἐζημιώθη ὑπὸ Θηβαίων χιλίας δραχμὰς (χιλίαις δραχμαῖς), ἃς ἐξέτισαν ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι*: unde habet Tzetzes ad Hesiod. p. 104. B. Personatus Aeschines Epist. IV. *Ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανίππου ἑκάστοτε ἀκούεις λέγοντος· Αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, Ἀθηναι· καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τὸ ἔπος τοῦτ' ἔστι λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος, οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν μετὰ τοῦ εἰκόνι χαλκῇ τιμῆσαι* etc. quem honorem Thebanos ei non habuisse Athenaeus docet I, p. 19. B. Pausanias I, 8. *καὶ Πίνδαρος ἄλλα τε εὑράμενος παρὰ Ἀθηναίων καὶ τὴν εἰκόνα, ὅτι σφᾶς ἐπῄνεσεν ᾄσμα ποιήσας.* Rem pervertit Thomas vit. p. 4. ut a nobis edita est. Neque vero has laudes integrum carmen constituisse, sed inspersas alii fuisse docet Liban. T. I. p. 657. his verbis: *μισθὸς τοῦτό γε τῶν εἰς τὴν πόλιν ἐπαίνων βραχέων δή τινων ὄντων.* Igitur illas in Attico dithyrambo fuisse coniicio, in hunc fere modum::

Αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀοίδιμοι,
Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι.
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Et splendidae et violaceis sertis coronatae et carmine celebres, Graeciae columen, illustres Athenae. Ἰοστέφανοι spectat ad ipsa sollemnia, quibus hic dithyrambus inserviebat, in quibus violaceas coronas usurpatas esse prius docet fragmentum. Postremo produco Himerium Orat. XVI, 2. ubi de Constantinopoli: *Καί μοι δοκῶ* (vulgo *δοκεῖ*) *καὶ τῆς Πινδάρου λύρας λαβὼν μέλος ἐκεῖθεν εἰς αὐτὴν ἀναφθέγξασθαι· ὡς τῆς Ἑλλάδος μὲν εἰπεῖν ἔρεισμα μικρὸν, ὅπερ εἰς τὰς Ἀθήνας ἦσται Πίνδαρος, πάσης δὲ τῆς ὑφ' ἥλιον ἡδιστον ἄγαλμα· σὲ μὲν καὶ Ποσειδῶν ὁ βασιλεὺς ὁ θαλάσσιος γλαυκοῖς περιβάλλει τοῖς κύμασιν οἷά τινα νύμφην Ναΐδα, καὶ πανταχόθεν περιπτύσσει καὶ γέγηθε· σὲ δὲ Νηρηΐδων ἁλιπορφύρων χοροὶ ἄκροις ἐπισκιρτῶντες τοῖς κύμασι κύκλῳ περὶ πᾶσαν χορεύουσι. σὸς ἐραστὴς οὗ ποταμός τις ἀλλόφυλος, ὁποῖα περί τινας πόλεις ποιητῶν φῆμαι κομπάζουσιν* etc. Ubi quum auctor dicat velle se Pindaricum carmen canere, si nihil nisi illud *τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα* ex poeta sumpsisset, satis esset ridicule locutus: quapropter ego ex sequentibus haud pauca Pindari esse arbitror, quae si dialecto poetica et numero conveniente instruentur, dithyrambi indolem prorsus induent. Quin etiam poetica constructio servata est in illis *κύκλῳ περὶ πᾶσαν χορ.* hoc est *περιχορεύουσιν.* Ad quod quem locum Wernsdorfius contulit Aristid. T. I. p. 471. de Smyrna: *χοροὶ νυμφῶν ἐν αὐτῇ τε καὶ περὶ αὐτὴν χορεύουσι*, is non plane geminus est. Quod vero de fluvio Himerius dicit, vide ne ei hoc quoque Pindarus in memoriam vocaverit: certe eodem auctore Eclog. I, 11. *ἐκμαίνει κατὰ τῆς Ἀεθίδος πηγῆς* (Callirrhoes) *τὸν ποταμὸν Ἰλισσὸν ὁ γάμος.*

www.libtool.com.cn

5.

Strabo X, p. 719. A. B. ubi de religionibus Phrygiis et Graecis apud Graecos confusis: *Μάρτυρες δ' οἱ ποιηταὶ τῶν τοιούτων ὑπονοιῶν· ὅ,τε γὰρ Πίνδαρος ἐν τῷ διθυράμβῳ, οὗ ἡ ἀρχή·* 47

Πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτονίας τ' ἀοιδαὶ διθυράμβῳ·

μνησθεὶς δὲ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὕμνων τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν ὕστερον, μεταβὰς ἀπὸ τούτων φησί·

Σοὶ μὲν κατάρχει, μᾶτερ, πάρα
μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐνδὲκ' ἀχλάδων κρόταλα,
αἰθομένα δὲ δαῒς ὑπὸ ξανθῇσι πεύκαις·

τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδεχθέντων νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν Μητέρα τῶν θεῶν συνοικειῶν ἀλλήλοις. Dico primum de initio Dithyrambi, in quo libri variant. Cod. Mosc. Strabonis praebet *σχοινογονίας ἀοιδά*: et in singulari *ἀοιδὰ* ceteri omnes fragmenti auctores consentiunt, nisi quod Dionysii vulgatus textus sic de comp. verb. c. 14. p. 170. ed. Schaef. *Ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ Σ, καὶ εἰ πλεονάσειε, σφόδρα λυπεῖ· θηριώδους γὰρ καὶ ἀλόγου μᾶλλον ἢ λογικῆς ἐφάπτεσθαι δοκεῖ ὁ συριγμός. τῶν γοῦν παλαιῶν σπανίως ἐχρῶντό τινες αὐτῷ καὶ πεφυλαγμένως· εἰσὶ δὲ οἳ ἀσίγμους ᾠδὰς ὅλας ἐποίουν. δηλοῖ δὲ τοῦτο Πίνδαρος ἐν οἷς φησι· Πρὶν μὲν ἤρπε σχοινοτενῆ φωνήεντα διθυράμβων καὶ τὸ σὰν κίβδαλον, ἄνθρωποι,* ubi recte Monac. et cod. Gerh. *ἀνθρώποις*: paulo ante vero cod. l. *ἤρπε σχοινοτενεῖ ατα οἶδα*. Athenaeus X, p. 455. C. *Πίνδαρος δὲ πρὸς τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδὴν, ὡς ὁ αὐτός φησι Κλέαρχος, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος, ὡς πολλῶν τούτῳ προσκρουόντων διὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι ἀποσχέσθαι τοῦ σίγμα καὶ διὰ τὸ μὴ δοκιμάζειν ἐποίησε· Πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτενία τὰ οἶδα καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἄνθρωποι,* hoc est *ἀνθρώποις*, ut nunc editur: antiquam autem librorum lectionem dedi, ut inde lector de auctoritate scripturae iudicare posset. Idem XI, p. 467. A. *Τὸ δὲ σὰν ἀντὶ τοῦ σίγμα Δωριεῖς εἰρήκασιν. οἱ γὰρ μουσικοὶ, καθάπερ πολλάκις Ἀριστόξενός φησι, τὸ σίγμα λέγειν παρητοῦντο διὰ τὸ σκληρόστομον εἶναι καὶ ἀνεπιτήδειον αὐλῷ*; et paulo post: *καὶ Πίνδαρος δέ φησι· Πρὶν μὲν ἤρπε σχοινοτενείατα οἶδα καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀπὸ στομάτων.* Clearchus ib. X, p. 448. D. inter griphorum species enumerat etiam hanc: *ἂν ἔχειν τι κελεύῃ τῶν γραμμάτων ἢ μὴ ἔχειν· καθάπερ οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν γρίφων· ὅθεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ Σ ἐποίησεν ᾠδὴν, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος.* Constituamus iam lectionem et ipsam rem explicemus, quae Casaubonum et ceteros sine successu exercuit. Etsi dithyrambis Phrygia aptari harmonia solebat (v. Metr. Pind. III, 8, p. 239.), tamen numeri sunt aperte Dorii, nihilque incertum in lectione, nisi illud *σχοινοτονίας*, pro quo quod Casaubonus dedit *σχοινοτενὴς*, Hermannus secutus est. Sed libri fere omnes ad lectionem *σχοινοτένεια* deducunt, quam numeri postulant, hoc est ad femininam formam a masculina *σχοινοτενὴς*, ut *ἡδυεπὴς ἡδυέπεια, μουνογενὴς μουνογένεια*. Scribe:

Πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτένειά τ' ἀοιδὰ διθυράμβων
καὶ τὸ σὰν κίβδαλον ἀνθρώποισιν ἀπὸ στομάτων.
– ⏑ – – / ⏑ – ⏑ – ⏑ – – / ⏑ – –
– ⏑ – – / ⏑ – – – / ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Olim serpebat prolixa cantilena dithyramborum et San pravum hominibus ab ore. Πρὶν

www.libtool.com.cn

bet, et ea quae Scholia minora, sed haec ita: *ἀπὸ Ἕλλου τοῦ δρυτόμου, ᾧ φασι τὴν περιστερὰν πρώτην καταδεῖξαι τὸ μαντεῖον.* Recte. Vides haec priori fragmento iuncta fuisse. Adde Eustath. ad Iliad. *π*, p. 1057. 57. Similis scripturae varietas ap. Sophocl. Trach. 1183. ubi conf. Schol.

9.

32 Eodem pertinere videtur Strab. VII, p. 506. A. *Καὶ οἱ τραγικοί τε καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην.*

10.

33 Stobaeus Eclog. II, 1, 8. p. 8. ed. Heeren. ubi codd. V. A. E. in margine *Πινδάρου Παιάνων*:

Τί δ' ἔλπεαι σοφίαν εἶναι
ἢ ὀλίγον ἀνήρ
ὑπὲρ ἀνδρὸς ἰσχύει;
οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως
τὰ θεῶν βουλεύματ' ἐρευνᾶσαι
βροτέᾳ φρενί.

Initio cod. V. *ἔτι*, V. A. *ὀλίγοι*. Clemens Alexandrinus Strom. V, p. 726. eadem ex Pindaro profert; apud quem in vulgatis libris *ὅτι ἔλπεται*: codices tamen praebent *τί ἔλπεαι* cum Eusebio P. E. XIII, 13. p. 403. qui etiam *σοφίαν ὀλίγον τι*, quum apud Clementem reperiamus *σοφίαν ὀλίγαν τοι*. Praeterea textus Clementis *ζαθέων*; sed *τὰ θεῶν* Euseb. et libri Clementis. *Εἶναι ἢ* hi omnes omittunt; pro *ἰσχύει* habent *ἔχειν*; deinde omisso *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως* praebent *βροτέᾳ φρενὶ δύσκολον· θνατᾶς δ' ἀπὸ ματρὸς ἔφυ*. Mihi de vera eximii fragmenti lectione diu cogitanti nihil probabilius oblatum est, quam quod Heerenius putabat, Clementem ab Eusebio compilatum haec ex memoria retulisse; ideoque Stobaei exemplo plus tribuendum censeo. Itsque hunc non solum in ceteris sequor, sed etiam *τι* post *ὀλίγον* omitto, praesertim quum id vulgare genus dicendi redoleat; et damno illud *δύσκολον* etiam ideo displicens, quod asyndeton hoc loco ingratum videtur. In ceteris duas lectiones mutaverim. Primum enim *εἶναι* praesertim in carmine velociorem numerum habente valde suspectum est, quod semel tantum in Pindaricis reperitur Isthm. V, 29. ubi vereor ne poeta dederit *ἔμμεν*: deinde *ἐρευνᾶσαι* infinitivus post *οὐκ ἔσθ' ὅπως* etsi Graecus est (ut Soph. Ai. 374.), vel omnium librorum auctoritate obstante mutandus in *ἐρευνάσει*, quod elegantissimum cuivis videbitur, quippe ad *ἄνδρα* relatum, quo deinceps etiam illud *ἔφυ* poeta retulit. Sic constituta scriptura metrum, quod tamen certa ratione definire non licet, hoc habeo:



Τί δ' ἔλπεαι σοφίαν ἔμμεναι, ἢ ὀλίγον
ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρὸς ἰσχύει;
οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως τὰ θεῶν βουλεύματ' ἐρευνάσει βροτέᾳ φρενὶ·
θνατᾶς δ' ἀπὸ ματρὸς ἔφυ.

Quid vero censes sapientiam esse, qua paululum vir virum antecellit? Neque enim deorum consilia assequetur mortali mente: a mortali vero matre natus est. Fortasse ἦ τ' aut etiam melius ἢ γ' est scribendum.

www.libtool.com.cn

nihil reprehendi potest, nisi quod versu secundo metrum magnopere laborat, quod in hoc Dithyrambo Dorium fuisse vidimus. Sed medela in promptu est:

σοὶ μὲν κατάρχειν,
μᾶτερ μεγάλα, πάρα ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐν δὲ κεχλάδειν κρόταλα,
αἰθομένα δὲ δᾷς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις.
. . . . . – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –

Ad scripturam *μεγάλα* ducit cod. Mosc. *Μεγάλοι* ad *ῥόμβοι*, quod olim fuit, plane vacuum est; sed *Ματέρα μεγάλαν* habes etiam Fragm. Parthen. 2. *Κεχλάδειν* est *κεχλαδέναι*, ut apud Pindarum *κεχλάδοντας* et *πεφρίκοντας*. Sententia haec est: *Tibi ad initia, Magna mater, praesto sunt cymbalorum turbines, praesto est ad eos sonare crepitacula, praesto ardens fax inter fulvas taedas.*

7.

Aristides Or. Plat. T. II. p. 53. declarat sibi Pindarum, ubi sententiam illam, *νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον* (Fragm. inc. 48.), Herculis exemplo illustrat, ipsius Herculis adversus Geryonem vim non probasse videri. Quod ut comprobet, haec addit: *Τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους αὐτοῖς, ὅτι καὶ ἐτέρωθι μεμνημένος περὶ αὐτῶν ἐν διθυράμβῳ τινί· Σὲ δ' ἐγὼ παρ' ἄμιν, φησὶν, αἰνέω μὲν, Γηρυόνη· τὸ δὲ μὴ Διὶ φίλτερον σιγῶμι πάμπαν. οὐ γὰρ εἰκὸς, φησὶν, ἁρπαζομένων τῶν ὄντων καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ καὶ κακὸν εἶναι. καίτοι τό γε πρὸς νόμον καὶ ταῦτα ἀνθρώπων ἅμα καὶ θεῶν βασιλέα μάχεσθαι, οὐκ ἦν ἐπαινεῖν πρὸς Πινδάρου, οὐδὲ συμβουλεύειν πρὸς κέντρα λακτίζειν· αὐτὸς γοῦν τὸ τοιοῦτον κέκληκεν ὀλισθηρὸν οἶμον καὶ κελεύει φυλάττεσθαι* (Pyth. II, extr.). Manuscripti *μὴ πί μπαν*. Schol. ad h. l. sententiam recte cepit: *σὲ δ', ὦ Γηρυόνη, ἐπαινῶ παρ' αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα· ὁ μὲν γὰρ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ ἀφείλετο ἐν βιαίᾳ χειρὶ, σὺ δ' ὡς ἀδικούμενος μάχην πρὸς αὐτὸν ἦρας, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἀπόδεκτος. ἵνα δὲ μηδεὶς αὐτῷ εἴπῃ, ὡς Διὸς βουλῇ τοῦτο γέγονε, πῶς οὖν αὐτὸς πρὸς Ἡρακλέα δυσχεραίνεις; ἐπάγει· ὃ δὲ Ζεὺς οὐκ ἀποδέχεται, καὶ αὐτὸς σιγῶ*. Corrigitur *σίγημι*; ego *σιγῶμι*, omisso *ἄν*, ut Pyth. IV, 118. et locis ibi citatis in nott. critt. Idem voluit Hermannus de dial. Pind. p. 22. Pro *ἄμιν* scribe *ἄμμιν*, et verba *οὐ γὰρ* usque ad *εἶναι* ad dialecti rationem metrique elegantiam correcta confidenter Pindaro mecum tribue: quo facto iam intelligitur, numeros non Dorios esse, ut fere Hermannus constituerat. Totum locum sic lego:

Σὲ δ' ἐγὼ παρ' ἄμμιν αἰνέω μέν, Γηρυόνα,
τὸ δὲ μὴ Διῒ φίλτερον σιγῶμι πάμπαν. οὐ γὰρ ἐοικός
ἁρπαζομένων τῶν ἐόντων καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ,
καὶ κακὸν ἔμμεναι.
⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

etsi numerorum adornatio sine antistrophicis incerta est. Verto: *Te vero, o Geryone,*

www.libtool.com.cn

inter nos quidem laudo; quod autem Iovi non arridet, omnino reticuerim. Neque enim consentaneum, dum bonis exuimur, foco assidere et ignavos esse. *Καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ*, ut Olymp. I, 83. *ἐν σκότῳ καθήμενος* de ignavo.

8.

50 Schol. Pyth. II, inscr. ex Dithyrambis affert:

Τὰν λιπαρὰν μὲν Αἴγυπτον ἀγχιχρημνον.

Splendidam Aegyptum praecipitibus munitam littoribus.

9.

51 Strabo VIII, p. 494. C. p. 495. A. Schol. Pind. Olymp. VI, 152., qui ex Dithyrambis affert, Galen. Suasor. ad artes c. 7.

Ἦν ὅτε σύας τὸ Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον.

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Erat, quum sues Boeoticam gentem appellarent. Strabo male *ὗας*; Schol. Pind. *ἔλεγον*. Articulum *τὸ* addidi ex eodem.

10.

52 Strabo IX. p. 620. A. *Ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Ταναγρα, ἐν δεξιᾷ κεῖται ἡ Τρία. καὶ ἡ Τρία δὲ τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος, ὅπου ὁ Τριεὺς μεμύθευται καὶ τοῦ Ὠρίωνος γένεσις, ἣν φησι Πίνδαρος ἐν τοῖς Διθυράμβοις*: quem locum recitans Eustathius ad Iliad. *β*, p. 264. extr. situm locorum commutat. De Hyrieo Hyginus Astronom. c. 34. *Aristomachus autem dicit quendam Hyriea fuisse Thebis, Pindarus autem in insula Chio.* Fortasse ex Chio immigrasse in Boeotiam Hyrieum Pindarus dixerat.

11.

53 Idem de Orione carmen spectat Etymol. M. p. 675, 33. v. *Πλειάς*· *Λέγει δὲ Πίνδαρος περὶ τοῦ καταστερισμοῦ αὐτῶν, ὅτε τῆς Πληϊόνης πορευομένης μετὰ τῶν θυγατέρων κατὰ τὴν Βοιωτίαν συνήντησεν αὐτῇ Ὠρίων, εἶτα ἐρασθεὶς ὥρμησε πρὸς τὸ ἁρπάσαι, τὴν δὲ φεύγουσαν μετὰ τῆς θυγατρὸς Ὠρίων ἐδίωκε· γενέσθαι δὲ αὐτῶν τὸν δρόμον πέντε ἔτη ἀδιάλειπτον· τὸν δὲ Δία διὰ τὴν κακοπάθειαν αὐτῶν οἰονεὶ μνήματα καταστερίσαι τὰς Πλειάδας φευγούσας τὸν Ὠρίωνα, ὅς ἐστιν ἐνιαυτός*: quorum partem habet Eustathius ad Iliad. *σ*, p. 1155. Inde aliquot verba sunt apud Schol. Pind. Nem. II, 16. *Καὶ ὁτὲ μὲν Πλειάδας καλεῖ πληθυντικῶς, ὁτὲ δὲ Πληϊόνην ὡς μίαν*·

Τρεχέτω δὲ μετὰ Πληϊόναν, ἅμα δ' αὐτῷ κύων.

δοκεῖ γὰρ κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον ἐρασθῆναι αὐτῆς ὁ Ὠρίων, καὶ διώκειν αὐτὴν ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις. ὑπομνήματα δὲ τούτων ὁ Ζεὺς κατηστέρισε. παρὸ δή φησιν· *Ὁ Ὠρίων ἐπιὼν ταῖς Πλειάσι.* Postrema videntur interpretamentum esse fragmenti; unde coniicias in fragmento fuisse *τρέχων*. Haec vero spectanti non dubium est, quin ad Pindarum auctorem recte retulerit post Solanum Schneiderus, quae Lucianus habet pro imagg. c. 19. T. II, p. 498. *ὡς τὸν Ὠρίωνος κύνα ἐπαινῶν ἔφη ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτόν*. Scribe:

Τρέχων δὲ μετὰ Πληϊόναν, ἅμα δ' αὐτῷ κύων λεοντοδάμας.

Persequens vero Pleionen, unâ autem canis leonum domitor. Vulgo est *ἅμα δέ*.

www.libtool.com.cn

V.

ΠΡΟΣΟΔΙΑ.

De Prosodiis v. Procl. Chrestom. ap. Phot. p. 523. et Etym. M. v. προσῴδιον; ex priore etiam paeanibus ea a nonnullis comprehensa esse discimus: unde etiam *paeanes prosodiaci* vocantur. Constat autem Prosodia maxime ad tibias cantata esse: quod de Atheniensibus tradit Didymus ap. Etym. M. v. ὕμνος: προσῴδια γὰρ Ἀθηναῖοι προσιόντες ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾖδον. Exemplum etiam ex alia civitate petitum praebet Pronomi Thebani prosodium statim memorandum: quem tibicinem et auloedicorum nomorum poetam fuisse satis constat: cf. Athen. XIV, p. 631. E. Pausan. IX, 12, 4. Athen. IV, p. 184. D. Pausan. IV, 27, 4. Ex Pindari vero duobus Prosodiorum libris grammaticorum opera collectis (vit. Vratisl. p. 10.) paucissima supersunt.

1.

ΠΑΙΑΝ ΔΗΛΙΑΚΟΣ ΠΡΟΣΟΔΙΑΚΟΣ.

58 Primo loco posui odam hanc Deliacam. Pindarum quidem, dum Herodoti Thebani Isthmiaca victoria nunciatur, in eo occupatum fuisse, ut in Delum et Apollinem carmen componeret a Ceis canendum, ipsius auctoritate discimus Isthm. I. pr. Igitur Ceos dixeris antiquo more pompam in Delum misisse, ut postea Athenienses restitutis Olymp. 88, 3. sanctissimis sollemnibus: qua de re vide quae disputavimus ad marmora Atheniensia Deliacum sacrum spectantia Oec. Civ. Athen. T. II. p. 216 sqq. p. 327 sqq. Tali profectioni poterat id carmen inservire, ut similia Eumeli Corinthii et Pronomi Thebani. Pausan. IV, 4, 1. Ἐπὶ δὲ Φύντα τοῦ Συβότα πρῶτον Μεσσήνιοι τότε Ἀπόλλωνι ἐς Δῆλον θυσίαν καὶ ἀνδρῶν χορὸν ἀποστέλλουσι· τὸ δέ σφισιν ᾆσμα προσόδιον ἐς τὸν θεὸν ἐδίδαξεν Εὔμηλος. Eiusdem epicos versus ἐν τῷ προσοδίῳ τῷ ἐς Δῆλον idem memorat IV, 33, 3. cf. V, 19. extr. De Pronomo Pausan. IX, 12. extr. καί οἱ καὶ ᾆσμα πεποιημένον ἐστὶν ὡς πρόσοδιον ἐς Δῆλον τοῖς ἐπ' Εὐρίπῳ Χαλκιδεῦσιν. Ac sane huiusmodi carmen Schol. Isthm. I. inscr. Ceis Pindarum scripsisse putavit, ubi dicit: οἱ Κεῖοι Δηλιακὸν παιᾶνα ᾔξιουν τὸν ποιητὴν γράψαι; et alter: μέλλοντος γὰρ Κείοις γράφειν προσοδιακὸν παιᾶνα; quo carmine Delum ipsam celebratam esse, Schol. ibidem et ad vs. 3. significat. Sed nihili haec habenda esse ad Isthm. I. docuit Dissenius. Supersunt tamen Deliacae odae duo fragmenta insignia, et prius quidem eiusmodi, ut prosodiacum carmen Delo dicatum fuisse vix negaveris: utrum tamen Ceis factum fuerit necne, decerni non potest. Quodsi haec fragmenta ex illa, de qua Pindarus Isthm. I. init. dicit, oda petita sunt, necesse est apud Ceos aliquod Delium fuerit, ut in Boeotia et in Naxo insula: ad quod deductâ pompâ potuerit hoc carmen cani; nam Ceis scripta oda in insula Ceo cantata est: sin ad ipsam Delum accedens chorus Deliacam hanc odam cecinit, non haec ea est, de qua Pindarus in prima Isthmia dixit. Iam vero ex Pindari in Delum prosodiaco carmine quae supersunt duo fragmenta, iis inter se collatis integrum strophae metrum restitui:

– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

www.libtool.com.cn

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Stropha.

Χαῖρ', ὦ θεοδμάτα, λιπαροπλοκάμου
παίδεσσι Λατοῦς ἱμεροέστατον ἔρνος,
πόντου θύγατερ, χθονὸς εὐρείας ἀκίνητον τέρας, ἄντε βροτοὶ
Δᾶλον κικλήσκουσιν, μάκαρες δ' ἐν Ὀλύμπῳ τηλέφατον
κυανέας χθονὸς ἄστρον . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Antistropha.

. . . . . .
. . . . . .
ἦν γὰρ τοπάροιθε φορητὰ κυμάτεσσιν παντοδαπῶν τ' ἀνέμων
ῥιπαῖσιν· ἀλλ' ἁ Κοιογενὴς ὅποτ' ὠδίνεσσι θοαῖς
ἀγχιτόκοις ἐπέβαινεν, δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ
πρέμνων ἀπώρουσαν χθονίων,
ἂν δ' ἐπικράνοις σχέθον πέτραν ἀδαμαντοπέδιλοι
κίονες· ἔνθα τεκοῖσ' εὐδαίμον' ἐπόψατο γέννας.

Salve, o divinitus condita, nitide comatae Latonae liberis gratissime surcule, maris filia, terrae late patentis immotum prodigium, quam mortales Delum vocant, immortales vero in Olympo late clarum nigricantis terrae sidus . . . . . Erat enim olim vaga fluctibus variorumque ventorum procellis: sed Coeo gnata quando velocibus doloribus partui proximis in ea gradum posuit, tum quattuor rectae columnae adamantina basi firmatae a terrae radicibus exortae sunt et capitulis saxum suffultum gestarunt: ubi partu editam beatam adspexit prolem. Numeri sunt Dorii. Initium carminis servavit Philo de corr. mund. T. II, p. 511. Mang. in quo nihil mutavi, nisi quod vs. 2. dedi *παίδεσσι* pro vulgato *παιδὸς*, quod neque ad sensum commodum est neque ferri ob metrum potest, et deinde cum Hermanno *θύγατερ* pro eo quod legebatur *θυγάτηρ*. Ultimus, qui superest, strophae versus significat vetus insulae nomen *Asteria*. Alterum fragmentum, quod priori paucis interiectis ipso argumento monstrante successit, Strabo refert X, p. 742. B. 743. A. et priora verba Schol. Odyss. *κ*, 3. Ille habet *κύμασί τε*, hic *κυμάτεσσι Δᾶλος*: sed *Δᾶλος* apud Strabonem omissum addidit Scholiastes, idque metro repugnans: Scholiastes a Maio editus praestat *Δῆλος*, ipsa dialecto spuriam vocem esse docens: idem *τ'* ante *ἀνέμων* omittit. Apud Strabonem praeterea est *πάροιθεν οὐ φορητὰ*, pro quo rectius, quod iam Theod. Canterus V. L. II, 22. assecutus est, praestat Scholiastes Homeri. Inde a versu quarto locum persanavit Porsonus ad Hecub. 788. Strabo habebat: *Ἀλλὰ καὶ ὁ γέτος;* sed cod. Mosc. praebet *καινογενής;* hinc emendatum *Κοιογενὴς*, ut ap. Apollon. Argon. II, 710. *Λητὼ Κοιογένεια*. De-

www.libtool.com.cn

inde fuit ὀδύναισι θείαις: sed codex idem habet ὠδίνεσι θοοῖς ἀνχιτόκοις, unde verum perspicitur: neque enim θείαις alioquin non ineptum antistrophicorum ratio patitur: et ἀγχιτόκοις etiam a Cantero restitutum praebent Ald. et Mosc. neque id Hermannus omittere debebat: siquis tamen de eo dubitaverit, eum nunc stropharum ratio convincet. Deinde libri male ἐπιβαίνειν, et πρύμνων vel πρυμνῶν: posterius Casaubonus quoque memorat, apud quem editum πρεμνῶν; alii dederunt πρέμνων, in his Hermannus et Porsonus, qui illud πρύμνων disertis verbis damnat. Postremo vulgo ἂν δ' ἐπὶ κραναῇ σχεδὸν πέτρᾳ, pro quibus Mosc. eximie ἂν δ' ἐπὶ κράνοις σχέθον πέτραν. Ἐπίκρανον est *capitulum columnae*, de quo v. Porsonum l. c. Hesychius v. male ἐπίκρανα explicat ἐπιστύλια. Hactenus de lectione, in qua constituenda olim Barnesius non male laboraverat ad Hom. T. III, p. 343. etsi verum is non vidit. Meliora docuit vir doctus in Ephem. litt. Lips. a. 1806. p. 1782. qui tamen πρυμνῶν p. πρέμνων, sine idonea causa nec video cur Schneiderus Lex. Gr. v. πρύμνα postulet πρυμνᾶν. Fragmenta haec respiciunt Seneca Q. N. VI, 26. *Hanc (Delum) philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri, auctore Pindaro;* et Plutarchus de facie in orbe lunae c. 6. τὴν δὲ γῆν κατὰ Πίνδαρον ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες περιέχουσιν.

2.

ΑΙΓΙΝΗΤΑΙΣ ΕΙΣ ΑΦΑΙΑΝ.

59 Pausanias II, 30, 3. Ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσίν ἐστιν Ἀφαίας ἱερόν, ἐς ἣν καὶ Πίνδαρος ᾆσμα Αἰγινήταις ἐποίησεν. Hoc Schneiderus probabiliter inter Prosodia retulit. Aphaea fuit Diana, de quo vide quae disputavit Müllerus Aeginet. p. 163 sqq. adeoque ipsius huius carminis initium servasse videtur Scholiastes Aristophanis Eqq. 1261. qui ad similem comici locum: Τοῦτο ἀρχὴ προσοδίου (vulgo προσῳδίου) Πινδάρου· ἔχει δὲ οὕτω·

Τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν,
ἢ βαθύζωνόν τε Λατὼ καὶ θοᾶν ἵππων ἐλάτειραν ἀείσαι;
⏑ ′ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ′ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
′ ⏑ – – ′ ⏑ – – ′ ⏑ – – ′ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Quid pulchrius incipientibus aut desinentibus, quam profunde cinctam Latonam et velocium equorum agitatricem canere? Posterius est de Diana, quae ipsi Pindaro Olymp. III, 27. Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ. Cf. Schol. Nem. I, 1. Nempe ἐλάτειραν legit Schol. Aristoph. non ἐλατῆρας, ut ante nos in fragmentis Pindari expressum erat: neque huc pertinent verba Alcmanis ed. Welck. p. 3. ubi Dioscuri simili ratione nominantur, quorum mentio a Latona prorsus aliena est. Apud Aristophanem tamen, qui parodia usus est, legitur καὶ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείδειν: nempe quod comicus, quae Pindarus de Diana dixerat, ad *equites Athenienses* accommodavit; indeque ea scriptura Suidam invasit v. προσόδια: Ἀρχὴ προσοδίου·

τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν,
ἢ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείδειν;

Pindaricum locum in suum usum vertit Dionysius Aheneus Atheniensis, elegorum scriptor ap. Athen. XV, extr. indeque Eustath. Il. σ, p. 1164. 23.

τί κάλλιον ἀρχομένοισιν
ἢ καταπαυομένοις, ἢ τὸ ποθεινότατον.

De formula cf. Hesiod. Theog. 48.

www.libtool.com.cn

3.

ΠΡΟΣΟΔΙΟΝ ΕΙΣ ΔΕΛΦΟΥΣ.

Ex Prosodio Delphico, ni fallor, haec sunt ap. Aristid. T. II. p. 379. ubi post 60
alios Pindari versus, quibus suam poesin praedicet: *Ἐτέρωθι δὲ ἔτι λαμπρότερον·*

. . . Πρὸς Ὀλυμπίου Διός σε,
χρυσέα κλυτόμαντι Πυθοῖ,
λίσσομαι Χαρίτεσσί τε καὶ σὺν Ἀφροδίτᾳ
ἐν ζαθέῳ με δέξαι χώρῳ ἀοίδιμον
Πιερίδων προφάταν.

. . . ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – –

Per Olympium te Iovem, aurea vaticinio inclyta Pytho, precor cum Gratiis et Venere me in sacro recipias loco clarum Pieridum vatem. Non ad Apollinem preces diriguntur, sed ad Pythonem, ut poetam cum choro recipiat. Hinc mihi Prosodium videtur. Aristidis editiones habent *Χάριτες* et *Πιερίων*: quae ante nos correcta sunt.

4.

Porphyrius de Abst. III, p. 251. ed. Rhör. *Πίνδαρος δὲ ἐν Προσοδίοις* (vulgo *προσ-* 61
φδίοις) *πάντας τοὺς θεοὺς ἐποίησεν, ὁπότε ὑπὸ Τυφῶνος ἐδιώκοντο, οὐκ ἀνθρώποις ὁμοιωθέντας, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζώοις.* Ubi vide notam editoris. Ceterum huc aliquis retulerit ea, quae in Scoliis Fragm. 7. posui; sed ea ibi relinqui magis placet.

VI.

Π Α Ρ Θ Ε Ν Ι Α.

Tres fuere *Partheniorum* libri simul Daphnephorica complexi, quorum tertius continebat *τὰ κεχωρισμένα τῶν Παρθενίων*, separata a ceteris: quo nomine quid mihi significari videatur, dixi in Praef. T. II. p. XII. cf. Prooemium Fragmentorum. Et in his canticis minus austeram, et tamen generosam ac magnificam compositionem fuisse docet Dionysius Halicarnasseus de adm. vi dic. Dem. p. 187. 3. Sylb. *Καὶ παραδείγματα δὲ αὐτῆς* (*τῆς ἀρχαίας καὶ αὐστηρᾶς ἁρμονίας*) *ποιητῶν μὲν καὶ μελοποιῶν ἥ τε Αἰσχύλου λέξις ὀλίγου δεῖν πᾶσα καὶ ἡ Πινδάρου· χωρὶς ὅτι μὴ τὰ Παρθένεια καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοια· κἂν τούτοις εὐγένεια καὶ σεμνότης ἁρμονίας τὸν ἀρχαῖον φυλάττουσα τῖνον*: ubi facile supersedeas Capperonerii mutationibus. Idem Plutarchus de musica c. 17. significare videtur: *Ἐπεὶ, ὡς προείπομεν, πολὺ τὸ σεμνὸν ἐστιν ἐν τῇ Δωριστὶ, ταύτην* (ὁ *Πλάτων*) *προὐτίμησεν· οὐκ ἠγνόει δὲ, ὅτι πολλὰ Δώρια Παρθένεια*

www.libtool.com.cn

[ἄλλα] *Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχυλίδῃ πεποίηται.* Parthenia vero, ipso nomine demonstrante, cantata sunt a virginum choris. Cf. Schol. Aristoph. Av. 920. Athen. XIV, p. 631. D. qui *παρθενίους τρόπους* etiam *ἀποστολικοὺς* dictos refert, et Procl. Chrestom. ap. Phot. p. 524. qui tamen p. 526. *ἀποστολικὰ* dicit, *ὅσα διαπεμπόμενα πρός τινας ἐποίουν.* Speciem Partheniorum constituunt *Daphnephorica* a Suida commemorata, quae secundo libro comprehensa esse mihi videntur. Diserte Proclus Chrestom. *τὰ δὲ λεγόμενα Παρθένια χοροῖς παρθένων ἐγράφετο, οἷς καὶ τὰ Δαφνηφορικὰ ὡς εἰς γένος ἐμπίπτει.* Haec autem *Δαφνηφορικὰ* inserviebant *δαφνηφορίᾳ*, quae fiebat *Δαφνηφορίῳ* Apollini etiam Athenis culto; quo pertinet in Attica *δαφνηφορεῖον* ap. Athen. X, p. 424. F. nusquam tamen is cultus celebrior, quam in Boeotia, quo videtur ex Thessalia advectus esse, ubi eum cultum haesisse docui ad Pyth. X, 40. Et in Boeotia quidem Thebae maxime haec agebant sacra, etsi etiam ad alias civitates eae religiones pertinebant, quod de Chaeronea docet inscriptio ap. Walpolium (Travels in various countries of the East p. 565.), in qua est *ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΔΑΦΝΑΦΟΡΙΩ.* Horum igitur Daphnephoricorum unum filio Daïphanto poeta scripserat, ut docet Vita Vratislaviensis p. 10. Nempe is daphnephorus Apollinis fuit, de quo Pausanias IX, 10, 4. *Τὸ δέ γε καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι γινόμενον οἶδα ἐν Θήβαις τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ· παῖδα οἴκου τε δοκίμου καὶ αὐτὸν εὖ μὲν εἶδους, εὖ δὲ ἔχοντα καὶ ῥώμης ἱερέα ἐνιαύσιον ποιοῦσιν· ἐπίκλησις δέ ἐστιν οἱ δαφνοφόρος* (scribe *δαφνηφόρος* cum Kuhnio)· *στεφάνους γὰρ φύλλων δάφνης φοροῦσιν οἱ παῖδες.* Hi *δαφνηφόροι* Boeotici Apollini dicabant aheneum tripodem, siquidem opibus pollebant, quod deinceps Pausanias refert. Pompam autem Boeoticam daphnephoricam optime describit Proclus Chrestom. *Δάφνας γὰρ ἐν Βοιωτίᾳ δι' ἐνναετηρίδος εἰς τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος κομίζοντες οἱ ἱερεῖς ἐξύμνουν αὐτὸν διὰ χοροῦ παρθένων*: et post expositam causam, quam a Boeotorum in Boeotiam ex Thessalia incursione repetit: *Ἥδε δὲ ἡ δαφνηφορία· ξύλον ἐλαίας καταστέφουσι δάφναις καὶ ποικίλοις ἄνθεσι, καὶ ἐπ' ἄκρου μὲν χαλκῆ ἐφαρμόζεται σφαῖρα, ἐκ δὲ ταύτης μικροτέρας ἐξαρτῶσι· κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ξύλου περιθέντες ἐλάσσονα τῆς ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου καθάπτουσι πορφυρᾶ στέμματα, τὰ δὲ τελευταῖα τοῦ ξύλου περιστέλλουσι κροκωτῷ. βούλεται δ' αὐτοῖς ἡ μὲν ἀνωτάτω σφαῖρα τὸν ἥλιον, ᾧ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ἀναφέρουσιν, ἡ δ' ὑποκειμένη τὴν σελήνην, τὰ δὲ προσηρτημένα τῶν σφαιρίων ἄστρα τε καὶ ἀστέρας, τὰ δέ γε στέμματα τὸν ἐνιαύσιον δρόμον· καὶ γὰρ τξε' ποιοῦσιν αὐτά. ἄρχει δὲ τῆς δαφνηφορίας παῖς ἀμφιθαλής, καὶ ὃ μάλιστα αὐτῷ οἰκεῖος βαστάζει τὸ κατεστεμμένον ξύλον, ὃ κοπὼ καλοῦσι, αὐτὸς δὲ ὁ δαφνηφόρος ἑπόμενος τῆς δάφνης ἐφάπτεται, τὰς μὲν κόμας καθειμένας, χρυσοῦν δὲ στέφανον φέρων καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα ποδήρη ἐστολισμένος Ἰφικρατίδας τε ὑποδεδεμένος· ᾧ χορὸς παρθένων ἑπακολουθεῖ προστείνων κλῶνας πρὸς ἱκετηρίαν τῶν ὕμνων. παρέπεμπον δὲ τὴν δαφνηφορίαν εἰς Ἀπόλλωνος Ἰσμηνίου καὶ Γαλαξίου.* Partheniorum scriptores praeter Pindarum memorantur *Alcman*, *Alcaeus*, *Simonides*, *Bacchylides*.

1.

62 Ex primo libro una superest mentio ap. Schol. Aristoph. Acharn. 726. *Ἀγοράζειν, ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν, Ἀττικῶς. ὅθεν καὶ ἡ Κόριννα, ἐτι δὲ ὁ Πίνδαρος ἀττικίζει· ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Παρθενίων ἐχρήσατο τῇ λέξει.* Vulgo *ἐστὶ τοῦ Πινδάρου Ἀττικιστί*: quod correxit Pierson. ad Moer. p. 70. Olearius diss. de poetr. p. 53. male hinc Corinnae Parthenia exculpserat.

www.libtool.com.cn

2.

Paucula supersunt ex tertio libro sive *τοῖς κεχωρισμένοις τῶν Παρθενίων*. In quibus principem locum tenent fragmenta carminis in Panem, quod Thebis cantatum erat haud dubie. Versus sunt Pindari Pyth. III, 77. 63

Ἀλλ' ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω
Ματρὶ, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον σὺν Πανὶ μέλπονται θαμά
σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι.

Vides Panem una cum Magna Matre, cui sacra Panis adiuncta sunt, prope poetae aedes a virginibus Thebanis celebratum esse, nempe carminibus Partheniis: ex iis autem puellis ipsas Pindari filias Eumetin et Protomachen fuisse vel sine scholio ad eum locum credimus. Sed Pindarus ipse et Panis signum cum ara et Magnae Matris sacellum, ubi ille cultus fuit, dicaverat ob causam ab ipsis veteribus traditam. Id signum quum consecraretur, vel statim post consecratum ubi sacra ibi facta sunt, hoc Parthenium cantatum est. Huc deducunt, quae de Pane in Vitis poetae referuntur. Vita a Thoma recensita p. 4. *Λόγος καὶ τὸν Πᾶνα ὀρχήσασθαί ποτε τὸν αὐτοῦ παιᾶνα, καὶ χαίρειν ᾄδοντα τοῦτον ἀεὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν.* Vita Pindari p. 9. *Ὁ γοῦν Πὰν ὁ θεὸς ὤφθη μεταξὺ τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ τοῦ Ἑλικῶνος ᾄδων παιᾶνα Πινδάρου· διὸ καὶ ἄσμα ἐποίησεν εἰς τὸν θεὸν ἐν ᾧ χάριν ὁμολογεῖ τῆς τιμῆς αὐτῷ, οὗ ἡ ἀρχή·*

Πὰν, Πὰν, Ἀρκαδίας μεδέων, καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ.

Schol. Pyth. III, 137. vulg. *Ἀριστόδημός φησιν Ὀλύμπιχον αὐλητὴν διδασκόμενον ὑπὸ Πινδάρου γενέσθαι κατὰ τὸ ὄρος, ὅπου τὴν μελέτην συνετίθει, καὶ ψόφον ἱκανὸν καὶ φλόγα ἰδεῖν καταφερομένην· τὸν δὲ Πίνδαρον ἐπαισθόμενον συνιδεῖν Μητρὸς θεῶν ἄγαλμα λίθινον τοῖς ποσὶν ἐπερχόμενον, ὅθεν αὐτὸν συνιδρύσασθαι πρὸς τῇ οἰκίᾳ Μητρὸς θεῶν καὶ Πανὸς ἄγαλμα, τοὺς δὲ πολίτας πέμψαντας ἐς θεοῦ πυνθάνεσθαι περὶ τῶν ἐκβησομένων· τὸν δὲ ἀνειπεῖν, ἱερὸν Μητρὸς θεῶν ἱδρύσασθαι. τοὺς δὲ ἐκπλαγέντας τὸν Πίνδαρον διὰ τὸ προειληφέναι τὸν χρησμὸν ὁμοίως τῷ Πινδάρῳ ἐκεῖσε τιμᾶν τὴν θεὸν τελεταῖς.* Alius ibid. *λέγεται δὲ Ῥέας ἱερὸν πλησίον τῶν Πινδάρου οἴκων εἶναι.* Ad vs. 139. *Σὺν Πανί*] *οὐχ ὅτι αἱ κόραι σὺν Πανὶ χορεύουσι καὶ ἀνυμνοῦσι τὴν Ῥέαν, ἀλλὰ τὴν Ῥέαν καὶ τὸν Πᾶνα ἀνυμνοῦσι. πάρεδρος γὰρ ὁ Πὰν τῇ Ῥέᾳ, ὡς αὐτὸς ὁ Πίνδαρος ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν Παρθενίων φησίν·*

Ὦ Πὰν, Ἀρκαδίας μεδέων,

ἕως τοῦ,

Ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ, σεμνῶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν,

ubi quod Gott. habet *ἄγαλμα* p. *μέλημα*, nemo tuebitur collatis locis a doctis ad Gregor. Cor. p. 182. collectis. Alius Scholiastes ibid. *πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πινδάρου Μητρὸς θεοῦ ἵδρυτο ἱερόν*: quibus verbis assuta ab aliena manu: *καὶ Πανὸς, ὅπερ αὐτὸς ἱδρύσατο.* Deinde: *τὸν δὲ Πᾶνα παρείληφεν, ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, ὅτι καὶ ὁ Πὰν πλησίον καθίδρυτο Πινδάρου.* Adde de Pane Pindarica aut canente aut saltante Aristid. T. I. p. 40. Schol. Aristid. T. II. p. 173. Liban. Or. LXIII. p. 352. T. III. ed. Reisk. Plutarch. Num. c. 6. Non posse suav. viv. sec. Epicur. c. 22. epigramma Antipatri Sidonii de Pindaro Anthol. T. II. p. 19. ed. Iac. pr. quem locum tangit Eustath. ad Odyss. p. 1917. 39. et Vitam Pindari carmine scriptam vs. 19 sq. Porro considera Vit. Pindar. p. 9. in qua post Panis ac Proserpinae mentionem pergitur: *Ἀλλὰ καὶ βωμὸν ἀμφοτέρων τῶν θεῶν πρὸ τῆς οἰκίας τῆς ἰδίας ἱδρύσατο*, ubi potius de Magna Matre et Pane dici debebat, et Pausan. IX, 25. *Διαβᾶσιν οὖν τὴν Δίρκην οἰκίας τε ἐρείπια τῆς Πινδάρου, καὶ μητρὸς Δινδυμήνης ἱερόν· Πινδάρου μὲν ἀνάθημα, τέχνη δὲ τὸ ἄγαλμα Ἀριστομήδους τε καὶ Σωκράτους Θηβαίων. μιᾷ δὲ ἑφ' ἑκάστων ἔτῶν*

www.libtool.com.cn

ἡμέρᾳ καὶ οὐ πέρα τὸ ἱερὸν ἀνοίγειν νομίζουσιν. ἐμοὶ δὲ ἀφικέσθαι τε ἐξεγεγόνει τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ τὸ ἄγαλμα ἰδὸν λίθου ὂν τοῦ Πεντέλησι καὶ αὐτὸ καὶ τὸν θρόνον. Philostratus Imagg. II, 12. et de Pane saltante et de Rheae apud Pindari fores statua refert. Haec hactenus: quibus hoc unum addere licebit, etiamsi Pindarus ipse sacellum Magnae Matris et Panis, signum prope aedes suas dicaverit, tamen vel antea Pindarum videri ei cultui addictum fuisse. Nam quod in vita Pindari p. 16. huius voluminis conieci, Pindari familiam hereditario iure musicam tibiarum artem in certis deorum sollemnibus exercuisse, id si cum hac Panis et Magnae Matris religione composueris, eo deducit, ut in tali potissimum cultu Pindari familia tibicinum munera sustinuerit. Sed comparatis iam fragmentis supra propositis patet initium Parthenii hoc fuisse:

Ὦ Πάν, Ἀρκαδίας μεδέων, καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ,
Ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ, σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν.

O Pan, Arcadiae domine, et sanctorum adytorum custos, Magnae Matris pediseque, sanctarum Gratiarum dulces deliciae. Metrum est logaoedicum, et in primo quidem versu Glyconeum:



idque Lydiae et puellis et supplicibus congruae harmoniae adaptatum fuisse, non Doriae, apertum est. Primo versu retinui *μεδέων*, ob auctorum consensum, sed synizesin facio. *Σεμνὰ ἄδυτα* sunt Dindymenes mysteriis sanctissimis cultae, ante cuius aedem signum Panis: cui deae quod et alibi et maxime Thebis ante poetae domum Pan adest, continuo hic audit *Ματρὸς μεγάλας ὀπαδός*; Gratiarum autem in deliciis est ob cantum et musicen, quibus sese etiam Pindaro probaverat, et quod Gratiae Suadae sive Pithus maritus aut amasius Pan fuit, de quo v. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 272. Suspiceris quidem post vocem *φύλαξ* alia interiecta fuisse: attamen mihi hoc non arridet, quod verba *Ματρὸς μεγάλας ὀπαδέ* praecedentibus *σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ* optime cohaerent, quippe quum utrumque ad illam Panis et Magnae Matris coniunctionem pertineat. Sed offendor repetito *σεμνῶν* et *σεμνᾶν*; quamquam vero non audeam alterutrum corruptum indicare, tamen libens coniecerim *σεπτῶν ἀδύτων*. Praeterea apud Athenaeum XV, p. 694, D. plenior locus extare putatur, quem ita Hermannus de metr. p. 414. constituit:

Ὦ Πὰν, Ἀρκαδίας μέδων κλεεννᾶς,
ὀρχηστὰ, βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις,
γελάσειας, ὦ Πὰν, ἐπ' ἐμαῖς
εὐφροσύναις ἀοιδαῖς κεχαρημένος.

Omitto cetera,

Ἐνικάσαμεν ὡς ἐβουλόμεσθα,
καὶ νίκαν ἔδοσαν θεοὶ φέροντες
παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλαν Ἀθάναν,

quae neque ad Pindarica neque ad priores illos versus pertinere alii dudum perspexerunt. At etiam priora illa ut scolium sine auctoris nomine, non ut ex Pindari Partheniis ab Athenaeo afferuntur: eaque, ut olim iam Grotefendus ap. Schweighaeuser. Animadv. T. VIII, p. 257. aliique viderunt, ex Pindaro expressa ab alio poeta sunt, eoque haud dubie Atheniensi, qui verba *καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ* et cetera de Magna Matre, quod non accommodata Attico convivio essent, mutavit. Certe apud Pin-

www.libtool.com.cn

nihil reprehendi potest, nisi quod versu secundo metrum magnopere laborat, quod in hoc Dithyrambo Dorium fuisse vidimus. Sed medela in promptu est:

σοὶ μὲν καταρχειν,
μᾶτερ μεγάλα, πάρα ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐν δὲ κεχλάδειν κρόταλα,
αἰθομένα δὲ δᾷς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις.
. . . . . – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –

Ad scripturam *μεγάλα* ducit cod. Mosc. *Μεγάλοι* ad *ῥόμβοι*, quod olim fuit, plane vacuum est; sed *Ματέρα μεγαλαν* habes etiam Fragm. Parthen. 2. *Κεχλάδειν* est *κεχλαδέναι*, ut apud Pindarum *κεχλάδοντας* et *πεφρίκοντας*. Sententia haec est: *Tibi ad initia, Magna mater, praesto sunt cymbalorum turbines, praesto est ad eos sonare crepitacula, praesto ardens fax inter fulvas taedas.*

7.

Aristides Or. Plat. T. II. p. 53. declarat sibi Pindarum, ubi sententiam illam, *νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον* (Fragm. inc. 48.), Herculis exemplo illustrat, ipsius Herculis adversus Geryonem vim non probasse videri. Quod ut comprobet, haec addit: *Τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους αὐτοῖς, ὅτι καὶ ἑτέρωθι μεμνημένος περὶ αὐτῶν ἐν διθυρ᾽μβῳ τινί· Σὲ δ᾽ ἐγὼ παρ᾽ ἄμιν, φησὶν, αἰνίω μὲν, Γηρυόνη· τὸ δὲ μὴ Διῒ φίλτερον σιγῶμι πάμπαν. οὐ γὰρ εἰκὸς, φησὶν, ἁρπαζομένων τῶν ὄντων καθῆσθαι παρ᾽ ἑστίᾳ καὶ κακὸν εἶναι. καίτοι τό γε πρὸς νόμον καὶ ταῦτα ἀνθρώπων ἅμα καὶ θεῶν βασιλέα μάχεσθαι, οὐκ ἦν ἐπαινεῖν πρὸς Πινδάρου, οὐδὲ συμβουλεύειν πρὸς κέντρα λακτίζειν· αὐτὸς γοῦν τὸ τοιοῦτον κέκληκεν ὀλισθηρὸν οἶμον καὶ κελεύει φυλάττεσθαι* (Pyth. II, extr.). Manuscripti *μὴ πί᾽μπαν*. Schol. ad h. l. sententiam recte cepit: *σὲ δ᾽, ὦ Γηρυόνη, ἐπαινῶ παρ᾽ αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα· ὁ μὲν γὰρ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ ἀφείλετο ἐν βιαίᾳ χειρὶ, σὺ δ᾽ ὡς ἀδικούμενος μάχην πρὸς αὐτὸν ἦρας, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἀπόδεκτος. ἵνα δὲ μηδεὶς αὐτῷ εἴπῃ, ὡς Διὸς βουλῇ τοῦτο γέγονε, πῶς οὖν αὐτὸς πρὸς Ἡρακλία δυσχεραίνεις; ἐπάγει· ὃ δὲ Ζεὺς οὐκ ἀποδέχεται, καὶ αὐτὸς σιγῶ.* Corrigitur *σίγημι*; ego *σιγῶμι*, omisso *ἄν*, ut Pyth. IV, 118. et locis ibi citatis in nott. critt. Idem voluit Hermannus de dial. Pind. p. 22. Pro *ἄμιν* scribe *ἄμμιν*, et verba *οὐ γὰρ* usque ad *εἶναι* ad dialecti rationem metrique elegantiam correcta confidenter Pindaro mecum tribue: quo facto iam intelligitur, numeros non Dorios esse, ut fere Hermannus constituerat. Totum locum sic lego:

Σὲ δ᾽ ἐγὼ παρ᾽ ἄμμιν αἰνέω μὲν, Γηρυόνα,
τὸ δὲ μὴ Διῒ φίλτερον σιγῶμι πάμπαν. οὐ γὰρ ἐοικός
ἁρπαζομένων τῶν ἐόντων καθῆσθαι παρ᾽ ἑστίᾳ,
καὶ κακὸν ἔμμεναι.
⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

etsi numerorum adornatio sine antistrophicis incerta est. Verto: *Te vero, o Geryone,*

49

www.libtool.com.cn

inter nos quidem laudo; quod autem Iovi non arridet, omnino reticuerim. Neque enim consentaneum, dum bonis exuimur, foco assidere et ignavos esse. *Καθῆσθαι παρ' ἑστίᾳ*, ut Olymp. I, 83. *ἐν σκότῳ καθήμενος* de ignavo.

8.

50 Schol. Pyth. II, inscr. ex Dithyrambis affert:

Τὰν λιπαρὰν μὲν Αἴγυπτον ἀγχίκρημνον.

Splendidam Aegyptum praecipitibus munitam littoribus.

9.

51 Strabo VIII, p. 494. C. p. 495. A. Schol. Pind. Olymp. VI, 152., qui ex Dithyrambis affert, Galen. Suasor. ad artes c. 7.

Ἦν ὅτε σύας τὸ Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον.

⏑ ⏑ ⏒ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏒ ⏒ ⏑ ⏓

Erat, quum sues Boeoticam gentem appellarent. Strabo male *ὗας*; Schol. Pind. *ἔλεγον*. Articulum τὸ addidi ex eodem.

10.

52 Strabo IX. p. 620. A. *Ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Ταναγρα, ἐν δεξιᾷ κεῖται ἡ Ὑρία. καὶ ἡ Ὑρία δὲ τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος, ὅπου ὁ Ὑριεὺς μεμύθευται καὶ τοῦ Ὠρίωνος γένεσις, ἣν φησι Πίνδαρος ἐν τοῖς Διθυράμβοις*: quem locum recitans Eustathius ad Iliad. *β*, p. 264. extr. situm locorum commutat. De Hyrieo Hyginus Astronom. c. 34. *Aristomachus autem dicit quendam Hyriea fuisse Thebis, Pindarus autem in insula Chio.* Fortasse ex Chio immigrasse in Boeotiam Hyrieum Pindarus dixerat.

11.

53 Idem de Orione carmen spectat Etymol. M. p. 675, 33. v. *Πλειάς*· *Λέγει δὲ Πίνδαρος περὶ τοῦ καταστερισμοῦ αὐτῶν, ὅτε τῆς Πληϊόνης πορευομένης μετὰ τῶν θυγατέρων κατὰ τὴν Βοιωτίαν συνήντησεν αὐτῇ Ὠρίων, εἶτα ἐρασθεὶς ὥρμησε πρὸς τὸ ἁρπάσαι, τὴν δὲ φεύγουσαν μετὰ τῆς θυγατρὸς Ὠρίων ἐδίωκε· γενέσθαι δὲ αὐτῶν τὸν δρόμον πέντε ἔτη ἀδιάλειπτον· τὸν δὲ Δία διὰ τὴν κακοπάθειαν αὐτῶν οἰονεὶ μνήματα καταστερίσαι τὰς Πλειάδας φευγούσας τὸν Ὠρίωνα, ὅς ἐστιν ἐνιαυτός*: quorum partem habet Eustathius ad Iliad. *σ*, p. 1155. Inde aliquot verba sunt apud Schol. Pind. Nem. II, 16. *Καὶ ὁτὲ μὲν Πλειάδας καλεῖ πληθυντικῶς, ὁτὲ δὲ Πληϊόνην ὡς μίαν*·

Τρεχέτω δὲ μετὰ Πληϊόναν, ἅμα δ' αὐτῷ κύων.

δοκεῖ γὰρ κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον ἐρασθῆναι αὐτῆς ὁ Ὠρίων, καὶ διώκειν αὐτὴν ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις. ὑπομνήματα δὲ τούτων ὁ Ζεὺς κατηστέρισε. παρὸ δή φησιν· *Ὁ Ὠρίων ἐπιὼν ταῖς Πλειάσι.* Postrema videntur interpretamentum esse fragmenti; unde coniicias in fragmento fuisse *τρέχων*. Haec vero spectanti non dubium est, quin ad Pindarum auctorem recte retulerit post Solanum Schneiderus, quae Lucianus habet pro imagg. c. 19. T. II, p. 498. *ὡς τὸν Ὠρίωνος κύνα ἐπαινῶν ἔφη ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτόν*. Scribe:

Τρέχων δὲ μετὰ Πληϊόναν, ἅμα δ' αὐτῷ κύων λεοντοδάμας.

Persequens vero Pleionen, unâ autem canis leonum domitor. Vulgo est *ἅμα δέ*.

www.libtool.com.cn

9.

Strabo IX, p. 632. C. *Οἱ δὲ ποιηταὶ κοσμοῦσιν ἄλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πάντα κἂν ᾖ ψιλά. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Πινδάρου περὶ Ἀπόλλωνος λεγόμενον·*

. . . . . κινηθεὶς ἐπήει
γᾶν καὶ θάλασσαν καὶ σκοπιαῖσιν μεγάλαις ὀρέων ὕπερ ἕστα
καὶ μυχοὺς δινάσσατο βαλλόμενος κρηπῖδας ἄλσεων.

Profectus obiit terram et mare, et scopulis montium magnis institit, antraque concussit, templorum sibi iaciens fundamenta. Metrum hoc est, contractis duabus vocis *ἄλσεων* syllabis ultimis:

. . . . . – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Vulgo *γῆν τε καὶ*, et *σκοπιαῖσι*. Potuit etiam *σκοπιαῖς* scribi, hoc secundi versus metro:

– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Διναίζειν est *vibrare*, hoc loco *concutere*. Schneiderus coniecit *τινάξατο*, Heynius dicit se reddidisse quasi esset *τινάσσετο παλλόμενος*, Hermannus proponit *διανίσσετο* aut *ἐδύσατο*; prius certe metro obest. Dicitur de antris, quale est Delphicum. Verba Strabonis transcripsit Eustath. ad Iliad. *β*, p. 204. 43. Sed paulo post p. 633. B. obiter interiecta Alcaei mentione pergit Strabo: *μυθεύεται ὁ Ἀπόλλωνος υἱὸς (ὁ Τήνερος) ἐκ Μελίας, προφήτης τοῦ μαντείου κατὰ τὸ Πτῷον ὄρος, ὃ φησιν εἶναι τρικόρυφον ὁ αὐτὸς ποιητής· Καί ποτε τὸν τρικάρανον Πτώου κευθμῶνα κατέσχε. καὶ τὸν Τήνερον καλεῖ ναοπόλον μάντιν δαπέδοισιν ὁμοκλέα.* Manifeste haec non Alcaei, sed Pindari sunt. Numeri videntur hi esse:

καί ποτε τὸν τρικάρανον Πτώου κευθμῶνα κατέσχε . . .
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ . . .

Πτώου enim priorem corripere videtur: cf. ad Nem. IX, 7. Et,

. . . ναοπόλον μάντιν δαπέδοισιν ὁμοκλέα.
. . . – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Ὁμοκλέα est trisyllabum: cf. Metr. Pind. III, 18. p. 289 sqq. Patet utrumque fragmentum coniungendum esse:

. . . . . κινηθεὶς ἐπήει
γᾶν καὶ θάλασσαν καὶ σκοπιαῖσιν μεγάλαις ὀρέων ὕπερ ἕστα
καὶ μυχοὺς δινάσσατο βαλλόμενος κρηπῖδας ἄλσεων.
καί ποτε τὸν τρικάρανον Πτώου κευθμῶνα κατέσχε . . .

Est de Apolline *Tenerium in Ptoo prope Acraephium* sibi oraculum condente, de quo v. Pausan. IX, 23 sqq. Herodot. VIII, 135. et ipse deinceps Tenerus commemorabatur. Iam his spectatis vix dubites carmen fuisse in Apollinem Teneri et Ismeni patrem, hoc est in Ismenium, cui Daphnephoria celebrata sunt: et audeo iam haec Parthenio sive Daphnephorico alicui tribuere, seu ei, quod filio Daïphanto Pindarus scripserat sive alii cuicunque. Numeri fuere Dorii, quales fuisse in nonnullis Pindari Partheniis supra vidimus. Ad rem conf. Ephorum ap. Strab. IX, p. 646. *καθ' ὃν χρόνον τὸν Ἀπόλλωνα τὴν γῆν ἐπιόντα ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀπό τε τῶν ἀνημέρων καρπῶν καὶ βίων*: et paulo post Strabo: *τί δ' ἂν εἴη μυθωδέστερον ἢ Ἀπόλλων . . . γῆν πᾶσαν ἐπιών;*

www.libtool.com.cn

VII.

ΥΠΟΡΧΗΜΑΤΑ.

Hyporchemata cum Paeanibus maxime Apollini dicata fuisse diserte tradit Menander rhetor de encomiis p. 27. *Καὶ τούτους (τοὺς ὕμνους) αὖ διαιρούμεθα κατὰ θεὸν ἕκαστον· τοὺς μὲν γὰρ εἰς Ἀπόλλωνα Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα νομίζομεν, τοὺς δὲ εἰς Διόνυσον Διθυράμβους καὶ Ἰοβάκχους* etc. Adde Lucianum loco de Metr. Pind. p. 270. adscripto. Itaque quamquam etiam homines hyporchematis celebrati sunt, simillima fuere Hyporchemata et Paeanes, sed tamen diversa, idque eatenus, ut Paeanes aut simpliciter canerentur, aut cum saltatione, sed Hyporchemata a saltatoribus quibusdam, dum chorus tripudiaret, mimice agerentur: qua de re satis dixi Metr. Pind. III, 6. p. 201 sq. III, 13. p. 270 sq. Minus accurate Etym. M. v. *προσῴδιον* et Proclus Chrestom. ap. Phot. p. 522. nisi quod ex priore discimus circum aram potissimum saltatum esse in hyporchematis, quum cremarentur hostiae. Ceterum in commentariis de Metris Pindari ibidem est explicitum, hyporchematicam musicen et saltationem alacrem et levem fuisse, numerisque velocissimis, et inter alios etiam creticis usam esse. Auctor hyporchematici generis a nonnullis *Thaletas Gortynius* praedicatur (l. c. de Metr. Pind. p. 201.); Plutarchus tamen hunc Paeanum poetam perhibet, de musica c. 9. Sed *Xenodamus Cytherius*, ut Paeanum, ita et Hyporchematum poeta fuit; *καὶ αὐτοῦ δὲ Ξενοδάμου*, inquit Plutarchus, *ἀπομιμονεύεται ᾆσμα, ὃ ἐστι φανερῶς ὑπόρχημα*: ne repetam, quae alibi dixi. Successere *Pratinas Phliasius*, *Simonides Ceus*, *Pindarus*, *Bacchylides*. De Pindaro locus est Clementis Strom. I, p. 365. ubi is Hyporchematum inventor dicitur, et alter Athenaei I, 15. D. quem v. de Metris p. 270 sq. postremo Plutarchi de musica l. c. *Κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς ποιήσεως ταύτης καὶ Πίνδαρος. ὁ δὲ παιὰν ὅτι διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ ὑπορχήματα, τὰ Πινδάρου ποιήματα δηλώσει· γέγραφε γὰρ καὶ Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα.* Fuere autem Pindari Hyporchematum duo libri, ut discimus ex vita Vratislaviensi p. 10. De Pratina et Bacchylide constat ex locis alibi allatis, quos huc congerere nolo: sed de Simonide res postulat, ut paucula addamus. Praeclarus est de natura hyporchematici generis Plutarchi locus Symposs. IX, 15. quo iam olim, ubi de ea re egi, usus sum; ibi scriptor Simonidis sententiam de arte pictoria transferendam ad saltationem dicit, sed verbis adeo corruptis, ut nihil fere intelligere liceat, nisi quod me iudice Wyttenbachius recte perspexit, Simonidem dixisse pictoriam esse poesin silentem, poesin autem pictoriam loquentem (v. Plutarch. de glor. Athen. c. 3.), ut inter nostrates vir ingeniosissimus architecturam dixit musicen esse quasi gelu in lapidem concretam, multum irridentibus, qui talia non intelligunt: contra Plutarchum id de pictoria negare, atque de saltatione dici velle; unde Wyttenbachius ita scripsit: *μεταθετέον τὸ Σιμωνίδειον ἀπὸ τῆς ζωγραφίας ἐπὶ τὴν ὄρχησιν, τὴν μὲν ὄρχησιν εἶναι ποίησιν σιωπῶσαν, τὴν δὲ ποίησιν πάλιν ὄρχησιν φθεγγομένην· ὅθεν οὔτε εἰπεῖν ἐστι γραφικὴν μετεῖναι ποιητικῆς, οὔτε ποιητικὴν γραφικῆς.* Deinde Plutarchus sententiam suam uberius explicans in Hyporchematis hoc maxime cerni docet: *δόξειε δ' ἄν*, inquit, *ὡς-*

www.libtool.com.cn

περ ἐν γραφικῇ, τὰ μὲν ποιήματα ταῖς γραμμαῖς, ὑφ' ὧν ὁρίζεται τὰ εἴδη, quibus tale quid addendum videtur: μάλιστα ἐοικέναι, τὰ δὲ τῆς ὀρχήσεως τοῖς χρώμασιν. Iam sequuntur corruptissima verba: δηλοῖ δὲ, ὃ μάλιστα κατωρθωκέναι δόξειεν ὑπορχήμασι καὶ γεγονέναι πιθανώτατος ἑαυτοῦ, τὸ δεῖσθαι τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας: quae manifeste ad Simonidem referenda sunt, quem sua ipsius poesi convincere Plutarchus studet. Correxerim autem: δηλοῖ δὲ, ἃ αὐτὸς μάλιστα κατωρθωκέναι δόξει ἐν ὑπορχήμασι, καὶ οἷς γέγονέναι πιθανώτερος (ita Schneiderus) ἑαυτοῦ, τὸ δεῖσθαι τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας, id est: *Alteram autem altera indigere ea monstrant, quae ipse in Hyporchematis imprimis bene fecisse quibusque sua ipsius dicta fide superasse videbitur.* Intellige Simonidem, cuius nomen ex superiori τὸ Σιμωνίδειον Graeco usu suppletur, nisi ipsum Simonidis nomen excidit; et nota illud πιθανώτερος ἑαυτοῦ: nempe sua poesi Simonides effecit, ut huius indoli magis confidentes quam ipsius disertis verbis non pictoriam et poesin, sed poesin et saltationem artissime coniunctas censeremus. Iam duo afferuntur exempla hyporchematicae dictionis, quibus spectatis hoc intelligatur: quae Simonidis esse ex his satis liquet, quamquam inter Pindarica relata sunt. Post haec nonnullis verbis interpositis pergit Plutarchus: αὐτὸς γοῦν ἑαυτὸν οὐκ αἰσχύνεται περὶ τὴν ὄρχησιν οὐχ ἧττον ἢ τὴν ποίησιν ἐγκωμιάζων: quae ad illud respiciunt, quod Plutarchus a Simonide non pictoriam et poesin, sed hanc et saltationem ita, ut fecit, comparari debuisse censet: ut inde etiam magis appareat, illa fragmenta Simonidis esse. Quibus vero verbis Simonides aeque ob saltationem atque ob poesin se celebret, ex iis nihil superest, nisi haec: Ὅταν δὲ γηρῶσαι, et deinde: Νῦν ἐλαφρὸν ὄρχημ' οἶδα ποδῶν μιγνύμεν· Κρῆτα μὲν καλέουσι τρόπον. Postrema itidem habet Athenaeus V, p. 181. B. Ὅθεν καὶ Κρητικὰ καλοῦσι τὰ ὑπορχήματα·

Κρῆτα μὲν καλέουσι τρόπον . . . . .
τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν.

Ubi etsi adversa fortuna poetae nomen periit, tamen Schweighaeuserus ex Plutarcho recte collegit haec Simonidis esse. Postremo ne quis haec pro Pindaricis habeat, quia auctor se ipse laudare dicatur, quippe quod Thebanus poeta Plutarcho (de laude sui c. 1.) οὐ παύεται μεγαληγορῶν περὶ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, notes idem sibi iuris sumpsisse Simonidem auctore Aristide T. II. p. 379. Quae hoc loco uberius explanavi, ut perspiceretur, cur ego fragmenta ex illo Plutarchi loco ducta in Pindaricis non retulerim.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΤΡΑΚΟΣΙΩι, 1—3.

1.

Σύνες ὅ τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ, 71
κτίστορ Αἴτνας.

Intellige quod tibi dico, divinorum sacrorum cognominis pater, Aetnae conditor. Est ap. Schol. Pind. Pyth. II, 127. ubi legitur ἐπώνυμε, et ap. Schol. Nem. VII, 1. Schol. Aristoph. Av. 925. ubi minus recte ξύνες. Illud ὁμώνυμε firmat etiam ipse Aristophanis locus inde expressus, et Strabo VI, p. 412. ubi in nonnullis libris ξύνες τοι λέγω, et deinde πατήρ: atque ὅ τοι habet etiam cod. Gott. ap. Schol. Pyth. l. c. et in nonnullis editionibus Aristophanes Av. 945. unde ὅ τοι recepi. Ὅτι tamen habent ceteri et Plato Menon. p. 76. D. ac Gregor. Naz. Epist. II. T. I. p. 768. Contra ap. Plat. Phaedr. p. 236. D. hinc adumbratum est ξύνες ὅ σοι λέγω, ubi nihil mutandum. Carmen esse numeri velocioris satis patet; idque ita ordino:

www.libtool.com.cn

⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏓

⏓ ⏑ – – . . . . . .

Cf. Tyrwhitt. ad Strab. p. 17. Fuit autem ὑπόρχημα: Schol. Pyth. l. c. *τὸν ἐπίνικον ἐπὶ μισθῷ συντάξας ὁ Πίνδαρος ἐκ περιττοῦ συνέγραψεν αὐτῷ προῖκα ὑπόρχημα, οὗ ἡ ἀρχή· Σύνες ὅ τι λέγω* etc. idque verbis *τὸ Καστόρειον* etc. in Pythio carmine positis significari male Scholiastes perhibet. Haud aliter Schol. Aristoph. fragmentum hoc *ἐκ τῶν Πινδάρου ὑπορχημάτων* citat. Ceterum carmen post Olymp. 76, 1. scriptum est, quo anno Aetna condita: inserviebat autem celebrandae victoriae Hieronis mulabus partae ab auriga, cui fortasse Stratoni nomen: huic igitur aurigae poeta Fragm. 2. etiam currum ab Hierone postulat, et Fragm. 3. Siculam rhedam laudat. Et fuit haec victoria Pythia: quare Schol. Pind. carmen hoc una cum epinicio Pyth. II. quod pro Pythio habebat, missum censet: adde ad Fragm. 3. Unde sponte intelligitur, carmen hoc certe non ante Pythia Olymp. 76, 3. acta scriptum esse. Mirum tamen est de mularum certaminibus Pythone institutis apud Pausaniam has res accurate persequentem nihil referri: sed fortasse hoc ludorum genus haud diu ibi perduravit, ut etiam Olympiae mature abolitum est, ideoque id Pausanias neglexit. Quod facere eo facilius potuit, quum eorum, qui in ludis mature abolitis vicerant, nomina ne inscripta quidem omnia fuissent: quod de *κάλπῃ* in sacris ludis Olympiae abolita patet ex Pausania VI, 9, 1. Atque etiam qui mulari rheda ibidem vicerant, non videntur omnes inscripti fuisse, quod de Agesia collegerim ex iis, quae ad Olymp. VI. init. dixi.

2.

2 Ex eodem haud dubie carmine depromptum est, quod paullo post addit Schol. Aristoph.

Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἀλᾶται Στράτων,
ὃς ἁμαξοφόρητον οἶκον οὐ πέπαται·
ἀκλεὴς δ' ἔβα.

Inter Scythas Nomadas indigus errat Strato, qui domum plaustro vectam non possidet: inglorius vero abiit. *Λαβὼν δὲ ἡμιόνους παρὰ Ἱέρωνος,* inquit Scholiastes, *ἦτει αὐτὸν καὶ ἁρμάτιον,* (ut correxit Berglerus); non sibi tamen, sed Stratoni cuidam, si modo Stratonis nomen a Pindaro profectum est, nec potius ab Aristophane. Ex Pindaro sua adumbravit Aristophanes Av. 937 sqq.

Τόδε μὲν οὐκ ἀέκουσα φίλα
Μοῦσα δῶρον δέξεται·
Τὸ δὲ τεᾷ φρενὶ μάθε
Πινδάρειον ἔπος.
Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἀλᾶται Στράτων,
ὃς ὑφαντοδόνητον ἔσθος οὐ πέπαται·
ἀκλεὴς δ' ἔβα σπολὰς ἄνευ χιτῶνος.
ξύνες ὅ τι λέγω.

Schol. in Pindaricis habet *ἁμαξηφόρητον,* quod correxit Hermannus. Duorum priorum versuum metrum hoc videtur:

⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –

Ultimus est mutilus; nec potest suppleri. Brunckius volebat: *ἀκλεὶς δ' ἔβα ζεύγεος*

www.libtool.com.cn

ἡμιόνων ἅτερ ἅρματος: quod mihi quidem valde incertum est. Illud tamen verum, verba ἀκλεὴς δ' ἔβα spectare rhedam mularem, cui minor quam currui honos etiam Olympiae. Pausan. V, 9, 2. ἀπήνῃ δὲ οὔτε τῷ ἀνευρήματι οὐδὲν ἀρχαῖον, οὔτε εὐπρέπεια αὐτῇ προσῆν. Bothius ad Terent. p. 469. pro solita temeritate ita refinxit:

Ἁρμάτεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἀλᾶται στρατός· ὃς δ' ἁμα-
ξηφόρητον οὐ πέπαται
οἶκον, ἀκλεὴς ἔβα.

3.

Quum in ptiori fragmento currus ab Hierone pro rheda postulati mentio facta 7. sit, satis liquet ad idem carmen pertinere hos versus metro simillimo scriptos:

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετόν·
Σκύριαι δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος
αἶγες ἐξοχώταται·
ὅπλα δ' ἀπ' Ἄργεος· ἅρμα Θηβαίων ἀπὸ γᾶς ἀγλαοκάρπου·
Σικελίας δ' ὄχημα δαιδάλεον ματεύειν.

Ex Taygeto Lacedaemoniam canem, pernicissimum in feris persequendis animal; ad mulgendum lac Scyriae caprae praestantissimae; scuta autem Argiva, currum Thebanorum ex agro fertilissimo; rhedam autem artificiose factam Siculam debes quaerere. Praebet Athenaeus I, p. 28. A. indeque Eustathius ad Hom. p. 1822. 5. et ille quidem ἐν τῇ εἰς Ἴρωνα Πυθικῇ ᾠδῇ posita esse dicit: unde intelligitur Pythiam hoc Hyporchemate victoriam celebrari. Interpretationis causa haec addit Schneiderus: „De capris Scyriis v. Athen. XII. p. 540. D. Respicit hunc Pindari locum Zenobius Prov. II, 18. in Αἶξ Σκυρία· ἄλλοι δέ φασιν, ἐπὶ τῶν ὀνησιφόρων λέγεσθαι, διὰ τὸ πολὺ γάλα φέρειν τὰς Σκυρίας αἶγας. μέμνηται Πίνδαρος καὶ Ἀλκαῖος." Ὄχημα sive ὄχος est rheda mularis: v. ad Olymp. IV. introd. Scuta Argiva nota sunt. Ceterum lectiones veteres reduxi, et retinui anacoluthon Σκύριαι αἶγες; sed ἐξοχώτατοι, quod in tali loco, ubi masculina terminatio non potest metri causa adhibita esse, ut Fragm. inc. 163., apud Nostrum nolim defendere, mutavi in ἐξοχώταται. Metrum hoc videtur:



Vs. 5. ὅπλα priorem corripit, ut Nem. I, 51. VII, 25. qui eam produci voluerit, ei suadeam, ut Metr. Pind. p. 137. inspiciat. Postremo vir doctus in Ephem. Litt. Ien. 1807. N. 245. p. 130. adhibitis Schweighaeuseri correctionibus me non probante ita scribit:

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα, τρέχειν
πυκινώτατον ἑρπετόν·
Σκύριαι δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος
αἶγες ἐξοχώταται·

www.libtool.com.cn

ὅπλα δ' ἀπ' Ἄργεος·
ἅρμα Θηβαῖον· ἀπὸ τᾶς
ἀγλαοκάρπου
Σικελίας ὄχημα
δαιδάλεον ματεύειν.

4.

ΘΗΒΑΙΟΙΣ ΕΙΣ ΗΛΙΟΝ ΕΚΛΕΙΨΑΝΤΑ.

74 Dionysius Halicarnassensis de adm. vi dic. Demosth. p. 167. 18. ed. Sylb. postquam nonnulla ex Platonis Phaedro proposuit, ita pergit: *Ταῦτα καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἃ πολλά ἐστιν, εἰ λάβοι μέλη καὶ ῥυθμοὺς ὥσπερ οἱ διθύραμβοι καὶ τὰ ὑπορχήματα, τοῖς Πινδάρου ποιήμασιν ἐοικέναι δόξειεν ἂν τοῖς εἰς τὸν Ἥλιον εἰρημένοις, ὡς γέ μοι φαίνεται.* Additur fragmentum ex carmine in Solem deficientem facto, eoque Thebanorum in gratiam et usum, quod verba ipsa ostendunt. Id aut Dithyrambus fuit aut Hyporchema, quo non solum numeri admodum leves et celeres ducunt, sed etiam Dionysii verba: *εἰ λάβοι μέλη καὶ ῥυθμοὺς ὥσπερ οἱ διθύραμβοι καὶ τὰ ὑπορχήματα.* Sed Dithyrambi sunt Dionysiaci; Baccho autem hoc carmen actum non esse argumentum docet; itaque nihil relinquitur nisi ut Hyporchematis particulam nos tenere dicamus Apollini solis deo dicati. Nam Thebanorum Apollinem Ismenium et Galaxium Solem fuisse docent Daphnephoria illi acta, quae Proclus describit in Chrestomathia. Neque Dionysius, opinor, Hyporchematum, generis Dithyrambo multo minus celebris, omnino mentionem infecisset, ut dithyrambicam Platonis dictionem similitudine Pindarici carminis illustraret, nisi ipsum, quod producere volebat, carmen ex Hyporchemate petitum esset. Itaque non necesse est ad speciem carminum confugere, quae generatim ἄσματα vocata sint: certe grammatici in Pindaro digerendo omnes odas ad certa genera retulerant, quod colligas ex Vit. Thom. Vit. Vrat. et Suida, cuius verba *καὶ ἄλλα πλεῖστα* non curo. At verba carminis, quae initium haud dubie constituebant, apud Dionysium magnopere corrupta sunt, nec certa via corrigi in hac caligine possunt; ut tamen mihi legenda videntur, apponam:

Ἀκτὶς Ἀελίου, τί, πολύσκοπ', ἐμαῖς θέαις μέτρ' ὀμμάτων,
ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ κλεπτόμενον
ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν πτανὸν ἀνδράσιν
καὶ σοφίας ὁδὸν, ἐπίσκοτον ἄτραπὸν ἐσσυμένα
ἐλαύνειν τι νεώτερον ἢ πάρος;
ἀλλά σε πρὸς Διὸς ἵπποις θοαῖς ἱκετεύω
ἀπήμον' ἐς ὄλβον τράποιο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.
πολέμου δ' εἰ σᾶμα φέρεις τινὸς, ἢ καρποῦ φθίσιν, ἢ νιφετοῦ
σθένος ὑπέρφατον,
ἢ στάσιν οὐλομέναν, ἢ πόντου κενέωσιν ἀνὰ πέδον,
ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος ὕδατι ζακότῳ διερόν,
ἢ γαῖαν κατακλύσαισα θήσεις ἀνδρῶν νέον ἐξ ἀρχᾶς γένος,
ὀλοφυρσμένων πάντων μέτα πείσομαι.

x – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –

www.libtool.com.cn



Solis lux, quid o multituens, visui meo rerum adspectabilium mensura, sidus supremum interdiu subductum reddidisti inefficax alatum robur viris et sapientiae viam, tenebricoso tramite ruens vehi novo quodam neque antea usitato modo? At te per Iovem precor, equis velocibus illaesam in felicitatem, o veneranda, Thebis vertas commune prodigium. Sed si belli omen affers aut frugum interitum, aut nivis vim ingentem, aut seditionem perniciosam, aut maris eluviem in agros, aut glaciem soli, aut humidam aestatem pluvia vehemente uvidam, aut si terrâ diluvio inundatâ novum virorum genus denuo constitues, lugentibus cum omnibus id perpetiar. Praeclare sane de hoc carmine meruere triumviri Ios. Scaliger ad Propert. III, 4. Schneiderus et Hermannus; non tamen omnia ab illis sanata videntur. Poeta invocat *Ἀκτῖνα ἀελίου*, ut Sophocles Antig. 100. *Ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλλιστον ἑπταπύλῳ φανὲν Θήβᾳ τῶν πρότερον φάος* etc. Deinde Dionysius habet: *τί πολύσκοπ' ἐμῆς θεῶ μ' ἄτερ ὀμμάτων*: unde Scaliger omisso *τί* effecit *πολύσκοπε, μή σε θεῶμ' ἄτερ ὀμμάτων*, barbare. Repetiit illud *τί* Schneiderus corrigens: *πολύσκοπον ἐρημώσαισα μέτρον ὀμμάτων*, Philostratum secutus Epist. 72. p. 949. *Ἐκ τῆς περὶ τὸ πρόσωπον γαλήνης, ἣν εἰ μὴ θολώσεις, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ βλεπόμενον δόξεις· εἰ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα, κἀκεῖνό που κατὰ Πίνδαρον, τὰ τὴν ἀκτῖνα τὴν ἀπὸ σοῦ πηδῶσαν εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μέτρα*: ubi *βλεπόμενον* a scriptore verbo Pindarico *κλεπτόμενον* de industria substitutum est. Ex hoc autem loco patet Pindarum solis lucem *μέτρα ὀμμάτων* dixisse, aut quod oculi lucis adminiculo in iudicandis rebus utuntur, atque ad lucis quasi rationem omnia expendunt, quemadmodum Philostratus cepisse videtur; aut potius quod *ὄμματα* hoc loco *θεάματα* sunt, ut ap. Sophocl. Electr. 898. *ἐμπαίει τί μοι ψυχῇ ξύνηθες ὄμμα*, quem locum emendatione non egere censeo, et ap. Plat. Phaedr. p. 253. E. *ἰδὼν τὸ ἐρωτικὸν ὄμμα*. Cetera Hermannus ad hunc modum constituit: *τί πολύσκοπ' ἐμοὶ θοῶν μέτρ' ὀμμ.* Quod ut incertum est, ita ego meum *ἐμαῖς θέαις μέτρ. ὀμμ.* non pro certo vendito, quamquam hoc proxime ad litterarum ductus apud Dionysium expressarum accedit. Ex qua emendatione solis lucem poeta cum choro visui suo mensuram rerum adspectabilium dicit. Sequentia in mente habuit Plutarchus de Facie in orbe lunae c. 18. *Εἰ δὲ μὴ Θέων ἡμῖν οὗτος τὸν Μίμνερμον ἐπάξει καὶ τὸν Κυδίαν καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις τὸν Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον, ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους ἄστρον ὑπέρτατον* (ita corrigo vulgatam *τὸν φανερώτατον*) *κλεπτόμενον, καὶ μέσῳ ἅμα τὴν νύκτα γενομένην, καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου σκότους ἁρπαγὴν φάσκοντος*: ubi quum *μέσῳ ἅμα τὴν* in *μέσῳ ἅματι* mutandum esse bene moneatur, hoc tamen apud Nostrum lectum esse cave credas, sed potius Plutarchum memoria falsum esse iudices. Praeterea huc respicit Schol. Arat. Phaen. 10. *λέγεται δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἄστρον ἰδίως, παρὰ δὲ Πινδάρῳ ἄστρον ὑπέρτατον. Πτανὸν* retinui, etsi

www.libtool.com.cn

varia ratione corrigitur. Mox Dionysius ἐπισκόπτειν ἄτροπον ἐσσαμένα: Scaliger dedit ἐπισκότειον, Hermannus ἐπίσκοτον; ἐσσυμένα Schneiderus correxit. Ad illud ἕλ. τί νεώτερον conferas Pyth. IV, 155. μή τι νεώτερον κ. τ. λ. et ibi Explicatt Et hac quidem formula designatur *aliquid mali;* sed si ita interpreteris, structura te destituet. Itaque aliter in Latina interpretatione reddidi: quamquam nescio an locus non integer sit. Ἵπποις θοαῖς debetur Hermanno: Dionysius ἵππος θοάς, et paullo post ἐς ὄλβον τινὰ τρέποιο, item πολέμου δίς ἅμα: unde Scaliger petiit δὴ σᾶμα, Hermannus δ' εἰ σᾶμα. Paullo post Dionysius οὐλομένην, et ἀλλὰ πέδον: quod correxit Scaliger; Hermannus ἀμ πέδον. Pro διερὸν, quod Scaliger et Sylburgius ministrant, Dionysius ἱερὸν et κατακλύσασα θήσει; θήσεις dedit Barnesius. Deinde vulgo erat ἀρχῆς. Postremo apud Sylburgium est ὁλοφυ . . . et apud Hudsonum ὁλοφυρ . . . Ex illo Scaliger supplevit ὁλοφυδνόν; in hoc formam a verbo ὁλοφύρομαι ductam latere Schneiderus iudicavit, quod probabile reddit locus Plutarchi supra allatus: igitur dedi ὁλοφυρομένων, quod magis poeticum quam quod quis reponere possit ὁλοφυρόμενος. Verba πάντων μέτα πείσομαι ex Dionysio π. μεταπείσομαι habente Hermannus addidit; quae sequuntur, καὶ ταῦτ' οὐ . . . Dionysii sunt haud dubie. Ceterum idem carmen spectant Philo in fragmento T. II. p. 643. ed. Mang. αἱ δὲ μηνύματά ἐστιν ἢ βασιλέων τελευτῆς ἢ πόλεων φθορᾶς, ὃ καὶ Πίνδαρος ἠνίξατο γενομένης ἐκλείψεως διὰ τῶν πρόσθεν εἰρημένων, quae periere; et Plinius H. N. II, 12, 9. loco corrupto et varie edito: *Misera hominum mente in defectibus scelera aut mortem aliquam siderum pavente, quo in metu fuisse Stesichori et Pindari vatum sublimia ora palam est solis deliquio.* Quae vero haec solis defectio fuerit, non ego certo definiverim. Duas Herodotus memoravit, quae in censum venire possunt, alteram quum Xerxes Sardibus esset (VII, 37.) Olymp. 74. 4. quam negant temporum periti, alteram quum Cleombrotus cum Spartanis in Isthmo esset (IX, 10.), circa Olymp. 75, 1. Sed ne hanc quidem significari arbitror, quod bello tum flagrante non ita dubitanter dici potuit: πολέμου δ' εἰ σᾶμα φίρεις τινός. Illud sponte vides insignem Thebis designari solis defectionem: itaque collegam meum doctissimum Idelerum, ut insigniores Pindaricae aetatis eclipses mihi indicaret, rogavi. Is usus tabula Pingrei in libro *Art de vérifier les dates* inter plures solis defectiones in orientali Europa per ea tempora insigniores nullam putat magis memorabilem fuisse quam quae d. 30. April. anni ante Christ. 463. Olymp. 79, 1. hora pomeridiana secunda Thebis media fuit: tum undecim solis pollices obscurati sunt, unus tantum pollex lumen retinebat. Post eam igitur solis defectionem licebit hoc hyporchema scriptum iudicare probabiliter.

5.

75 Epist. Socrat. p. 5. καὶ τὸν Πίνδαρον ἡγούμενον εἰς τοῦτο σοφὸν εἶναι, ὃς φησιν· Θεοῦ δὲ δείξαντος ἀρχὰν ἕκαστον ἐν πρᾶγος, εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ἐλεῖν, τελευταί τε καλλίονες. σχεδὸν γὰρ οὕτω που αὐτῷ ἔχει τὸ Ὑπόρχημα. Aristides in Panegyr. Cyzic. T. I. p. 236. ἀλλ' ὥσπερ ἔφη Πίνδαρος, Θεοῦ δείξαντος ἀρχὰν οὐδὲν δὴ τὸ κωλύον. Idem c. criminantes T. II. p. 416. Θεοῦ δέ φησι Πίνδαρος δείξαντος ἀρχὰν εὐθεῖα δὴ κέλευθος εὑρεῖν τὸ προκείμενον. Ubi recte liber Baroccianus ἑλεῖν. Versus hi sunt:

Θεοῦ δὲ δείξαντος ἀρχάν
ἕκαστον ἐν πρᾶγος εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ἑλεῖν,
τελευταί τε καλλίονες.

www.libtool.com.cn

⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – . . .

Deo vero principium monstrante ad quodque negotium recta via patet virtutem capessendi, et fines pulchriores sunt. Ἐν est εἰς.

6.

Stobaeus Serm. CLXVII, p. 571. ed. Wechel. ex *Hyporchematis* Pindari: 76

Γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπείροισιν· ἐμπείρων δέ τις
ταρβεῖ προσιόντα νιν καρδίᾳ περισσῶς.

Eustathius ad Hom. p. 841, 32. *Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος, πεπειραμένων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα.* Schol. Ven. A. B. ad Iliad. λ, 227. *φιλοπόλεμοι γὰρ οἱ νέοι. ὡς καὶ Πίνδαρος· Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος· ἐμπείρων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα μιν.* Hinc haec concinno:

Γλυκὺ δ' ἀπείροισι πόλεμος· πεπειραμένων δέ τις
ταρβεῖ προσιόντα νιν καρδίᾳ περισσῶς.
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Dulce inexpertis bellum: sed experti id adveniens reformidant apud animum magnopere.

7.

Erotianus Glossar. Hippocrat. *Λιὼν· ὁ νωτιαῖος μυελός.* Exempli causa affert: 77
καὶ Πίνδαρος ἐν Ὑποχήμασι λέγων· Ἐνέπισε κεκραμένα ἐν αἵματι· πολλὰ δ' ἔλκεα πλευρὰς ἔμβαλεν ὦμον τραχὺ ῥόπαλον· τέλος δ' ἀείρας πρὸς στιβαρὰς ἐσπάραξε πλευράς, αἰὼν δὲ δι' ὀστίων ἐῤῥαίσθη. Vulcanius ap. Heringam Obs. crit. p. 116. legebat: *ἐνέπτυσε*, deinde *ἔμβαλε νωμῶν τραχὺ ῥόπαλον*. Ipse Heringa mavult *ἐξέπτυσε*, et deleto priori *πλευρὰς* legit *ἔλκε' ἔμβαλε*, et paulo ante *κεκραμέν' αἵματι*; quibus non omnibus subscribo. Lego:

Ἐνέπισε κεκραμέν' ἐν αἵματι. πολλὰ δ' ἔλκε' ἔμβαλε νωμῶν
τραχὺ ῥόπαλον, τέλος δ' ἀείραις πρὸς στιβαρὰς σπάραξε
πλευράς,
αἰὼν δὲ δι' ὀστέων ἐῤῥαίσθη.
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – . . . . .

. . . *Imbuit sanguini immista: multa vero vulnera ingessit asperam vibrans clavam, postremo sublatâ eâ valida percussit latera, medulla vero per ossa contrita est.* Herculem hoc fecisse non male Heynius coniecit.

8.

Athen. XIV. p. 631. C. *ἡ δ' ὑπορχηματικὴ ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται· Πίνδαρος δέ φησι·* 78

Λάκαινα μὲν παρθένων ἀγέλα.

ὀρχοῦνται δὲ ταύτην παρὰ τῷ Πινδάρῳ οἱ Λάκωνες. Metrum hoc est:

⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

www.libtool.com.cn

9.

79 Schol. Theocrit. VII, 103. *Ὅμολος δὲ Θετταλίας ὄρος, ὡς Ἔφορος καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμολίων, καὶ Πίνδαρος ἐν τοῖς Ὑπορχήμασιν.* Sollemnia haec ab aliis rectius *Ὁμολώϊα* dicuntur, ut est in titulo Orchomenio. V. nos Oec. civ. Athen. T. II, p. 361.

10.

80 Schol. Pind. Isthm. I, 21. *Ἰόλαος δὲ ἦν Ἡρακλέους ἡνίοχος· ἀλλ' εὑρήματα Πινδάρου ἐν Ὑπορχήμασιν, ὡς καὶ εὕρημα Κάστορος, ὡς αὐτὸς λέγει:* ubi dixi legendum videri: *ἅρματα δὲ αὐτοῦ εὕρημα κατὰ τὰ Πινδάρου* etc.

11.

81 Schol. Pind. Olymp. XIII, 25. *Ὁ Πίνδαρος δὲ ἐν μὲν τοῖς Ὑπορχήμασιν ἐν Νάξῳ φησὶν εὑρεθῆναι πρῶτον διθύραμβον.* Cetera, quae alibi retuli, ad Hyporchemata nihil attinent.

12.

82 Hephaestio p. 46. ut exempla metri Pindarici hos duos versus antistrophicos profert, haud dubie ex Pindaro desumptos:

Ὁ Μοισαγέτας με καλεῖ χορεῦσαι,

Musarum dux me advocat, ut chorum agam:

Ἄγοις ὦ κλυτὰ θεράποντα Λατοῖ,

Ducas ministrum, inclyta Latona.

⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

Priori versu vulgo *Μουσαγέτας*. Uterque est ex carmine in Apollinis venerationem scripto: non tamen ex oda supplicationi inserviente, cui non convenit formula *καλεῖ με χορεῦσαι*. Itaque neque ex Prosodio neque ex Parthenio aut Daphnephorico deprompti versus sunt, neque opinor ex Paeane, cui meo iudicio non aptum prioris versus argumentum: sed refero ad Hyporchemata, quibus et numeri velociores et verba illa *καλεῖ με χορεῦσαι*, et ipsum illud *ἄγοις* eximie idonea sunt. Cf. Pratin. Hyporch. ap. Athen. XIV, p. 617. F. *ἄκουε τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν*: neque obest vocis *χορεία* explicatio ea, quam dedi Metr. Pind. III, 10. p. 257.

VIII.

ΕΓΚΩΜΙΑ.

De his carminibus laudes hominum in comissatione (*κώμῳ*) canendas complexis paucissima dici possunt. Heynius quidem huc retulit Horatii *Reges* Carm. IV, 2, 13. *Seu deos regesve canit, deorum sanguinem, per quos cecidere iusta morte Centauri, cecidit tremendae flamma Chimaerae:* indeque colligit de Pirithoo et Bellerophonte, fortasse etiam de Caeneo in iis dictum esse. Sed haec non satis considerate: reges encomiis praedicatos esse concedo, sed vivos, non heroas pridem defunctos; nisi quod horum fabulae ut ceteris carminibus, ita et encomiis intextae erant: unde tamen in

www.libtool.com.cn

digerendis fragmentis nihil lucreris. Quod vero de Nicolai Loensis sententia Epiphyll. VII, 18. huc refertur, id ex primo hymno est, ut supra demonstravimus. Nos inter Encomia retulimus carmen Theroni scriptum, et alterum Alexandri Amyntae laudes complexum: posterius enim, quod certe Olympium non est, quia ex Olympiis Pythiisque et Nemeis nihil periit, nisi fuerit Isthmium, non potest non Encomium esse; immo ne Isthmium quidem esse potest, quod docui in Fragmentis ex Isthmionicis. Igitur refero ad Encomia. Neque aliud credo significat Dio l. c. infra, ubi dicit: *ἐπήνεσεν Ἀλέξανδρον ποιήσας εἰς αὐτόν.*

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι, 1—2.

1.

Schol. Olymp. II, 16. *Τούτους γὰρ (τοὺς Θήρωνος προγόνους) Θηβαίους ἀνέκαθεν* 83
ἀπὸ Κάδμου εἶναι. Κάδμου γὰρ Πολύδωρος· τοῦ δὲ Λάβδακος· τοῦ δὲ Λαΐος· τοῦ δὲ Οἰδίπους· εἶτα Ἐτεοκλῆς· τοῦ δὲ Αἵμων· τοῦτον δὲ ἐν κυνηγεσίῳ ἐμφύλιόν τινα ἀποκτείναντα Ἀθήναζε μεταστῆναι· τοὺς δὲ ἀπὸ τούτου πάλιν ἐξ Ἀθηνῶν μεταστάντας σὺν τοῖς Ἀργείοις Ῥόδον κατοικῆσαι μέχρι τινῶν γενεῶν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλθεῖν εἰς Ἀκράγαντα, καὶ μέχρι Θήρωνος τὰς ἁπάσας γενεὰς ἑπτὰ πρὸς ταῖς ὀκτὼ συναριθμεῖσθαι. ταῦτα ἱστορεῖ ἐν Ἐγκωμίῳ, οὗ ἡ ἀρχή·

Βούλομαι παίδεσσιν Ἑλλάνων . . . . . .
⏑ – – ⏑ – – . . . . . .

Volo filiis Graecorum . . . Idem ad vs. 39. *Τὸ γὰρ τοῦ Θήρωνος γένος ἐνθένδε (ἀπὸ τοῦ Κάδμου) κατάγεσθαί φησιν ὁ Πίνδαρος ἐν Ἐγκωμίῳ, οὗ ἡ ἀρχῇ·*

Βούλομαι παίδεσσιν Ἑλλάνων.

Utroque loco correxi *παίδεσσιν*: cod. *παίδευσιν.* Isthm. III, 54. *Μομφὰν ἔχει παίδεσσιν Ἑλλάνων.*

2.

Particulam inde decerptam servavit Scholiastes ibidem, Olymp. II, 16. *Ἔνιοι δέ* 84
φασιν, ὅτι οἱ τοῦ Θήρωνος πρόγονοι οὐδόλως εἰς τὴν Γέλλαν κατῆραν, ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν Ἀκράγαντα· ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος λίγει·

Ἐν δὲ Ῥόδον . . κατῴκισθεν . . . . .
Ἔνθ' ἀφορμαθέντες ὑψηλὰν πόλιν ἀμφινέμονται,
πλεῖστα μὲν δῶρ' ἀθανάτοις ἀνέχοντες,
ἔσπετο δ' ἀενάου πλούτου νέφος.

Et in Rhodum transmigrarunt, unde progressi altam urbem inhabitant, plurima dona immortalibus offerentes, sequente aeternae opulentiae nube. Structuram ex participio in verbum finitum transeuntem illustravi in explicatione Olymp. I, 14. in qua structurae mutatione plerumque vim inesse Dissenium docentem vidisti: quod teneri debet in talibus locis, quoniam ego eiusmodi res raro annotavi. *Ὑψηλὴ πόλις* est Agrigentum ob collem, in quo positum est. V. Pyth. XII, init. Lectionem fragmenti ex libris constitui, nisi quod evincente metro, quod Dorium est, lacunas posui, quia aliter *κατῴκισθεν* Doriis numeris aptari nequit. *Ἐν* est *εἰς*: alii *ἂν*, quo defendas *ἂν Καλλίσταν ἀπῴκησαν* Pyth. IV, 258. et *ἐν* p. *εἰς* sane potius Aeolicorum carminum videtur, de quo dixi Metr. Pind. III, 18. p. 294. sed nolui mutare, quod optimis libris nititur. Numeri fere tales fuerunt;

www.libtool.com.cn

⏑ ⏑ – [⏑] ⏑ – – ⏑ . . . . . .
– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑

Sed fortasse etiam plura post *Ῥοδον* exciderunt: et nescio an primus versus finis epodi sit, incipiente deinde strophe,

Ἐνθ' ἀφορμαθέντες ὑψηλάν,

ut illud,

Βούλομαι παίδεσσιν Ἑλλάνων.

Ceterum hoc encomium haud absurde conieceris eidem victoriae celebrandae inservisse, quam canit poeta Olymp. II. et III.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι ΑΜΥΝΤΑ, 3—4.

3.

85 *Ὀλβίων ὁμώνυμε Δαρδανιδᾶν,*
παῖ θρασύμηδες Ἀμύντα.

O beatorum cognominis Dardanidarum, fili animose Amyntae. Haec Scholiastes Pindari ad Nem. VII, 1. Dio Chrysostomus Or. II. de Regno p. 25. ubi de Alexandro Magno: *Ἐπεμνήσθη τοῦδε Πινδάρου διά τε τὴν λαμπρότητα τῆς φύσεως καὶ ὅτι τὸν πρόγονον αὐτοῦ ὁμώνυμον ἐπήνεσεν Ἀλέξανδρον τὸν Φιλέλληνα ἐπικληθέντα ποιήσας εἰς αὐτόν· Ὀλβίων ἐπώνυμε Δαρδανιδᾶν.* Cf. Tzetzes Chiliad. VII, 413. et Solin. Polyh. c. 14. Lectionem *ὁμώνυμε* et hoc loco et in simili Hyporchematum praefero: at vide ne scribendum sit *ὦ παῖ*, numerusque ita continuandus:

– ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Ceterum hoc carmen ad Epinicia retulit Schneiderus, quem vide imprimis Vit. Pind. p. 35. sed hoc fieri non posse in Introductione Encomiorum paulo ante monui. Victoriae tamen celebrandae odam inservisse alterum fragmentum reddit probabile; at Grammatici hoc carmen inter Epinicia non retulerant. Ipsa victoria num Olympica fuerit, incertum est; certavit Alexander Olympiae (v. Herodotum et Iustinum ll. cc. a Schneidero Vit. Pind.); sed eum ibi vicisse non traditur.

4.

86 *Πρέπει δ' ἐσλοῖσιν ὑμνεῖσθαι καλλίσταις ἀοιδαῖς·*
τοῦτο γὰρ ἀθανάτοις τιμαῖς ποτιψαύει μόνον [ῥηθέν]·
θνάσκει δ' ἐπιλασθὲν καλὸν ἔργον.

Convenit autem bonis celebrari pulcherrimis carminibus: hoc enim immortalibus honoribus proxime accedit solum; perit vero oblivioni traditum praeclarum facinus. Habet Dionysius Halicarn. T. II. p. 292. ubi additur: *Πίνδαρος τοῦτο πεποίηκεν εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα, περὶ τὰ μέλη καὶ τοὺς ῥυθμοὺς μᾶλλον ἢ περὶ τὴν λέξιν ἐσπουδακώς.* Arrogans iudicium, quod puto non laturum fuisse criticum cetera insignem, si Pindari perspexisset artem paucis cognitam. Sylburgius correxit *ἐσλοῖσιν* et *ἐπιλασθέν*; olim fuit *ὅλοισιν* et *ἐπιταθέν*, item *τιμαῖσι*. Sed etiam *καλλίσταις* depravatum est, quippe metro contrarium, nisi aliqua perierunt: *ῥηθὲν* autem deleo, quod volebat etiam Bothius. Numerus fuit Dorius aut Dorio proximus, fere talis:

www.libtool.com.cn

1.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩι.

87 Athenaeus XIII. p. 573. C. E. *Νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ἱστορεῖ ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας, καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ, καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. καὶ ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι ηὔξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας, εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι ναόν.* Cf. Schol. Olymp. XIII, 32. Pergitur: *καὶ οἱ ἰδιῶται δὲ κατεύχονται τῇ θεῷ, τελεσθέντων περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τὴν δέησιν, ἀπάξειν αὐτῇ ταύτας ἑταίρας. ὑπάρχοντος οὖν τοιούτου νομίμου περὶ τὴν θεὸν Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος ἐξιὼν εἰς Ὀλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας ηὔξατο τῇ θεῷ νικήσας. Πίνδαρος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν εἰς αὐτὸν ἐγκώμιον, οὗ ἡ ἀρχή· Τρισολυμπιονίκαν ἐπαινέων οἶκον, ὕστερον δὲ καὶ σκόλιον τὸ παρὰ τὴν θυσίαν ᾄσθέν, ἐν ᾧ τὴν ἀρχὴν εὐθέως πεποίηται πρὸς τὰς ἑταίρας, αἳ παραγενομένου τοῦ Ξενοφῶντος καὶ θύοντος τῇ Ἀφροδίτῃ συνέθυσαν· διόπερ ἔφη·*

Ὦ Κύπρου δέσποινα,
τεὸν δεῦτε ἐς ἄλσος.
φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόνγυιόν
Ξενοφῶν τελείαις ἐπήγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς.

ἤρξατο δὲ οὕτω τοῦ μέλους·

Πολύξεινοι νεανίδες, ἀμφίπολοι
Πειθοῦς ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ,
διά τε τὰς χεῖρας λιβάνου ξανθὰ δάκρυά τε
ἡμῖν πολλάκις ματέρας ἐρώτων
οὐρανίαν ἱπτάμεναι νοήματι,
ποτ᾽ τὰν Ἀφροδίταν ἡμῖν ἄνωθεν ἀπαγορίας
ἔπορεν· ὦ παῖδες
ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακώρας
ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι,
σὺν δὲ ἀνάγκαι πάγκαλον.

ἀρξάμενος θ᾽ οὕτως ἐφεξῆς φησιν·

Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέξαντι
ὁμοῦ δεσπόται, τοιόνδε
μελίφρονος ἀρχὰν εὑρόμενον σκολιοῦ,
ξυναόρον ξυναῖς γυναιξί.

δῆλον γὰρ ὅτι πρὸς τὰς ἑταίρας διαλεγόμενος ἠγωνία, ποιόν τι φανήσεται τοῖς Κορινθίοις τὸ πρᾶγμα. πιστεύων δὲ, ὡς ἔοικεν, αὐτὸς ἑαυτῷ πεποίηκεν εὐθέως·

Ἐδιδάξαμεν χρυσὸν κιθάρα βασάνῳ.

De discrimine inter Encomium et Scolium a Chamaeleonte facto v. Prooem. Fragm. Carmen, quod Pindarus ipse Scolium dicit, hoc est:

Stropha prima.



www.libtool.com.cn

Πολύξειναι νεάνιδες, ἀμφίπολοι Πειθοῦς ἐν ἀφνειᾷ Κορίνθῳ,
αἵτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρυα θυμιᾶτε,
πολλάκι ματέρ' ἐρώτων οὐρανίαν πτάμεναι νόημα ποτὰν Ἀφροδίταν,
ὔμμιν ἄ,τ' ἄνωθεν ἀπαγορίας
ἔπορεν, ὦ παῖδες, ἑρατειναῖς ἐν εὐναῖς
μαλθακᾶς ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι. σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν.

Epodus prima.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέξοντι Ἰσθμοῦ δεσπόται
τοιάνδε μελίφρονος ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου
ξυνάορον ξυναῖς γυναιξίν.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Primi versus secundae strophae initium.

Διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ . . . . .

Epodus alia.

Ὦ Κύπρου δέσποινα, τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος φορβάδων
κουρᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν τελέαις
ἐπάγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

O hospitales puellae, famulae Suadae divite in Corintho, quae thuris virentis flavas lacrimas adoletis, saepe ad amorum matrem caelestem mentibus vestris advolantes, ad Venerem, quae vobis, o filiolae, desuper veniam et excusationem dedit iucundis in lectis mollis maturitatis fructum decerpendi. Nam cum necessitate quidvis pulchrum. Deinde: *At miror, quid me Isthmi domini dicturi sint, qui tale dulcis scolii exordium invenerim, communibus feminis coniunctum.* Mox: *Exploravimus aurum pura probatione.* Postremo: *O Cypri regina, tuum huc in nemus compascuarum puellarum gregem centicipitem Xenophon adduxit votis perfectis laetus.*

www.libtool.com.cn

Dicamus iam de singulis. Carmen est ex numeris Dorio generi proximis, atque ut mihi videtur, ad Lydiam harmoniam argumento congruam attemperatis, quod in lectione constituenda maxime spectandum est. Initium scolii fuit *Πολυξεναι νεάνιδες*, quod Athenaei verba satis declarant: strophaṃ autem finiri verbis *σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν*, ipsa numeri indoles docet. Iam quia proodos Pindarum usurpasse non constat, quod tamen statuere videtur doctus censor in Ephem. litt. Ien. a. 1806. n. 249. p. 143., strophaṃ hanc esse censemus. Successit alter locus *Ἀλλὰ θαυμάζω*, a quo novam periodum metricam incipere sententia ipsa suadet: sed quum haec non possit antistropha esse, quod strophae non respondet, epodus prima est incipiens. Sequitur *Διδάξαμεν χρυσὸν*, quod initio strophae respondet, nisi quod quinta syllaba longa pro brevi, legitime. Postremo advocatio Veneris epodi illis versibus accurate respondet, quod etiam censorem Ienensem intellexisse posthac vidi; igitur initium hoc est epodi post primam alius. De emendationibus pauca sufficient. *Πολύξεναι* ego dedi: cf. de terminatione nott. critt. p. 527. *Πειθοῦς* pro vulgato *πείθουσ'* haud unus correxit, item *ἀφνειᾷ*, quod ob Pindari usum retinui, etsi etiam *ὁ Κόρινθος* dictum esse videtur: certe *ὁ Ἀκροκόρινθος* dicitur. *Αἵτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου* et *θυμιᾶτε* restituit Tittmannus ad Zonar. p. 1307. ubi est: *καὶ Πίνδαρος* (*λίβανον θηλυκῶς*)· *αἵτε τὰν χλωρὰν λίβανον ξανθὰ δάκρυα θυμιᾶται*, pro quo Phavorinus *θυμιᾶτε*; et ipse Athenaei textus *δάκρυά τε* huc deducit. Eadem, quae apud Zonaram sunt, habet cod. Coislin. 346. sine ulla varietate: quod nunciavit mihi Bekkerus. Adde Photium: *Λίβανον τὸ δένδρον θηλυκῶς Πίνδαρος. Thuris lacrimas* etiam Ovidius dixit Met. XV, 394. Ceterum si *δάκρυα* trisyllabum est, Doriis numeris hoc loco adhibita est secundi in dipodia trochaei solutio, servata brevi thesi: tum enim *δάκρυα* erit tribrachys. Nec plane hoc improbem in tali quidem oda. Sed praestat fortasse in *δάκρυᾱ* statuere synizesin, ut in similibus exemplis ab Hermanno allatis (El. D. M. p. 53. coll. Porson. ad Eurip. Phoen. 1327.), in quibus per me licet etiam *γενύων* numeretur Pyth. IV, 225. etsi id meo sensui olim scabrum in illo versu videbatur ob concurrentes plures istas synizeses. *Θυμιᾶτε* ad ipsum hoc Xenophontis sacrificium a puellis Veneri sacris peractum pertinet. *Ἡμῖν* delevi praeeuntibus criticis pluribus, quippe ortum ex varia lectione sequenti *ὑμῖν* supra allita. *Πολλάκι ματέρ' ἐῤ.* de meo rescripsi. *Νόημα* est Hermanni; idem praebuit *ὔμμιν*. De illo *ποτὰν* cf. nos nott. critt. ad Pyth. I, p. 438. Post *ὔμμιν* addidi *ἄ,τ'*. *Ἄνωθεν* est *de caelo*; *ἀπηγορίαι* designant *veniam et excusationes*, ut *ἀπηγορεῖν* est *excusare*, unde *ἀπηγόρημα*. Sequitur ipsa excusatio *σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν*, ut rescripsit Hermannus. *Ἐν* ipse interposui. Mox *μαλθακὸν ὥρας* correxit Schneiderus. Hoc retinendum et ipse putabam: sed praeter dithyrambos uno tantum in Epiniciis loco binis continuis choriambis usum Pindarum reperio in liberioris mensurae carmine (v. Metr. Pind. p. 153.), et semel itidem in liberiore, ut videtur, metro Fragm. inc. 152. itaque melius iudico *μαλθακᾶς ὥρας*, quo multo gratius efficitur metrum, simile illud versibus str. 2. ep. 1. Ad dictionis genus conf. Pyth. IX, 38. et maxime 113. nostr. *Λέξοντι* dedit Casaubonus: non Pindaricum est *λεξοῦντι*, ne Graecum quidem *λεξοῦντιν*, quod est qui suadeat, sed debebat esse *λέξουσιν*; hiatum vero certus Pindari usus tuetur. V. Metr. Pind. III, 22. p. 311. *Ἰσθμοῦ* idem dedit Casaubonus: *τοιάνδε* omnes, qui de hoc loco egere, critici. In voce *ξυνάορον* nota litteram *ξ*, quam Pindarus fere non assumit nisi metri causa, hoc autem loco ob sequens *ξυναῖς* de industria posuisse videtur. *Διδάξαμεν* correxit Hermannus; *καθαρᾷ* est Casauboni. *Κουρᾶν* dedi ob antistropham, etsi non prorsus necessarium: at *κωρᾶν*, quod censor Ienensis reposuit, Pindaricum non est. Taceo de cete-

www.libtool.com.cn

ris. *Βάσανος* de auro extat etiam Pyth. X, 67. et ex Pindaro vocem commemorant Zonaras p. 374. et Suidas v. *βάσανος*: neque aliud spectat Zonaras p. 379. *Βασανίσας, ἀντὶ τοῦ δοκιμάσας, ἀπὸ τῆς βασάνου λίθου. οὕτω Πίνδαρος.* Mox *δεῦτ'* est pro *δεῦρο*, quod plures adducuntur puellae; sed notabile est, quod imperativum id adiunctum non habet. De re ipsa paucissima moneo. Ex ipsis Pindari et Athenaei verbis satis patet carmen esse cantatum Olymp. 79, 1. quum puellae a Xenophonte Veneri Corinthi dedicarentur; tum meretriculae illae Veneri sacrificabant thure, quod in ipsa oda significatur. Fiebat comissatio in ipso templo: cantabant haud dubie ad citharam convivae scolium hoc, ad quod circum aram tripudiabant puellae sacrificantes. Puellas quidem ipsas non cecinisse haec quis dubitet? Nempe earum personae nihil in hoc carmine convenit. Itaque a convivis haec cantata sunt: nihilque elegantius erat hoc, ut a singulis canerentur. Statim prima verba, quibus poeta meretriculas alloquitur, si ab uno citharam pulsante cantata censebis, placebunt maxime. Neque tamen sine saltatione carmen actum esse, ne de chorica metri ratione dicam, ipsa chori praesentia docet. Num enim centum illas puellas saltando assuetas, dum canitur, putas immotas stetisse? Immo hae puellae ad carmen saltabant. De meretriculis Corinthiae Veneris *ἱεροδούλοις* nota omnia; quae quod ut servae deae quaestum quasi debitum dominae officium et munus exercent, ideo poeta dixit illud *Σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν.* Venus ipsa hoc loco *μήτηρ ἐρώτων οὐρανία* audit, quo refertur illud *ἄνωθεν*, ut significavi: eadem Cypri domina dicitur. Nempe Paphia Venus est *Οὐρανία*, de quo, ne plura, v. Herodot. I, 105. Pausan. I, 14, 6. ea autem Venus, quae Corinthi colebatur, et ipsa *Οὐρανία* est. Pausan. II, 23, 8. in descriptione Corinthi: *πλησίον δὲ τοῦ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης ναός ἐστιν Οὐρανίας.* Neve mireris meretricium quaestum Uraniae Veneris cultui adhaesisse, notabis Uraniam esse Venerem naturae genitricem et dominam, quae omnia coire et gignere cogat, ideoque etiam physicis amoribus praesit, longe aliter ac Plato in Convivio Uraniae notionem finxit: nec mirum his religionibus turpitudinem coniunctam fuisse, quippe ex Syria mollitiei et lasciviae matre in Cyprum et Graeciam propagatis (cf. Pausan. I, 14. Herodot. I, 105.). Ceterum simile huic scolium in Plutarchi Erotico c. 17. est.

2.

ΘΕΟΞΕΝΩι ΤΕΝΕΔΙΩι.

Athenaeus XIII. p. 601. C. D. *Καὶ Πίνδαρος δ' οὐ μετρίως ὢν ἐρωτικὸς φησιν·* 88
subiectis versibus aliquot alibi afferendis; deinde pergit: *μνησθεὶς δὲ καὶ τοῦ Τενεδίου Θεοξένου ὁ Πίνδαρος, ὃς ἦν αὐτοῦ ἐρώμενος, τί φησι;*

Χρῆν με κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι,
θυμέ, σὺν ἡλικίᾳ,
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαριζούσας
δρακεὶς ὅς μὴ πόθῳ κυμαίνεται,
ἐξ ἀδάμαντος ἠὲ σιδάρου κεχάλκευται
μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογί,
πρὸς δ' Ἀφροδίτας ἀτιμαθεὶς ἑλικοβλεφάρου,
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως,
ἢ γυναικείῳ θράσει ψυχρὰν
φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.
ἀλλ' ἐγὼ δ' ἕκατι τᾶς κηρὸς ὡς

www.libtool.com.cn

δαχθεὶς ἑλικρὰν μέλισσαν
τήκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων
νεόγυιον ἐς ἥβαν·
ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ
Πειθώ τ' ἔναιε καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου.

Fragmentum apud Athenaeum antecedens *Εἴη καὶ ἐρᾶν* etc. huc omnino non pertinere vel repetitum illud paulo post *κατὰ καιρὸν* ostendit: quapropter id ad incerta reieci. Cetera ita constituenda videntur:

Stropha.

Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι, θυμέ, σὺν ἁλικίᾳ·
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνάς τις ὅσσων μαρμαριζούσας δρακείς
ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος
ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν

Antistropha.

Ψυχρᾷ φλογί, πρὸς δ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεὶς ἑλικοβλεφάρου
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως, ἢ γυναικείῳ θράσει
ψυχὰν φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.
ἀλλ' ἐγὼ [ὥρας] ἵκατι τᾶς [ποθεινᾶς] κηρὸς ὥς

Epodus.

Δαχθεὶς ἑλαιηρᾶν μελισσᾶν
τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων νεόγυιον ἐς ἥβαν·
ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τε ναίει
καὶ Χάρις υἱόν

Stropha.

Ἀγησίλα . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Stropham et antistropham invenit Hermannus; quae quum satis exiguae sint, ne epodus quidem potuit magna esse; quam Adonio *καὶ Χάρις υἱὸν* certe eleganter terminari nemo infitias iverit: tum vero *Ἀγησίλα* in sequentem stropham traiiciendum est, ubi eius vocis insignis vis est. Cf. de Metr. Pind. III, 26. p. 340. Sic metrum hoc fuerit:

Strophae.

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ –

Epodi.

– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑

www.libtool.com.cn

Μὲν pro *μι* edidit Heynius: pro *ἡλικίᾳ* Doricum restitui. *Ἀκτῖνας ὄσσων* ipse Athenaeus praebet XIII, p. 564. E. *τις* adiecit Hermannus. Paulo post pro dictione *ἠὲ σιδάρου* Athenaeus ibidem habet *ἢ σιδ.* sed non audeo reconditiorem formam reiicere, neque ea refutari potest verbis antistrophae manifeste corruptis. Idem l. c. male habet *μέλαιναν ψυχάν*: vulgatam et sua tuetur elegantia, et loci Plutarchi S. N. V. p. 55. *εἰ μὴ μέλαιναν καρδίαν κεχάλκευται ψυχρᾷ φλογί*, ubi v. Wyttenb. et de util. ex inim. cap. p. 281. ed. Tub. *ὅστις οὐκ ἀγαπᾷ τῆς εὐμενείας οὐδ' ἐπαινεῖ τὴν χρηστότητα, κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν*: unde cave *κεῖνος* Pindaro obtrudas. Heliodor. IV, 4. *τίς οὕτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηροῦς τὴν καρδίαν.* Cf. et Plutarch. de absurd. Stoic. opin. c. 1. *ὥσπερ ἐξ ἀδαμαντίνης ὕλης ὑπ' αὐτῶν τῆς ἀπαθείας κεχαλκευμένος.* *Ἀτιμασθεὶς* firmant membranae. Deinde retinui *ἑλικοβλεφάρου*, nec dedi *ἑλικογλ.* causam vide in nott. critt. Pyth. IV, 172. Mox *ψυχὰν* debetur Schneidero: sententia quamvis impedita ad mulierum obnoxios cultores referri videtur. In fine antistrophae quod est *ἐγὼ δ'*, in *ἔγωγ'* a Casaubono mutatum est, contra Pindari usum. Poteram scribere *ἐγών*: sed ne hoc quidem verum videtur. Potius ob illud *ἠὲ* in stropha positum abieci *δὲ*, versumque ut potui explevi, non curans verba Alcmanis ap. Athen. XIII, p. 600. F. ubi *Κύπριδος ἕκατι*: quae cur Pindarum expressisse dicamus, nulla causa est. *Ὥρας* quidem mentio, cui optime convenit sequens *νεόγυιος ἥβα*, etiam commodior est *Κύπριδος* vel *Ἔρωτος* mentione: *ὥρα* enim efficit, ut poeta desiderio liquescat; simul ita pulchritudinis vis, quae in Theoxeno est, magis extollitur, ubi *ὥρα* id, quod poeta posuit, efficere dicitur. Similiter Nem. VIII, init. omnia ad *Ὥραν, πότνιαν κάρυκα ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων* referuntur. Ad quem locum Dissenius, cur potissimum *Ὥρα* compelletur, non amor, acutissime notat in litteris nuperrime ad me datis. „Quum Pindarus aut *ὥραν* aut *ἔρωτα* posset subiectum loci facere, inquit, hoc est aut pulchritudinem puberum, aut amorem amatorum (tertium non video), simplicius quidem et magis proprie dixisset amorem: nam reapse amor Iovis tollebat nympham: at incommode; laudasset enim Iovem potius quam Aeginam". Idem fere de hoc Scolii huius loco dici potest. Mox maxime laboravi in illo *ἑλικράν*: non male coniicitur *μελιχρᾶν*: sed in membranis est *ἐλεηράν*. Hermannus olim *μελικρατῶν*, nuperrime *ἐλειηρᾶν* dedit, qua auctoritate nescio. Utrumque, et *ἐλειηρὸς* et *ἐλεηρὸς*, mihi ignotum: sed ita interpreter, ut sit *a pratis palustribus* ductum, in quibus apes florum causa versentur: quae si vera explicatio est, aeque bene *ἐλειηρὸς* atque *ἐλειηρὸς* dici poterit, ut *ἐλεόθρεπτόν τε σίλινον* et *ἐλεοσέλινον* atque *ἐλεοσέλινον*. At sperno hanc lectionem, et repono *ἐλαιηρᾶν, quasi oleo unctarum apum*, quia corpuscula mellificorum animalculorum melle madent, ut puerorum in gymnasiis membra oleo peruncta sunt. *Πειθώ τε ναίει* scripsit Schneiderus. De Theoxeno vide quae idem dixit vit. Pind. p. 45 sqq. Postremo interpretationem accipe qualemcunque: *Oportebat quidem dum opportunum erat, mi anime, in iuventute amoribus frui: attamen Theoxeni luminum radios fulgurantes qui conspexerit, si desiderio non aestuat, ex adamante vel ferro nigrum pectus cusus est, a Venere autem oculos volvente spretus aut opibus colligendis vehementer incumbit, aut muliebri impudentiae mente obstrictus est, huic omni ratione inserviens. At ego maturitatis desiderabilis causa ustus, apum unctarum cerae instar liquesco, ubi puerorum conspexi iuvenilem pubem. Nempe etiam in Tenedo Suada et Gratia inhabitat filium Agesilai.* *Θράσος* est *ἀναίδεια* (v. Explicatt. p. 253.), propria mulieribus. Philemon Gallo (Lex. Seg. p. 99.): *θρασέα γυνή*, Aristoph. Lysistr. 1014. *οὐδὲν ἔστι θηλυ γυναικὸς ἀμαχώτερον, οὐδὲ πῦρ, οὐδ' ὧδ' ἀναιδὲς οὐδεμία πέφυκεν.* Carmen licet fervidius tamen senis est poetae, ipso do-

www.libtool.com.cn

cente initio: „Oportebat quidem dum opportunum erat, amoribus frui: *attamen etiam-nunc me urit Theoxenus*"; haec enim illorum verborum sententia est. Et constat puerum Theoxenum morienti affuisse Pindaro. Vide quae de morte poetae in prooemio huius voluminis dixi.

3.

ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΩι ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι.

89 Athenaeus XI, p. 480. C. *Καὶ τῶν μὲν Ἀττικῶν (κυλίκων) μνημονεύει Πίνδαρος ἐν τοῖσδε·*

Ὦ Θρασύβουλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτο πέμπω μεταδόρπιον·
ἐν ξυνῷ κεν εἴη συμπόταισί τε
γλυκερὸν, καὶ Διονύσοιο καρπῷ
καὶ κυλίκεσσιν Ἀθηναιεῦσι κέντρον.

Thrasybulo Xenocratis filio tria, quantum scimus, Pindarum carmina scripsisse notavi ad Pyth. VI. Explicatt. p. 296. fin. Ex his Isthmium secundum sollemnibus victoriae Xenocratis patris Agrigenti celebrandis transmissum esse diu post victoriam, coniecimus in Introductione ad eam odam. Pythium sextum post Pythiam patris victoriam Delphis cantatum sive praesente poeta sive carmen transmittente docui, in comissatione, ut puto. Quod ubi dixi, non decrevi utrum inter ipsum convivium an in sollemni ante convivium incessu cantatum sit; nunc hoc addo, ante convivium videri carmen cantatum, quum ad ipsum ingrederentur convivae. Et is ingressus ita erat adornatus, ut bini iunctim incederent, primo inter hos loco Xenocrati et Thrasybulo dato; unde illa vs. 19. *σύ τοι σχέθων νιν* (Ξενοκράτην) *ἐπιδίξια χειρός*: subsecutum est comissationis altera pars convivium, cuius in fine carminis mentio facta est, quoniam ab eo incessu iam ad convivium pergebant. Nam cave de incessu pompae Apollineae cogites, cuius ne minimum quidem in ea oda vestigium est; incessum statuae ad convivium, quod in Apollinea Delphis *νάπη* habebatur. At tertium hoc carmen, cuius fragmentum tantum superest, in ipso quodam convivio cantatum est post coenam, quum biberetur; quod patet ex universo loco: Scolium autem fuisse docet Suidas l. c. infra. Ubi tamen cantatum sit, nescimus: transmissum id fuisse a Pindaro verbum *πέμπω* docet, probabiliter Agrigentum; ut ibi cantatum indicem. Nec dubium est quin hoc quoque carmen in alicuius victoriae celebratione cantatum sit. Etenim poetam universam suam dictionem rebus et temporibus convenienter instituere sexcenties notatum est in meis Disseniique mei commentariis; ex qua re omnis prope Pindaricorum verborum pendet interpretatio: ea vero res praeter ea exempla, quae passim illustravimus, multis aliis monstrari potest, in quibus nihil annotavi, quod aperta omnibus esse videbam. Ita Olymp. VI, 91. Aeneas vocatur *γλυκὺς κρητὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν*, dictione a convivio comissantium ducta; Pyth. IV, 45. Euphemus non simpliciter Neptuni, sed Neptuni *ἱππάρχου* filius audit, quod Euphemi prolis, Arcesilai, victoria curulis celebratur; Pyth. V, 116. pro variis rebus pulchris, quas Arcesilaus tractaverit, *καλῶν ἔξοδοι, aditus pulchrarum rerum* dicuntur, dictione manifeste deprompta a carceribus in curriculis equestribus, ab *ἱππίᾳ ἐξόδῳ* (Pyth. IV, 50.), quod carmen in curuli victoria celebranda versatur et modo paulo ante Arcesilaus *ἁρματηλάτης* dictus erat. Supersunt plura eiusmodi, quae interpretem quamvis attentum effugiant. Quale est quod Olymp. II. bis Rheae cum Saturno mentio

www.libtool.com.cn

fit vs. 13. et 85. quod haud sine causa factum arbitror. Priore loco Iuppiter *Κρόνιος* dictus in mentem revocat collem Cronium; etsi Iuppiter non ob collem Cronius dicitur, sed ob Saturniam progeniem: vide igitur ne Rheae potissimum mentio facta sit, quod Olympicis et Cronii collis rebus coniuncta erat, quandoquidem Rhea olim Olympiae, haud dubie apud Cronium collem, Iovem Dactylis tradidisse ab Eleis ferebatur. Cf. Pausan. V, 7, 4. Nempe Pindarus, ut historiarum veritate maxime excellere dicebatur (v. Aristidem l. c. Fragm. inc. 112.), quippe rerum praesentium adumbratione gratiam suis carminibus summam affundens, ita etiam dictione locis, temporibus, argumentis in quovis carmine praesentibus accommodanda eandem gratiam quaerit. Quod in hoc quoque fragmento ubi tenueris, probabile censebis curuli victoriae celebrandae hoc carmen scriptum fuisse: etenim *μεταδόρπιον* hoc vocat *ὄχημα ἀοιδᾶν, carminum rhedam*, dictione ab argumento petita, a curuli victoria: etsi enim currus Musarum notus est (v. ad Olymp. Explicatt. p. 156.), tamen tum potissimum commoda dictio, ubi curulis victoria celebratur. Probabile censebis, dixi: certum non est nisi alia accesserint. Nam eadem metaphora, qua Olymp. VI. et Isthm. II. in mularium et equestrium certaminum laudibus utitur, reperitur etiam in carminibus alias victorias celebrantibus. Sed nostro loco accedit iam aliud. Nam Scolium hoc vocatur *κυλίκεσσιν Ἀθαναίαισι κέντρον*. De calicibus Atheniensibus dixit Aristodemus *ἐν τρίτῳ περὶ Πινδάρου*, cuius locum cum altero Procli collatum dedi Praef. Schol. T. II. p. XV. petitum ex Athenaeo XI, p. 495. F. Sed uterque locus ad poculum pertinet adolescentibus praemio datum, qui in ludis Sciradis Minervae vicerant pedum velocitate. Et Aristodemus quidem ad nostrum sane hunc Pindari locum de illis poculis haec dixisse videtur, ut l. c. conieci: patet tamen per egressionem haec ab Aristodemo adiecta esse, quandoquidem in carmine Thrasybulo scripto de adolescentium in Sciradis Minervae ludis vincentium rebus cogitari nequit. Alia sunt Thrasybuli pocula Attica, quippe Panathenaica. Posidonius philosophus ap. Athen. XI, p. 495. A. *Ἦσαν δὲ καὶ ὀνύχινοι σκύφοι καὶ συνθέσεις τούτων, μέχρι δικοτύλων· καὶ Παναθηναϊκὰ μέγιστα, τὰ μὲν δίχοα, τὰ δὲ καὶ μείζονα.* Item Crates ibid. de *πελίκαις*: *ὁ δὲ τύπος ἦν τοῦ ἀγγείου πρότερον μὲν τοῖς Παναθηναϊκοῖς ἐοικώς, ἡνίκα ἐκαλεῖτο πελίκη· ὕστερον δὲ ἔσχεν οἰνοχόης σχῆμα, οἷοί εἰσιν οἱ ἐν τῇ ἑορτῇ παρατιθέμενοι.* Iam, opinor, intelliges, Thrasybulum Atticis poculis non luxus vel elegantiae causa usum esse; quod si quis statueret, inania esset Pindarus locutus; sed Panathenaicae victoriae celebrandae inservisse pocula illa Thrasybuli Attica. Dabatur quidem Panathenaeorum victoribus oleum sacrum vasculo fictili inclusum, de quo v. Dissen. ad Nem. X, 35. itaque non putem illa pocula praemia victoriae fuisse neque ea ita nominari, ut phialas argenteas Sicyonias Nem. IX, 51. sed tamen moris fuisse arbitror, in sollemnibus Panathenaicae victoriae non aliis quam Panathenaicis his poculis uti. Quid multa? Xenocrati Thrasybuli patri Nicomachum aurigam paravisse Panathenaicam victoriam ipse Pindarus docet Isthm. II, 19 sqq. ubi vide annotationem nostram. In eius igitur victoriae sollemnibus a Thrasybulo actis cantatum hoc Scolium, ut Isthmium secundum et Pythium sextum carmen in Isthmiis Pythiisque sollemnibus ob patris victorias a Thrasybulo actis. Ita quidem omnia, quae novimus, Thrasybulo scripta carmina victoriis Xenocratis celebrandis inserviebant: licet hoc de Pythio sexto nonnulli negaverint, ubi id praeter alia ex vs. 6. collegimus, in quo Xenocratis nomen particula *καὶ μὰν* praemissa maxime effertur, ut Pyth. I, 63. Heraclidarum gens eadem praemissa particula super Pamphylorum gentem extollitur ut prima et praecipua. Non nego quidem posse etiam de alia Thrasybuli ipsius Pana-

www.libtool.com.cn

thenaica victoria cogitari: sed certe usque ad id tempus, quo Pindarus Isthmium carmen secundum scripsit, nullam Thrasybuli talem victoriam contigisse ex illo ipso carmine colligo, ubi ea, si fuisset, non esset omissa. Nec multiplicandae temere victoriae sunt. Quodsi, ut dixi, Scolium hoc Xenocratis Panathenaicae victoriae scriptum est, simul patet illud non ante Olymp. 77, 1. compositum esse: nam Panathenaica Xenocratis victoria non ante Olymp. 77, 1. parta erat; de quo satis dixi ad Isthm. II, 12—34. Postremo ne quis in eo haereat, quod licet carmen hoc Scolium fuisse concedam, tamen victoriae celebrandae scriptum dicam, etiam epiniciis celebrandis carmina adhibebantur, quae a grammaticis non sine causa inter Scolia, Encomia, Hyporchemata relata sunt: v. Scol. 7. Hyporch. 1—3. Encom. 1—4. nec plane hinc alienum Fragm. Scol. 1. certe illud quoque Scolium ad victoriam pertinebat. Et talia carmina ipse poeta respicit, ut Nem. IX. extr. ubi v. Dissenium nostrum. Haec hactenus. Eundem vero, quem Athenaeus praebuit, locum respicit Suidas v. *Ἀθηναίας*, ubi postquam de feminino *Ἀθηναία* p. *Ἀττικὴ* dixit, affert Pindarum *ἐν σχολῇ*, hoc est *ἐν σχολίῳ* vel *σκολίοις*, ut recte notat Kusterus: inde igitur patet legendum *Ἀθαναίαισι*. Cod. Athen. *Ἀθηναίεσσι*. Postremo post *τοῦτο* addidi *τοί*, ut metrum adiuvarem; cf. Nem. III, 73. Iam carmen accipe:

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑

Ὦ Θρασύβουλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτό τοι πέμπω μεταδόρπιον. ἐν ξυνῷ κεν εἴη συμπόταισίν τε γλυκερόν
καὶ Διωνύσοιο καρπῷ καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίαισι κέντρον.

O Thrasybule, amabilium rhedam carminum hanc tibi mitto mensis secundis aptam. In communi conventu fuerit convivisque et Bacchi fructui poculisque Atticis dulcis stimulus. Vs. 1. fortasse *ὄχημα* legendum, ut *ὄχος, ὀχέω* reperitur.

4.

ΑΓΑΘΩΝΙ.

90 Athenaeus X, p. 427. D. *Διὸ καὶ τὰ σκόλια καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων κοτυλῶν πλήρη ἐστί (τοῦ κοττάβου). λέγω δ' οἷον καὶ Πίνδαρος πεποίηκε·*

Χάριτάς τ' Ἀφροδισίων ἐρώτων,
ὄφρα σὺν χειμάῤῥῳ μεθύω,
Ἀγάθωνι δὲ καλῷ κότταβον.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

Et gratias Venereorum amorum, ut cum torrente ebrius aestuem; Agathoni vero pulchro cottabum. Dedi locum, ut a censore in Ephem. litt. Ien. 1806. n. 249. p. 142. correctus est, etsi haec mihi nondum satisfaciunt; vulgatus textus habet *Χάριτάς τε*, et *χειμάῤῥῳ μεθύων*. Alii *σὺν θ' ἱμέρῳ* coniecerunt: alii aliter, quos nolo afferre. Cottabus amatis praebebatur, ut paullo ante Athenaeus: *ἀλλ' ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ μὲν σκέ-*

www.libtool.com.cn

δειν ἀποδεδομένον τοῖς θεοῖς, ὁ δὲ κότταβος τοῖς ἐρωμένοις; is amatus est Agathon, qui ex usu noto καλὸς audit. Ut vero fragmentum Scolii de Theoxeno in ipsum Theoxenum adolescentulum a Pindaro amatum scriptum videtur, ita hoc quoque inscripsi Ἀγάθωνι.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩι, 5—7.

5.

Athenaeus XIV, p. 635. B. Ἀριστόξενος δὲ τὴν μάγαδιν καὶ τὴν πηκτίδα χωρὶς πλήκτρου διὰ ψαλμοῦ παρίχεσθαι τὴν χρείαν· διόπερ καὶ Πίνδαρον εἰρηκέναι ἐν τῷ πρὸς Ἱέρωνα σκολίῳ, τὴν μάγαδιν ὀνομίσαντα ψαλμὸν ἀντίφθογγον διὰ τὸ δύο γενῶν ἅμα καὶ διὰ πασῶν ἔχειν τὴν συνῳδίαν ἀνδρῶν τε καὶ παίδων. Et deinde D. Ἄγνοεῖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος, ὅτι ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγαδις, σαφῶς Πινδάρου λέγοντος τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον· 91

Τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' ὁ Λέσβιος εὗρεν
πρῶτος ἐν δείπνοισι Λυδῶν
ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψηλᾶς ἀκούων πηκτίδος.

Quem Terpander olim Lesbius invenit primus in epulis Lydorum fidium pulsationem respondentem altae pectidis audiens. Λυδῶν correxit Hermannus: olim Λύδιον. Scolium, unde haec deprompta sunt, plane diversum est ab hyporchemate eidem Hieroni scripto, quod ipse numerus satis demonstrat:

⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ – – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –

Est autem Lydius, ni fallor, sed Dorio generi proximus: erantque hi versus in fine alicuius strophae positi. Probabiliter idem carmen spectat Plutarchus de musica c. 28. εἰ δὲ, καθάπερ Πίνδαρός φησι, καὶ τῶν σκολίων μελῶν Τέρπανδρος εὑρετὴς ἦν.. Nam in hoc ipso fragmento agitur de fidibus a Terpandro excogitatis, ad quas canebantur Scolia. Dicebat autem Pindarus de fidibus Terpandreis et Lydiis conviviis, quod in convivio ad fides Lydio modo attemperatas Scolium illud canebatur. Ceterum vir doctus in Ephem. litt. Ien. 1807. n. 245. p. 130. male delet verba ὁ Λέσβιος. Πηκτίδος pendet a ψαλμὸν, non ab ἀντίφθογγον, ut ex altero Athenaei loco videri possit.

6.

Non admodum dissimiles metro et scolii indoli maxime convenientes sunt versus apud Athenaeum XII, p. 512. D. Πίνδαρος παραινῶν Ἱέρωνι τῷ Συρακουσίων ἄρχοντί φησι· 92

Μηδὲ μαύρου τέρψιν ἐν βίῳ· πολύ τοι
φέρτιστον ἀνδρὶ τερπνὸς αἰών.

Neve obscura oblectationem in vita; longe certe praestantissima homini res iucunda aetas. Scripsi μαύρου p. ἀμαύρου: v. nott. critt. ad Pyth. XII, 24. quod sicui displicuerit, scribat μηδ' ἀμ. Numeri hi sunt:

⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Τοὶ solet versum claudere: v. Commentar. ad Olymp. VI, p. 158. Nota vero Hie-

ronem admoneri, ne nimium tristis oblectationibus sese subducat; cf. Commentar. ad Pyth. I, 13 sqq. et ibi citatos locos.

7.

93 Eodem haud incommode retuleris, quae apud Strabonem sunt XIII, p. 930. A.

Κείνῳ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος
ἀμφίκειται·

καὶ πάλιν·

Ἀλλ' οἷος ἄπλατον κεράϊξες θεῶν
Τυφῶνα πεντηκοντακέφαλον ἀνάγκᾳ, Ζεῦ πάτερ,
ἐν Ἀρίμοις ποτέ.

Illi quidem Aetna vinculum immane circumiacet. Et deinde: *Sed solus deorum horrendum domabas necessitate Typhonem (centiçipitem), Iuppiter pater, in Arimis olim.* Tetigisse videtur Iulianus Epist. XXIV, p. 395. *καὶ μὴν καὶ Πίνδαρος ὁ Θηβαῖος τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Τυφωέος ἐν ἐπινικίοις κηρύττων καὶ τοῦ μεγίστου τούτου γίγαντος κράτος τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν θεῶν περιτιθεὶς* (lege *παρατιθεὶς*) *οὐχ ἑτέρωθεν αὐτῷ τῆς εὐφημίας κρατύνει τὴν ὑπερβολὴν, ἢ ὅτι τὸν γίγαντα τὸν ἑκατοντακέφαλον ἑνὶ βλήματι καθελεῖν ἤρκεσεν· ὡς οὐδέ τινος ἄλλου εἰς χεῖρας τοῦ Διὸς ἐλθεῖν ἀντιμάχου γίγαντος νομισθέντος, ἢ ὃν ἡ μήτηρ μόνον τῶν ἄλλων ἑκατὸν κεφαλαῖς ὥπλισεν, οὐδὲ ἑτέρου τινὸς θεῶν ἢ μόνου Διὸς ἀξιονικοτέρου πρὸς ταύτην τοσούτου γίγαντος καθαίρεσιν ὄντος.* Iulianus quidem haec ex Epinicio refert: sed potuit poema victoriae celebrandae inservisse et tamen a Grammaticis Scoliis adnumerari: nisi doctum Imperatorem memoria fefellit de Pythio primo cogitantem, in quo similia traduntur, sed tamen alia atque ea quae in hoc carmine Iulianus legerat et ex eo tenebat. Nam ad Pyth. VIII, 17. respici etiam minus est probabile; neque crediderim in deperdito Isthmiorum carmine illa lecta esse. *Πεντηκοντακέφ.* depravatum est, recteque Hermannus correxit *ἑκατοντακάρανον;* cf. Pyth. I, 16. et ibi Comm. Pro *ἐν Ἀρ.* lego *εἰν Ἀρίμοις;* quamquam enim Pindarus *εἰν* alias non usurpat nisi in compositis, potuit tamen hoc loco Homericam dictionem usurpare. Iam numeri hi sunt:

– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – . . . . .
* *
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ . . . . .

Illud *ἑνὶ βλήματι,* quo Iulianus utitur, ad deperdita verba spectat. Scolium hoc non dubito post Aetnam conditam scriptum esse: illo enim tempore Hiero aegritudine laborans (v. ad Pyth. III.) ad laetitiam cohortandus erat; et Hieroni Aetnaeo conveniunt Aetnaeae res.

8.

94 Comparatis, quae ex Scolio ad Thrasybulum misso supersunt, verbis facile concedes ad Scolia pertinere etiam haec, quae alibi vix commodum habuerint locum, ap. Athen. XIV, p. 641. C. *Πίνδαρος δ' ἐστὶν ὁ εἰπών·*

Λείπνου δὲ λήγοντος γλυκὺ τρωγάλιον
καίπερ πέδ' ἄφθονον βορᾶν.

www.libtool.com.cn

– ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Coena desinente dulcia bellaria, post cibum quamvis copiosum. Priorem versum habet etiam Clemens Strom. I, p. 377. et ex Athenaeo Eustathius ad Odyss. α, p. 1401. 49. In altero versu vulgo *καὶ περὶ παῖδ' ἄφθ.* pro quo Schneiderus dedit *πέδ'* abiecto *περί*. Sed *καίπερ* genuinum, quo usus Pindarus est Nem. VI, 6. Isthm. VII, 5. *Τραγάλιον* videtur de Scolio esse, ut *μεταδόρπιον* in Thrasybuleo Scolio.

X.

ΘΡΗΝΟΙ.

Threnos ad tibiam cantatos esse docet Pausanias X, 7. neque vero in solo funere, sed etiam diu post eos cantatos esse, constat ex Procli Chrestom. Quos spectans Simonidem *παθητικῶς*, Pindarum *μεγαλοπρεπῶς οἰκτίζεσθαι*, Dionysius dicit Rhet. p. 69. init. ed. Sylb. Conf. Aristidem T. I, p. 75. et Georgium Galesiotam Monod. in Theodorum Callistum Xanthopulum ap. Allat. de Simeon. p. 210. qui dicit *Σιμωνίδην ἐκεῖνον καὶ Πίνδαρον κοινῇ μεταποιουμένους τῶν Θρήνων πάντως τι τῶν ὄντων ἀνύσαι, τοῦτ' ἔργον πεποιημένους*. De Pindari Threnis Horatius Carm. IV, 2.

Flebili sponsae iuvenemve raptum
Plorat, et vires animumque moresque
Aureos educit in astra, nigroque
Invidet Orco.

Quos vero Noster Threnis celebravit ignoramus omnes, si Hippocratem exceperis Atheniensem, cuius in obitum *καὶ Θρῆνον γράφει Πίνδαρος*, Schol. Pyth. VII, 18. Fuit is Hippocrates Megaclis filius, frater Clisthenis Atheniensium legislatoris, pater Agaristes, quae Pericli mater fuit, illiusque fratris Megaclis. Vide Comment. ad Pyth. VII.

1.

Plutarchus Consol. ad Apollon. p. 365. ed. Tub. *Λέγεται δὲ ὑπὸ μὲν τοῦ μελικοῦ* 95
Πινδάρου ταυτὶ περὶ τῶν εὐσεβέων ἐν ᾅδου·

Τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου
τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω·
φοινικορόδιαί τε λειμῶνες
εἰσὶ προάστειον αὐτῶν·
καὶ λιβάνῳ σκιερὰν
καὶ χρυσοκάρποισι βέβριθε.
καὶ τοὶ μὲν ἵπποις, γυμνασίοις,
τοὶ δὲ πεσσοῖς, τοὶ δὲ φορμίγγεσσι τέρπονται·
παρὰ δέ σφισιν εὐανθὴς
ἅπας τέθηλεν ὄλβος.
ὁδμὰ δ' ἐρατὸν
κατὰ χῶρον κίδναται ἀεί,
θύματα μιγνύντων πυρὶ τηλεφανεῖ
παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς.

www.libtool.com.cn

ιο· τε, quod olim ipse addiderat, et deinde ὄλβος τέθαλ'. Ultimis autem binis bus accurate respondet alterum fragmentum:

Ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί . . . . .

mmensas eructant tenebras ignavi caliginosae noctis fluvii: quod sine ulla varietate it idem Plutarchus de audiendis poetis c. 2. p. 66. ed. Tub. De voce *βληχρὸς* . M. p. 200. 13. *βληχρὸν τὸ ἀσθενὲς παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἀλκαίῳ καὶ ἄλλοις· Πίνδὲ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτὸ λέγει.* Cf. Suid. v. Eustath. ad Hom. Iliad. ϑ, p. 589. ϙonar. p. 391. 393. et imprimis Valck. ad Theocr. p. 218 sq. Explicatio ipsa libilis: etiam apud Pindarum *βληχρὸς* si non debilis, certe *ignavus* est.

2.

Accipe fragmentum ex alio Threno, qui in Grammaticorum collectione post illum 96 as erat, non ex eodem, quo prius, ut creditum est. Nam Plutarchus Consol. ad on. p. 366. ed. Tub. ita pergit: *Καὶ μικρὸν προελθὼν ἐν ἄλλῳ Θρήνῳ περὶ ψυχῆς φησίν·*

Ὀλβίᾳ δ' ἅπαντες αἴσᾳ
λυσίπονον τελευτάν. καὶ
σῶμα μὲν πάντων ἔπεται
θανάτῳ περισθενεῖ, ζῶν
δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον·
τὸ γὰρ μόνον ἐστὶν ἐκ θεῶν·
εὕδει δὲ πρασσόντων μελέων,
ἀτὰρ εὐδόντεσσιν ἐν πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφίρπουσαν
χαλεπῶν τε κρίσιν.

s doctorum coniecturis et metri et dictionis poeticae imperitorum alterum apeiusdem scriptoris locum vit. Romuli c. 28. *Λεκτέον οὖν ἐχομένοις τῆς ἀσφακατὰ Πίνδαρον, ὡς σῶμα μὲν πάντων ἔπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζωὸν δ' ἔτι λείαἰῶνος εἴδωλον· τὸ γάρ ἐστι μόνον ἐκ θεῶν.* Ex utroque loco praeter lacunam vocem *λυσίπονον* ab Hermanno optime inventam, in qua quattuor vel quinque ae exciderunt, Pindari verba bene restitui possunt:

Ὀλβίᾳ δ' ἅπάντες αἴσᾳ λυσίπονον [μεταλήσονται] τελευτάν.
καὶ σῶμα μὲν πάντων ἔπεται θανάτῳ περισθενεῖ,
ζωὸν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γάρ ἐστι μόνον
ἐκ θεῶν· εὕδει δὲ πρασσόντων μελέων, ἀτὰρ εὐδόντεσσιν ἐν
πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρποισαν χαλεπῶν τε κρίσιν.

– ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – [–] ⏑ – –
– ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –
– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ –

omnes sorte curis liberantem [accedunt] finem. Ac corpus quidem omnium mortem ur praevalidam; sed vivum adhuc relinquitur vitae simulacrum: hoc enim solum a

www.libtool.com.cn

Idem de occulte vivendo c. 7. *Εὐσεβῶν χῶρον, τοῖσι λάμπει μένος ἀελίου τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω φοινικορόδοις ἐν λειμώνεσσι, καὶ τοῖσιν ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν καὶ σκυθίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς ἀναπέπταται πεδίον, καὶ ποταμοί τινες ἄκλυστοι καὶ λεῖοι διαῤῥέουσι, καὶ διατριβὰς ἔχουσιν ἐν μνήμαις καὶ λόγοις τῶν γεγονότων καὶ ὄντων, παραπέμποντες αὐτοὺς καὶ συνόντες. ἡ δὲ τρίτη τῶν ἀνοσίως βεβιωκότων καὶ παρανόμων ὁδός ἐστιν εἰς ἔρεβός τε καὶ βάραθρον ὠθοῦσα τὰς ψυχάς,*

Ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί,

δεχόμενοι καὶ ἀποκρύπτοντες ἀγνοίᾳ καὶ λήθῃ τοὺς κολαζομένους. Conf. Aristid. Or. in fun. Alex. T. I. p. 88. *Εἰ δὲ ἀληθεῖς οἱ Πινδάρου καὶ Πλάτωνος καὶ παντὸς τοῦ περὶ Πυθαγόραν φροντιστηρίου, καὶ διατριβαὶ ποῖαί εἰσι τῶν ἐν ᾅδου* etc. Plutarchi posteriorem locum corruptum esse nemo non intelligit; plurimaque non Pindari versus, sed verba Plutarchi ex Pindaricis adumbrata sunt. Pro *ἀκάρπων* recte emendatur *εὐκάρπων*, sed minus recte *συσκίων δένδρων*, pro quo repone *σκιερῶν δένδρων*: *CKIЄPωN* transierat in *CKTΘIωN*. Denique quod *τρίτη ὁδὸς* dicitur, secunda videtur excidisse. Pindarica vero probabiliter restituit Hermannus, nisi quod levibus admodum nec sufficientibus indiciis strophae et antistrophae particulas sibi reperisse visus est. Est una stropha omnibus numeris absoluta, cui neque addi quidquam potest neque demi: etsi finis aliter conformatus est ac solet in carminibus epiniciis. Ea vero constat tribus partibus, prima vs. 1 — 3. altera vs. 4. 5. tertia vs. 6. 7. Quarta addi non potest sine dispendio elegantiae. Metrum igitur hoc est:



Τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω,
φοινικορόδοις τ' ἐνὶ λειμώνεσσι προάστιον αὐτῶν
καὶ λιβάνῳ σκιαρᾷ καὶ χρυσείοις καρποῖς βέβριθεν.
καὶ τοὶ μὲν ἵπποις γυμνασίοις τε, τοὶ δὲ πεσσοῖς,
τοὶ δὲ φορμίγγεσσι τέρπονται, παρὰ δέ σφισιν εὐανθὴς ἅπας
τέθαλεν ὄλβος·
ὀδμὰ δ' ἐρατὸν κατὰ χῶρον κίδναται
αἰεὶ θύα μιγνύντων πυρὶ τηλεφανεῖ παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς.

Illis lucet quidem iubar solis subtus, quum hic terrarum nox est, et in pratis purpurea rosa variegatis illorum suburbium tam thurifera arbore umbrosa quam aureis pomis gravatur. Et alii quidem equis ac gymnasiis, alii laterculis, alii fidibus oblectantur; apud ipsos vero florida omnis opum copia viget; odor vero suavem per regionem spargitur semper, miscentibus igni late splendenti omnis generis suffimenta deorum in aris. Similiter beatorum vitam exornant Pindarus Olymp. II. Scriptor Antiochi p. 871. C. sq. Lucianus Ver. hist. II, 12 sqq. Emendationes pleraeque ab Hermanno profectae sunt, nisi quod ille habet *φοινικορόδοισί τε λειμ.* et *χρυσοκάρποισιν*, quod etsi similiter formatis substantivis, ut *καλλίπαις*, defendi possit, tamen auctoritate caret; idem *γυμνασίοις*

www.libtool.com.cn

omisso *τε*, quod olim ipse addiderat, et deinde *ὄλβος τέθαλ'*. Ultimis autem binis versibus accurate respondet alterum fragmentum:

Ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί . . . . .

Ubi immensas eructant tenebras ignavi caliginosae noctis fluvii: quod sine ulla varietate recitat idem Plutarchus de audiendis poetis c. 2. p. 66. ed. Tub. De voce *βληχρὸς* Etym. M. p. 200. 13. *βληχρὸν τὸ ἀσθενὲς παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἀλκαίῳ καὶ ἄλλοις· Πίνδαρος δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτὸ λέγει.* Cf. Suid. v. Eustath. ad Hom. Iliad. ϑ, p. 589. 30. Zonar. p. 391. 393. et imprimis Valck. ad Theocr. p. 218 sq. Explicatio ipsa incredibilis: etiam apud Pindarum *βληχρὸς* si non debilis, certe *ignavus* est.

2.

Accipe fragmentum ex alio Threno, qui in Grammaticorum collectione post illum 96 positus erat, non ex eodem, quo prius, ut creditum est. Nam Plutarchus Consol. ad Apollon. p. 366. ed. Tub. ita pergit: *Καὶ μικρὸν προελθὼν ἐν ἄλλῳ Θρήνῳ περὶ ψυχῆς λέγων φησίν·*

Ὀλβίᾳ δ' ἅπαντες αἶσᾳ
λυσίπονον τελευτάν. καὶ
σῶμα μὲν πάντων ἔπεται
θανάτῳ περισθενεῖ, ζῶν
δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον·
τὸ γὰρ μόνον ἐστὶν ἐκ θεῶν·
εὕδει δὲ πρασσόντων μελέων,
ἀτὰρ εὐδόντεσσιν ἐν πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρπουσαν
χαλεπῶν τε κρίσιν.

Missis doctorum coniecturis et metri et dictionis poeticae imperitorum alterum appono eiusdem scriptoris locum vit. Romuli c. 28. *Λεκτέον οὖν ἐχομένοις τῆς ἀσφαλείας κατὰ Πίνδαρον, ὡς σῶμα μὲν πάντων ἔπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζωὸν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γάρ ἐστι μόνον ἐκ θεῶν.* Ex utroque loco praeter lacunam post vocem *λυσίπονον* ab Hermanno optime inventam, in qua quattuor vel quinque syllabae exciderunt, Pindari verba bene restitui possunt:

Ὀλβίᾳ δ' ἅπαντες αἶσᾳ λυσίπονον [μεταλήσονται] τελευτάν.
καὶ σῶμα μὲν πάντων ἔπεται θανάτῳ περισθενεῖ,
ζωὸν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γάρ ἐστι μόνον
ἐκ θεῶν· εὕδει δὲ πρασσόντων μελέων, ἀτὰρ εὐδόντεσσιν ἐν
πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρποισαν χαλεπῶν τε κρίσιν.

⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – [–] ⏑ – – –
– ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

Beata omnes sorte curis liberantem [accedunt] finem. Ac corpus quidem omnium mortem sequitur praevalidam; sed vivum adhuc relinquitur vitae simulacrum: hoc enim solum a

www.libtool.com.cn

diis est. Sed illud dormit agentibus membris: at dormientibus multa per insomnia aperit futurum iucundarum et gravium rerum iudicium. Aliam sententiam infert Hermannus corrigendo olim *ἐκ θεῶν, εὖ δὲ βρασσόνων,* nunc *ἐκ θεοῦ, ἀδὺ δὲ βρασσόνων,* et deinde *μελέων ἄτερ,* hac sententia: „Vivum etiam post mortem relinquitur vitae simulacrum, ut Herculis apud Homerum; divina enim natura est": in quibus mihi cum illo convenit; sed addit: „Eaque saepe, quum suaviter dormiunt graviorum liberati membrorum molestia, iucundi et iniucundi, quod iis evenire possit, ostendit discrimina". Nescio de vivis dicat an mortuis. Si de vivis haec dixit, quomodo illi *ἄτερ μελίων* dormiunt? si de defunctis, plane non perspicio, cur de defunctis dicatur *βρασσόνων ἄτερ μελέων* dormientibus, quum ne vigilantes quidem gravioribus membris instructi sint: nec verisimile est, defunctis dormientibus maiorem rerum perspicacitatem tributam esse quam vigilantibus; nec credo Pindarum defunctis vel somnum vel somnia tribuisse. Igitur quid Hermannus velit, non intelligo: illud clare video non *ὕπαρ* sed *ὄναρ* oblatum esse critico acutissimo, nec ulla in hoc loco opus esse mutatione, qua sententiae gravissimae vis perimitur. Pindarus divinam auram, quod *εἴδωλον* vocat, immortalem statuit: ea post mortem sola sine corpore est; eandem etiam viventibus adesse iudicat, sed, consopitam, quia haec vita et status mortis sibi opposita sunt. Sed in somniis, corpore dormiente, divina natura illi qui post hanc vitam est statui propior, aperitur et vigilans divinat; quae dormiebat, dum corpus et membra vigilantia operabantur (*βρασσόντων μελέων*). *Πράσσειν* absolutum est id quod *ἐργάζεσθαι, operari, agere;* ut Nem. I, 26. sine accusativo: *πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος, βουλαῖσι δὲ φρήν.* Iam vero in illa, quam dixi, somniorum divinatione, qua vates maxime excellebant nec minus Pindarus, qui somniis plurimum tribuisse fertur (v. Pausan. IX, 23. coll. Vit. Pind. p. 9.), animis futura revelantur. Hoc autem loco *τερπνῶν χαλεπῶν τε κρίσις ἐφέρπουσα* somniis declarari dicitur, hoc est *apud inferos futurum iudicium de praemiis et poenis,* de quibus quae casci vates et mysteria tradiderant, ea divina natura per somnum et ecstasin docuerat. A qua sententia poeta sibi transitum haud dubie parabat ad exponendam animarum apud inferos condicionem, qualem Olymp. II. et in priori ac tertio quartoque Threnorum fragmento explicat: talia enim quum nemo vidisset, nonnisi per somnum et ecstasin tradita esse hominibus potuerunt. Ceterum quae de opposita huic vitae apud inferos condicione dixi, quodque immortalis aura in hoc nostro statu consopita et quasi demortua sit, non opus est ut pluribus exponam. Quot enim fuere qui dicerent, hanc vitam mortem esse, mortem vero vitam?

Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἔστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;

Unde *σῶμα* antiqui philosophi et theologi vatesque *σῆμα* dixerunt, Thraces vero mystica doctrina olim eruditi natos lacrimis exceperunt, in funere laeti. Sed de hac re dicere longum est: cuius vero interest, adeat Platonem Gorg. p. 494. E. sqq. et ibi Heindorf. p. 155 sqq. Creuzeri Stud. T. II, p. 235. 312 sqq. et Fragmenta Philolai a nobis collecta II, 23. Non possum tamen quin addam fragmenta Heracliti, quibus hoc optime expressum est, etsi is pro suorum placitorum ratione paulo diversam his dictis potestatem tribuit: p. 472. coll. Schleierm. *Θάνατός ἐστιν, ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν, ὁκόσα δὲ εὕδοντες ὕπνος;* p. 494. *καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι;* p. 497. *ζῶμεν τὸν ἐκείνων (τῶν θεῶν) θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον.* Neque ab huiusmodi sententiis Pindarum, quem Plato iure divinum dixit, abhorruisse, qui veterum poetarum ingenium probe norit, vel me

www.libtool.com.cn

non dicente intelliget. Ultimo versu potest etiam *δείκνυσιν* scribi; sed praefero alterum.

3.

Cum antecessoribus huc refero Theodoret. Gr. Aff. Cur. VIII, p. 599. C. *Εἰ* 97
δὲ ἀναισθήτως αὐτοὺς ἔχειν τῶν γιγνομένων νομίζετε καὶ μὴ θείας τινὸς καὶ τρισολβίας ὄντως λήξεως ἀπολαῦσαι, Πίνδαρος ὁ λυρικὸς ταύτην ὑμῶν ἐκβαλλέτω τὴν δόξαν λέγων ὧδέ· Ψυχαὶ δ' εὐσεβέων ἐν οὐρανοῖς ναίουσαι μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδουσιν ἐν ὕμνοις. Praeivit Clemens Strom. IV, p. 640. 22. *Ἄγαμαι τὸν μελοποιὸν ἄδοντα· Ψυχαὶ δ' ἀσεβίων ὑπουράνιοι γαίᾳ πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν· εὐσεβῶν δ' ἐπουράνιοι νάουσαι μολπαῖς μάκαρα μεγαν ἀείδουσ' ἐν ὕμνοις.* Haec ita lego:

Ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι
γαίᾳ πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις
ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν·
εὐσεβέων δ' ἐπουράνιοι νάοισαι
μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδοντ' ἐν ὕμνοις.



Animae vero impiorum sub caelo circa terram volant cruentis in doloribus, sub iugis malorum inevitabilibus; sed piorum animae in caelo habitantes cantu numen magnum celebrant in hymnis. Ex Clemente retinui *νάοισαι*, h. e. *ναΐοισαι*, ut *δειλαΐος*: *I* omissum, ut in *ποέω*.

4.

Nec minus recte ex Threnis desumpta iudicantur, quae Plato Menone p. 81. B. 98
affert: *λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν ὅσοι θεῖοί εἰσιν· ἃ δὲ λέγουσι, ταυτί ἐστιν· ἀλλὰ σκόπει εἴ σοι δοκοῦσιν ἀληθῆ λέγειν. φασὶ γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον, καὶ τοτὲ μὲν τελευτᾶν, ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσι, τοτὲ δὲ πάλιν γίγνεσθαι, ἀπόλλυσθαι δ' οὐδέποτε· δεῖν δὴ διὰ ταῦτα ὡς ὁσιώτατα διαβιῶναι τὸν βίον· Οἵσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξηται, εἰς τὸν ὕπερθεν ἄλιον πείνων ἐνάτῳ ἔτει ἀνδιδοῖ ψυχὰν πάλιν. ἐκ τῶν βασιλῆες ἀγαυοὶ καὶ σθένει κραιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται· ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται*: quae Stobaeus excripsit Serm. CXLI. p. 432. ubi *ἐκ τῶν* habet. Sed retineo *ἐκ τᾶν*, et corrigo *ψυχάς*. Plurimi libri habent *δέξεται*. Fragmentum prope integram constituit stropham; in fine nihil deest, sed initio aliquid desidero. Carmen igitur hoc est:

Οἵσι δὲ Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος
δέξεται, ἐς τὸν ὕπερθεν ἄλιον πείνων ἐνάτῳ ἔτει
ἀνδιδοῖ ψυχὰς πάλιν.
ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ καὶ σθένει κραιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι
ἄνδρες αὔξονται· ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται.

www.libtool.com.cn

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ – – – ⏑ ⏑ –
– – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – –

A quibus Proserpina poenam pristini luctus repetiverit, eorum animas nono anno ad supernum solem reddit rursus: ex quibus reges generosi et robore prompti et sapientia maximi viri existunt; in futurum autem tempus sancti heroes ab hominibus vocantur. Οἵσι δέξεται est ἀφ' ὧν sive παρ' ὧν, de quo v. nott. critt. ad Pyth. IV, 21. Ἥρωες penultimam corripit: conf. ad Pyth. I, 52. De sententia cf. Empedoclis Fragm. 407—409. ed. Sturz. At ipse hic locus an recte Pindaro tributus sit, dubitat Schleiermacherus noster ad Menon. l. c. nulla sane causa. Nam ne de stilo prorsus Pindarico dicam, si non Pindari, sed alius cuiusdam poetae carmen attulisset, non Thebani vatis, sed illius, cuius haec verba essent, disertam Plato mentionem fecisset. Praeterea haec et similia tum in his Threnorum fragmentis tum Olymp. II. prodita sintne Pythagoreis propria necne, non nunc quaero: illud certum est Pindarum talia aut ex mysticis poetis et traditionibus aut ex Pythagorica sumpsisse disciplina, cuius praecepta et in Sicilia et Thebis cognoscere potuit. De Thebis v. quae dixi in collectione fragmentorum Philolai Pythagorici p. 10. Ipsum hocce carmen vide ne in regis alicuius funere vel ἀφηρωϊσμῷ cantatum fuerit. Similia vidimus Olymp. II. ubi ea ad Gelonis obitum retuli: quaeque ibi hanc in rem dixi, etiam inde firmantur, quod Gelo post obitum pro heroe cultus est (Diodor. XI, 38.).

5.

99 Ex Pindari Threnis est apud Stobaeum Serm. CCXLIX. p. 821. Wech. CI. Gesn. *Εὐδαίμων δραπέτας οὐκ ἔστιν ὄλβιος.* Vertit Gesnerus: *Beatorum felicitas non est fugitiva*, et corrigit Hermannus: *Εὐδαιμόνων δραπέτας οὐκ ἔστιν ὄλβος.* Claudebat versum vox *εὐδαιμόνων*:

. . . . . – ⏑ –
– ⏑ – – ⏑ – –

6.

100 Schol. Olymp. I, 127. vulg. ad verba *ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας*: *Καὶ ἐν Θρήνοις τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τίθησι τῶν ὑπὸ τοῦ Οἰνομάου ἀναιρεθέντων μνηστήρων·*

Πέφνε δὲ τρεῖς καὶ δέκ' ἄνδρας· τετράτῳ δ' αὐτὸς πεδάθη.

– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –

Textus Scholiorum τετάρτῳ: formam τετρᾶτῳ firmat Porphyrius in Schol. Venet. ad Iliad. κ, 252. οἷον, *Κατὰ μὲν φίλα τέκνα ἔπεφνε θάλλοντα ἥβᾳ δυώδεκα, αὐτὸν δὲ τρίτον, ἀντὶ τοῦ τρίτον καὶ δέκατον· καὶ, Τετράτῳ δ' αὐτὸς πεδάθη, φησὶν ὁ Πίνδαρος, ἀντὶ τοῦ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ.* Duo haec apud Porphyrium fragmenta sunt plane diversa, exempla rationis illius, ubi τρίτος, τέταρτος etc. dicitur intellecto ex praegressis vel extrinsecus δέκα: quibus tertium additur Hesiodi Opp. et D. 696. De priori fragmento vide infra in Incertis. Schol. Apollon. I, 782. *καὶ ἀνεῖλε τρεισκαίδεκα μνηστῆρας, ὡς Πίνδαρος ἱστορεῖ*, aut huc aut ad Olympiorum locum spectat.

www.libtool.com.cn

7.

Aristides T. I, p. 78. in mortem Eteonei: *Ἐπέρχεταί μοι τὸ τοῦ Πινδάρου προσθεῖναι· Ἄστρα τε καὶ ποταμοὶ καὶ κύματα πόντου τὴν ἀωρίαν τὴν σὴν ἀναπαλεῖ. Astra et flumina et maris fluctus tuum deplorant immaturum funus.* Non dubitavi haec ad Threnos referre, quos paulo ante Aristides memoraverat. 101

8.

Clemens Alexandrinus Strom. III, p. 518. Pott. *καὶ Πίνδαρος περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων λέγων ἐπιφέρει·* 102

Ὄλβιος ὅστις ἰδὼν ἐκεῖνα κοίλαν
εἶσιν ὑπὸ χθόνα· οἶδεν μὲν βίου [κεῖνος] τελευτάν,
οἶδεν δὲ διόσδοτον ἀρχάν.
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Beatus qui illis spectatis cavam sub terram ibit: novit [ille] vitae exitum, novit et a Iove datum principium. Pro *ἐκεῖνα* libens scripserim *κεῖνα*. *Κοίλαν εἶσιν ὑπὸ χθόνα* Dan. Heinsii coniectura est: vulgo *κοινὰ εἰς ὑπὸ χθόνα*. Mox metri causa insero *κεῖνος*. Fragmentum haud dubie ex Threno in virum Atheniensem Eleusiniis initiatum desumptum est, fortasse in Hippocratem, de quo supra dixi.

9.

Antiatticista Bekkeri p. 99. *Ἦτοι οὐκ ἄρχον, ἀλλ' ὑποτασσόμενον. Πίνδαρος Θρήνοις.* Hoc vult, apud Pindarum post *ἢ* illatum esse *ἤτοι*, quum usitatius post *ἤτοι* sit *ἤ*. Thom. M. v. *ἤτοι*: *Σημείωσαι δὲ ὡς καταρχὰς μὲν τὸ ἤτοι τίθεται ἀεί, ὕστερον δὲ τὸ ἤ. οὕτω γὰρ φαμέν· Ἦτοι τόδε ἢ τόδε. ἑτέρως δὲ οὐκ ἄν ποτε εὕροις, πλὴν ἐν Πινδάρῳ ἅπαξ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ μέτρου.* Eadem Phavorinus. Idem est Nem. VI, 5. quo respicit Thomas, atque adeo apud ipsum Platonem Rep. I, p. 344. E. *Ἔοικας, ἦν δ' ἐγὼ* (quippe *οἴεσθαι τουτὶ ἄλλως ἔχειν*), *ἤτοι ἡμῶν γε οὐδὲν κήδεσθαι*: ubi prius *ἢ* omissum est. 103

XI.

ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΕΙΔΩΝ.

1.

Clemens Alexandrinus Strom. V, p. 726. 19. Pott. et Eusebius inde Praep. Ev. XIII, 13. p. 688. Vig. p. 403. edit. prior. *Πίνδαρος δὲ ὁ μελοποιὸς οἷον ἐκβακχεύεται ἀντικρὺς εἰπών·* 104

Τί θεός, τί τὸ πᾶν;

Quid Deus, quid Universum? Clem. et Euseb. *ὅ,τι τὸ πᾶν*: quod fortasse retinendum fuit, quum nesciamus, in quo haec nexu posita fuerint.

www.libtool.com.cn

thenaica victoria cogitari: sed certe usque ad id tempus, quo Pindarus Isthmium carmen secundum scripsit, nullam Thrasybuli talem victoriam contigisse ex illo ipso carmine colligo, ubi ea, si fuisset, non esset omissa. Nec multiplicandae temere victoriae sunt. Quodsi, ut dixi, Scolium hoc Xenocratis Panathenaicae victoriae scriptum est, simul patet illud non ante Olymp. 77, 1. compositum esse: nam Panathenaica Xenocratis victoria non ante Olymp. 77, 1. parta erat; de quo satis dixi ad Isthm. II, 12—34. Postremo ne quis in eo haereat, quod licet carmen hoc Scolium fuisse concedam, tamen victoriae celebrandae scriptum dicam, etiam epiniciis celebrandis carmina adhibebantur, quae a grammaticis non sine causa inter Scolia, Encomia, Hyporchemata relata sunt: v. Scol. 7. Hyporch. 1—3. Encom. 1—4. nec plane hinc alienum Fragm. Scol. 1. certe illud quoque Scolium ad victoriam pertinebat. Et talia carmina ipse poeta respicit, ut Nem. IX. extr. ubi v. Dissenium nostrum. Haec hactenus. Eundem vero, quem Athenaeus praebuit, locum respicit Suidas v. *Ἀθηναίας*, ubi postquam de feminino *Ἀθηναία* p. *Ἀττικὴ* dixit, affert Pindarum *ἐν σχολῇ*, hoc est *ἐν σκολίῳ* vel *σκολίοις*, ut recte notat Kusterus: inde igitur patet legendum *Ἀθαναίαισι*. Cod. Athen. *Ἀθηναίεσσι*. Postremo post *τοῦτο* addidi *τοί*, ut metrum adiuvarem; cf. Nem. III, 73. Iam carmen accipe:

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑

Ὦ Θρασύβουλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτό τοι πέμπω μεταδόρπιον. ἐν ξυνῷ κεν εἴη συμπόταισίν τε γλυκερόν
καὶ Διωνύσοιο καρπῷ καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίαισι κέντρον.

O Thrasybule, amabilium rhedam carminum hanc tibi mitto mensis secundis aptam. In communi conventu fuerit convivisque et Bacchi fructui poculisque Atticis dulcis stimulus. Vs. 1. fortasse *ὄχημα* legendum, ut *ὄχος*, *ὀχέω* reperitur.

4.

ΑΓΑΘΩΝΙ.

90 Athenaeus X, p. 427. D. *Διὸ καὶ τὰ σκόλια καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν πλήρη ἐστί (τοῦ κοττάβου). λέγω δ' οἷον καὶ Πίνδαρος πεποίηκε·*

Χάριτάς τ' Ἀφροδισίων ἐρώτων,
ὄφρα σὺν χειμάῤῥῳ μεθύω,
Ἀγάθωνι δὲ καλῷ κότταβον.

⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ –

Et gratias Venereorum amorum, ut cum torrente ebrius aestuem; Agathoni vero pulchro cottabum. Dedi locum, ut a censore in Ephem. litt. Ien. 1806. n. 249. p. 142. correctus est, etsi haec mihi nondum satisfaciunt; vulgatus textus habet *Χάριτάς τε*, et *χειμάῤῥῳ μεθύων*. Alii *σὺν θ' ἱμέρῳ* coniecerunt: alii aliter, quos nolo afferre. Cottabus amatis praebebatur, ut paullo ante Athenaeus: *ἀλλ' ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ μὲν σπέν-*

www.libtool.com.cn

δεων ἀποδεδομένον τοῖς θεοῖς, ὁ δὲ κότταβος τοῖς ἐρωμένοις; is amatus est Agathon, qui ex usu noto καλὸς audit. Ut vero fragmentum Scolii de Theoxeno in ipsum Theoxenum adolescentulum a Pindaro amatum scriptum videtur, ita hoc quoque inscripsi Ἀγάθωνι.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩι, 5—7.

5.

Athenaeus XIV, p. 635. B. Ἀριστόξενος δὲ τὴν μάγαδιν καὶ τὴν πηκτίδα χωρὶς πλήκτρου διὰ ψαλμοῦ παρίχεσθαι τὴν χρείαν· διόπερ καὶ Πίνδαρον εἰρηκέναι ἐν τῷ πρὸς Ἱέρωνα σκολίῳ, τὴν μάγαδιν ὀνομίσαντα ψαλμὸν ἀντίφθογγον διὰ τὸ δύο γενῶν ἅμα καὶ διὰ πασῶν ἔχειν τὴν συνῳδίαν ἀνδρῶν τε καὶ παίδων. Et deinde D. Ἀγνοεῖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος, ὅτι ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγαδις, σαφῶς Πινδάρου λέγοντος τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον· 91

Τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' ὁ Λέσβιος εὗρεν
πρῶτος ἐν δείπνοισι Λυδῶν
ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψηλᾶς ἀκούων πηκτίδος.

Quem Terpander olim Lesbius invenit primus in epulis Lydorum fidium pulsationem respondentem altae pectidis audiens. Λυδῶν correxit Hermannus: olim Λύδιον. Scolium, unde haec deprompta sunt, plane diversum est ab hyporchemate eidem Hieroni scripto, quod ipse numerus satis demonstrat:

⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ – – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –

Est autem Lydius, ni fallor, sed Dorio generi proximus: erantque hi versus in fine alicuius strophae positi. Probabiliter idem carmen spectat Plutarchus de musica c. 28. εἰ δὲ, καθάπερ Πίνδαρός φησι, καὶ τῶν σκολίων μελῶν Τέρπανδρος εὑρετὴς ἦν.. Nam in hoc ipso fragmento agitur de fidibus a Terpandro excogitatis, ad quas canebantur Scolia. Dicebat autem Pindarus de fidibus Terpandreis et Lydiis conviviis, quod in convivio ad fides Lydio modo attemperatas Scolium illud canebatur. Ceterum vir doctus in Ephem. litt. Ien. 1807. n. 245. p. 130. male delet verba ὁ Λέσβιος. Πηκτίδος pendet a ψαλμὸν, non ab ἀντίφθογγον, ut ex altero Athenaei loco videri possit.

6.

Non admodum dissimiles metro et scolii indoli maxime convenientes sunt versus apud Athenaeum XII, p. 512. D. Πίνδαρος παραινῶν Ἱέρωνι τῷ Συρακουσίων ἄρχοντί φησι· 92

Μηδὲ μαύρου τέρψιν ἐν βίῳ· πολύ τοι
φέρτιστον ἀνδρὶ τερπνὸς αἰών.

Neve obscura oblectationem in vita; longe certe praestantissima homini res iucunda aetas. Scripsi μαύρου p. ἀμαύρου: v. nott. critt. ad Pyth. XII, 24. quod sicui displicuerit, scribat μηδ' ἀμ. Numeri hi sunt:

⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –

Τοί solet versum claudere: v. Commentar. ad Olymp. VI, p. 158. Nota vero Hie-

www.libtool.com.cn

9.

112 Schol. Victor. ad Iliad. ω, ap. Heyn. ad Hom. T. VIII, p. 612. de Minerva: *Ὡς φησι Πίνδαρος· Πῦρ πνέοντος ἄτερ κεραυνοῦ ἄγχιστα δεξιὰν κατὰ χεῖρα πατρὸς ἵζεαι.* Plutarchus Symp. Qu. I, 2, 4. post eundem, ad quem ille Scholiastes scripsit, Homeri locum: *Διαῤῥήδην δὲ ὁ Πίνδαρος λέγει· Πῦρ πνέοντος ἄ,τε κεραυνοῦ ἄγχιστα ἡμένη.* Aristides T. I, p. 10. *Πίνδαρος δ' αὖ φησι δεξιὰν κατὰ χεῖρα τοῦ πατρὸς αὐτὴν καθεζομένην τὰς ἐντολὰς τοῖς θεοῖς ἀποδέχεσθαι.* Lege:

Πῦρ πνέοντος ἄ,τε κεραυνοῦ
ἄγχιστα δεξιὰν κατὰ χεῖρα πατρός
ἵζεαι.
. . . . . ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – . . . . . .

Ignem halanti fulmini quae proxima dextram ad patris manum assides. Quae paulo post ap. Aristid. p. 14. leguntur, *Χάριτες δ' αὐτῆς περὶ χεῖρας ἵστανται,* immerito aut Pindaro aut alii lyrico tribui recte monuit Heynius.

10.

113 Lucian. Imagg. c. 8. T. II, p. 466. *Συνεπιλήψεται τοῦ ἔργου αὐτῷ καὶ ὁ Θηβαῖος ποιητὴς, ὡς ἰοβλέφαρον ἐξεργάσεσθαι (τὴν Ἀφροδίτην).* Idem pro Imagg. c. 26. T. II, p. 505. *ἕτερος δὲ τις ἰοβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην ἔφη.* Pindaricum fuit *ἰογλέφαρος.*

11.

114 Clemens Alexandrinus Strom. I, p. 383. 15. indeque Eusebius P. E. X, 12. p. 499. D. Vig. non omnes a principio deos fuisse docent: *Εἰκότως ἄρα καὶ ὁ Βοιώτιος Πίνδαρος γράφει·*

Ἐν χρόνῳ δ' ἐγένετ' Ἀπόλλων,
⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ – –

In tempore genitus est Apollo. Vulgo *δὲ γένετ'.* An fuit:

. . . . . *Ἐν δὲ χρόνῳ*
ἔγενθ' Ἀπόλλων . . . . . .

Fortasse est ex primo Hymno (cf. Fragm. Hymn. 3.), cuius stropharum versui 1. 2. convenit hoc fragmentum ita demensum (v. Fragm. Hymn. 1.):

[– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑] – ⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ ⏑ – – [– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑]

12.

115 Ex Hyporchemate vel Paeane vel Parthenio depromptum videtur, quod ex Pindaro habet Athenaeus I, p. 22. B. indeque Eustathius ad Iliad. p. 52. 18. ad Odyss. p. 1602. 23.

Ὀρχήσ' ἀγλαΐας ἀνάσσων, εὐρυφάρετρ' Ἄπολλον.
– – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

Saltator hilaritatis potens, pharetrate Apollo. Vulgo *ὀρχηστά.*

www.libtool.com.cn

13.

Plutarchus de *EI* apud Delphos c. 21. de Apolline: *Πρὸς ὃν δὲ Πίνδαρος εἴρη-* 116
κεν οὐκ ἀηδῶς·

Κατεκρίθη δὲ θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν.

⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Decretum vero est eum mortalibus mitissimum esse. Hunc locum constituere Valckenarius ad Phoen. p. 12. ad Hippol. p. 275. et Wyttenbachius: neque tamen omittendum δὲ erat, quod latet in corrupta librorum scriptura: ΔΕΟΝΑΤΤΟΙΣ, hoc est ΔΕΘΝΑΤΟΙΣ. Concinit Plutarchus de def. orac. c. 7. *Παῦε, ἔφην, ὦ φίλε Πλαντιάδη, παροξύνων τὸν θεόν· εὐόργητος γάρ ἐστι καὶ οὐ πρᾶος· κατεκρίθη δὲ θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν, ὥς φησιν ὁ Πίνδαρος*: ubi ad Plutarchi rationem supplendum *ὅμως*: *κατεκρίθη δὲ ὅμως θν. ἀγ. ἔμμ.* Itaque cave aut *ὅδε* corrigas cum Reiskio, aut *θεῶν* cum Schneidero nostro. Tertium affert Plutarchus adv. Epicur. c. 23. *ὁ δ' Ἀπόλλων κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν, ὡς ὁ Πίνδαρος φησίν.*

14.

Schol. Aeschyl. Eumen. 11. de Apolline, qui Delo Delphos proficiscens Athenas 117
deverterit, illinc vero Delphos se contulerit: *Χαριζόμενος Ἀθηναίοις καταχθῆναί φησιν (Αἰσχύλος) αὐτὸν ἐκεῖσε Ἀπόλλωνα, κἀκεῖθεν τὴν παραπομπὴν* (sic bene Heynius) *αὐτῷ εἶναι· ὁ δὲ Πίνδαρος, ἐκ Τανάγρας τῆς Βοιωτίας.* Ad rem conf. Ephorum ap. Strab. IX, p. 546. Muellerus noster probabiliter corrigit *ἐκ Τεγύρας*, quia Tegyrae natus Apollo ex fabula Boeotorum. Vide eundem Orchom. p. 147. Aut ad Delphicum aliquod carmen aut ad id refero, quod inter Parthen. 9. posui.

15.

Eustathius ad Iliad. *α*, p. 9. extr. *τῷ δὲ Ὁμηρικῷ τούτῳ σχήματι πολλοὶ καὶ ἄλλοι* 118
ἐνηγλαΐσαντο· οὐ μόνον γὰρ Ἡσίοδος ἐκ τῆς τῶν Μουσῶν ἐπικλήσεως ἄρχεται, ἀλλὰ καὶ Ἀντίμαχος Ὁμηρικῷ ζήλῳ φησίν, Ἐννέπετε Κρονίδαο Διὸς μεγάλοιο θύγατρες, καὶ Πίνδαρος ὁ κατὰ τὸ ἐπ' αὐτῷ πρόγραμμα μουσοποιὸς λέγει·

Μαντεύεο Μοῖσα, προφατεύσω δ' ἐγώ.

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ –

Vaticinare, Musa: ego vero prophetam agam. Male editum *Μοῦσα* et hic et p. 9. med. ubi sola duo verba *Μαντεύεο Μοῦσα* profert cum Schol. Ven. A. Lips. ad Iliad. *α*, 1. Male Schol. Wassenbergh. p. 6. *Μάντευε Μοῦσα*, et Ven. Lips. *μαντευο.*

16.

Idem Eustathius paulo ante: *Ταύτῃ τῇ θεᾷ τῇ Μούσῃ, τῇ οἰκείᾳ ἐπιστήμῃ ἐγκε-* 119
λεύεται ὁ ποιητὴς τὴν Ἀχιλλέως μῆνιν ἀείδειν, ἀνεγείρων οἷον τὴν οἰκουροῦσαν τέχνην ἢ τὸ φίλον ἦτορ (Olymp. I.) *κατὰ Πίνδαρον, καὶ ἀναῤῥιπίζων τὸ ἐν αὐτῷ τῆς φιλοσοφίας ζώπυρον, οὗ ἀνάπαλιν Πίνδαρος ποιεῖ ἐν τῷ*

Μοῖσ' ἀνέηκέ με,

ἦγουν ἀνέπεισεν. Fuit *Μοῦσα*, quod correxi. Idem ad Iliad. *α*, p. 179. init. *αὐτός φησιν* (*ὁ Πίνδαρος*) *ὅτι, Ἀνέηκέ με ἡ Μοῦσα.*

www.libtool.com.cn

περβοὴ γὰρ ὁ πόλεμος. Versu ultimo vulgo πενθέων δέ: at tertio versu dubitationis plurimum affert ἄδρυς, pro quo quod Reiskius coniecit ἀδρὸς, *robustus*, id Wyttenbachio, Hermanno, aliis placuit. Mihi vero Heynius rectissime iudicare videtur, sententiam postulare *victum qui satis sit* dicens, aut aliquid simile: ac nisi cum Reiskio, cuius cetera commenta non attingo, amplectaris coniecturam sane incommodam ὅθεν ἀ δρῦς, nihil melius invenies, quam quod et Heynio ipsi et mihi in mentem venit ἄδρυα sive ἄδρυον, hoc est ἀκρόδρυον, κοκκύμηλον, μάδρυον (Athen. II, p. 50. A.), *poma*, et maxime *pruna*. Hesych. v. Ἄδρυα: Σικελοὶ δὲ ἄδρυα λέγουσι τὰ μῆλα· παρὰ δὲ Ἀττικοῖς ἀκρόδρυα. Athenaeus III, p. 83. A. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν Λακωνικαῖς γλώσσαις τὰ κοκκύμηλά φησι τοὺς Λάκωνας καλεῖν ὀξύμαλα Περσικὰ, ἅ τινες ἄδρυα. Quid si Pindaro ἄδρυς idem sit quod ἄδρυον? Certe sententiae ἄδρυα ita apta sunt, ut prae his deliciis spernam coniecturas cetera elegantes, ἄδακρυς πενθέων τ' οὐκ ἔλ. οὔτε στ. et ἄϊδρις πενθέων δέους οὐκ ἔλ. quas ausi sunt Schneiderus et Iacobsius in Eurip. p. 222. Quid quod vel ita explicari locus potest: ὅθεν ἄδρυς, *unde arborum expers sum?* Neque tamen hoc mihi placet. Postremo nescio an huc pertineat locus Synesii in Laude Calvit. p. 77. ed. Petav. Ἂν μὲν γὰρ ᾖ τῆς Πινδάρου τυγχάνειν εὐχῆς, καὶ ζῆν ἔχωμεν ἀπὸ τῶν οἰκείων, ἐν καλῷ τοῦ θεάτρου καθιζησόμεθα ἀκροαταὶ τῶν δεικνυμένων καὶ θεαταί· κἂν χορηγῆσαι δέῃ τῇ πόλει, κἂν ἀποδόσεις ὁ δῆμος αἰτῇ, χρησόμεθα μεγαλοπρεπῶς τοῖς ὑπάρχουσι, etc. quamquam haec etiam ad Pyth. III, 110. spectare possunt: εἰ δέ μοι πλοῦτον θεὸς ἀβρὸν ὀρέξαι; aut ad Nem. I, 31. οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψαις ἔχειν, ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων. Sed utut est, certe non audeo Synesii verba in fragmentorum serie suo numero instructa referre.

24.

127 Adiungam simile fragmentum ap. Athen. V, p. 191. F. cuius metrum satis incertum est:

Τί δ' ἔρδων φίλος
σοί τε, καρτερόβροντα Κρονίδα, φίλος δὲ Μοίσαις,
Εὐθυμίᾳ τε μέλων εἴην,
τοῦτ' αἴτημί σε.
⏑ – – ⏑ –
x – ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– – ⏑ – ⏑ ⏑ – – –
x – – ⏑ ⏑ . . .

Quod faciendo carus et tibi, fulminator Saturnie, et vero Musis carus sim, Laetitiaeque dilectus, id rogo te. Sententiam explicat Casaubonus, qui μέλων restituit pro μελῶν: φίλος δὲ retinui cum Schweighaeusero, quia τὲ et δὲ sibi vel apud solutae orationis scriptores passim respondent: v. nos in Plat. Min. et Legg. p. 86. ubi collectis exemplis hoc prorsus simile habeo, quod φίλος δὲ Μοίσαις idem est atque ἔτι δὲ Μοίσαις φίλος. Αἴτημι pro edito olim αἰτοῦμαι est in Ms. A. in Epitoma atque hinc ap. Eustath. ad Odyss. δ, p. 1490. 38.

25.

128 *Schol. Aristoph.* Nub. 223. ubi Socrates loquitur: Τί με καλεῖς ὦ ἐφήμερε;] ἐλέγετο δὲ ὁ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σεληνῷ παρεμφαίνειν· σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν.

www.libtool.com.cn

περιέθηκεν οὖν αὐτῷ οἷον τοῦ παρὰ Πινδάρῳ Σειληνοῦ φωνήν· ὁ γάρ τοι Πίνδαρος διαλεγόμενον παραγαγὼν τὸν Σειληνὸν τῷ Ὀλύμπῳ τοιούτους αὐτῷ περιέθηκε λόγους·

Ὦ τάλας ἐφάμερε, νήπια βάζεις χρήματά μοι διακομπέων.

– ⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

O miser mortalis, puerilia garris, opes mihi iactans. Eadem ex Schol. Aristoph. habet Suidas v. Ὦ φήμερε. Vulgo ἐφήμερε et νήπιε: illud Hermannus in Schol. Aristoph. hoc olim Kusterus ad Nub. emendavit. Schol. Aristoph. διακομπεύων, Suid. διακομπέων; hinc Kusterus διακομπῶν, quod recte mutavit Hermannus. Male vero et Schneiderus et Hermannus tum apud Schol. Aristoph. tum in Fragmentis βάζεις μοι χρ. quo metrum pessumdatur: quod dedi, et apud Suidam et apud Scholiasten editiones offerunt. De Sileni sapientia multa disputat Creuzerus Stud. T. II. in Specimine Symbolices veteris p. 224 sqq. Olympus Phryx videtur cum Sileno tum collocutus, quum Silenus a Mida caperetur: et fabula Midae, qui auri cupidissimus fuit, coniuncta huic Sileni et Olympi colloquio est.

26.

Schol. Pind. Pyth. IV, 104. Ὅτι τὰς περὶ τὰ θεῖα μύστιδας καὶ μελίσσας φασὶν, ἐτέρωθι ὁ αὐτός φησι· 129

Ταῖς ἱεραῖς μελίσσαις τέρπεται.

Scribe ἱεραῖσι, hoc metro:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – | – ⏑ ⏑ –

Fortasse ex hymno in Proserpinam, cui etiam metrum convenit: Melissas enim maxime Cereris et Magnae matris ac Proserpinae cultrices sociasque fuisse, omnia docent. Vide praeter Schol. l. c. Didymum in Commentariis Pindaricis ap. Lactant. Div. Inst. I, 22. Porphyrium antr. Nymph. p. 261. et Qu. Homeric. Hesych. v. Μητροπόλους et Μέλισσαι, Schol. Eurip. Hippolyt. 77. Spanh. ad Callim. Hymn. in Apoll. 110. locos a Schneidero suppeditatos, et Schol. Theocr. XV, 94. Num sacrae illae mulieres μέλισσαι dictae sint ob sacrum furorem, quo actae quasi apes vagentur et bombum edant, ex quo etiam omen et oraculum peti possit, in ambiguo relinquo. Μελισσῶν quidem nomen a vaticinio non plane alienum esse ex mellis ad eam rem viribus coniicias. V. Explicatt. p. 158.

27.

Schol. Ven. A. B. Lips. ad Iliad. Θ, 368. de Cerbero cane haec habet: Πίνδαρος γοῦν ἑκατὸν, Ἡσίοδος δὲ πεντήκοντα ἔχειν αὐτὸν κεφαλὰς φησιν. Cerberum Pindarus videtur commemorasse in carmine aliquo, in quo de Herculis ad inferos descensu dixerit: certe eo deducere credas ea, quae addo, Tertulliani verba, coll. Fragm. 50. 130

28.

Tertullianus de corona militis c. 7. *Hercules nunc populum capite praefert, nunc oleastrum, nunc apium. Habes tragoediam Cerberi, habes Pindarum atque Callimachum, qui et Apollinem memorat interfecto Delphico dracone lauream induisse qua supplicem.* Addit Heynius: „Tragoedia Cerberi, si recte scribitur, significare debet tragoediam aliquam, in qua Hercules ex inferis rediit, ut in Alcestide Euripidis, oleaginea corona redimitus." 131

www.libtool.com.cn

29.

132 Dionysius Halicarnassensis de orator. ant. p. 81. 3. Sylb. *Ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον ἀνδρῶν δικαίων χρόνος σωτὴρ ἄριστος, κατὰ Πίνδαρον, ἀλλὰ καὶ τεχνῶν νὴ Δία καὶ ἐπιτηδευμάτων γε.* Metrum videtur hoc fuisse:

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

vel hoc:

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

30.

133 Plutarchus Qu. Plat. 8, 4. de tempore Pindaricum hoc profert:

Ἄνακτα τῶν πάντων ὑπερβάλλοντα χρόνον μακάρων.

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Regem omnibus diis praestantem, Tempus. Vulgo *ἄνα*, quod emendavit Heynius. Hermannus vult *τὸν πάντων*: sed vulgata ferri potest.

31.

134 Suidas: *Κατωκάρα· οἱ Ἀττικοὶ ὑφ' ἓν ἀναγινώσκουσι. Πίνδαρος·*

. . . . . *οἱ μέν*
κατωκάρα δεσμοῖσι δέδενται . . . . .
. . . . . – –
⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ [⏑ –] . . .

Illi quidem capitibus deorsum pendentibus adstricti vinculis sunt. Fortasse ex primo hymno, de Titanibus. Pindari verba eadem habet Gregor. Cor. p. 124. ed. Lips. ubi v. intt. apud quem tamen unus liber *κάτω κάρα*.

32.

135 Pausanias V, 14. *Μετὰ δὲ τοὺς κατειλεγμένους Ἀλφειῷ καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν (Ἠλεῖοι) ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ· τὸ δ' αἴτιον τούτου παρεδήλωσε μέν που καὶ Πίνδαρος ἐν ᾠδῇ, γράφομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς λόγοις τοῖς Λετρινάιοις*: quippe VI, 22. ubi Alphei erga Dianam amorem explicat. Illa vero Pausaniae verba ad Nem. I. princ. spectare, vix crediderim: etsi hunc amorem tangunt ibi Scholia ad vs. 3. vulg. itemque ad Pyth. II, 12.

33.

136 Etym. M. p. 513. 20. *Κιδαλία· οἷον, Κιδαλίης κρηνίδος ἐπλανήθην. ἐκ Πινδάρου, χεῖρα Κιδαλίας. εἰς τὴν χεῖρα αἰτιατικὴν μὴ ποιήσης ἔκθλιψιν· Κιδαλία γάρ ἐστιν.* Non Acidalia est, ait, ut si legeris *χεῖρ' Ἀκιδαλίας*. Nempe alii Acidaliam dicebant, ut ap. Suid. *Ἀκιδαλία, ὄνομα κρήνης*, quo de fonte Orchomeni Boeoticae Veneri et Gratiis sacro v. Pausan. IX, 38, 1. qui tamen nomen non addit, Vib. Seq. p. 21. Serv. ad Aen. I, 720. unde *Acidalia arundo* ap. Martial. IX, 13, 3. et *Nodus Acidalius* VI, 13, 5. Apud Pindarum Cidalia fuit heroina sive nympha fontis, apud Ionicum poetam, cuius prius fragmentum est, fonticulus. Praeterea eiusdem nominis habetur insula. Suidas: *Κιδαλίη, νῆσος*. Insula dicta a *κιδάλοις*, hoc est *κρομμύοις*, ut exponit Hesychius.

www.libtool.com.cn

34.

Apollonius de Syntaxi II, 27. p. 180. Sylb. *Τὸ γὰρ Ἀλλήλους τρώσητε οὐ ταὐτόν* 1
ἐστι τῷ Ἑαυτοὺς τρώσητε· ὥσπερ καὶ τὸ Πινδαρικὸν οἱ περὶ Τρύφωνα ἐσημειοῦντο, ἔν τε τοῦ Ὠτου καὶ Ἐφιάλτου, συγκατατιθέμενοι μὲν τῷ

Ἀλλαλοφόνους ἐπάξαντο λόγχας,

οὐ μὴν τῷ

Ἐνὶ σφίσιν αὐτοῖς·

οὐ γὰρ ἑαυτοῖς τὰ δόρατα ἐνῆκαν, ἀλλ' ἀλλήλοις. Sic haec recte edidit Bekkerus. Fragmentum igitur hoc est:

Ἀλλαλοφόνους ἐπάξαντο λόγχας ἐνὶ σφίσιν αὐτοῖς.

– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Invicem perimentes adegerunt frameas in se ipsos. Fortasse est ex carmine de Apolline et Diana, nescio an ex Paeane illo, ubi Niobae liberorum occisorum mentio facta est. Postremo cave haec ad Tryphonis de metris lyricis librum referas: sunt enim ex alio eiusdem grammatico opere, ut plura apud Apollonium.

35.

Etym. M. p. 60. 37. de Elara Tityi matre: *Ἀλίρα καὶ Ἐλάρα· Ἐλάρας γενεά·* 1
οὕτω παρὰ Σιμωνίδῃ. Ἀλίρα δὲ παρὰ Πινδάρῳ· Οἷον Ἀλίρας ὠσόν. ὅτι δὲ τὸ πρῶτόν ἐστιν ἀληθὲς, πίστις τούτου ἐκ τοῦ παρ' Ἡσιόδῳ μετὰ προσθήκης τοῦ ῑ λέγεσθαι τὸ πατρωνυμικόν· Εἰλαριάδην γάρ φησι Τιτυόν· καθ' ὑπέρθεσιν ἄρα τὸ Ἀλίρα γέγονεν. οὕτως Ἡρωδιανός. Pro corrupto *ὠσὸν* non male Sylburgius coniecit *υἱόν*: sed audentius fortasse *ὠὸν* Pindarus dixerat Tityum adhuc in matris sub terra utero clausum. In Hesiodeo scribe *Εἰλαράδην Τιτυόν.*

36.

Servius ad Virgil. Ge. I, 14. de Aristaeo: *Hic, ut etiam Sallustius docet, post la-* 1
niatum a canibus Actaeonem filium matris instinctu Thebas reliquit, et Ceam insulam tenuit primo adhuc hominibus vacuam; post ea relicta cum Daedalo ad Sardiniam transitum fecit. Huic opinioni Pindarus refragatur, qui eum ait de Cea insula in Arcadiam migrasse, ibique vitam (Heinsius *villam*) *coluisse. Nam apud Arcades pro Iove colitur, quod primus ostenderit, qualiter apes debeant reparari.*

37.

Harpocration v. *Αὐτόχθονες*: *Ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκὼς φασιν* 1
Ἐριχθόνιον ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς φανῆναι. Cf. Etym. v. *Ἐριχθόνιος.*

38.

Schol. Hom. Iliad. ξ, 319. *Δανάη Ἀκρισίου θυγάτηρ, ἣ Διΐ συγκοιμηθεῖσα Περ-* 1.
σέα ἐγέννησε. χρησαμένῳ γὰρ τῷ Ἀκρισίῳ περὶ γενέσεως ἀῤῥένων παίδων ὁ θεὸς ἔφη τὸν γενόμενον παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ αὐτὸν κτενεῖν· δείσας δὲ ὁ Ἀκρίσιος κατὰ γῆς θάλαμον χαλκοῦν κατασκευάσας τὴν Δανάην ἐφρούρει. αὕτη δὲ, ὥς φησι Πίνδαρος καὶ ἕτεροί τινες, ἐφθάρη ὑπὸ τοῦ πατραδέλφου αὐτῆς Προίτου· ὅθεν αὐτοῖς καὶ στάσις ἐκινήθη. Eadem habet Schol. Ven. Horum pleraque ex Apollodoro II, 4, 1. petita sunt, qui tamen nihil de Pindaro. Vulgatam de Iove per pluviam auream descendente fabulam sequitur Noster Pyth. XII, 17. et Nem. X, 11.

www.libtool.com.cn

39.

142 Athenaeus IV, p. 154. F.

Φιλόμαχον γένος ἐκ Περσέος,

παρὰ Πινδάρῳ. Bellicosa soboles a Perseo oriunda. Vulgo *Περσίως*, quod correxi.

40.

143 Ex eodem puto carmine est, quod refert Eustathius ad Iliad. φ, p. 1221. 35. *Ἕτεροι δὲ τὸ ἄλλοι νοοῦσι κατὰ διαφορὰν εἴδους, ὡς τῷ γένει μὲν ἰχθύων ὄντων καὶ τῶν δελφίνων, τῷ δὲ εἴδει διαφερόντων· διὸ, φασὶ, καὶ Πίνδαρος ἰχθὺν παιδοφάγον τὸ κῆτός φησιν.* Similiter Schol. Townl. et Victor. ap. Heyn. T. VIII. p. 119.

41.

144 Item huc pertinet Apollodoro suppositus de pera Persei locus Bibl. II, 4, 2. *Πίνδαρος δὲ καὶ Ἡσίοδος ἐν Ἀσπίδι ἐπὶ τοῦ Περσέως· Πᾶν δὲ μετάφρενον εἶχε κάρα δεινοῖο πελώρου Γοργοῦς, ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ ἐσθῆτα καὶ τὴν τροφήν.*

42.

145 Schol. Apollon. Argon. II, 479. et Etym. M. p. 75. 25. *Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἱστορεῖ ὡς ἄρα Ῥοῖκος θεασάμενος δρῦν ὅσον οὔπω* (Etym. ἤδη) *μέλλουσαν ἐπὶ γῆς καταφέρεσθαι, προστάξαι τοῖς παισὶν ὑποστηρίξαι ταύτην. ἡ δὲ μέλλουσα συμφθείρεσθαι τῇ δρυὶ Νύμφη ἐπιστᾶσα τῷ Ῥοίκῳ χάριν μὲν ἔφασκεν εἰδέναι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, ἐπέτρεπε δὲ αἰτήσασθαι ὅ,τι βούλοιτο. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἠξίου συγγενέσθαι αὐτῇ, ὑπίσχετο δοῦναι τοῦτο, φυλάξασθαι μέντοιγε ἑτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν παρήγγειλεν· ἔσεσθαι δὲ μεταξὺ αὐτῶν ἄγγελον μέλισσαν. καί ποτε πεσσεύοντος αὐτοῦ παρίστατο ἡ μέλισσα· πικρότερον δὲ ἀποφθεγξάμενος εἰς ὀργὴν ἔτρεψε τὴν Νύμφην, ὥστε πηρωθῆναι αὐτόν.* Cf. Schol. Theocr. III, 13. et aliqua ex parte Tzetz. ad Lycophr. 480. Huc pertinent verba Pindari, quae Plutarchus de eo disputans, cur apes praecipue impudicos petant, Qu. natur. c. 36. posuerat, ex Gisb. Longolii Latina interpretatione, quae sola habetur, ab Erasmo Schmidio deprompta: *Tu molitrix favorum parva, perfidum quae puniens Rhoecum stimulo pupugisti eum.*

43.

146 Ex eodem carmine supersunt, quae ut Pindarica de Hamadryadibus statim subiiciunt Schol. Apollon. Flor. et Etym. ll. cc. Parisina autem Apollonii Scholia praemittunt:

Ἰσοδένδρου τέκμαρ αἰῶνος λαχοῖσαι,

– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –

Arboribus parem aevi finem nactae. Eundem versum ex Pindaro refert Plutarchus Amator. c. 15. ubi male *ἴσον δένδρου*, et de Orac. def. c. 11. ubi vulgo *τέκμωρ*, et ob orationis tenorem *λαχούσας*. In ceteris est *λαχοῦσαι*, quod Heynius correxit. In voce *ἰσοδένδρου* priorem produco, ut in composito. V. nott. critt. ad Olymp. IX, princ. Potest tamen etiam brevis esse, hoc metro:

[– ⏑ ⏑ –] ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –

www.libtool.com.cn

44.

Athen. XI, p. 476. B. *Καὶ τῶν ποιητῶν πολλοὶ παράγουσι πίνοντας τοὺς ἀρχαίους ἡρωας, Πίνδαρος μὲν ἐπὶ τῶν Κενταύρων λέγων·*

Ἀνδροδάμαντα δ' ἐπεὶ Φῆρες δάεν ῥιπὰν μελιαδέος οἴνου,
ἐσσυμένως ἀπὸ μὲν λευκὸν γάλα χερσὶ τραπεζᾶν
ὤθεον, αὐτόματοι δ' ἐξ ἀργυρέων κεράτων
πίνοντες ἐπλάζοντο.

⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –
– – ⏑ – – ⏑ . . . . . .

Postquam vero viros domantem odorem dulcis vini Centauri senserant, confestim de mensis candidum lac manibus deiiciebant, ultroque argenteis ex cornubus bibentes perturbabantur mentibus. Versu primo legitur *ὁ δάμαν δ'*, unde Schweighaeuserus mire fecit *ἀδάμαν δ'*, et quidam doctus multo peius *ὀδμάν*, quum praeclare olim Casaubonus emendasset *ἀνδροδάμαν δ'*: ex quo et metri et sermonis causa refingendum esse *ἀνδροδάμαντα δ' ἐπεί*, docui nott. critt. Nem. IX, 16. Praeterea vulgo *μελιηδίος*. Ex Athenaeo sua duxit Eustathius ad Iliad. *ν*, p. 916. 39. p. 917. 63. Respicit Etym. M. p. 504. 31. ubi Pisandrum in Pindarum mutandum vidit Ruhnk. Epist. in Heyn. Virg. T. IV, p. 237. Ad idem carmen spectat etiam Horatius Carm. IV, 2, 13.

Seu deos regesve canit deorum
sanguinem, per quos cecidere iusta
morte *Centauri*, cecidit tremendae
flamma Chimaerae:

quapropter id coniiciunt ex Encomiis esse; quod ut non negaverim, ita pro certo affirmare non audeo, quia *reges* apud Horatium heroes sunt. V. ad Encomia. Illud certum est ex convivali haec carmine esse. Heynius fragmentum ad Herculis apud Pholum hospitale convivium refert, quod collato Apollodoro II, 5, 4. verisimile dixeris. At re accuratius spectata decedes de hac sententia: nam apud Pholum Centauri quidem *διὰ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενοι (ἀνοιχθῆναι τὸν πίθον) παρῆσαν*, nec tamen in ceteris quidquam est simile. Sed nihil impedit, quominus hic locus ad nuptias Pirithoi et Hippodamiae pertineat. Ne plura, sola apponam verba Scholiastae Pyth. II, 85. *Καὶ ῥητέον, ὅτι Πειρίθους ὁ Ἰξίονος παῖς καὶ Δίας τῆς Δηϊονέως ὡς ἂν οἰκειότητα ἔχων πρὸς τοὺς Κενταύρους τὴν τῶν γάμων ἐστίασιν ἐπιτελῶν κέκληκεν αὐτούς, ἐπιλαθόμενος δὲ τῷ Ἄρει θῦσαι ἔσχε μηνίοντα τὸν θεόν· καὶ οὕτως οἱ Κένταυροι τῆς τῶν κρατήρων ἀποπνοίας αἰσθόμενοι κατὰ τὴν εὐωχίαν ἑαυτοὺς οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν τῆς ἐμφύτου μανίας κατασχεῖν. ἀκράτου γὰρ οἴνου ἐμφορησάμενοι ταῖς τῶν Λαπιθῶν γυναιξὶν ἀκολάστως ἐφώρμησαν, πολλῶν δὲ ἀναιρεθέντων ἐκ τῶν Κενταύρων εἰς τὴν Φολόην οἱ περιλειφθέντες ἀπέφυγον τὴν οὕτω κληθεῖσαν ἀφ' ἑνὸς τῶν Κενταύρων.* Et concinit aliud fragmentum ex eodem carmine petitum, quod iam accipe.

45.

Schol. Apollon. Argon. I, 61. *Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος παρὰ Πινδάρου εἴληφε λέγοντος·*

. . . ὁ δὲ χλωραῖς ἐλάταισι τυπεὶς ᾤχετο
Καινεὺς σχίσαις ὀρθῷ ποδὶ γᾶν . . . .

www.libtool.com.cn

. . . ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Caeneus vero virentibus abietibus percussus abiit, recto pede terra scissa. Schol. habet *χλωρῇς ἐλάτῃσι*, pro usu Apollonii sui, deinde *σχίσας*. Tangit Plutarchus de absurd. Stoic. opin. init. *ὁ Πινδάρου Καινεὺς εὐθυναν ὑπεῖχεν, ἀπιθάνως ἀῤῥήκτος σιδήρῳ καὶ ἀπαθὴς τὸ σῶμα πλασσόμενος, εἶτα καταδὺς ἄτρωτος ὑπὸ γῆν, σχίσας ὀρθῷ ποδὶ γᾶν*: et deinde: *καὶ ὁ μὲν Πινδάρου Καινεὺς βαλλόμενος οὐ τιτρώσκεται.* Schol. Apollon. cod. Reg. 2727. in fragmento Pindari praebet omissis reliquis *ᾤχετ' ἐς χθόνα*, quod vel ob reconditius *χθόνα* non repudiaverim. In editione Lipsiensi tamen p. 12. est *εἰς χ*. Haud dubie legendum:

. . *ὁ δὲ χλωραῖς ἐλάταισι τυπείς*
ᾤχετ' ὑπὸ χθόνα Καινεὺς σχίσαις ὀρθῷ ποδὶ γᾶν.
[⏑] – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

nisi fuit *οἴχεται ἐς χθόνα*. Ad rem confer Apollon. l. c. Orphic. Argon. 171 sqq. Schol. min. ad Iliad. *α*, 264. Eustath. ad Iliad. *α*, p. 101. Serv. ad Aen. VI, 448. Ovid. Metam. XII, 522. Caeneus fuit Lapitha, in nuptiis Pirithoi facinorum magnitudine insignis.

46.

149 Haec ad carmen aliquod Thessalis scriptum pertinuisse quum verisimile sit, adiungo Schol. Pind. Nem. VII, 103. ubi de Pindaro: *Ὡς Σκοπάδας καὶ Ἀλευάδας εἴωθε καλεῖν τοὺς Θεσσαλούς. Ἀλεύα παῖδες* sunt Pyth. X, 5. ubi alii veterum Thessalos, alii Aleuadarum gentem Hippocleae amicam intelligebant: hoc recte. Neque aliter Pindarum aut Scopadas aut Aleuadas nominasse usquam arbitror. De utrisque exposui ad Pyth. X. introd. Aleuadarum posteris ibi enumeratis liceat hoc loco addere ex coniectura *Thoracem Larissaeum* Antigoni sodalem ap. Plutarch. Demetr. 29. et Orchomenio Aleuae adde Aleuam archontem Orchomeniorum in inscriptione edita in Oec. civ. Ath. T. II. p. 398.

47.

150 Philostratus Imagg. II, 24. p. 849. tabulam explicat, in qua Hercules Thiodamantis bovem mactat et coenam sibi inde apparat (cf. Apollod. II, 7, 7. et ibi Heyn.): ubi *ἀπανθρακίζει τὸν βοῦν, ἀποπειρώμενος τῶν σαρκῶν, εἰ μαλάττονται ἤδη, καὶ μόνον οὐκ ἐγκαλῶν ὡς βραδεῖ τῷ πυρί.* Nam boves comedere Herculi usitatum; cf. Pausan. V, 5, 4. et Philostratum ipsum. *Ἀποσφάττει τὸν ἕτερον τῶν βοῶν*, inquit Philostratus, *καὶ σιτεῖται, σφόδρα ἐθὰς ὢν τοῦ τοιούτου σιτίου. Ἡρακλεῖ γάρ που παρὰ Πινδάρῳ ἐνίτυχες, ὁπότε εἰς τὴν τοῦ Κορωνοῦ στέγην ἀφικόμενος σιτεῖται βοῦν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὀστέα περιττὰ γενέσθαι* (vulgo *ἠγεῖσθαι*). Vides Pindarum non de bove Thiodamantis locutum esse, sed simile narrasse de coena apud Coronum Lapitham Caenei filium: ut Heynium iure miroris utramque rem accurate distinguenti Philostrato memoriae vitium exprobrare. Quae vero Philostratus respicit, habes ap. Athen. X, p. 411. B. sed ita depravata, ut de correctione desperandum olim putaverim: *Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ ἐμφανίσας αὐτοῦ (τοῦ Ἡρακλέους) τὴν ἀδηφαγίαν ἐπιφέρει·*

ὑπὸ δὲ τῆς βουλιμίας
κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας.

www.libtool.com.cn

Ita enim haec haud dubie scribenda sunt. Pergit Grammaticus: *Παρὰ Πινδάρου δὲ τοῦτ' εἴληφεν εἰπόντος· Διὰ βοῶν θερμὰ δ' εἰς ἀνθρακιὰν στέψαν πυριπνόων τε σώματα. καὶ τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων στεναγμὸν βαρὺν ἦν ἰδόντα διακρῖναι πολλὸς ἐν καιρῷ χρόνος.* In libris nulla est varietas, nisi quod δ' ex codice additum ab antiquis editionibus abest; idem liber confusis vocabulis hoc praebet: *θερμὰ δ' εἰς ἀνθρακιὰν στέψαν πυρὶ δ' εἰς ἀνθρακιὰν στίψαν πυρὶ δ' ὑπνόων τε σώματα.* Emendationem tentavit Casaubonus ita constituens: *Βρῦκε δὲ βοῶν θερμὰν εἰς ἀνθρακιὰν στρέψας πυριπνέοντα σώματα· καὶ τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων στεναγμὸν βαρύνθην ἰδών. τὰ διακρῖναι πολλὸς ἐν καιρῷ χρόνος*: hoc est, *Devorabat autem calidum in carbonem versando ignita boum corpora: tum ego graviter affectus sum videns carnium strepitum et ossium gemitus; ad quae dispicienda multum opportune tempus suppetebat.* Nempe *πυριπνέοντα* ex Ione putat esse *ardentium carbonum plena;* neque hoc male: quod vero de lignis (*κάλοις*), pro quibus olim *κῶλα, membra* habebantur, nihil in Pindaricis est, ex quibus sua desumpsisse Ion dicitur, neminem credo morabitur: nec quae Ion dicit, disertis verbis apud Pindarum reperiri necesse est. Ceterum in Casauboniana correctione nihil prorsus certi inest: quam secutus maximam partem olim Hermannus est, initium ita refingens: *οὐδὲ βοῶν θερμὰν ἐς ἀνθρακιὰν στρέψεν*: idem mox merito relictâ hac scripturâ sententiae omnino contrariâ haec proposuit:

Ἔδει βοῶν θερμά τ' ἐς ἀνθρακιάν
στέψας πυρί τε πνέοντα σώματα· καὶ τότ' ἐγώ
σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων
στεναγμὸν βαρὺν ἤνιδον, τὰ διακρῖναι
πολλὸς ἐν καιρῷ χρόνος.

Ἤνιδον, ait, pro *ἐνεῖδον*, nisi *εἶςιδον*. Equidem quominus in his acquiescam, duae maxime res impediunt: altera, quod in his versiculis certum numeri quoddam genus desidero, quem fere Dorium fuisse ex uno et altero membro mihi intelligere satis distincte videor; altera, quod in illo *διὰ* aliud latere perspicio. Nam Pindarum non de uno, ut ex Philostrato aliquis collegerit, sed de pluribus bobus narrasse, fidem facit pluralis *βοῶν σώματα*; hinc in promptu certa opinor medela est: *Δοιὰ βοῶν*. Scribo:

Δοιὰ βοῶν
θέρμ' ἔδει ἀνθρακιὰν στέψαντα πυρίπνοά τε
σώματα· καὶ τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπάν
εἶδον ἠδ' ὀστέων στεναγμὸν βαρύν·
ἦν δὲ ἰδόντα διακρῖναι πολλὸς ἐν καιρῷ χρόνος.

. . . . . [– ◡ ◡] – ◡ ◡ –
– ◡ ◡ – ◡ ◡ – – – ◡ ◡ – ◡ ◡ –
– ◡ ◡ – ◡ ◡ – – – ◡ ◡ –
– ◡ – – – ◡ – – ◡ –
– ◡ ◡ – ◡ ◡ ◡ – – – ◡ – – – ◡ –

Numeri sunt elegantissimi, praesertim in creticis motu suo ipsam rem imitantibus: *ὀστέων* est disyllabum; *διακρῖναι* antepenultimam corripit, de qua mensura v. nott. critt. Olymp. II, 33. Sententia vero nihil expeditius: *Bina boum calentia comedit corpora, quae carbonum acervum cingebant et ignem exhalabant: ac tum ego carnium vidi et audivi strepitum ossiumque gemitus graves: videnti autem opportune multum ad per-*

www.libtool.com.cn

noscendum tempus erat. Narrat Coronus aut alius qui affuerat. Iam quae novaverim, ante oculos ponam. *Θερμὰ δ' εἰς* mutavi in *θέρμ' ἔδει; στέψαν* in *στέψαντα*, quae probabiliora visa sunt quam quod in promptu erat *θέρμ' ἕδ' ἐπ' ἀνθρακιὰν στέψαις*, hoc est *ἐπιστέψας ἀνθρακιάν*, ut ap. Eurip. Iphig. A. 1081. *σὲ δ' ἐπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν πλόκαμον.* Mox *πυριπνόων τε*, pro quo codex confuse *πυρὶ δ' ὑπνόων τε* male repetito ex praegressis *δέ*, multum dubitavi sitne in *πῦρ πνειοντά τε* an in *πυρίπνοά τε* mutandum: sed quum *πνείω* apud Pindarum non inveniatur, et metro tamen minus commodum sit *πῦρ πνέοντα;* praetuli alterum a scriptura librorum non multum discedens. Deinde *εἶδον* addidi, expulsum a simili *ἠδ'*: et ultimo versu inserui *δέ*. Coraes ad Isocr. p. 155. vult *οὐ πολλός*: quo me iudice sententia pessumdatur. Duo boves non tam cito comeduntur, ne ab Hercule quidem; et qui narrat, docere vult sese rem accurate et cum otio spectasse, ut verbis suis fidem conciliet. Ideo etiam *διακρῖναι* dictum est, *pernoscere*, non *leviter et quasi praetereundo videre.*

48.

151 Apud Platonem Gorgia p. 484. B. Callicles dicit ex naturae lege fortiorem ius constituere, additque ipsi concinere etiam Pindarum: *Δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυσθαι ἐν τῷ ᾄσματι ἐν ᾧ λέγει, ὅτι Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων· οὗτος δὲ δὴ, φησὶν, ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί· τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους· ἐπεὶ ἀπριάτας — λέγει οὕτω πως· τὸ γὰρ ᾄσμα οὐκ ἐπίσταμαι· λέγει δὲ ὅτι οὔτε πριάμενος οὔτε δόντος τοῦ Γηρυόνου ἠλάσατο τὰς βοῦς· ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου φύσει καὶ βοῦς καὶ τἆλλα κτήματα εἶναι πάντα τοῦ βελτίονός τε καὶ κρείττονος τὰ τῶν χειρόνων καὶ τῶν ἡττόνων.* Eodem redit Socrates p. 488. B. *Πῶς φῂς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίνδαρος, τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν βίᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἡττόνων καὶ ἄρχειν τὸν βελτίω τῶν χειρόνων, καὶ πλέον ἔχειν τὸν ἀμείνω τοῦ φαυλοτέρου;* Platonico Callicli *νόμος* est *lex naturae;* nec multo aliter Pindarus acceperat, cui *νόμος* manifeste est *lex summa naturae a fato constituta, cui et dii et homines parent*, ut fere ap. Eurip. Hecub. 799.

> *Ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως·*
> *Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὠ κείνων κρατῶν*
> *Νόμος.*

Sed Pindarus scripserat *ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον*, ut est ap. Schol. Pind. Nem. IX, 35. *Ὁ δὲ ἰσχυρὸς: ἀνὴρ τὸ προϋπάρχον δίκαιον καταπαύει. ἐν ἄλλοις Πίνδαρος· Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί.* Aristidi Or. Plat. T. II. p. 52. ubi pro oratoria arte adversus Platonis Gorgiam disputat, rhetorice dicitur *οὐ τὸν Πλάτωνος νόμον τιμῶσα . . . οὐδὲ ταῦτ' ἐπᾴδουσα· Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων λέγει (ἄγει) δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί· τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους· ἐπεὶ ἀπριάτας· οὐ γὰρ φῆς ὅλου μεμνῆσθαι· ἐχρῆν δὲ ἴσως μηδὲ τούτων, μὴ οὖν ἐπὶ ῥητορικῇ γε· ἀλλ' ἄχρι μὲν τούτου καὶ ἡ ῥητορικὴ λέγει· Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων· τὰ δὲ ἑξῆς οὐκ ἔτι ταὐτά· πόθεν; οὐδέποτε ἡμέρα καὶ νὺξ ταὐτὰ συμφήσουσιν· ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον ἄγει τὰ δίκαια πρεσβεύων καὶ τοὺς ἐν ὕβρει θρασεῖς νουθετῶν· εἰ γὰρ ἀξιώσει τὸ βιαιότατον νόμον εἶναι τὸν δικαιοῦντα καὶ τὴν ὑπερτάτην χεῖρα κρατεῖν Ἡρακλέους, ᾧ μετὰ τῆς χειρὸς τῶν δικαίων ἐμέλησεν, αὐτὴ τοῖς ἑαυτῆς λόγοις ἀπολεῖται· τίς γὰρ τόπος λοιπὸν ἢ χρεία ῥητορικῆς ἢ λόγων, εἰ τὸ δίκαιον ἡ χεὶρ ὁρεῖ καὶ μηδὲν πλέον ἔσται τῷ δυναμένῳ διδάξαι περὶ τοῦ πράγματος; ποῦ δὲ*

www.libtool.com.cn

Δενδρέων δὲ νομὸν Διόνυσος πολυγαθὴς αὐξάνοι,
ἁγνὸν φέγγος ὀπώρας.
⏑ ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – – ⏓ ⏑ .
⏑ – – ⏓ ⏑ ⏑ – –

Arborum autem arva Bacchus iucunditatis plenus nutriat, castum splendorem fructuum. Preces sunt ad Bacchum *Δενδρίτην*, de quo v. Plutarch. Symp. Qu. V, 3, 1. (cf. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 348.). Hinc optativus *αὐξάνοι*. Lectionem *δενδρέων* pro vulgato *δένδρον* tuentur loci statim afferendi: *νομὸν* autem dedi, quum ederetur *νόμον*, ob similitudinem sequentis fragmenti, in quo *νομὸς* itidem de arboribus, atque ibi ita, ut facile intelligas *νομὸν δένδρων* esse *arva arboribus consita*, *γῆν πεφυτευμένην*: ut Rhodus Pindaro Olymp. VII, 33. *ἀμφιθάλασσος νομός*, ut in Aegypto *νομοὶ praefecturae*. Taceo de coniecturis doctorum. Eadem verba orationi suae adaptat Plutarchus Symp. Qu. IX, 14, 4. *καὶ γὰρ ὑμῖν ἔστι Δημήτηρ ἐνησιδώρα καὶ Διόνυσος δενδρέων νόμον πολυγαθὴς αὐξάνων, ἁγνὸν φέγγος ὀπώρας*, ubi alii libri *πολυγηθὴς* et *πολυθαλὴς* ac *πολυθὴς*: sed prorsus corrupte in Amatorio c. 15. *δενδρέων δὲ τρόπον Διόνυσος πολύ τε φέγγος αὐξάνει, φέγγος ἁγνὸν ὀπώρας*.

23.

Ob similitudinem dictionis addo quod habet Plutarchus de exilio c. 9. *Ὥι δ' ἔξεστιν εἰς μικρὰν ἀποβάντι νῆσον οὐ μικρῶν ἀπηλλάχθαι κακῶν, οὗτος ἄθλιός ἐστι μὴ προσλαλῶν ἑαυτῷ τὰ Πινδαρικὰ μηδ' ἐπᾴδων πολλάκις·* 126

Ἐλαφρὰν κυπάρισσον φιλέειν,
ἐὰν δὲ νομὸν Κρήτας περιδαῖον.
ἐμοὶ δ' ὀλίγον μὲν γᾶς δέδοται, ὄθεν ἄδρυς·
πενθέων δ' οὐκ ἔλαχον οὐδὲ στασίων.
⏑ ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ –
⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – – ⏓ ⏑ – ⏓ ⏑
⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏓ ⏑ – – ⏑⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ –

etsi metrum incertum est, etiam id, num *φιλέειν* duas an tres syllabas constituat. Nec satis de sententia et lectione constat; illam tamen hanc fere putaverim: *Exigua cupressu contentus esto, valere autem iubeto Cretae circum Idam saltus. Mihi quidem parvus agellus contigit, unde prunum: sed luctus non sortitus sum neque turbas.* Dicam nunc de singulis. Et initio quidem infinitivus, nisi ab antegressis suspensus erat, Graeco usu pro imperativo est: cohortante poeta, ut parvo beati esse velimus, quod ita pronunciat, ut viliore et minutiore cupressu contentos nos esse debere dicat, neque appetendos Cretae saltus, in quibus ea arbor frequentissima et magnificentissima provenit, ut docent Plato Legg. I, p. 625. B. coll. Cic. Legg. I, 5. Hermippus ap. Athen. I, p. 27. F. Plinius H. N. XVI, 33, 60. Meurs. Cret. II, 9. Hinc post Heynium et Plutarchi aliquot interpretes Hermannus in corrupto *περιδαίων* Idae mentionem latere intellexit, quumque illi corrigerent *παριδαίων* vel *παριδαῖον*, non male hic scripsit *περιδαῖον*, ut *πέροδον*, *περάπτειν* dixit Pindarus. V. Herm. de dial. Pind. p. 22. cum nota nuper addita, et nostras critt. nott. Olymp. VI, 38. ubi allatis adde glossas Hesychii *περώσιον*, *περόσχια*, *περῤῥεσθήκατο*, *περφερὲς* sive *περφερίες* (ex Herodoto IV, 33. ut notant intt. Hesych.), *Περφίλη* (*Περιφίλη*); item Etym. M. p. 141. 8.

www.libtool.com.cn

non citationes Herodoti III, 38. (cuius verba in suum usum convertit Origenes c. Cels. c. 34.) *καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι,* quocum vix conferri meretur *δεσπότης νόμος* VII, 104. non Plutarchi ad princ. indoct. c. 3. *ὁ νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, ὥς φησι Πίνδαρος,* et vit. Demetr. c. 42. *νόμος δὲ πάντων βασιλεὺς κατὰ Πίνδαρόν ἐστι;* nec postremo Clementis Strom. I, p. 427. et II, p. 438. Sed Scholiastes Pindari l. c. pleniorem praebens locum reticet illud *κατὰ φύσιν.* Attamen expediri haec difficultas et debet et potest. Nempe illud *κατὰ φύσιν* ut apud Pindarum fuisse certum est, ita Schol. Pind. iam eo deducit, ut intelligamus id non ante verbum *ἄγει* lectum esse, sed ante vocem *νόμος,* fortasse etiam aliis nonnullis vocabulis interpositis. Ceterum de hoc loco multi egerunt, ex quibus verbo nominasse sufficiet Fraguierium Hist. Acad. Inscr. T. III, p. 163 sqq. Valcken. ad Herodot. III, 38. et Reisk. Animadv. T. III, p. 435. quibuscum me non consentire, quae dixi satis docent. His vero absolutis quid sit *ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον,* explicandum est. Scholiastes Aristidis, qui in auctore suo *λέγει* invenerat, ita exponit: *Δίκαιον εἶναι λέγει καὶ τὸ ὑπερεχούσῃ χειρὶ κατορθούμενον, κἂν ἀδικώτατος ᾖ,* ubi scribe *ἀδικώτατον.* Sed illud *λέγει* adsciscí non posse sponte liquet. *Ἄγει* est *affert, adducit.* Fatalis lex, inquit, etiam vim maximam *affert* eamque *iustam efficit,* quum humana ratione sit iniusta: quia quod summa lex imperavit, etsi iniustum nobis esse videatur, iustum sit necesse est. At idem Aristidis Scholiastes etiam cetera servavit a Fragmentorum editoribus neglecta. Nam ad verba *Ἐπεὶ ἀπριάτας* haec scribit: *Τὰ λοιπὰ τῆς χρήσεως ἦν οὕτω· Ἐπεὶ Γηρυόνου βόας Κυκλωπίων ἐπὶ προθύρων Εὐρυσθέως ἀναιρεῖται καὶ ἀπριάτας ἤλασεν. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος· ἐπειδὴ τὰς τοῦ Γηρυόνου βόας οὔτε αἰτήσας οὔτε πριάμενος ἤλασεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Εὐρυσθέως· τὸ γὰρ Κυκλωπείων ἐπὶ προθύρων Εὐρυσθέως ἀναιρεῖται σημαίνει τὸ Ἄργος, ἐπειδήπερ οἱ Κύκλωπες ἐξ ἀρχῆς ἐτείχισαν τὸ Ἄργος οἱ καλούμενοι χειρογάστορες* (vulgo *χειρογάστερες*) *παρὰ τὸ ἐκ τῶν χειρῶν ζῆν. τρία γὰρ γένη φασὶν εἶναι τῶν Κυκλώπων, τοὺς κατὰ τὸν Ὀδυσσέα Σικελοὺς ὄντας, καὶ τούτους τοὺς χειρογάστορας, καὶ τοὺς καλουμένους οὐρανίους.* Corruptum istud *ἀναιρεῖται* et sequentia Scholiastes explicat *οὔτε αἰτήσας οὔτε πριάμενος,* quocum compara Platonica: *λέγει οὕτω πως· τὸ γὰρ ἆσμα οὐκ ἐπίσταμαι· λέγει δὲ ὅτι οὔτε πριάμενος οὔτε δόντος τοῦ Γηρυόνου ἠλάσατο τὰς βοῦς.* Lege *ἀναιτήτας,* vocem licet aliunde non cognitam. Iam dialecto emendata numerisque ad aliquam probabilitatis speciem restitutis scribe:

. . . . . *κατὰ φύσιν* . . .
νόμος ὁ πάντων βασιλεύς
θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων
ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον
ὑπερτάτᾳ χειρί. τεκμαίρομαι
ἔργοισιν Ἡρακλέος· ἐπεὶ Γηρυόνα βόας
Κυκλωπίων ἐπὶ προθύρων Εὐρυσθέος
ἀναιτήτας τε καὶ ἀπριάτας ἤλασεν.
. . . . . .

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

www.libtool.com.cn

54.

157 Una cum fragmento Thren. 6. ubi v. notam, Porphyrius ap. Schol. Ven. Iliad. *κ*, 252. ex Pindaro affert:

. . κατὰ μὲν φίλα τέκν' ἔπεφνεν θάλλοντας ἥβᾳ
δυώδεκ', αὐτὸν δὲ τρίτον . . . .

ἀντὶ τοῦ τρίτον καὶ δέκατον.

. ˘ ˘ – ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ ˘ –
˘ ˘ – – ˘ –

Liberos dilectos iuventa florentes occidit duodecim, et ipsum post hos tertium decimum. Correxi *τέκν' ἔπεφνεν*: nam contra metrum legebatur *τέκνα ἔπεφνε*: deinde *θάλλοντα* erat, ubi numeri elegantia postulat *θάλλοντας*, quod ad sensum constructum est, ex usu notissimo. *Δυώδεκ'* est bisyllabum, ex antiqua scriptura pro vulgari *δώδεκ'*. In editione Scholiorum est *δυώδεκα*. De quonam vero haec Pindarus dixerit, mihi non constat: nisi quod video non esse de Hercule suos liberos occidente, ut olim creditum est. Occidit nescio quis *cuiuspiam* duodecim liberos, et post hos *ipsum patrem*: et si coniecturae indulgere licet, est de Hercule Neleum cum duodecim filiis interimente: ex quibus tamen quum Nestor superstes fuerit, si recte coniecimus, tredecim Pindarus Neleo filios dederat. Periclymenum enim etsi alii servatum a Neptuno perhibent, tamen sunt qui caesum narrent. V. Apollod. II, 7, 3. Nec multum in Periclymeni morte abludit Ovid. Metam. XII, 553 sqq.

55.

158 Scholium Euripid. Androm. 798. ex libro Guelpherbytano editum a Bothio in vernacula Euripidis editione T. V, p. 80. et in Pindari translatione T. II, p. 333 sqq. item ex codd. Guelph. et Taur. ap. Matth. Eurip. T. V, p. 582. *Οἱ μὲν πλεῖστοι Τελαμῶνά φασι συστρατεῦσαι τῷ Ἡρακλεῖ εἰς τὴν Ἴλιον, ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ Πηλέα, παρ' οὗ ἔοικε τὴν ἱστορίαν ὁ Εὐριπίδης λαβεῖν. λέγει γὰρ ὁ Πίνδαρος· Οὐ Πηλέως ἀντιθέου μόχθοιν νεώτατον ἐπιλάμψαι* (Matthiae *ἐπέλαμψεν*) *μυρίοις. πρῶτον μὲν Ἀλκμήνης σὺν υἱῷ Τρώων ἀμπέδιλα καὶ μετὰ ζωστῆρας Ἀμαζόνας ἦλθε, καὶ τὸν Ἰάσονος εὔδοξον πλόον ἐκτελευτήσας εἷλε Μήδειαν ἐκ Κόλχων δόμων.* Neque lectionem nec sententiam nec numeros perspexit qui hoc fragmentum tractavit. Numeri sunt Dorii elegantissimi strophae finem constituentes:

– ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ –
– ˘ ˘ – – ˘ – – ˘ ˘ – ˘ ˘ –
˘ ˘ – – ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ ˘ – ˘ ˘ – – ˘ ˘
˘ ˘ – – ˘ – – ˘ – – ˘ –

Οὐ Πηλέος ἀντιθέου μόχθοι νεότατ' ἐπέλαμψαν μυρίοις;
πρῶτον μὲν Ἀλκμήνας σὺν υἱῷ Τρώϊον ἄμπεδίον
καὶ μετὰ ζωστῆρας Ἀμαζόνος ἦλθεν, καὶ τὸν Ἰάσονος εὔδοξον πλόον
ἐκτελευτάσαις ἕλεν Μήδειαν ἐκ Κόλχων δόμων.

Nonne Pelei superis paris labores iuventam inspirarunt multis? Qui primum Alcmenae cum filio Troium in campum et Amazonis zonam repetitum profectus est, et Iasonis inclyta navigatione perfecta rapuit Medeam ex Colchorum domibus. Πηλέως Pindaro in-

www.libtool.com.cn

usitatum: de ceteris nihil addo, nisi quod *ζωστῆρας Ἀμαζόνας* retineri potest, si *Ἀμαζὼν* Pindaro sit adiectivum masculinum, aut *ζωστῆρας* pro feminino *ζωστείρας* de *cinctis* Amazonibus, ut *ζωστῆρες ἀνέρες* Callim. H. in Apoll. 85. Utrumque ex iis defendas, quae Lobeckius ad Soph. Aiac. p. 269 sqq. insigni eruditionis supellectile instructus disputavit. Tamen Bothio obsecutus sum *Ἀμαζόνος* corrigenti, hoc est *Hippolytae*, cuius zonam Hercules Eurystheo afferre debuit. De Peleo Herculis adversus Troiam comite v. Comm. ad Olymp. VIII, 45. de eodem Argonauta cf. Fragm. Hymn. 13. ubi etiam coniecturam de huius fragmenti sede pristina vide.

56.

Pausanias VII, 2. *Πολλῷ δὴ πρεσβύτερα ἔτι ἢ κατὰ Ἴωνας τὰ ἐς τὴν Ἄρτεμιν τὴν* 159
Ἐφεσίαν ἐστίν· οὐ μὴν πάντα γε τὰ εἰς τὴν θεὸν ἐπύθετο, ἐμοὶ δοκεῖν, Πίνδαρος, ὃς Ἀμαζόνας τὸ ἱερὸν ἔφη τοῦτο ἱδρύσασθαι στρατευομένας ἐπὶ Ἀθήνας τε καὶ Θησέα. Conf. Etym. M. v. *Ἔφεσος*. Ex eodem carmine tria, quae sequuntur, fragmenta petita sunt.

57.

Strabo XII, p. 819. C. ubi de Leucosyris: *Καὶ Πίνδαρός φησιν ὅτι αἱ Ἀμαζόνες* 160

Σύριον εὐρυαίχμαν διεῖπον στρατόν,

τὴν ἐν τῇ Θεμισκύρᾳ κατοικίαν οὕτω δηλῶν. Syrium late pugnantem agebant exercitum. Διεῖπον scripsit Casaubonus; olim *δίϊππον*, quod Heynius explicat de agentibus duos equos Amazonibus, ut altero deficiente alteri insiderent: equidem de bigis interpretarer, nisi Strabonis illud *ὅτι αἱ Ἀμαζόνες* manifeste postularet verbum *διεῖπον*. Metrum hoc videtur:

⏑ ⏑̂ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓

58.

Pausanias I, 2. *Ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν ἐστὶν Ἀντιόπης μνῆμα Ἀμαζόνος. ταύ-* 161
την τὴν Ἀντιόπην Πίνδαρος μέν φησιν ὑπὸ Πειρίθου καὶ Θησέως ἁρπαχθῆναι etc.

59.

Plutarchus vit. Thes. c. 28. *Τῆς δὲ Ἀντιόπης ἀποθανούσης (Θησεὺς) ἔγημε Φαί-* 162
δραν, ἔχων υἱὸν Ἱππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης, ὡς δὲ Πίνδαρός φησι Δημοφῶντα.

60.

Pausanias I, 41, 5. *Μεγαρέως δὲ Τίμαλκον παῖδα τίς μὲν ἐς Ἄφιδναν ἐλθεῖν μετὰ* 163
τῶν Διοσκούρων ἔγραψε; πῶς δ' ἂν ἀφικόμενος ἀναιρεθῆναι νομίζοιτο ὑπὸ Θησέως, ὅπου καὶ Ἄλκμὰν ποιήσας ἆσμα ἐς τοὺς Διοσκούρους, ὡς Ἀθήνας ἕλοιεν καὶ τὴν Θησέως ἀγάγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον, ὅμως Θησέα φησὶν αὐτὸν ἀπεῖναι· Πίνδαρος δὲ τούτοις τε κατὰ ταὐτὰ ἐποίησε καὶ γαμβρὸν τοῖς Διοσκούροις εἶναι βουλόμενον, ἐς ὃ (quem in finem) *ἀπελθεῖν αὐτὸν Πειρίθῳ τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξοντα.* Quippe Theseus Castorum affinitatem merere eo conatus est, quod Molossorum regis Aidonei filiam Pirithoo in matrimonium raptum ibat, ut fabulantur veteres: de quo antea Pausanias c. 17. ubi v. intt.

61.

Apud Priscianum de metris comicis p. 248 sqq. ed. Lindemann. ex Heliodoro 164
metrico, de quo in Scholiorum Praefatione monui, sex congeruntur fragmenta, quae

www.libtool.com.cn

ille omnia in iambicorum trimetrorum modulos concludere perperam tentans, quomodo hunc numerum inverterit Pindarus, docet. Primum videtur de Oedipo esse Thebis a Sphinge imminentem perniciem avertente:

Πεπρωμένην ἔθηκε μοῖραν μετατραπεῖν
ἀνδροφθόρον· οὐδὲ σιγᾷ κατερρύη.

Fatum constitutum is fecit ut reverteret hominibus perniciosum: nec silentio ignotus pressus est. *Σιγᾷ κατερρύη*, ut *σιγᾷ βρέχεσθαι*. Vulgo male *ἔθηκεν*. De metro Heliodorus: *In secundo iambo pyrrhichium secundum et tertium trochaeum et quartum spondeum posuit.* Sed mensura potius haec est:

⏑ ˊ – ⏑ ˊ – ⏑ ˊ – ⏑ ⏑ ×
– ˊ ⏑ – ⏑ – ˊ ⏑ – ⏑ ×

62.

165 Tertio ibidem loco profertur, ex eodem haud dubie, in quo de Oedipo, carmine:

Αἴνιγμα παρθένου ἐξ ἀγριᾶν γνάθων,

ubi quarto loco spondeum poeta posuisse dicitur. Sed divide versum in hiatu:

. . . . . *αἴνιγμα παρθένου*
ἐξ ἀγριᾶν γνάθων . . . . . .
. . . . . – ˊ ⏑ – ⏑ ×
– ˊ ⏑ – ⏑ – . . . . . .

Aenigma virginis ex saevis genis: de Sphinge. Vulgo *ἀγρίων*: Doricam formam *ἀγρίαν* sive *ἀγριᾶν* reduxit Lindemannus.

63.

166 Ex eodem carmine hoc est praecedentis fragmenti antistrophum, quod quinto loco Heliodorus pro iambico venditat, ita scribendum:

. . . . . *δ' οὐδὲν προσαιτέων*
ἐφθέγξαμαν ἐπὶ . . . . . .
. . . . . – ˊ ⏑ – ⏑ –
– ˊ ⏑ – ⏑ – . . . . . .

Ultima in *ἐπὶ* longa fuit sequentibus duabus consonis, neque opus Hermanni scriptura *ἔπι* aut *ἔτι* ap. Lindemannum p. 400. Initio olim *δι'* fuit, quod Heliodori verba non patiuntur, qui nihil in hoc versu a senarii norma discedens annotat, nisi quarta sede spondeum esse. *Δ'* ex scripto restitutum ad praecedentia pertinebat. Pro voce *ΕΦΘΕΓΞΑΜΑΝ*, quam coniectura et Hermannus et ipse assecuti sumus, olim edebatur *ΕΦΙΤΖΑΜΕΝ*, Lindemannus autem in libro invenit *ΕΦΕΕΤΖΑΜΑΝ*. Nempe *Ε* et *Θ* confusa erant, de quo v. Bast. Comm. palaeogr. ap. Gregor. Schaef. p. 714. Sic *Μνασέας* corruptum in *Μνάσθας*, ut docuit Heynius ad Hom. T. IV, p. 649.

64.

167 Secundum ibidem est:

Τροχὸν μέλος· ταὶ δὲ Χείρωνος ἐντολάς.
⏑ ˊ – ⏑ ˊ – ⏑ ˊ – ⏑ –

Hic iambus, inquit Heliodorus, *in tertio trochaeum habet, et in quarto spondeum.* Post *μέλος* interpunxi, et dedi *ταὶ* pro *αἱ*, quod rescribendum esse docuit Hermannus apud

www.libtool.com.cn

Lindemannum p. 399. In novissima editione est *ἐντολαί*, quod non probo. *Velociter decurrens canticum* promebat nescio quis, *hae vero Chironis praecepta* canebant. *Τροχὸν* est adiectivum: Chironis praecepta illa sunt, quae Chiron Achilli dederat: unde aliquid decerpsit Pindarus Pyth. VI, 19 sqq. priscis usus *Χείρωνος ὑποθήκαις*, quae Hesiodo tribuebantur, ut ibi Scholia docent et notum est etiam aliunde. Non dubito poetam in hoc fragmento dicere de Achille apud Chironem educato: ibi dum nescio quis, fortasse Achilles ipse citharae sane peritus, in cithara percurrebat *τροχὸν μέλος*, Chironis filiae ad citharam cantabant Achilli *Χείρωνος ἐντολάς*, puero praecipientes, ut Pyth. IV, 103. Iasonem educant Centauri puellae. Etenim de Achille in eo carmine egisse poetam, praeter *Χείρωνος ὑποθήκας* vel ex sequenti patet fragmento, quod de eius patre interpretandum est.

65.

Quarto loco Heliodorus hunc si diis placet senarium exhibet in tertia sede tro- 168
chaeo et in quarta spondeo instructum:

Ἐν δασχίοισιν πατὴρ· νηλεεῖ νόῳ δ'. . . .

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – . . . .

Vulgo *δ' ἀσκίοισιν*: quod reposui, posthac etiam Hermanno apud Lindemannum placuisse vidi. *Νηλεεῖ νόῳ δ'* etsi non distinctis vocabulis Lindemanni codex praebuit. Hesychius: *Νηλεεῖ, ἀνηλεεῖ, σκληρῷ.* Hoc fragmentum ex eodem quo prius carmine depromptum esse non dubito, quum numerus plane idem sit, nisi quod anacrusis suo iure variat mensuram; nec frustra, de quo agatur, quaeri dixerim, ut Hermanno visum est. *Πατὴρ* est pater Achillis Peleus, qui in dumosis olim Pelii desertis errabat: *νηλὴς νόος* videtur Acasti esse, qui Pelei ibi exitium quaesiverat.

66.

Hoc quoque ab Heliodoro affertur p. 251. 169

Νόμων ἀκούοντες θεόδματον κέλαδον,

⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Carminum audientes divinitus conditum sonum. Hic versus Heliodoro est senarius in fine tribrachum recipiens. Vulgo *θεόδμητον*. Videtur esse de Cadmo et Harmonia vel de Peleo et Thetide Musarum et Apollinis cantum in nuptiis suis audientibus.

67.

Schol. Pind. Nem. VII, 116. *Ἐπεὶ τὸ ποίημα ὑφάσματι ἔοικεν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν* 170
ἄλλοις·

Ὑφαίνω δ' Ἀμυθαονίδαις ποικίλον
ἄνδημα.

Texo Amythaonidis variam mitram. Amythaonidae sunt Bias et Melampus cum posteris, in quibus etiam Amphiaraus. Metrum, quod tamen incertum est, ita mihi fingo Dorium:

. . . . – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ⏑ . . . . . .

68.

Praeclarae aliquot cohortationes Dorio metro scriptae inter Pindari fragmenta 171
supersunt: manifeste omnes ex eo carmine, quod Amphiarai Amphilocho filio data

www.libtool.com.cn

praecepta continebat (v. Fragm. 70.), similia, opinor, priscis *Χείρωνος ὑποθήκαις* et alibi commemoratis et ap. Schol. Pyth. VI, 19. ex quo iis Pindarum usum esse novimus. Hae autem sententiae Scolio credo insertae erant: Scoliis enim eiusmodi sapientia constringebatur: sed ne meae opinioni nimium confidere viderer, inter incertorum generum reliquias haec quoque retinenda duxi. Omnia vero haec praecepta ad id diriguntur, quomodo commodissime et cum minima offensione cum hominibus verseris, quid iis dicendum, quid reticendum sit. Primo loco ponam, quod apud Stobaeum est Serm. CCVI. p. 848. Wech. ita scribendum:

. . . *Ἀλλοτρίοισιν μὴ προφαίνειν τίς φέρεται*
μόχθος ἄμμιν· τοῦτό γέ τοι ἐρέω·
καλῶν μὲν ὧν μοῖράν τε τερπνῶν ἐς μέσον χρὴ παντὶ λαῷ
δεικνύναι· εἰ δέ τις ἀνθρώποισι θεόσδοτος ἀτλάτα κακότας
προστύχῃ, ταύταν σκότει κρύπτειν ἔοικεν.
[⏑ ⏑]– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Alienis ne aperias, quae nobis aerumna feratur; hoc quidem tibi dico: Bonarum igitur et iucundarum rerum sortem in commune omni populo declarare decet: sin quod divinitus missum intolerabile infortunium hominibus contigerit, id tenebris occultare consultum est. Stropha finita est, quod docet trimeter trochaicus acatalectus: v. Metr. Pind. p. 115. Ab initio quid praecesserit, v. Fragm. 69. Vs. 2. olim *ἄμιν* lectum: post *ἄμμιν* Hermannus interrogationis signo interpungit, quum tamen manifestum sit infinitivum esse imperantis, ut in sequenti fragmento et in illo *Ἐλαφρὰν κυπάρισσον φιλέειν*, et ubivis. Verba *τοῦτό γέ τοι ἐρέω* referenda sunt ad sequentia, ut *εἰδότι τοι ἐρέω* Pyth. IV, 142. *λεγόμενον ἐρέω* Pyth. V, 108. In quibus locis simul nota *ἐρέω* esse praesens: et fortasse etiam Olymp. VIII, 57. ubi futurum esse statuimus cum Scholiaste, praesens est. Deinde *καλῶν* dedit Gesnerus; olim *κακῶν*: *ἀνθρώποισι* pro vulgato *ἀνθρώποις* Hermannus invenit, et *θεόσδοτος* restituit Stephanus, quum fuisset *ἀθεύσδοτος*. Postea vulgo *ἀθληκηκότα*: sed vetustissimae editiones ab Hermanno et me consultae exhibent *ἀτληκηκότα*, ex quo in fine versus vocem *κακότας* reponendam esse Stephanus eximie perspexit. Idem quum scripsisset *ἀθλίοις κακότας*, aliisque placuerit *ἀθλιότης*, Hermannus primum *ἄθλησίς ποτε*, mox *ἀνταία κακότας* invenit, quorum neutrum ad primitivam editionum scripturam *ἀτληκηκότα* satis accedit. Igitur ex mea coniectura dedi *ἀτλάτα κακότας*, quod neglecto Dorismo *ἀτλήτη* scriptum erat, ut *ἀδμήτη*: hinc natum *ἀτληκηκότα*. Postremo ne corrigas *προστύχοι*, v. Thiersch. Act. phil. Mon. T. I, Fasc. II, p. 221.

69.

172 Alterum huius generis fragmentum servavit Clemens Alexandrinus Strom. I, p. 345. 11. *Οὔκουν πλατύνειν τὰ φυλακτήρια χρή ποτε κενοδοξίαν ζηλοῦντας· ἀρκεῖ δὲ τῷ γνωστικῷ, κἂν εἷς μόνον ἀκροατὴς εὑρεθῇ. ἔστι γοῦν ἀκοῦσαι καὶ Πινδάρου τοῦ Βοιωτίου γράφοντος·*

Μὴ πρὸς ἅπαντας ἀναῤῥῆξαι τὸν ἀρχαῖον λόγον·

www.libtool.com.cn

ἔσθ' ὅτε πιστοτάτα σιγᾶς ὁδός· κέντρον δὲ μάχας
ὁ κρατιστεύων λόγος.

⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ – – ⏑ ⏑ – – – – – – –

Non debes adversus omnes proloqui vetus verbum (immo *dictum quod inutile sit*): *interdum silentii via certissima: sed stimulus rixae est praecellens oratio.* Ad sententiam conf. Nem. V, 16. *Οὗτοι ἅπασα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀτρεκής. καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπῳ νοῆσαι.* Vulgo autem et apud Clementem et apud Theodoretum absurde legitur *ἀρχαῖον*, ut Nem. I, 34. Ego corrigo *ἀχρεῖον*. Nam de *prisca* quidem *sapientia* Amphiaraus nihil dixerit; nec vocabulum *ἀρχαῖον* postulat Clementis contextus, licet is haec religiosae sapientiae accommodaverit, quae et ipsa surdis auribus proposita erit *ἀχρεῖος λόγος*. Antiquum tamen mendum est ille *ἀρχαῖος λόγος*, quem in Clemente suo iam Theodoretus invenerit: immo dicas Clementem ipsum ita in suo codice legisse. Sed ego aliter iudico: certe quod addit Clemens, *Διατείνεται οὖν εὖ μάλα ὁ μακάριος Ἀπόστολος παραινῶν ἡμῖν μὴ λογομαχεῖν τε δι' οὐδὲν χρήσιμον* etc. id me in emendatione mea confirmat. *Τὸν ἀχρεῖον λόγον* poeta dicit eum, qui etsi per se possit bonus esse, tamen inutilis sit, quod ad eos dirigatur, qui eum aut perspicere non possint aut accipere nolint. Igitur pergit Pindarus: „Praestat saepe tacere, quam optima sed hominibus non accommodata dicere; sermo praestans saepe nonnisi rixas movet". Deinde olim legebatur *ὅτι πιστοτάταις σιγᾶς ὁδοῖς*. Ceterum primum tantum versum a Clemente accepit Theodoretus Gr. Aff. Cur. I, p. 723. init. ed. Schulz. Pessime omnia perturbavit Wakefield. Silv. crit. P. IV, p. 216. Tu iam hoc et praecedente fragmento coniuncto accipe integram et elegantissimam stropham: in qua ne te male habeat paulo diversarum sententiarum coniunctio, notandum est in sententiosis huiusmodi carminibus accuratissimum praeceptorum nexum a nemine postulatum unquam esse; praesertim in Scolio, cuius variae partes a singulis per vices canerentur; ut adeo praestiterit eas non nimis arcte coniunctas esse: Scolium autem hoc carmen fuisse supra conieci. Attamen utriusque, quod concinnavi, dicti communis finis hic est, ut quid dicendum, quid tacendum sit, filius edoceatur. Stropha igitur haec est:

⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ – – ⏑ ⏑ – – – – – – –
⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
5 ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –

Μὴ πρὸς ἅπαντας ἀναῤῥῆξαι τὸν ἀχρεῖον λόγον·
ἔσθ' ὅτε πιστοτάτα σιγᾶς ὁδός· κέντρον δὲ μάχας
ὁ κρατιστεύων λόγος. Ἀλλοτρίοισιν μὴ προφαίνειν τις φέρεται
μόχθος ἄμμιν· τοῦτό γέ τοι ἐρέω·
5 *καλῶν μὲν ὧν μοῖράν τε τερπνῶν ἐς μέσον χρὴ παντὶ λαῷ*
δεικνύναι· εἰ δέ τις ἀνθρώποισι θεόσδοτος ἀτλάτα κακότας
προστύχῃ, ταύταν σκότει κρύπτειν ἔοικεν.

www.libtool.com.cn

70.

173 Tertius locus, in quo Amphilochum ipsum tenemus, est apud Athenaeum XII, p. 513. C. *Τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ παραινῶν Ἀμφιλόχῳ τῷ παιδί* (Amphiaraus):

Ὦ τέκνον,
ποντίου θηρὸς πετραίου χρωτὶ μάλιστα νόον
προσφέρων πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει· τῷ παρεόντι δ' ἐπαινήσαις ἑκών
ἄλλοτ' ἀλλοῖα φρόνει.

. . . . . ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – – –
⏑ – – ⏑ – – – – ⏑ – – – – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ –

nisi ultimus versus dactylis continuabatur in hunc fere modum:

⏑ – – ⏑ – – – –

O fili, marinae bestiae saxatilis cuti maxime mentem assimulans omnibus in civitatibus versare: praesenti vero cuique ultro assentiens alio tempore alia cense. Minus accurate haec ex memoria profert Lucianus de saltat. c. 67. T. II, p. 304. *καλὴ γὰρ καὶ ἡ ποιητικὴ παραίνεσις ἐκείνη τό, Ὦ παῖ, ποντίου θηρὸς πετραίου νόον ἴσχων πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει,* in quo aliquid ex Theognide Pindaricis admistum est. Plutarchus de sollert. anim. c. 27. *τῶν δὲ πολυπόδων τῆς χρόας τὴν ἄμειψιν ὅ,τε Πίνδαρος περιβόητον πεποίηκεν εἰπών· Ποντίου θηρὸς χρωτὶ* et cetera usque ad *ὁμίλει,* pro quo editur *ὁμιλεῖ*: neque aliter Qu. natur. c. 19. *Ἐπαινεῖν τινι* est *assentiri alicui,* quod ex Iliad. *σ,* 312. bene docuit Schweighaeuserus, recte damnans metro adversantes Casauboni coniecturas, etsi ipsum non perspexisse metrum recte iudicavit censor Ephem. litt. Lips. a. 1805. p. 579. Nec me movet scriptura Epitomae *τὸ παρεὸν δ' ἐπ.* Sententia etiam a Sophocle Iphigenia ap. Athen. l. c. expressa Pindaro antiquior est: quam usurpaverat olim Theognis vs. 215 sqq. quem utroque loco Plutarchus et Schol. Lucian. l. c. afferunt, item Athenaeus tum l. c. tum VII, p. 317. A. ubi ex Clearcho epici cuiusdam versus apponuntur, quorum auctorem ipse Clearchus non nominaverat:

Πουλύποδός μοι, τέκνον, ἔχων νόον, Ἀμφίλοχ' ἥρως,
τοῖσιν ἐφαρμόζου, τῶν κεν καὶ δῆμον ἵκηαι.

Ita enim haec legenda arbitror, quae Eustathius ad Odyss. p. 1541. per incuriam Clearcho tribuit. Versus cyclii poetae esse iudico, ex quo sua Pindarus desumpserit: et opportune succurrit Thebais, qua Pindarum Olymp. VI. in Amphiarai rebus usum esse ad vs. 26. docet Asclepiades. Contrarium censet Ion tragicus ap. Eustath. ad Odyss. *ε,* p. 1541. 42.

Τὸν πετραῖον πλεκτάναις ἀναίμονα
στυγῶ μεταλλακτῆρα πουλύπουν χροός.

71.

174 Haud dubie Pindaricum est quod habet Schol. Pind. Nem. VII, 89. *Οὐδείς με ψέγει, ὅτι ἐπαινῶ τοὺς Αἰγινήτας· οὐ γὰρ πολίτας ὄντας ἐμαυτοῦ διὰ τοῦτο ἐπαινῶ· προσχαρίζεσθαι γὰρ ἂν ἐδόκουν διὰ τὴν οἰκειότητα ἐγκωμιάζων.*

. . . . *Ὁ γὰρ ἐξ οἴκου ποτὶ μῶμον ἔπαινος κίρναται.*
[⏑ – – –] – – – ⏑ – – – – ⏑ –

www.libtool.com.cn

Nam laus ex familia profecta admista vituperio est. Hoc quoque ex Amphiarai praeceptis est haud dubie: metrum idem est quod in tertio fragmenti 70. de polypo versu. Sententia coniuncta erat ei, quae Fragm. 68. 69. continetur: „Noli te et tuos apud alios praedicare: nam domestica laus reprehensionem comitem habet".

72.

Aristides T. II, p. 402. extr. post aliud Pindari fragmentum: *Καὶ πάλιν ὁρμηθεὶς ἐκ τῶν περὶ τῆς Ἐριφύλης λόγων, Ὦ πόποι, φησὶν, οἷ' ἀπατᾶται φρονεῖς ἐφημερίων οὐκ εἰδυῖα.* Scribe: 175

Ὦ πόποι, οἷ' ἀπατᾶται φρονεῖς ἐφαμερίων
οὐκ ἰδυῖα.
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ –

Proh dii, qualia fallitur mens mortalium ignara.

73.

Schol. Vict. ap. Heyn. Hom. T. V, p. 784. ad Iliad. π, 170. *Πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες*] *καὶ Πίνδαρος πεντήκοντα ἐρετμούς φησι τὰς ναῦς Ἀχαιῶν εἶναι.* Scribe *πεντηκοντηρέτμους.* De classe Graecorum adversus Troiam proficiscentium. 176

74.

Strabo IX. p. 659. A. *Ὁ μὲν οὖν ποιητὴς οὐδαμοῦ μέμνηται Δολοπικῆς στρατείας κατὰ τοὺς περὶ Ἴλιον ἀγῶνας· οὐδὲ γὰρ αὐτῶν τὸν ἡγεμόνα Φοίνικα πεποίηκεν εἰς τοὺς κινδύνους ἐξιόντα, καθάπερ τὸν Νέστορα· ἄλλοι δὲ εἰρήκασι, καθάπερ Πίνδαρος, μνησθεὶς τοῦ Φοίνικος·* 177

Ὃς Δολόπων ἄγαγε θρασὺν ὅμιλον σφενδονᾶσαι
ἱπποδάμων Δαναῶν βέλεσι πρόσφορον.
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

aut si scribas *βέλεσσι*,

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ . . .

Qui Dolopum duxit agmen funda pugnando audax, ex curru dimicantium Danaorum telis utile. Eustathius ad Iliad. p. 311. *Πίνδαρος δὲ τοὺς ὑπὸ Φοίνικι Δόλοπας φησὶ θρασὺν ὅμιλον σφενδονῆσαι, ὡς καὶ Δολόπων δεξιῶν ὄντων σφενδονητῶν.*

75.

Aristides T. II, p. 260. de Palamede ab Ulysse victo: *Καὶ τίς οὐκ ἂν φήσειεν οὐτωσὶ πολλὴν εἶναι τὴν ἀλογίαν; ὄντα μὲν αὐτὸν κυριώτερον τοῦ Ὀδυσσέως εἰς σοφίας λόγον, ὡς ἔφη Πίνδαρος, εἶθ' ἡττηθῆναι ὑπὸ τοῦ χείρονος.* Omitto cetera. Verba *κυριώτερον εἰς* (scribe *ἐς*) *σοφίας λόγον* Pindari sunt; num vero hic ista de Palamede dixerit necne, ignoramus. Similia sunt Nem. VIII, 23 sqq. de Ulysse et Aiace Telamonio. 178

www.libtool.com.cn

77.

[illegible] ex Pindaro profert memorabilia [illegible] Ἐμπεδόκλεια παρὰ Δικαίῳ, καὶ παρὰ Διονυσίῳ·

[illegible]

καὶ ἐν ἄλλοις [illegible] ἐν τῷ κατὰ Μακεδόνων τοῦ Δίου ἡγήσεται ἢ διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τῶν συνεχῶν χορδῶν λαμβάνων. Fortasse recte Bach.

78.

Schol. Nicand. Alex. Ἀχαιῶν. Περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν ἔχει [illegible] ἁπλῶς καὶ Πίνδαρος· ἰτέα δὲ πέλεν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυπτεν ἡ τοῦ [illegible], ἐπιστὰς τῷ τε μὴ καλυφθέν, ὅπερ ἦν ἡ πλευρά, τρωτὸν [illegible]. In hac recensione quam vulgo leguntur. Putes respici Isthm. V, 44. nisi omnes nihil ne Pindari quidem.

79.

Scholia minora ex Veneta ad Iliad. κ, 435. quorum altera ex alteris correxi: Ἵππους μὲν τοὺς [illegible] τοὺς δὲ Σαρπηδόνος τοῦ αὐτόθι ποταμοῦ καὶ Εὐτέρπης μιᾶς τῶν Μουσῶν· ἱκανοὺς δὲ τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐν πολεμικοῖς ἔργοις ἐπῆλθε τοῖς Ἕλλησι Schol. min. Ἕλλης: Ἕκτασις alibi fuit Ἀχαιοῖς, ut ap. Eustath.), ὅπως Τρωσὶ [illegible] καὶ μιᾶς ἡμέρας [illegible] χιλιὸς τῶν Ἑλλήνων ἀπέκτεινε. δείσασα δ' Ἥρα τὸν τῶν Ἑλλήνων ὄλεθρον ἐκ τῆς τούτου διαφθορᾶς πέμπει, κατελθοῦσα δὲ ἡ θεὸς [illegible] καὶ Διομήδην ἐπ' αὐτὴν παροξύνασα ἐποίησε προελθεῖν, ἐπιστάντες δὲ ἐπὶ τὸν [illegible] καὶ τοὺς ἑταίρους κτείνουσιν, ὡς ἱστορεῖ Πίνδαρος. Schol. Venet. ibid. Ἱστορεῖ δὲ Πίνδαρος, ὅτι καὶ μίαν ἡμέραν πολεμήσας πρὸς Ἕλληνας μεγάλα κακὰ τοῖς Ἀχαιοῖς ἐτεκτήνατο, κατὰ δὲ θείαν πρόνοιαν νυκτὸς αὐτὸν Διομήδης ἀνεῖλε. Similia sunt ap. Eustath. ad Iliad. κ, p. 817. 24. quorum hic finis est: Πίνδαρον δὲ τοῦ φασὶν ἱστορεῖν, ὅτι μίαν ἡμέραν πολεμήσας μεγάλα κακὰ τοῖς Ἀχαιοῖς ἐτεκτήνατο.

80.

182 Aristophanes Byzantius ap. Eustath. ad Iliad. λ, p. 877. 55. Εἰπὰ φησιν, ὅτι καὶ Πίνδαρος τοὺς Διομήδους ἵππους πρόβατα καλεῖ, τὴν φάτνην αὐτῶν λίγων προβάτων ἐμπλήσας.

81.

183 Ibidem Aristophanes *Pegasum* quoque a Pindaro *πρόβατον* vocatum dicit; pergit enim Eustathius ad Iliad. l. c. Οὕτω δέ που, φησὶ, καὶ ἐπὶ τοῦ Πηγάσου ποιεῖ: quod, nisi Grammaticum memoria fefellit de φάτναις ἐν Ὀλύμπῳ ἀρχαίαις Olymp. XIII, 88. cogitantem, pertinet ad locum de Bellerophonte, de quo Horatius Carm. IV, 2, 13.

Per quos cecidere iusta
Morte Centauri, cecidit tremendae
Flamma Chimaerae.

82.

184 Mire corruptus est locus Etymologici Gudiani p. 321. 54. cuius priorem partem, prout eam lego, adscribam: Κίκυς ἡ δύναμις· Ἀπολλόδωρος ἐκμάς. Ἀλλ' οὐ γάρ οἱ

www.libtool.com.cn

ἔτ' ἦν ἷς ἔμπεδος οὐδ' ἔτι κίκυς, (Odyss. λ, 392.) ἀπὸ τοῦ ἀνακικύειν· Πολὺς δ' ἀνεκίκυεν ἱδρώς. (Iliad. ψ, 507.) καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ· Καὶ θανόντων, οἷσιν οὐκ ἔνεστ' ἰκμάς· εἶτα, Σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι κίκυς οὐδ' αἱμόῤῥυτοι Φλέβες θανόντι· ὃν φησιν ἄψυχον. καὶ παρὰ Πινδάρῳ. Ἔτι δὲ τειχέων ἀνακικύει καπνός. Iam disputatur de voce ἄκικυς, de qua nihil in praecedentibus dictum. In Aeschyleis quum legeretur καὶ θανόντων εἰσὶν οὐκ ἐνεστιγμάσει, τὰ σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι, Schneiderus et Iacobsius Animadv. p. 187. intellexere scribendum οἷσιν οὐκ ἔνεστιν aut ἔνεστ': emendationem absolvit Seebodius, qui in Coniectaneis ad me missis vidit reponendum ἔνεστ' ἰκμάς· εἶτα. Deinde fuit θανόντων φησὶν ἀψύχοις: quae ut potui correxi, licet nondum plane haec mihi persuaserim Grammatici esse, sed Aeschylei versus in his quoque vestigia latere censeam. In Pindarico autem, quod vulgo ita scribitur, Ἔστι δέ τοι χέκων ἀκύει καπνός, Schneiderus vidit inesse ἀνακικύει, quod apud Homerum ἀνακηκίει sonat: Heynius volebat ἔτι δέ τοι νεκύων ἀνακικύει καπνός; Seebodius coniicit εἴτι δέ τοι ἐκὼν ἄκικυς καπνὸς, vel τειχέων ἀκίκυς καπνός. Vera omnino Pindari scriptura est:

ἔτι δὲ τειχέων ἀνακικύει καπνός.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Adhuc vero moenium ad auras surgit fumus: quod heros aliquis vel deus, ni faller, de Troiae moenibus dicebat, de quibus Olymp. VIII, 32.

Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον τεῦξαι, καλέσαντο συνεργόν
τελχεος, ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον
ὀρνυμένων πολέμων
πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

Suidas: Κικύω· ταχύνω, ἰσχύω. Cf. etiam Buttmann. ad Schol. Odyss. p. 391.

82.

Apollonius de Syntaxi II, 18. p. 142. Sylb.

Αὐτόν με πρώτιστα συνοικιστῆρα γαίας
ἔσδεξαι τεμενοῦχον.

– ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –
x ⏑
– – – ⏑ ⏑ – –

Me ipsum primum terrae communem conditorem adscisce templi dominum. Pindari fragmentum esse docet nota marginalis in libro scripto ap. Bekker. ad Apollon. h. l. p. 390. Πινδάρου ἡ χρῆσις. Cf. eundem ad Apollon. de pronom. p. 432. Est de heroe quodam, quem poeta loquentem fecit.

83.

Plutarchus Qu. Sympos. II, 10. post reprehensa Homerica convivia: τὰ δὲ Πινδαρικὰ βελτίω δήπουθεν, ἐν οἷς

ἥρωες αἰδοίαν ἐμίγνυντ' ἀμφὶ τράπεζαν θαμά,

τῷ κοινωνεῖν ἁπάντων ἀλλήλοις. ἐκεῖνο γὰρ ἦν οἷον ἀνάμιξις ἀληθὼς καὶ σύγκρασις· τοῦτο δὲ διαίρεσις καὶ διαβολὴ τῶν φιλτάτων εἶναι δοκούντων, ὡς μηδ' ὄψου κοινωνεῖν δυναμένων. *Heroes modestam circa mensam miscebantur una.* Θαμὰ est ἅμα, ut docui in nott. critt. ad Olympia. Quod vero haec non ex deperdito carmine petita, sed ex

www.libtool.com.cn

Olympiorum primo expressa iudicavi nott. critt. p. 348. id Schneideri mei monitu iam repudio. Metrum hoc videtur:

$$-\overset{\prime}{\smile}--\overset{\prime}{\smile}--\overset{\prime}{\smile}--\overset{\prime}{\smile}\smile$$

neque opus est Hermanni coniectura *ἀμᾶ*, licet hanc metro commodissimam esse non negem.

84.

187 Schol. Venet. ad Iliad. *o*, 256. coll. Schol. Vict. ap. Heyn. Hom. T. V, p. 712. *Χρυσάορον*: *ἤτοι χρυσοφάσγανον ἢ χρυσοῦν τὸν ἀορτῆρα τῆς φαρέτρας ἔχοντα ἢ τῆς κιθάρας, οὐκέτι δὲ τοῦ ξίφους· ἁγνὸς γὰρ ὁ θεός (Ἀπόλλων). καὶ Πίνδαρος χρυσάορα Ὀρφέα φησίν.* Cf. *χρυσάορα Φοῖβον* Pyth. V, 104. et ibi Comm.

85.

188 Schol. Pind. Pyth. IV, 313. *Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φησὶν* (ὁ *Πίνδαρος*) *εἶναι, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι Οἰάγρου λέγουσιν.* Quapropter Ammonius Aristarchi Pythiorum verba alia ac vulgo ratione interpretanda censebat.

86.

189 Vita Homeri II. p. 2. ed. Wassenbergh. in Paraphr. ad Iliad. *Ὅμηρος ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Μέλητος, μητρὸς δὲ Κριθηΐδος, τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος, κατὰ Σιμωνίδην Χίος.* Vita Homeri in Galei opusc. mythol. p. 283. *Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖον τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι, Σιμωνίδης δὲ Χῖον*: ubi *Χῖον τε καὶ* eiiciendum esse probabili ratione Wassenberghius p. 9. Notarum coniicit: quamquam Homeri, quem natum Smyrnae statueret, in insula Chio, ubi Homeridae florebant, habitationem a Pindaro agnitam esse quis est qui omnino negare ausit? Immo potuit utramque patriam vel in eodem carmine Homero tribuere, exempli causa, si ut alii Homerum pauperem fingebat, qui patrio solo relicto aliena in civitate vitam sustentare cogeretur, ibique receptus pro cive esset. Talia enim vulgo tradita ne Pindarus quidem aspernabatur. Pauperem autem visum Homerum Pindaro esse, documento est locus Aeliani, quem hic addere placet, Var. Hist. IX, 15. *Ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἔδωκαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἕτατον πάντας. ποιοῦντες δὲ θυσίαν ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν τὸν Ἀπόλλωνα καὶ Ὅμηρον. λέγεται δὲ καὶ ἐκεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια, καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος.* Quodsi divitem Homerum fuisse putasset, non opinor dixisset generi inopia pressum. Scio quidem Wernsdorfium ad Poet. Lat. min. T. IV, p. 563. ea quae Aelianus Pindaro alicui tribuit, malle ad Grammaticum de Homero agentem referre: sed mihi re identidem pensitata prorsus contra videtur. Etenim Aelianus famam refert ipsi non ex populari traditione, sed a doctis traditam, de Cypriis carminibus pro dote ab Homero datis: quam deinde alicuius auctoris testimonio confirmare studet. Iam quid potuit in hac re ineptius proponi quam Grammatici auctoritas? Immo prisci poetae sententiâ confirmare famam per Grammaticos traditam studet. Nec si de Pindaro Grammatico cogitasset, potuisset *Pindari* nomen simpliciter proponere: addi debebat *ὁ γραμματικός*. Igitur Thebano poetae ne eripiamus illam de Cypriis fabulam: nec obtrudamus Pindaro, ne Aristotelis aliorumque dicam, Herodoti iudicium quamvis verum, Cypria Homeri esse negantis (II, 117.): alia decent poetam, alia rerum scriptorem; nec criticum agere Pindarus constituerat. Ceterum quoniam de *Pindaro Grammatico* mentio facta est,

www.libtool.com.cn

eum scilicet habes in Scholiis ad Dionys. Thrac. Anecd. Bekk. T. II, p. 790. ridicula de etymo vocis *στοιχεῖον* a Stoecho Atheniensi derivandae promentem, pro quo ex Marciano codice *Πίνδαρον τὸν Κομματικὸν* praebet Villoisonus Anecd. Gr. T. II, p. 187. quem quum catalogo Grammaticorum addendum censuisset Villoisonus, tanto nomini obtemperavit Harlesius Bibl. Gr. Fabric. T. VI, p. 377. Ego vero neque *Κομματικὸν* fero, licet Grammaticus aliquis, qualem Philostratus *Κομματίαν* dicit, pari iure *Κομματικὸς* vocari potuerit, et Pindarionem pro Pindaro restituendum esse iudico cum Fabricio ad Sextum, qui illius nomen memorat adv. Math. I, 202. 205. Quippe Ptolemaeus Alexandrinus fuit Grammaticus, Pindario cognominatus, Oroandri apud Suidam et Eudociam, vel Oroandis filius, Aristarchi discipulus, qui et alia et plures de Homero libros scripsit, quos Suidas recenset. Pindario audit etiam Apollonio de pronom. p. 362. B. ed. Bekk. *Πτολεμαῖος ὁ Πινδαρίων* in Schol. Hom. Vict. et Townl. (v. Heyn. ad Hom. T. VIII, p. 183. et cf. Schol. Paris. ibid. p. 842. quod Heynius bene emendavit), in Schol. Harl. Odyss. *β*, 222. *Πτολεμαῖος ὁ Ὀροάνδρου*, in Venetis Scholiis *Πτολεμαῖος ὁ Ὀροάνδου* (v. Villoison. Prolegg. p. XXX. Harles. ad Fabric. B. Gr. T. I. p. 520.).

87.

Strabo XV, p. 952. C. *Λέγει δὲ Πίνδαρος καὶ Πολύμναστόν τινα τῶν περὶ τὴν* 190
μουσικὴν ἐλλογίμων·

Φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνωκας Πολυμνάστου Κολοφωνίου ἀνδρός.

– ⏑ – – / ⏑ – – / ⏑ – – / ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

Dictum quidem pervulgatum nosti Polymnesti viri Colophonii. Plutarchus de musica c. 5. *Τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ Πίνδαρος καὶ Ἀλκμὰν οἱ τῶν μελῶν ποιηταὶ ἐμνημόνευσαν.* Polymnestus notus est: vixit Olymp. circiter 20 — 30. Fragmentum aut Scolii aut Encomii est, fortasse Scolii Hieroni scripti (Scol. Fragm. 5—7.), in quo admonitiones positas fuisse docet Fragm. 6. Et convenit metricus character.

88.

Pausanias IX, 30, 2. de Sacadae signo in Helicone posito: *Ὁ δὲ Σακάδα τοῦ* 191
Ἀργείου τὸν ἀνδριάντα πλάσας, οὐ συνιεὶς Πινδάρου τὸ ἐς αὐτὸν προοίμιον ἐποίησεν οὐδὲν ἐς τὸ μῆκος τοῦ σώματος εἶναι τῶν αὐλῶν μεῖζονα τὸν αὐλητήν. Plutarchus de musica c. 8. *Γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων, ὁ δ' αὐτὸς καὶ ποιητὴς* (Wyttenbachius vult *αὐλητὴς*, recte) *ἀγαθός, καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. τούτου καὶ Πίνδαρος μνημονεύει.* Ex Pausania obscurius ut solet loquente intelligi non potest, quid illud in Pindarico carmine fuerit, quod male intelligens statuarius Sacadam non maiorem tibiis finxisset: fortasse Pindarus dixerat tibiis staturam eius aequantibus (*αὐλοῖς ἀνδρομήκεσιν*) usum esse Sacadam, vel simile quid. Memorabile est etiam Pythocritum Sicyonium tibicinem Sacadae fere aequalem in cippo Olympiae posito minori statura expressum fuisse, si recte intelligo Pausaniam VI, 14, 4. ubi dicitur: *παρὰ δὲ τὸν Πύῤῥου ἀνὴρ μικρὸς αὐλοὺς ἔχων ἐστὶν ἐκτετυπωμένος ἐπὶ στήλῃ.* Quae Pythocriti tibiae haud dubie permagnae fuerunt; nam unde potuit Pythocritus parvus videri, nisi comparatus cum longitudine tibiarum? Ceterum Sacadam constat Olymp. 48. floruisse, cuius anno tertio primus vicit Pythia tibiis (Pausan. X, 7, 3. cf. VI, 14, 4. II, 22, 9.), etiam postea ibidem bis victor.

www.libtool.com.cn

Qui prima victoria effecit, ut Apollo desineret tibicines aversari, ut ait Pausanias II, 22, 9. *Καὶ τὸ ἔχθος τῷ Ἀπόλλωνι διαμένον ἐς τοὺς αὐλητὰς ἔτι ἀπὸ Μαρσύου καὶ τῆς ἁμίλλης τοῦ Σιληνοῦ παυθῆναι διὰ τοῦτον δοκεῖ τὸν Σακάδαν.* Cf. de Pythico Sacadae nomo Polluc. IV, 79. Ac vide ne Pindarus in illo, quod Pausanias vocat, prooemio id potissimum adumbraverit, quomodo Sacadas illam Apollinis in tibias iram placavisset, dignum sane poesi argumentum. Licebit tamen dubitare, num universum carmen in Sacadae rebus versatum sit; haud raro enim veteres a singulari quadam argumenti parte carminibus nomen dederunt: ut Olympium primum *χρυσορρύα Πέλοπος* dicitur (v. supra p. 593.), ut Pythia oda prima carmen super Aetna monte a Gellio vocatur (v. Explicatt. p. 230.). Potius crediderim in Prosodio vel tali oda illa de Sacada posita fuisse. Hymnum quidem proprie dictum non ego putem illud prooemium fuisse, licet prooemia maxime Hymni dicantur: nam quum hymni potissimum ad citharam cantati sint (v. Prooem. Hymn.), tibicinis res ab hymno alienas iudico. Contra prosodia ad tibiam cantata esse ad Prosod. init. docui: prosodioque convenit etiam prooemii nomen, quod in ipso ad templum vel aram ingressu initio sollemnium canebatur. Quae omnia quo intelligas probabiliora esse, neve quis ob *Prooemii* nomen praeter ea genera, quae ego initio huius collectionis recensui, alia fuisse in Pindaricis carminibus putet, etsi nihil ex hoc de Sacada carmine superest, tamen coniecturam de occasione, cui hoc carmen scriptum fuerit, non premam, praesertim quum ea multis ex causis admodum verisimilis sit. Sacadae signum in Helicone positum fuisse, ex Pausania vides: quod signum post Pindari aetatem confectum erat, sed ad Pindarici carminis verba, quamvis male intellecta, fabricatum. Iam vero consentaneum est, Sacadam Argivum ideo in Helicone dedicatum esse, quod ille ibi tibiis olim cecinisset cum successu: atque ob hanc ipsam causam Pindarus videtur de Sacada scripsisse in carmine, quod in Helicone in Museis canendum esset. Id fecit meo iudicio in ipso prosodio ad tibias ibi cantando. Etenim in Helicone praesidibus Thespiensibus agebantur *Μουσεῖα*, auctore Pausania IX, 31, 3. *Περιοικοῦσι δὲ καὶ ἄνδρες τὸ ἄλσος, καὶ ἑορτήν τε ἐνταῦθα οἱ Θεσπιεῖς καὶ ἀγῶνα ἄγουσι Μουσεῖα.* De quibus Museis bonum factum est quod duo supersunt tituli disertissimi, ex quibus licet sub Imperatorum Romanorum demum dominatione perscriptis, quale illud certamen fuerit, intelligitur. Horum alter isque antiquior a Cyriaco transcriptus, post Moronium et Muratorium a me emendatius editus est in Oec. civ. Athen. T. II, p. 365. et Thebis quidem positus erat, sed ad Musea Heliconia pertinet manifeste, quod et ex Musarum frequente mentione et ex alterius tituli comparatione colligere licet. In eo igitur post eum, qui in certamine Musis dicato agonotheta (*ἀγωνοθετῶν Μουσῶν*) fuit, et post archontis nomen primo loco memoratur *ποιητὴς προσοδίου*: unde iam tenes hunc in Heliconiis Museis prosodiorum in ipso sollemnium introitu usum, vel ante praeconem et tubicinem, quorum nomina subsequuntur. Alter titulus recentior in ipso Helicone repertus a Clarkio editus est (Itin. T. II. S. III. p. 102 sq.): ibi itidem agonotheta *τῶν μεγάλων Καισαρείων Σεβαστῶν* (ita enim scribendum videtur) *Μουσείων*, dein alii magistratus nominantur; sed omissus est prosodiorum poeta, quippe quum hoc carminis genus ex summa antiquitate prius retentum tum iam obsolevisset. In utroque vero etiam hoc animadverte. Post praeconem et tubicinem sequuntur in priore carmina in Imperatorem et Musas, dein rhapsodus; in altero contractis iam ludorum sollemnibus solus rhapsodus ceteris omissis. In quo, si Imperatori ob dignitatem datum primum locum exceperis, facile perspicitur servatum, ut solebat, ordinem temporum esse, quo recepta singula certamina erant, quod singula certamina in

www.libtool.com.cn

ludis ea sibi serie succedebant, qua recepta erant. Hinc rhapsodus primus est. Quodsi utriusque tituli ordinem persecutus fueris, facile invenies, quae versus finem posita sunt, esse eiusmodi, ut ea certaminum genera sero addita esse intelligatur. Iam vero statim post rhapsodum in priore inscriptione additur *Πυθαύλας*, in altera *Πυθικὸς αὐλητής*: itaque hic post rhapsodum primus Museis in Helicone sollemnibus additus erat. Atqui Sacadas ille priscus fuit *Πυθαύλης*: igitur hunc in Heliconiis Museis certasse atque ideo a Pindaro celebratum esse maxime consentaneum est. Iam habes omnia.

89.

Tzetzes Chiliad. I, 8. de Croeso: 192

Ὡς γὰρ ὁ Πίνδαρός φησιν υἱὸς τοῦ Δαϊφάντου
ἐλθόντα πρὶν ὡς πρὸς αὐτὸν Ἀλκμαίονα τὸν πάνυ
ὅπόσον δύναιτο λαβεῖν ἐκέλευε χρυσίον·
ὁ δὲ χιτῶνα περιδὺς εὐρύκολπον εἰσάγαν,
κοθόρνους τε τῶν τραγικῶν καὶ τῶν εὐρυπεδίλων
τοὺς θησαυροὺς εἰσδεδυκὼς πάντα πληροῖ χρυσίου,
ὡς καὶ τὴν κόμην τὴν αὐτοῦ κατέχων τοῖς ὀδοῦσι.
τῷ τοῦ χρυσίου βάρει δὲ βαδίζειν οὐκ ἰσχύων
Κροῖσον κινεῖ πρὸς γέλωτα βαδίσει καὶ τῇ θέᾳ·
ἐφ' οἷς αὐτὸν ἐκέλευσε δὶς τόσα λαβεῖν ἄλλα.
καὶ ταῦτα μὲν ὁ Πίνδαρος ὁ λυρικός που γράφει.

Similia habet Schol. Pind. Pyth. VII, init. neque tamen hinc sua Tzetzes transcripsit, neque ex Herodoto VI, 125. ubi cf. intt. Potius et Herodotus et Scholiastes Pindari et is, cui sua Tzetzes debebat, ex Pindarico carmine videntur hausisse. Certe de Croeso, cuius liberalitatem etiam Pyth. I, 94. celebrat, cecinisse Pindarum etiam ob sequens fragmentum verisimile est: neque enim aut in Alcmaeonidarum Encomio aut in Threno Hippocratis Alcmaeonidae illa posita fuisse dixerim.

90.

Harpocratio v. *Ἄβαρις* de ipso hoc: *Ἱππόστρατος μὲν γὰρ κατὰ τὴν τρίτην αὐτὸν* 193
Ὀλυμπιάδα λέγει παραγενέσθαι (εἰς τὴν Ἑλλάδα)· ὁ δὲ Πίνδαρος κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα· ἄλλοι δὲ κατὰ τὴν εἰκοστὴν καὶ πρώτην Ὀλυμπιάδα. Pindari auctoritatem sequuntur Corsinus Fast. Attic. T. III, p. 6. et Wesseling. ad Diodor. T. I, p. 159.

91.

Origenes c. Cels. III, p. 129. ed. Hoeschel. *Ἴδωμεν δὲ καὶ ἃ μετὰ ταῦτα λέγει* 194
ὁ Κέλσος παρατιθέμενος ἀπὸ ἱστοριῶν παράδοξα καὶ καθ' αὑτὰ μὲν ἀπίστοις ἐοικότα, ὑπ' αὐτοῦ δὲ οὐκ ἀπιστούμενα, ὅσον γε ἐπὶ τῇ λέξει αὐτοῦ. καὶ πρῶτόν γε τὰ περὶ τὸν Προκοννήσιον Ἀριστέαν, περὶ οὗ ταῦτά φησιν· Εἶτ' Ἀριστέαν μὲν τὸν Προκοννήσιον ἀφανισθέιτα τε οὕτω δαιμονίως ἐξ ἀνθρώπων καὶ αὖθις ἐναργῶς φανέντα καὶ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπιδημήσαντα καὶ θαύματα ἀναγγείλαντα, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐπισκήψαντος Μεταποντίνοις ἐν θεῶν μοίρᾳ μένειν τὸν Ἀριστέαν, τοῦτον οὐδεὶς ἔτι νομίζει θεόν. ἔοικε δ' εἰληφέναι τὴν ἱστορίαν ἀπὸ Πινδάρου καὶ Ἡροδότου. Hinc Aeneas Gazaeus in dial. Theophrast. p. 77.

92.

Vita Pindari Vratislaviensis p. 9. extr. *Ἐπέβαλε δὲ τοῖς χρόνοις Σιμωνίδου ἢ νεώ-* 195
τερος πρεσβυτέρῳ. τῶν γοῦν αὐτῶν μέμνηνται ἀμφότεροι πράξεων. καὶ γὰρ Σιμωνίδης

www.libtool.com.cn

τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν γέγραφε· καὶ Πίνδαρος μέμνηται τῆς Κάδμου βασιλείας. Commodissimum esse τῆς Δαρείου βασ. quod Schneiderus coniecit, non nego: quid tamen si fuerit Καμβύσου? Quot ut per se absurdum est, ita ob promptiorem ex hac voce in Cadmi nomen lapsum nescio an a Grammatico profectum sit. Quippe Simonidei carminis causa hoc addidisse videtur. Suidas v. Σιμωνίδης· καὶ γέγραπται αὐτῷ Δωρίδι διαλέκτῳ ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία, καὶ Ξέρξου ναυμαχία καὶ ἡ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία δι' ἐλεγείας, ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι μελικῶς.

93.

196 Plutarchus Vit. Themistocl. c. 8. de glor. Athen. c. 7. de Herod. malign. c. 34. S. N. V. c. 6. p. 23. ed. Wytt. de pugna ad Artemisium:

. . Ὅθι παῖδες Ἀθαναίων ἐβάλοντο φαεννὰν
κρηπῖδ' ἐλευθερίας.
[⏑] – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Quae altero loco sequuntur, Pindari non sunt. Variat lectio in locis Plutarchi: sed optima delegi, nec quidquam de coniectura intuli, nisi quod Ἀθαν. scripsi pro vulgari Ἀθην. At versu secundo metro non confido: displicet initio palimbacchius inter Dorios numeros; nec me deterret Plutarchus quater eadem promens, quin aliquid novem, propterea quod is ex memoria citare poetarum dicta solet, cui si verba non integra impresserat, ea non mirum est quater mutila apponi: certe locum de polypo (Fragm. inc. 70.) bis ille minus integrum profert. Excidisse aliquid post κρηπῖδ' intelligo. An scribendum:

. . Ὅθι παῖδες Ἀθαναίων ἐβάλοντο φαεννὰν
κρηπῖδα τοῖς Ἕλλασιν ἐλευθερίας.
[⏑] – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Ubi pubes Atheniensium splendidum fundamentum Graecis iecit libertatis. Κρηπῖδα semel est apud Plutarchum vit. Themistocl. Aristides T. II. p. 188. de Themistocle: καὶ πρῶτον μὲν ἐπ' Ἀρτεμίσιον πλεύσας δυοῖν ναυμαχίαιν δύο ἴστησι τρόπαια, οὔτε λόγους ἀσχήμονας εἰπὼν οἶμαι πρὸς τοὺς ἐμπλέοντας Ἀθηναίων ἢ τῶν Ἑλλήνων, οὔτε ἔργα φαῦλα ἀποδειξάμενος, ἀλλ' ὡς φησι Πίνδαρος κρηπῖδα τῆς ἐλευθερίας τοῖς Ἕλλησι βαλλόμενος, ubi codex βαλόμενος. Cf. Pyth. VII. princ. Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι προοίμιον Ἀλκμανιδᾶν ἐρισθενεῖ γενεᾷ κρηπῖδ' ἀοιδᾶν ἵπποισι βαλέσθαι. Offendor quidem articulo, quem Pindarus non adeo frequentat: attamen hoc loco non ille videtur vi destitutus, sed satis commodus Hellenicae gentis nomini clarius extollendo esse. Utut est, melius non novi.

94.

197 Ad iocosos Aristophanis versus Vesp. 302 sqq. Ἄγε νῦν, ὦ πάτερ, ἦν μὴ τὸ δικαστήριον ἄρχων καθίσῃ νῦν, πόθεν ὠνησόμεθ' ἄριστον; ἔχεις ἐλπίδα χρηστήν τινα νῷν ἢ πόρον Ἑλλὰς ἱερόν; Scholiastes annotat: Νῦν πόρον τὸν πορισμόν φησιν, ἐπήνεγκε δὲ τοῦτο παρὰ τὸ Πινδαρικόν· Παυδελίματι μὲν ὑπερπόντιον Ἑλλὰς πόρον ἱερόν. In Aristophaneis Invernizzius vocem Ἑλλας sine accentu et spiritu edidit: neque Aristophanis neque Pindari est Ἑλλὰς, sed utriusque Ἕλλας. Ἕλλας πόρος est Hellespontus, ut Βόσπορος, Ἰόνιος πόρος Nem. IV, 53. Ἕλλας ἀμφὶ πόρον Aeschyl.

www.libtool.com.cn

Pers. 874. atque ita πόρος de Hellesponto ap. Herodot. VII, 34. Addi potest Ἀρίας vel potius Ῥίας πόρος, de quo dixi in nott. critt. ad Nem. IX, 41. Πορθμὸν Ἀθαμαντίδος Ἕλλας dixit Aeschyl. Pers. 70. Aristophanem tamen ex πόρου duplici significatione lusum quaesivisse scite notat Scholiastes. Nempe Pindarus loquitur de Xerxis exercitu: is enim

παυδείματι μὲν ὑπὲρ πόντιον Ἕλλας πόρον ἱερόν,

ingenti omnium terrore super marinum Helles fretum sacrum profectus erat. Cave autem hoc fragmentum in eodem, quo prius, carmine positum fuisse credas; metrum enim prorsus diversum est. Sed non multum abest, quin hoc credam esse ex Dithyrambo Atheniensibus post pugnas cum Persis scripto: v. Dithyr. Fragm. 3. 4. quibus fragmentis huius fragmenti et argumentum et metrum admodum conveniunt.

95.

Schol. Pind. Pyth. VIII, 53. Φατρία ἐν Αἰγίνῃ Μιδυλιδῶν ἀπὸ Μιδύλου προγόνου ἐπιδόξου γεγονότος. αὐτὸς δ' ἐν ἄλλοις· 198

Ἀ Μιδύλου δ' αὐτῷ γενεά . . . .

φησί. Vulgo *Μιδυλίδου* omisso ἄ, quae ex libro correxi: v. ad Scholia, in quibus quod consulto retinui *γέννα*, id expuli hoc loco cum Hermanno. Metrum est Dorium:

– ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – . . . .

quod convenit Fragmento ex Isthmionicis 4. vs. 7.

δελφῖνες ἐν πόντῳ ταμίαι.

Itaque auguror ex eodem hoc esse Epinicio Aeginetae cuidam Midylidarum gentis scripto. Quodsi haec ex Isthmionicis videntur, coniecerim iam hoc carmen scriptum fuisse Clitomacho Isthmionicae, avunculo Aristomenis Midylidae Pyth. VIII, 86. sqq. solebant enim maxime gentiles nuptias inter se iungere: et fuisse Clitomachum Midylidam ipse illius odae contextus docet. Vicerat autem Clitomachus lucta: v. Explicatt. ad Pyth. VIII, p. 311. quo probabile fit ex Isthmio hoc fragmentum carmine esse: v. Introd. Fragm. Isthm. Postremo nota gentis auctorem non Midylam esse, ut Muellerus noster vocat, sed Midylum, ut Αἰσχύλος et tot alia: quodsi Midylas nominatus esset, apud Pindarum deberet *Μιδύλα* scribi.

96.

Schol. Pind. Isthm. IV. inscr. Λέγει δὲ ἤδη τετελευτηκότα τὸν Πυθέαν. 199

Κεἴ μοί τιν' ἄνδρα τῶν θανόντων,

– ⏑ – ⏑ – ⏑ –

καὶ τὰ ἑξῆς. Versus a Scholiaste male intrusus ex antiquiore videtur interprete desumptus esse. Potest autem aut ex Threno esse, quo Pindarus Pytheae funus luxerit: quod ubi statueris, etsi *κεἰ* exordio non satis bene conveniat, tamen debebis verba haec pro initio carminis habere, cuius prima verba Schol. citet, ut ad integrum carmen ableget: aut est ex Epinicio. Quodsi ex Epinicio est ut mihi videtur, pancratiasten celebrabat hoc carmen: nam Pytheae Aeginetae familia pancratiasticis fuit studiis dedita (Nem. V. Isthm. IV. V.): atque inde intelliges, Isthmiacae odae deperditae tribui versum posse, quod pancratiastarum odae aliquot in Isthmiorum fine possunt intercidisse. Cf. Introd. Fragm. Isthm. Numeri videntur Dorii fuisse: cave tamen putes hoc fragmentum et praecedens posse ex eodem esse carmine: hoc enim

www.libtool.com.cn

ad Psalychidas pertinebat, ex quorum gente Pytheas; sed prius fragmentum est ex oda Midylidae scripta.

97.

200 Schol. Sophocl. Oed. T. 888. *Ἄβαι τόπος Λυκίας, ἔνθα ἱερόν ἐστιν Ἀπόλλωνος· ἢ διὰ τῶν Σαμίων, ὅτι καὶ ἐκεῖ μαντεύονται, ὡς καὶ Πίνδαρος· ἢ ἐπὶ τῶν πανηγύρεων.* Lyciae Abas dicit, pro qua debebat Phocidem appellare. *Σαμίων* corruptum est: sed quinam Abis Apollinis oracula ediderint, mihi incompertum. Vide tamen ne scribendum sit *διὰ τῶν Ἰαμιδῶν*, ut late sparsa Iamidarum Apollinea gens etiam Abarum Phocicarum oraculum tenuerit.

98.

201 Schol. Pind. Pyth. II, 128. ex Nostro:

Αἰολεὺς ἔβαινε Δωρίαν κέλευθον ὕμνων,
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Aeolensis ibat Doriam hymnorum viam. Rom. *Δωρίας* et *ὑμνῶν*. Numeros carminis, ex quo hoc fragmentum petitum est, notat Scholiastes, quantum eum intelligo, fuisse Aeolios: et convenit huius articuli mensura. Iam vero quum Aeolii viri mentio videatur non aliena ab ipsius illius carminis musica ratione fuisse, quippe quum Scholiastes hoc fragmentum eam ipsam ob causam afferat, ut verbis poetae rhythmi genus indicatum esse pateat; probabile mihi visum est, etiam *Δωρίαν κέλευθον ὕμνων* pertinere ad eiusdem odae indolem musicam: quamquam intelligi in fragmenti brevitate non potest, quomodo illa verba, quae narrant de nescio quo, ipsam eius quoque, in quo posita erant, carminis indolem tetigerint. Quodsi tamen Scholiaste duce haec verba ad illius carminis musicam rationem pertinere putabis, intelliges cur in ea oda Aeolium et Doriam harmonias mistas fuisse coniecerim Metr. Pind. p. 257. Sin Scholiis fidem derogaveris, nihil in illis verbis repereris praeter hoc, *Aeolensem aliquem Dorio cantu usum esse.* Tum igitur vox *Αἰολεὺς* nihil nisi originem eius, de quo agebatur, viri significabit, ut Pyth. VIII, 21. *Δωριεὶς κῶμος* non est carmen Dorio modo cantatum, sed sollemnitas musica *acta a Doriensibus viris Aeginetis:* unde poeta non dixit *Δωρίῳ τε κώμῳ* sed *Δωριεῖ*. Ibidem in Explicatt. *Δωριεῖ* eo spectare significavi, ut Aeginetae insigniore laude mactarentur: nunc quum in hunc locum denuo inciderim, iuvat addere, quod tum timidior non audebam proponere, illam praedicationem Aeginetici chori, ut Doriensis vocaretur, simul a poeta praelatam esse, ut Aeginetae Dorienses opponerentur Ionibus Atheniensibus, et Apollo Doriensibus, qui Atheniensium tum hostes erant, magis favere videretur.

99.

202 Magnopere dubito de veritate Scholiastae Apollonii I, 411. *Αἰσωνὶς πόλις τῆς Μαγνησίας ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἰάσονος, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι καὶ Φερεκύδης.* Pindari auctoritatem omittit Steph. Byz. v. *Αἴσων*: igitur vide ne poetae nomen ad solam Aesonis Iasonis patris mentionem Pyth. IV. factam sit referendum.

100.

203 Stephanus Byzantius: *Ἀπίσας (Ἀπίσαντος) ὄρος τῆς Νεμέας, ὡς Πίνδαρος καὶ Καλλίμαχος ἐν τρίτῃ.* Haec Stephanus: apud eundem vero in fragmento de Dodona pro Pindaro Pandarum (Iliad. *δ*, 101.) intelligendum esse docti dudum monuerunt. Idem faciendum in excerpto Grammatici bibliothecae Rehdigeranae Vratislaviensis, quod

www.libtool.com.cn

Schneiderus mecum communicavit: *Παραπλήρωμα δέ ἐστι λέξις ἐκ περισσοῦ παραλαμβανομένη, οἷον Πίνδαρος· Ὦι καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν. ὁ γὰρ καὶ σύνδεσμος πλεονάζει.* Est versus Homeri Iliad. *β*, 827. *Πάνδαρος ᾧ καὶ τόξον* etc. Cf. Schol. Plat. Ruhnk. p. 69. Contra Pandarus pro Pindaro est apud Schol. Hom. quem emendavit Heynius ad Hom. T. VI, p. 656. Vide Explicatt. ad Olymp. III, 9 sqq. Alia geographica glossa ex Herodiano inserta Etymologo p. 566. 34. e Pindari fragmentis sublata est a Berkelio ad Steph. Byz. v. *Ἐπίδαυρος*, qui pro *λιμήρη Πίνδαρος* docuit scribendum *λιμηρὴ Ἐπίδαυρος*, quae in communi lingua *λιμηρά*.

101.

Schol. Pind. Pyth. IV, 4. *Δύναται δὲ καὶ τοὺς Δελφοὺς λέγειν (Λατοΐδας)· ἐτέρωθι γὰρ Ἀπολλωνίδας αὐτοὺς προσηγόρευσε·*

Δελφοὶ θεμιστῶν ὕμνων μάντιες Ἀπολλωνίδαι.

Scribendum videri *θεμίστων* deleto *ὕμνων* ad Scholia monitum. *Θεμίστων* est de oraculis, ut Pyth. IV, 54. Verba ex Delphico aliquo carmine deprompta videntur: ex Paeane an Prosodio nescio.

102.

Vit. Vratisl. p. 9. ed. Schol. de Pindaro: *Καὶ γὰρ ἐν τῇ τῶν Πυθίων ἑορτῇ ἐγενήθη, ὡς αὐτός φησι·*

. . . . . πενταετηρὶς ἑορτά
βουπομπός, ἐν ᾇ πρῶτον εὐνάσθην ἀγαπατὸς ὑπὸ σπαργάνοις.
. . . . . ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Quinquennale festum boum pompis insigne, in quo primum in lecto collocatus sum dilectus sub fasciis. Hinc lucem accipit Plutarchus Symposs. Qu. VIII, 1. *ἦκε δὲ καὶ Πίνδαρος ἐπὶ μνήμην ἐν Πυθίοις γενόμενος, πολλῶν καὶ καλῶν ὕμνων τῷ θεῷ χορηγός*: quem locum ab aliis male tentatum recte ceperunt Er. Schmidius et Corsinus. Fragmentum ex Delphico aliquo videtur carmine esse.

103.

Aristides T. II, p. 378. in Pindari gloriantis exemplis: *Ἄκουε δὴ καὶ ἑτέρων· Κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδῆς, οἷα τειχίζομεν ἤδη ποικίλον κόσμον αὐδάεντα λόγων. Ἡράκλεις, ταυτὶ οὐδὲ πάντάπασιν ἀναίτια τοῖς ῥήμασιν· ἀλλ' ὅμως καὶ ἐπὶ τούτοις σεμνύνεται, ὡς οὐδὲν ἀτιμοτέροις τοῦ νέκταρος, καί φησιν ὅτι οὗτος μέντοι ὁ τῶν λόγων κόσμος καὶ πολύκλειτόν περ ἐοῦσαν ὅμως Θήβαν ἔτι μᾶλλον ἐπασκήσει θεῶν καὶ κατ' ἀνθρώπων ἀγυιάς· ὥσπερ οὐκ ἀρκοῦν, εἰ κατὰ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεοὺς ἔτι μειζόνως τιμήσοντας δι' ἐκεῖνον τὴν τῶν Θηβαίων πόλιν εἰς τὸ λοιπόν*: ubi Aristides Pindarum nectare haud vilius carmen suum habere dicit, quia deinceps id vel diis gratum esse perhibet. Duo haec fragmenta manifeste coniungenda sunt; quo integra, ut videtur, absolvitur stropha:

Κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς,
οἷα τειχίζομεν ἤδη ποικίλον
κόσμον αὐδάεντα λόγων.

www.libtool.com.cn

ὃς καὶ πολύκλειτόν περ ἐοῖσαν ὅμως Θήβαν ἔτι μᾶλλον ἐπα-
σκήσει θεῶν
καὶ κατ' ἀνθρώπων ἀγυιάς.

⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ – –

Iactum est aureum fundamentum sacris canticis, prouti struimus iam affabre factum ornatum verborum vocalem: qui quamvis celebrem Theben tamen magis etiam et per deorum et per hominum vicos splendidam reddet. Κρηπὶς est *initium et fundamentum*, dictione ab aedibus magnifice exstructis translata: cf. Explicatt. ad Pyth. IV, p. 274. Ut tamen vocis vim etiam accuratius teneas, nota ea designari non fundamentum sub solo latens, sed graduum molem, quibus reliquum aedificium superstructum est: unde κρηπὶς φαεννὰ Fragm. inc. 93. Hanc vocis potestatem discas ex Pausan. VI, 19, 1. Idem est κρηπίδωμα ap. Diod. XIII, 82. cf. L. Klenze de templo Iovis Olymp. Agrigent. p. 16. Ἐπασκεῖν dicuntur signa artifices, ubi ea elaborant et poliunt. De Reiskio Animadv. T. III. p. 546. tacere praestabit. Initium respicit Plutarchus de profectu in virtute extr. Ἀλλ' οἵ γε προκόπτοντες, οἷς ἤδη καθάπερ ἱεροῦ τινος οἰκοδομήματος καὶ βασιλικοῦ, τοῦ βίου κεκρότηται χρυσία κρηπίς: iterumque de monarch. democr. et oligarch. initio haec sine auctoris nomine laudat: Κεκρότηται χρυσία κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς. Lucianus Demosth. encom. c. 11. T. III. p. 499. Παρέντι δὴ τὰς Ἀθήνας ἐκδέχεται τὸν λόγον πατὴρ τριήραρχος χρυσέα κρηπὶς κατὰ Πίνδαρον.

104.

207 Pindaricum est hoc apud Schol. Pyth. IV, 25. Εἰώθασι δὲ οὗτοι συμπλέκειν τὰ τῶν χωρῶν ἢ τῶν πόλεων καὶ τὰ τῶν ἡρωΐδων ὀνόματα διακοινοποιοῦντες, οἷον· Εὐάρματε χρυσοχίτων, ἱερώτατον ἄγαλμα, Θήβα. τὸ μὲν γὰρ εὐάρματε τῆς πόλεως, τὸ δὲ χρυσοχίτων τῆς ἡρωΐδος. Ἅρμα Θηβαῖον aliunde notum: v. Fragm. Hyporch. 3. et ad Olymp. IV. introd. VI, 82 sqq. ac tali credo ipsa heroina apud Thebanos instructa cernebatur. Corrupte Schol. Vict. ad Iliad. δ, 391. ap. Heynium Hom. Animadv. T. IV, p. 702. Ἔνθεν καὶ εὐάρμοστον (εὐάρματον) τὴν Θήβην φησὶ Πίνδαρος. Addam hoc loco Schol. Pyth. II, inscr. ubi Dionysius Phaselites: καταφέρεσθαί πως τὸν Πίνδαρον εἰς τὸ τὰς μὲν Ἀθήνας λιπαρὰς προσαγορεύειν, τὰς δὲ Θήβας χρυσαρμάτους καὶ εὐαρμάτους etc.

105.

208 Pausanias V, 22. extr. Λέγεται δὲ καὶ ἐς μὲν Κόρκυραν, ὡς μιχθείη Ποσειδῶν αὐτῇ· τοιαῦτα δὴ (δὲ) ἕτερα ἦμε Πίνδαρος ἐς Θήβην τε καὶ ἐς Δία. Fortasse in primo Hymno.

106.

209 Schol. Pind. Pyth. II. inscr.

Λιπαρᾶν τε Θηβᾶν μέγαν σκόπελον.

Et splendidarum Thebarum magnam rupem. Cadmeam intellige.

www.libtool.com.cn

107.

Vita Pindari a Thoma digesta p. 4. nostrae editionis Pindaro haec tribuit: 210

Ὦ ταλαίπωροι Θῆβαι.

Fragmentum mihi magnopere suspectum.

108.

Strabo IX, p. 630. A. B. de palude Copaide: *καὶ τό γε παλαιὸν οὐκ ἦν τῆς λίμνης κοινὸν ὄνομα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην πρὸς αὐτῇ κατοικίαν ἐκείνης ἐπώνυμος ἐλέγετο, Κωπαῖς μὲν τῶν Κωπῶν, Ἁλιάρτιος δὲ Ἁλιάρτου, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων· ὕστερον δὲ πᾶσα ἡ λίμνη Κωπαῖς ἐλέχθη κατ' ἐπικράτειαν· κοιλότατον γὰρ τοῦτο τὸ χωρίον, φησὶ Πίνδαρος· καὶ Κηφισσίδα καλεῖ ταύτην. παρατίθησι γοῦν τὴν Τιλφῶσσαν κρήνην ὑπὸ τῷ Τιλφωσσίῳ ὄρει ῥέουσαν πλησίον Ἁλιάρτου καὶ Ἁλαλκομενῶν, ἐφ' ᾗ τὸ τοῦ Τειρεσίου μνῆμα· αὐτοῦ δὲ καὶ τὰ τοῦ Τιλφωσσίου Ἀπόλλωνος ἱερόν.* Steph. Byz. v. *Τίλφουσσα: Ἔστι καὶ Βοιωτίας Τελφούσσιον· Στράβων ἐννάτῃ. Ἔφορος δὲ Τιλφωσέων ὄρος ἐν Ἁλαλκομενίᾳ. Πίνδαρος δὲ Κηφισσίδα ταύτην;* et in ceteris etiam de Tilphossa fonte dicit. Nempe Cephisida, *Καφισίδα* Copaidem paludem Pindarus dixerat, praeter Pyth. XII, 27. etiam in illo carmine, ubi lacus tractum prope Copas *κοιλότατον* vocaverat. In eodem carmine fuit, quod recitat Athenaeus II, p. 41. E. indeque Eustath. ad Odyss. *κ*, p. 1668. 7. 211

Μελιγαθὲς ἀμβρόσιον ὕδωρ
Τιλφώσσας ἀπὸ καλλικράνου,

Melliflua ambrosia aqua Tilphossa de pulchro fonte. Vulgo *καλλικρήνου*. Qui loci num ad Paeanas referendi sunt, dubium est. V. Paean. Fragm. 16. De Tilphossii Apollinis delubro cf. Hymn. Hom. in Apoll. 375 sqq. ed. Herm. sed ad Apollinea sacra illud, ex quo hoc fragmentum, carmen pertinuisse, minime patet.

109.

Steph. Byz. v. *Κρήστων*: *Κρήστων, πόλις Θρᾴκης. ἔοικε δὲ εἶναι ἡ Κρηστώνη παρ' Ἡροδότῳ* etc. Deinde: *ὁ πολίτης Κρηστωναῖος παρὰ Πινδάρῳ. Ῥιανὸς δὲ Κρηστωνίους αὐτούς φησιν, Ἑκαταῖος δὲ Κρηστῶνας αὐτούς, ἐν Εὐρώπῃ.* 212

110.

Plutarchus Lycurg. c. 21. de Lacedaemone: *Πίνδαρος δέ φησιν· Ἔνθα βουλαὶ γερόντων καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστευόντων αἰχμαί, καὶ χοροὶ καὶ Μοῦσαι καὶ ἀγλαΐα.* Idem An seni sit resp. ger. c. 6. de civitatibus: *ὅπου καὶ θέατρα καὶ πομπαὶ καὶ νεμήσεις καὶ χοροὶ καὶ Μοῦσα καὶ ἀγλαΐα.* Et c. 10. *καὶ μάλιστα σώζεται πόλις, Ἔνθα βουλαὶ γερόντων καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσιν αὐχμαί.* Scribe; 213

Ἔνθα βουλαὶ μὲν γερόντων καὶ νέων ἀνδρῶν ἀρεστεύουσιν
αἰχμαί,
καὶ χοροὶ καὶ Μοῖσα καὶ Ἀγλαΐα.

⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – – – ⏑ – ⏑ –

Ubi consilia quidem senum, et iuvenum excellunt hastae, et chori et Musa cum Gratia.

www.libtool.com.cn

111.

214 Schol. Olymp. XI, 17. de urbe Locrorum Epizephyriorum: *Τραχεῖα δὲ εἰκότως ἂν λέγοιτο, λοφώδης οὖσα καὶ ἐπιθαλασσίδιος. αὐτὸς γάρ φησιν· Οἵτ' ἀργείλοφον πὰρ Ζεφυρίου κολώναν. Qui apud candidum Zephyrii collem.* Omnes libri *ἀργεῖλ.* non ut in Fragmentis olim editum est *ἀργίλ. Οἵτ'* abest a Vrat. D. Pro *Ζεφυρίου* legendum esse *Ζεφίριον* conieci in not. ad Schol. ubi vide variam lectionem. Possis etiam *Ζεφυρίοιο.*

112.

215 Aristides T. II, p. 360. *Ἀλλ' οἱ ποιηταὶ μύθους μὲν οἶμαι συνθεῖναι καὶ πόλεων ὀνόματα ἀπαριθμῆσαι καὶ τοιαῦτα ποικίλλειν παντὸς μᾶλλον ἴσασί τε καὶ διώκουσι, μάρτυρες δὲ οὐχ ἱκανοὶ περὶ τῶν οὕτως ἐλέγχου δεομένων. αὐτίκα Πινδάρῳ πεποίηται, ὅςπερ μάλιστ' ἀληθείας ἀντέχεσθαι δοκεῖ τῶν ποιητῶν περὶ τὰς ἱστορίας, καὶ οὐ πόρρωθεν ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων καὶ οὗτος ὁ ἔλεγχος· φησὶ γὰρ Αἴγυπτίαν Μένδητα παρὰ κρημνὸν θαλάσσας· καίτοι οὔτε κρημνός ἐστιν οὐδεὶς ἐκεῖ, οὔτε θάλασσα προσηχεῖ, ἀλλ' ἐν πεδίῳ κεχυμένῳ ὁ Μενδήσιος ἅπας νομὸς οἰκεῖται, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν, ἣν ὀνομάζουσι Θμοῦϊν, ὥστε μηδ' ὀφθαλμῷ καταλαβεῖν εἶναι μήτ' ἀπ' ἄκρων ἐπὶ θάτερα, μήτ' ἐκ μέσου, μήθ' ἑτέρωσε.* Priscianus VI. p. 705. Putsch. *Μένδης Μένδητος nomen urbis est Aegyptiacae, cuius mentionem Pindarus facit.* Integriora servavit Strabo XVII. p. 1154. A.

Μένδητα παρὰ κρημνὸν θαλάσσας, ἔσχατον
Νείλου κέρας, αἰγιβάται ὅθι τράγοι γυναιξὶ μίσγονται,

ubi editur *αἰγίβατοι.* Codd. *αἰγίβοτοι.* Aelianus Hist. An. VII, 19. de hircis: *Οὗτοι μὲν καὶ ὁμιλεῖν γυναιξί φασιν αὐτοὺς, καὶ ἔοικεν αὐτὸ θαυμάζειν ὁ Πίνδαρος.* Carmen fortasse ad Panem spectabat Mendete cultum. Notus *ὁ ἐν Μένδητι τράγος,* de quo Diodor. I, 84. et ibi Wessel. Versus hi sunt, assumpta ex Aristide voce *Αἴγυπτίαν*:

Αἰγυπτίαν Μένδητα, πὰρ κρημνὸν θαλάσσας,
ἔσχατον Νείλου κέρας, αἰγιβάται
ὅθι τράγοι γυναιξὶ μίσγονται . . . . . .
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ×
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ . . . . . .

nisi ultimum versum haec mensura incipiebat: ⏑ ⏑ – ⏑. *Aegyptiam Mendeta, ad maris praecipitium, extremum Nili cornu, caprarum mariti ubi hirci cum mulieribus consuescunt.* Addo hoc loco Schol. Aeschyl. Choeph. 323. *ἡ γνάθος συνήθης, ὡς καὶ ὁ κρημνὸς παρὰ Πινδάρῳ καὶ ἡ ἠχὼ παρὰ Σιμωνίδῃ.* Voce *κρημνὸς* indeque compositis Pindarus et hic et saepissime alibi utitur; in quo memorabile nihil est nisi quod Scholiaste Aeschyli et Aristide collatis probabile fit, Pindarum huic voci nimium assuevisse, ita ut ea etiam iis locis uteretur, ubi non posset satis apta haberi; quod ipsum in hoc de Mendete loco reprehendit Aristides. *Αἴγυπτον ἀγχίκρημνον* habes etiam Fragm. Dithyr. 8. Nempe Pindarus Aegyptum non accurate noverat.

113.

216 Schol. Pind. Pyth. IV, 206. *Εὐεπιφόρως δὲ ὁ Πίνδαρος λευκίππους καλεῖ αὐτοὺς* (credo *τοὺς ἱππικούς*)·

www.libtool.com.cn

. . . . . *Λευκίππων Μυκηναίων προφᾶται.*

. . . . . – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –

Candidis equis vectorum Mycenaeorum vates.

114.

Zenobius V, 59. *Σκύθης τὸν ἵππον. Ἐπὶ τῶν κρύφα τινὸς ἐφιεμένων, φανερῶς δὲ* 217
ἀπωθουμένων καὶ διαπτυόντων αὐτὸ εἴρηται ἡ παροιμία· μαρτυρεῖ δὲ καὶ Πίνδαρος λέγων· Ἄνδρες τινὲς ἀγαζόμενοι Σκύθαι νεκρὸν ἵππον στυγέουσι λόγῳ κτάμενον ἐν φασί· κρύφα δὲ σκολιοὺς γέννσιν ἀναδέρουσι πόδας ἠδὲ κεφαλάς. Diogenianus VII, 12. et Mich. Apostolius XV, 88. *Ὁ Σκύθης ἵππον. Ἐπὶ τῶν κρύφα τινὸς ἐφιεμένων, φανερῶς δὲ ἀποπτυόντων αὐτό. διὸ καὶ Πίνδαρος· Ἀτιζόμενοι Σκύθαι νεκρὸν ἵππον λόγῳ, κρύφα δὲ σκολιοῖς γάνυσιν ἀναδέρουσι πόδας*: quae Schotti iudicium integriora censet quam quod Zenobius praebet. Ad rem declarandam aptae Grammaticorum glossae: Suidas v. *Σκύθης ὁρᾷ* (*ὁρᾷς*)· *καὶ παροιμία Σκύθης τὸν ὄνον, ἐπὶ τῶν ἀκκιζομένων τῷ λόγῳ, ἔργῳ δὲ ἐφιεμένων· ἰδὼν γάρ τις νεκρὸν ὄνον ἔφη· Δεῖπνόν τοι, ὦ Σκύθα· ὁ δὲ ἐμυσάξατο μὲν πρῶτα, αὖθις δὲ πολυπραγμονήσας περὶ αὐτὸν ἐπονεῖτο.* Eadem fere habet Append. Vatic. III, 80. Cf. etiam Suid. v. *Ὁ Σκύθης τὸν ἵππον*, Plutarch. Proverb. 20. et Suid. v. *Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον*, apud quem est *δεῖπνόν τι*. Hesychius: *Σκύθης ὄνειον δαῖτα· παροιμία ἐπὶ τῶν ἀκκιζομένων (τινὲς δὲ βδελοττομένων) τῷ λόγῳ, ἔργῳ δὲ ἐφιεμένων*, et quae sequuntur mutilata: ita enim illum locum legendum arbitror, ut additum *τινὲς δὲ βδελυττομένων* significet, alios voce *βδελύττεσθαι* pro altera *ἀκκίζεσθαι* in hac glossa explicanda uti. Eustath. ad Iliad. *α*, p. 2. *ὅμοιοι τῷ παροιμιακῷ Σκύθῃ, ὃς θεωμένων μὲν Ἑλλήνων ἀπέσχετο ἵππου εὐγενοῦς ἐκπεπνευκότος, ἀνακάμψας δὲ καθ' ἡσυχίαν τὸ σύνηθες ἔπραττεν ἀπολαύων οὗ ἤθελεν.* Plura congesserunt Schottus ad Zenob. p. 138. et ad App. Vatic. p. 310. atque intpp. Hesych. l. c. Sed ut tandem ad Pindari verba accedam, quorum lectio valde impedita est, offendit me primum illud *ἄνδρες τινὲς Σκύθαι*, quum tamen poeta de re Scythis universis usitata dicat, quippe praesenti utens *στυγέουσιν* et *ἀναδίρουσιν*: deinde *ἀγαζόμενοι* an *ἀτιζομενοι* an neutrum horum rescribendum sit, ambiguus haereo. *Ἀγάζεσθαι* est *venerari*, quod vix convenit: *ἀτίζειν* est *spernere*; neque tamen spernunt Scythae mortuos equos, sed arrodunt etiam. Putes legendum *ἀτυζόμενοι*: sed meo sensu aut participium plane abesse debet aut reponi *ἀκκιζόμενοι*, quo si Suidam v. *Σκύθης ὁρᾷ* et *Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον*, item Append. Vatic. et Hesych. ll. cc. contuleris, nihil videbitur commodius. Vide de hoc vocabulo, quod cave Atticis proprium putes, Ruhnkenium ad Tim. p. 18 sqq. et Schol. Plat. Ruhnk. p. 122 sq. cum proverbiorum scriptoribus. Iam hoc reposito intelliges quid sit *τινές*: nam *ἀκκιζόμενοί τινες ἄνδρες* sunt *genus quoddam hominum cupiditatem stolide dissimulans*, ut in illo Pindari, *κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει* Pyth. IX, 90. Deinde *νεκρὸν* censeas glossema esse ad *κτάμενον*: sed illud *νεκρὸν ἵππον* ad totam sententiam refero, *κτάμενον* autem soli *ἐν φάει* coniungo. Etenim *ἐν φάει* praeclare emendavit Heynius, *ΦΑCΙ* mutato in *ΦΑΕΙ*: neque ferendum *ἐν φάτει*, quod idem est ac *λόγῳ*, nisi hoc quoque vocis *φάτει* interpretamentum dixeris, me quidem non assentiente, qui mihi tum verbum *ἀκκίζεσθαι*, tum dictionem *τῷ λόγῳ*, quae in Grammaticorum locis supra allatis comparent, ex Pindaricis his ducta esse persuaserim. Mox differt scriptura in voce *σκολιούς*, pro qua Diogenianus et Mich. Apostolius *σκολιοῖς*; quod nupero editori placuit: at exspectes certe *σκολιαῖς*, pedesque equorum recte *incurvos* dici, equitem cla-

www.libtool.com.cn

rissimum non ignorare arbitreris. Postremo miror Schottum ad Diogenian. p. 240. verbum *ἀναδίρουσι* tentantem coniecturis *ἀναιρίουσι* vel *ἀποφίρουσι*. Iam accipe versiculos, prout legendos censeo:

Ἄνδρες τινὲς ἀκκιζόμενοι Σκύθαι
νεκρὸν ἵππον στυγέοισιν λόγῳ κτάμενον ἐν φάει·
κρυφᾷ δὲ σκολιοὺς γένυσιν ἀνδέροισιν πόδας ἠδὲ κεφαλάς.
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

etsi metrum incertum. Formas *στυγέουσι*, *ἀναδίρουσι* Pindaro inusitatas mutavi inferendo sono *οι* mutatasque littera *N* auxi, quod terminatio *οισι* absque *N* paragogico rara admodum in Pindaricis est. Sententia vero aperta: *Genus hominum cupiditatem stulte dissimulans Scythae mortuum equum verbo aversantur palam occisum: clam vero incurvos malis excoriant pedes atque caput.* Alio Zenobii loco VI, 49. pro Pindaro Pisandrum reponendum esse monuit Ruhnkenius Epist. in Heyn. Virg. T. IV, p. 237.

115.

218 Schol. Pind. Pyth. II, inscr.

Καὶ λιπαρῷ Σμυρναίῳ ἄστει . . .

Et splendidae Smyrnaeorum urbi. Corrige *Σμυρναίων*: fortasse etiam *ἄστεϊ* erat.

116.

219 Eustathius ad Dionys. Perieget. 467. de Sicilia *Τρινακίῃ*: *Οἱονεὶ Τρινακρίας, ὅ ἐστι τρία ἐχούσης ἄκρα· διὸ καὶ ὁ Λυκόφρων* (Alex. 986.) *τρίδειρον νῆσον λέγει αὐτὴν καὶ ὁ Πίνδαρος τριγλώχινα.*

117.

220 Galenus de puls. differ. T. III, p. 38. extr. ed. Bas. *Καίτοιγ' οὐδ' ἀπὸ τῶν κυρίων ὡς ἔτυχε μεταφέρειν ἔξεστιν οὐδὲ τοῖς ποιηταῖς, ἀλλὰ κἂν Πίνδαρος ἤ τις, Ὠκεανοῦ τὰ πέταλα τὰς κρήνας λίγων οὐκ ἐπαινεῖται*: cui alterum exemplum turgidae dictionis ex Pyth. I, 86. addit. Articulus *τὰ* a Pindaro ipso profectus est.

118.

221 Stobaeus Serm. LIX. p. 230. Wech.

Ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς, ὦνασσ' Ἀλάθεια, μὴ πταίσῃς ἐμὰν
σύνθεσιν τραχεῖ ποτὶ ψεύδει . . .
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ – – ⏑ –
⏑ – – ⏑ – – ⏑ . . .

Principium magnae virtutis, o regina Veritas, ne meam fidem allidas aspero mendacio. Nempe ut scopulo. Sapphico carmine expressit Hugo Grotius Florileg. XI. ubi cum Scaligero male legit *Ἀρχός*. Stobaeus praebet *ἀρχὰς*, neque aliter exhibet Io. Philoponus de mundi creatione ad Genes. IV, 20. p. 184. *ἀλλὰ καὶ Πίνδαρος τῆς ἀρετῆς ἀρχὴν εἶναί φησι τὴν ἀλήθειαν, οὕτω λέγων· Ἀρχὰς μεγάλας* etc. et deinde omittit *ἐμὰν σύνθεσιν*, habetque *ποτέ*. Sed bene Clem. Alex. Strom. VI, p. 781. Pott. *Ἀρχὰ*

www.libtool.com.cn

μεγάλας ἀρετᾶς ἄνασσ' ἀλήθεια: et Plutarchus Mario c. 29. *τὸν δὲ Μέτελλον εἰδὼς βέβαιον ἄνδρα καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀρχὴν μεγάλης ἀρετῆς κατὰ Πίνδαρον ἡγούμενον.*

119.

Plutarchus Nicia c. 1. ex Pindaro: 221

. . . . . παρὰ Λύδιον ἅρμα
πεζὸς οἰχνεύων . . . . . .
. . . . . [⏑]– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏒
⏑ – – ⏑ . . . . . .

Iuxta Lydium currum pedes incedens. Οἰχνεύων p. *ἰχνείων* est ex libris. Eadem idem habet de discr. adul. et amici c. 35. iuncta Simonideo fragmento, ubi olim *ἰχνεύων*. Hinc Gregor. Naz. Orat. XX, p. 331. *εἰ καὶ πεζοὶ παρὰ Λύδιον ἅρμα ἐθέομεν.* Est proverbialis locutio de inferiore, qui frustra certet cum superiore. Cf. Zenob. VI, 28. Mich. Apostol. Proverb. XII, 38. et ibi Pantinum.

120.

Plutarchus Consol. ad Apollon. T. I, p. 321. ed. Tub. *Ἀνθρώπων γὰρ ὄντως θνητὰ* 222
μὲν καὶ ἐφήμερα τὰ σώματα, θνηταὶ δὲ τύχαι καὶ πάθη καὶ πάνθ' ἁπλῶς τὰ κατὰ τὸν βίον· ἅπερ οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι τοπαράπαν, ἀλλὰ Ταρτάρου πυθμὴν πιέζει σ' ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις, ὥς φησι Πίνδαρος. Sic liber apud Wyttenbachium. Correxerim:

Ταρτάρου πυθμὴν πιέσει σ' ἀφανοῦς σφυρηλάτοις . . ἀνάγκαις.
⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – [– ⏑] ⏑ – ⏒

Fortasse excidit *στυγναῖς*. *Tartari fundus premet te obscuri malleo compacta necessitate.* Videtur ex Threno esse.

121.

Μανίαι τ' ἀλαλαί τ' ὀρινομένων 224
ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ.
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Furoresque et clamores concitatorum cum capitis iactatione. Ter his utitur Plutarchus, de def. orac. c. 13. ubi *ὀρινόμεναι;* Symposs. Qu. I, 5, 2. adiecto Pindari nomine: ubi olim male *ἐριαύχενι*, ex libris correctum; et ib. VII, 5, 4. ubi accommodatis ad loci tenorem verbis legitur *μανίαις τ' ἀλαλαῖς τ' ὀρινόμενοι.* Praeterea plurimi libri *ἄλλαι* habent et in duobus prioribus locis duplex *τε* sine apostropho. Ceteras varietates vide in Plutarchi editionibus: in quibus quod ad Symposs. Qu. VII. *ἐν τῷ πρώτῳ* vel *πότῳ ὀρινομένων* ex libris enotatur, est ex glossemate librarii, qui in *primo libro* extare *ὀρινομένων* monuerat. Ceterum vera lectio ea mihi videtur, quam supra proposui; Tyrwhittus ad Aristot. Poet. p. 172. *μανίᾳ* et *ἀλαλᾷ*. Verba sunt de saltantibus divino furore correptis in sollemnibus deorum: quod Plutarchi docent contexta. Vix dubito esse ex Hyporchemate, cuius characteri convenit et numerus et sententia.

www.libtool.com.cn

122.

225 Plutarchus de gloria Atheniensium c. 7.

Κλῦθ', Ἀλαλὰ Πολέμου θύγατερ,
ἐγχέων προοίμιον·
ἀμφύετ' ἄνδρες τὸν ἱερόθυτον θάνατον.
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ –
– ∪ – ∪ – ∪ ⏑
– ∪ ∪ – – ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ⏑

Audi Vociferatio, Belli filia, armorum prooemium: progenerate viri sacrificatam mortem. His prolatis scriptor addit, ὡς ὁ Θηβαῖος Ἐπαμινώνδας εἶπεν, cuius quum poesis ignota sit, prorsus Xylandro assentior et Wyttenbachio, qui pro Epaminonda Pindarum restitui vult, nisi, quod mihi non probabile, Epaminondae dictum exciderit: neque illa ἀμφίετ' ἄνδρες τὸν ἱερόθυτον θάνατον, quae manifeste poetae sunt, Epaminondae verba in proelio pronunciata habuerim. Vulgo legitur Κλῦθι Ἐννώ: sed nonnulli libri Κλῦθι ἄννα ἐγὼ, unde recte Xylander Κλῦθ' Ἀλαλὰ, quod sine auctoris nomine praebet Plutarchus de frat. amor. c. 11. ὥςπερ οἱ πολλοί· Κλῦθ' Ἀλαλὰ Πολέμου θύγατερ: item Athenaeus I, p. 19. A. Κλῦθ' Ἀλαλὰ Πολέμου θύγατερ, ἐγχέων προοίμιον, indeque Eustathius ad Iliad. ζ, p. 994. Deinde libri praebent ἀμφύετε, ἐνφύετε: Reiskius volebat ἀμφιέννυτε, pulcherrime, nisi quod medium desidero. Ego, dum certa loco medela adhibeatur, retinui ἀμφύετ', quamvis parum commodum. Nam quod quis coniiciat ἀμφιτίθεσθ' aut ἀμφίθεσθ', a tradita scriptura nimium recedit. Hoc igitur fragmen cum aliis Pindaro tribuerim; etsi nescio ex quo genere petitum fuerit. Alia nonnulla fragmenta, quae in Pindaricis ferebantur, plane omisi, unum tragici ap. Schol. Pind. Pyth. VIII, 77. alterum Sapphonis, de quo v. ad Nem. VII. extr. item incerti poetae ap. Athen. XII, p. 546. B. ubi Δικαιοσύνας τὸ χρύσιον πρόςωπον, et τὸ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας, quae Erasmus et Dalecampius Pindaro tribuunt; eidem vero Xylander dedit elegantes versus apud Plutarchum praec. reip. ger. c. 2. ab Hermanno pulchre emendatos:

Λευκᾶς καθύπερθε γαλάνας εὐπρόςωποι
σφὰς παρέπεισαν ἔρωτες ναῖας
κλαΐδος πόντου χάραξιν δαιμονίαν ἐς ὕβριν,

qui ut a Pindari poesi non alieni sunt, ita ei certa via vindicari non possunt.

124.

226 Plato Theaetet. p. 173. D. de philosophiae studioso a rerum civilium tractatione et cognitione alieno: Ἀλλὰ τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδὲν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον τά τε γᾶς ὑπενερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκαθιεῖσα. Vulgo καὶ τὰ ἐπίπερθεν; Bekkerus dedit τὰ ἐπίπεδα, idemque expressit Ficinus: *et quae plana*, habetque et Iamblichus Protrept. p. 85. et Theodoretus Gr. Aff. Cur. XII, p. 1019. ed. Schulz. Schneiderus coniecerat ὑπερθεν aut ἐφύπερθεν. Pro verbo φέρεται autem πέταται est ap. Clem. Alex. V, p. 707. Pott. qui praeterea τᾶς τε γᾶς; ex Clemente illud πέταται duxit Euseb. P. E. XII, p. 672. et Theodoret. l. c. Sed Porphyrius de Abst. I, 56. praebet πέτεται,

www.libtool.com.cn

quo iure (cf. Explicatt. ad Pyth. p. 340.): quae admonitio posthac, post pugnam puta Plataeensem, et turpis et perniciosa inventa sit. Pro voce τιθεὶς Stob. καταθεὶς, idemque ἀσυχ. ἱερὸν φάος pro eo quod ex Polybio edidimus. Deinde vulgo ἐπίκοπον ἀνέμων: quod correxit Grotius Florileg. p. 223. et ἐπίκοτον quidem ex scripto libro: alii alia coniecerunt. Quod vero Arcesilaus ap. Stob. p. 772. πενίαν ἀγαθὴν κουροτρόφον vocat, id ex hoc loco in contrarium sensum detorto natum est. Ἀσυχία est poetica persona, de quo v. Comm. ad Pyth. VIII. introd.

126.

229 Plutarchus de cohib. ir. c. 8. *Χαλεπώτατοι δὲ ἄγαν φιλοτιμίαν μνώμενοι ἐν πόλεσιν ἄνδρες ἢ στάσιν, ἄλγος ἐμφανὲς, κατὰ Πίνδαρον. Nimis ambientes honorem in civitatibus viri aut seditionem, manifestam aerumnam.* Quae littera insigniore notavi, ea omnia Pindari esse ob poeticam dictionem iudico. Reiskius vult *αἰνὰν φιλοτιμίαν*, quod non probo. Pindarus fortasse scripserat *πολίεσσιν*.

127.

230 Plutarchus S. N. V. c. 19. p. 76. ed. Wytt. *Ἆρ' οὖν σῶμα μὲν ἔκγονον φαύλου σώματος ἄξιόν ἐστι θεραπεύειν καὶ φυλάττειν, κακίας δὲ ὁμοιότητα συγγενικὴν ἐν νέῳ βλαστάνουσαν ἤθει καὶ ἀναφυομένην ἐᾶν δεῖ καὶ περιμένειν καὶ μέλλειν, ἄχρις ἂν ἐκχυθεῖσα τοῖς πάθεσιν ἐμφανὴς γένηται,*

κακόφρονά τ' ἀμφάνη πραπίδων καρπόν,

ὡς φησι Πίνδαρος. Malignum exserat pectorum fructum. Metrum videtur Dorium fuisse:

[⏑] ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ . . . . . .

Correxit Ruhnkenius, quum vulgo esset τὸν ἀμφανῆ: Venet. τ' ἐκφανεῖ, quo coniectura firmatur. *Καρπὸς φρενὸς* seu *φρενῶν* extat Olymp. VII, 8. Pyth. II, 73. Cf. Aeschyl. Sept. c. Theb. 577.

128.

231 Plutarchus de cap. ex host. util. T. I, p. 283. ed. Tub. *Καὶ πᾶσα φύσις ἀνθρώπου φέρει φιλονεικίαν καὶ ζηλοτυπίαν καὶ*

φθόνον κενεοφρόνων ἑταῖρον ἀνδρῶν,

ὡς φησι Πίνδαρος. Invidiam vanorum hominum comitem. Vulgo *ἑταίρων*, quod correxit Reiskius.

129.

232 Plato Rep. II, p. 365. A. B. *Ταῦτα πάντα, ἔφη, ὦ φίλε Σώκρατες, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα λεγόμενα ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας, ὡς ἄνθρωποι καὶ θεοὶ περὶ αὐτὰ ἔχουσι τιμῆς, τί οἰόμεθα ἀκούοντας νέων ψυχὰς ποιεῖν, ὅσοι εὐφυεῖς καὶ ἱκανοὶ ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπτόμενοι ξυλλογίσασθαι ἐξ αὐτῶν, ποῖός τις ἂν ὢν καὶ πῇ πορευθεὶς τὸν βίον ὡς ἄριστα διέλθοι; λέγοι γὰρ ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τὸ Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβὰς, καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ; τὰ μὲν γὰρ λεγόμενα δικαίῳ μὲν ὄντι μοι, ἐὰν καὶ μὴ δοκῶ, ὄφελος φασὶν οὐδὲν εἶναι, πόνους δὲ καὶ ζημίας φανερὰς· ἀδίκῳ δὲ δόξαν δικαιοσύνης παρεσκευασμένῳ θεσπέσιος βίος λέγεται.* Liquet ex ante disputatis, scribendum esse *ἐὰν μὴ καὶ δοκῶ*, in hanc sententiam: *Ea enim, quae dicuntur, iusto*

www.libtool.com.cn

mihi, nisi idem habear iustus, nihil pollicentur commodi fore, labores autem et damna manifesta. Deinde pro vocula πῇ ex Platonis consuetudine restitue ποῖ, quod habes in codice Regio. et Ficini interpretatio genuina expressit his verbis: *et quorsum tendens quam optime vitam agat.* Etenim casus quartus τὸν βίον non a participio πορευθεὶς pendet, sed a verbo διέλθοι. Praeterea καὶ ante ἑμαυτὸν in libro Parisiensi omissum haud dubie est insiticium: nam post participium ἀναβὰς illato verbo περιφράξας διαβιῶ cum voce οὕτω coniuncto legitime abest καί. V. Heindorf. ad Gorg. §. 135. Cetera Platonis ipsius verba sana: nam quod Benedictus Coniect. in Plat. libb. de Rep. p. 8. ex Stephani Thesauro scripsit ἐπιπτάμενοι, non κατόρθωμα est sed παραδιόρθωσις. At fragmenti Pindarici neque lectio certa nec sensus perspicuus: emendavi et explicui in Prooemio lectionum Universitatis Berolinensis hibernarum a. 1812—1813. Duplex enim habetur scriptura: altera δίκας et σκολιᾶς ἀπάτας in Platonis libris vulgaribus et ante Davisium apud Maximum Tyrium Diss. XVIII, p. 208. porro apud Ciceronem ad Attic. XIII, 38. *Nunc me iuva, mi Attice, consilio,* πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, *id est aperte hominem asperner et respuam,* ἢ σκολιᾶς ἀπάτας; *ut enim Pindaro, sic* δίκα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν: postremo in Ficini interpretatione Platonis Latina: *Utrum iustitiae conscendam alta moenia, an obliquas doli vias ingrediar?* Altera lectio est δίκᾳ et σκολιαῖς ἀπάταις in codicibus Platonis Veneto ac Regio et Maximi Regio et Harleiano, ex quibus hanc reposuit Davisius; item in loco Attici Platonici apud Eusebium P. E. XV, 5. εἴγε μὴ μέλλοιμεν ἀγνοεῖν, πότερον δίκᾳ τεῖχος (ita emendandum esse corruptum δὴ κατ' ἴχνος ante nos monitum, etsi depravatum olim Hermanno placuit) ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθονίων γένος ἀνδρῶν. Ac nuperrime ex codicum fide etiam Bekkerus dedit δίκᾳ et σκολιαῖς ἀπάταις. Taceo tum alios tum Ernestum Clav. Cic. p. 889. 893. Ciceronianae lectionis interpretem; nam verum esse dativum ipse verborum tenor ostendit, modo notes ὕψιον non esse ὑψηλὸν, sed ὑψηλότερον. Nihili enim vox est ὕψιος; sed a nomine ὕψος formatur ὑψίων, ὕψιστος, ut αἰσχος, αἰσχίων, αἴσχιστος; ἔχθος, ἐχθίων, ἔχθιστος; κάλλος, καλλίων, κάλλιστος. Postremo integriorem locum servavit Maximus Tyrius l. c. Πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων, δίκα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν; ultimisque verbis ut suis usus est Dionysius Halicarnassensis de comp. verb. c. 21. p. 290. Schaef. ubi v. intpp. In eo vero ambigas, sitne ἀνθρώπων cum Maximo, an cum Eusebio ἀνδρῶν, et ἐπιχθονίων, ut est apud hunc, an ἐπιχθόνιον, ut apud Maximum, scribendum: sed ego iam praefero reconditius ἀνδρῶν, et ἐπιχθόνιον, quod usui sermonis convenientius est. Itaque verba haec sunt:

Πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον
ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει
ἐπιχθόνιον γένος ἀνδρῶν,
δίκα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν.

⏑ ⏑ ⏓ ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏑ –
⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

Utrum iustitia munimentum altius an obliquis dolis eseendat terrenum hominum genus, de ea mihi re verum dicturo suspensa mens est. De dictione τεῖχος ἀναβαίνειν cf. Isthm. IV, 50. et de sententia fragmenti ea quae ibi Disseniua meus attulit. Me-

www.libtool.com.cn

trum ultimi versus est a me Metr. Pind. p. 139. relatum ex Isthm. VI. Cum priori enim hoc colon iungere nunc nolo, quoniam sic in altera parte nasceretur hic numerus: ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑, cuius nullum in Pindaricis exemplum esse dixi ibid. p. 137.

130.

233 Plato Rep. I, p. 330. E. 331. A. *Τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον ξυνειδότι ἡδεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεστι καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος, ὡς καὶ Πίνδαρος λέγει. χαριέντως γάρ που τοῦτ' ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι ὃς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγῃ,*

Γλυκεῖά οἱ καρδίαν ἀτάλλοισα γηροτρόφος συναορεῖ
ἐλπὶς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ.

Dulcis illum cor alens, senectutis nutrix, comitatur spes, quae maxime mortalium volubilem mentem gubernat. Metrum, quantum in tali fragmento sapere licet, hoc videtur:

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Lectionem Bekkerus recte constituit, revocata ex libris forma *ἀτάλλοισα*, pro qua invectum erat *ἀτιτάλλοισα*, et restituto ex iisdem *συναορ.* quum contra Pindari usum scriptum esset *ξυναορ.* Quippe *ἀτάλλοισα* est in Ald. Bas. 1. 2. item apud Stob. Serm. p. 756. Synes. de Insomn. p. 149. ed. Petav. qui ex Platone hauserunt, apud Nicephorum in Scholiis ad Synesium p. 406. B. ed. Petav. et ap. Schol. Plat. Ruhnk. p. 149. neque alterum ex libris enotatum video, nisi quod Stephanus etiam *ἀτιτάλλοισα* legi perhibet, nempe apud Iustinum Coh. ad gentes p. 25. ed. Morell. ubi *ἀτιτάλλουσα*. Nostram scripturam praeterea Theodorus Metochita in *Ὑπομνηματισμοῖς καὶ σημειώσεσι γνωμικαῖς* c. 105. ap. Muellerum Notit. codd. mss. bibl. Ciz. Partic. V, p. 4. (ed. Theod. p. 695.) secutus est, ubi de Carthagine: *πρόδηλος ἡδείαις αὔραις ἀτάλλουσα κατὰ Πίνδαρον ἡ τύχη τὰς ψυχάς*: quae non ad alium quam hunc locum pertinent. In Bas. 2. est *ἡ γηροτρόφος*: et in primi Aristoteli tributorum Oeconomicorum libri fine, qui ex Aretini Latina interpretatione a Tussano Graecus fertur factus esse, sic haec habentur: *Ὡς γάρ φησι Πίνδαρος, γλυκεῖά οἱ καρδίαν ἀτάλλοισα ἡ γηροτρόφος συναορεῖ ἐλπίς*; ubi Camerarius etiam cetera usque ad verbum *κυβερνᾷ* Latine reddidit. Pro voce *γηροτρόφος* apud Synesium est *κουροτρόφος*; et *ἐλπίδα κουροτρόφον* habes in Io. Chrysostomi libro III, 10. adv. oppugn. vit. monast. T. I. p. 74. D. ed. Montfauc. Nicephorus ad Synesium veram lectionem servat, omisso uno *οἱ*. Eadem tangunt Plutarchus de animi tranquill. c. 19. *ἀφ' ἧς αἱ καλαὶ πράξεις ῥέουσαι καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐνθουσιώδη καὶ ἱλαρὰν μετὰ τοῦ μέγα φρονεῖν ἔχουσι καὶ τὴν μνήμην ἡδίονα καὶ βεβαιοτέραν τῆς Πινδαρικῆς γηροτρόφου ἐλπίδος*: et de frat. amor. c. 5. *ἡδεῖαν καὶ μακαρίαν παρεσκευάκασι γηροτρόφον τοῖς γονεῦσι τὴν φιλαδελφίαν*: Themistius Orat. VIII, p. 101. B. *καὶ ἐπαινῶ Πίνδαρον τὸν ποιητήν, ὡς ἄρα οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐν ἀγαθῇ μοίρᾳ τὸ προελθεῖν εἰς χρόνον πλείω τὸν βίον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ζῆν μετὰ δικαιοσύνης προαιρουμένοις, καὶ τούτοις ἐλπὶς γλυκεῖα καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος παραπέμπουσα μετ' εὐφροσύνης εἰς τὸ τῆς φύσεως καταγώγιον*, quae tamen ex solo Platone petita sunt: item Nicephorus Annal. VIII, 8. T. I, p. 207. ad Andromachum Imp. *καὶ κυβερνᾷς κατὰ Πίνδαρον τὰν πολύστροφον γνώμαν ἑκάστων*; Choricius in funebri oratione ap. Villois. Anecd. Gr. T. II. p. 21. *ἀλλὰ γλυκεῖα παρῆν ἀπὸ τῶν ἔργων ἐλπίς* etc. Theodorus Metochita l. c. cap. 58. p. 350. *ὅτι τοι γλυκεῖ' ἐλπὶς κατὰ τὴν ποίησιν ξυναορεῖ παντὶ κάμνοντι*. Idem Theodorus, ut hoc data occasione dicam, quae ex Epiniciis duxit, non potuerunt

www.libtool.com.cn

annotari, quod commentarii, quum ille ederetur, iam impressi erant. Ceterum fragmentum Pindari an ex Threnis petitum sit, ut Schneiderus coniecit, mihi quidem non liquet.

131.

Anonymus ap. Stob. Serm. CCLXII. p. 855. Wech. *Πίνδαρος εἶπε τὰς ἐλπίδας εἶναι ἐγρηγορότων ἐνύπνια. Spes vigilantium somnia.* Idem dictum verbis paulo variatis Aelianus V. H. XIII, 29. Platoni, Aristoteli vero Diogenes Laertius lib. V. in eius vita tribuit. 234

132.

Plutarchus Consol. ad Apollon. T. I. p. 355. ed. Tub. et Hephaestio de metris p. 52. ex Pindaro: 235

Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς.

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑

Sapientes vero etiam hoc verbum, Ne quid nimis, laudarunt magnopere. Schol. Eurip. Hippol. 265. de eadem sententia: *ὅπερ Χείλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας καὶ Πίνδαρος*, qui Chilonis in sequentibus fortasse versibus mentionem addiderat.

133.

Athenaeus XIII, p. 561. B. *Καὶ κατὰ τὸν Πίνδαρον δὲ ἄλλος τις ἔφη·* 236

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι
κατὰ καιρόν.

Idem XIII, p. 601. C. *Καὶ Πίνδαρος δ' οὐ μετρίως ἐρωτικός φησιν·*

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι·
καὶ κατὰ καιρὸν μὴ πρεσβυτέραν
ἀριθμοῦ δίωκε, θυμὲ, πρᾶξιν.

Carmen hoc est:

– ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏓ ⏑ – ⏑
– ⏓ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑
⏓ ⏑ . . . . .

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι κατὰ καιρόν·
μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε, θυμέ,
πρᾶξιν.

Sit et amare et amori morigerari in tempore: ne vetustiorem iusto numero persequere, anime, amoris exercitationem. Ἔρωτι χαρίζεσθαι est amati, ἐρᾶν amasii. Ἀριθμοῦ mediam corripit. Fragmentum hoc scolio, quo Theoxenus celebratur, non addendum esse supra dixi.

134.

Clemens Alexandrinus Paedag. p. 295. 24. Pott. *ὁ Βοιώτιος Πίνδαρός φησι·* 237

Γλυκύ τι κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος.

Dulcis est furtiva aliqua Veneris gratia.

135.

Plutarchus Pindari praecipuus cultor adv. Epicur. c. 13. paulo post versus ex Pythio primo petitos haec habet, in quibus vix dubito Thebani poetae verba teneri: 238

www.libtool.com.cn

Ποῖος γὰρ ἂν αὐλὸς ἢ κιθάρα διηρμοσμένη πρὸς ᾠδὴν ἤ τίς χορὸς εὐρυόπα κέλαδον ἀκροσόφων ἀγνύμενον διὰ στομάτων φθεγγόμενος οὕτως ἡδύφρανεν Ἐπίκουρον, et quae sequuntur. Recte liber Venetus *ἀγνύμενον*, hoc est *ῥηγνύμενον*: vulgo *ἀγνυμένων*. *Chorus late sonantem strepitum sapientissima per ora fractum canens.*

136.

239 Ex *Παροινίῳ*, hoc est ex Scolio vel Encomio, depromptum haud dubie est insigne fragmentum ap. Athen. XI, p. 782. D. cap. 21. T. IV, p. 216. ed. Schweigh. quod post nonnullas Mitscherlichii ad Horat. T. II, p. 708. emendationes ab Hermanno nuper tandem restitutum, a me vero numeris paulo aliter divisum est: *Αὔξει γὰρ καὶ τρίφει μεγαλύνει τε τὴν ψυχὴν ἡ ἐν τοῖς πότοις διατριβὴ ἀναζωπυροῦσα καὶ ἐνεγείρουσα μετὰ φρονήσεως τὸν ἑκάστου νοῦν, ὡς φησιν ὁ Πίνδαρος·*

Ἀνίκ' ἀνθρώπων καματώδεες οἴχονται μέριμναι
στηθέων ἔξω, πελάγει δ' ἐν πολυχρύσοιο πλούτου
πάντες ἴσα νέομεν ψευδῆ πρὸς ἀκτάν·
ὃς μὲν ἀχρήμων, ἀφνεὸς τότε, τοὶ δ' αὖ πλουτέοντες
. . . . . .

εἶτ' ἐπάγει·

. . . . . ἀέξονται φρένας ἀμπελίνοις τόξοις δαμέντες.
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – –

et deinde:

[⏑ – ⏑ – ⏑] – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –

Quando hominum laboriosae excedunt curae ex pectoribus, et in oceano aureae opulentiae omnes perinde natamus falsam ad oram: qui inops, tum dives est; rursus vero opulenti . . . . . augentur, mentes vitigineis telis saucii. Ἔξω pro vulgato ἔξωθεν et *πολυχρύσοιο* pro edito olim *πολυχρύσου* correxit Mitscherlichius: deinde fuit *ἴσα* et *ἀφνειὸς*, quae Hermannus emendavit. Interiectum vero *εἶτ' ἐπάγει* docet paucula omissa esse: neque enim quisquam miram probabit censoris cuiusdam in Ephem. litt. Ien. a. 1806. n. 249. p. 142. sententiam, vocem *εἶτ'* in Pindaricorum verborum ordinem cogentis, et ab ea voce inchoantis antistropham, etiam metris monstruosum in modum delineatis. Ultima inde a verbo *ἀέξονται* omisso Pindari nomine ex Athenaeo decerpsit Eustathius ad Iliad. *ω*, p. 1367. 30. ubi est *τόξοισι*. *Φρένας* non ad *ἀέξονται* traho, sed ad participium *δαμέντες*, ut Olymp. I, 41. *δαμέντα φρένας ἱμέρῳ*. Ceterum eximium hoc fragmentum comparabis cum simili Bacchylideo ap. Athen. II, p. 39. E. sq. et intelliges quid intersit Pindarum inter et Bacchylidem.

137.

240 Etym. M. p. 178. 10. v. *ἄφενος*: *Παρὰ τὸ ἄφενος γίνεται ἄφνος, ᾧ κέχρηται Πίνδαρος·*

Οἱ δ' ἄφνει πεπολίθασιν.
. . . – – ⏑ – – . . .

Fortasse fuit *οἳ δ'*.

www.libtool.com.cn

138.

Plutarchus Symposs. Qu. VII, 5, 3. de dapibus, quas multo quam prava musicorum carmina innocentiores censet: *τῶνδε γὰρ οὔτε τι μεμπτὸν οὔτε μεταλλακτὸν, ὡς Πίνδαρος ἔφη, τῶν ἐπὶ ταῖς τραπέζαις, ὅσ' ἀγλαὰ χθὼν πόντου τε ῥιπαὶ φέρουσιν, ἄρτι παρακειμένων.* Fuit aut *φέροντι* aut *φέροισιν*. Vera lectio manifeste est *μεταλλακτὸν*, pro qua olim *μεταλλάττων*: ne dicam de aliorum coniecturis. Sed praeterea scribendum *οὔτ' ὤν μεταλλακτὸν*, quod ex Pindarici usus consuetudine conieceram vel priusquam eo viderem ducere lectionem Aldinae et Basileensis *οὐ τῶν μεταλλ.* Iam ita haec ordinanda videntur: 241

. . . . τῶνδε [γὰρ] οὔτε τε μεμπτόν
οὔτ' ὤν μεταλλακτὸν . . ὅσσ' ἀγλαὰ χθών
πόντου τε ῥιπαὶ φέροισιν.
. . . . ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – – ⏑ [⏑ –] – ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Horum enim nihil reprehendendum nec mutandum, quae praeclara tellus et maris venti apportant. Ad dictionem cf. Pyth. IX, 47.

139.

Sextus Hypot. Pyrrh. I, p. 23. *Ὁ μὲν γὰρ Πίνδαρός φησιν·* 242

. . *Ἀελλοπόδων μέν τιν' εὐφραίνοισιν ἵππων*
τίμια καὶ στέφανοι, τοὺς δ' ἐν πολυχρύσοις θαλάμοις βιοτά·
τέρπεται δὲ καί τις ἐπ' οἶδμ' ἅλιον ναῒ θοᾷ
σῶς διαστείβων . . . . . .
[⏑ ⏑] ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – . . . . . .

Procellipedum aliquem delectant equorum praemia et coronae, alios vero in auratis conclavibus victus: gaudetque aliquis etiam navi veloci maris fluctus incolumis emetiri. Numeri sunt exacte Dorii: quorum notitia quum ea aetate nondum percrebruisset, non satisfecit emendando criticorum doctissimus Rich. Bentleius ad Hor. Carm. init. qui vs. 1. male *τινὰς* correxit, bene *βιοτὰ*, sed perperam *διαστείχων*, quum etiam *στείβειν* de navigantibus dicatur. Vs. 2. ante nos erat *τιμαί*, quod carminis lex respuit. Vs. 3. scripserim *τέρπεται δ' αὖ καί τις*. Postremo vulgo *οἶδμα* et *εὐφραίνουσιν*. Cf. Menag. ad Diog. L. IX, 68. *Θαλάμους* esse generatim *conclavia*, *in quibus habitatur*, ex hoc loco manifestum est; *πολύχρυσοι* dicuntur ob ornatum aureum; ut Pyth. IX, 71. De thesauris, etsi hi *θάλαμοι* dicuntur, in hoc fragmento nemo cogitabit. Etiam Olymp. V, 13. *θάλαμοι* sunt conclavia, ita quidem ut ibi conclavia pro domibus posita sint. Eodem pertinet Olymp. VI, 1. *Χρυσίας ὑποστάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον, πάξομεν*: quo loco in Latina interpretatione *θάλαμος* laxius versum est voce *domus*. Ibi enim universum carmen *μεγάρῳ θαητῷ*, hoc est *aedibus magnificis*, comparatur, non speciatim templo, de quo nihil in carmine dictum est: nec debemus, quae poeta generalius pronunciavit, ad speciem aliquam restringere. Illius autem *μεγάρου* duae partes principales nominantur, *πρόθυρον* (ve-

www.libtool.com.cn

stibulum) columnis ornatum, et θάλαμος, hoc est conclave maxime insigne, ad cuius fores pervenias πρόθυρον emensus. Ideo etiam πρόθυρον non μεγάρου, sed θαλάμου dictum est, quia πρόθυρον proprie ante conclavis fores est, non proprie ante fores μεγάρου. Ut autem μεγάρῳ universum carmen, sic πρόθυρον prooemio comparatum est, per quod pervenias ad reliquum carmen θαλάμῳ comparatum.

140.

243 Schol. Pind. Pyth. IV, 408. coll. Proclo ad Hesiod. Opp. et D. 435.

. . . Διὸς παῖς ὁ χρυσός·
κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει,
δάμναται δὲ βροτέαν φρένα κάρτιστον κτεάνων.

Iove gnatum aurum: id neque tinea nec vermiculus rodit; vincit autem mortalem mentem praestantissimum bonorum. Non Sapphonis haec esse sed Pindari, docui ad Schol. l. c. ubi etiam lectionem constitui: ex quo hoc tantum repetam, pro κτεάνων vulgo esse φρενῶν. Metrum hoc videtur:

. . . ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Versu secundo nota praeruptum spondeum δάπτει, quem licet rarum in Pindaricis hoc loco admittere non dubito, quod hoc numero ipsa *rodendi et lacerandi* notio graphice adumbratur. Cf. Metr. Pind. III, 19. p. 296 sq.

141.

244 Theodorus Metochita in Ὑπομνηματισμοῖς καὶ σημειώσεσι γνωμικαῖς c. 86. ap. Mueller. Notit. codd. mss. bibl. Ciz. P. V, p. 4. ed. Theod. p. 562.

Καὶ φέρονταί πως ὑπὸ δούλειον τύχαν
αἰχμάλωτοι, καὶ χρυσέων βελέων
ἔντὶ τραυματίαι, ...

Πίνδαρος φησίν.

⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ . . . ⏑ ⏑ ⏑ – . . . . .

Et mittuntur quodammodo sub servilem condicionem captivi, et aureis telis vulnerati sunt. Vulgo τύχην. In edito Theodoro est αἰχμάλωτοι, sed apud Muellerum αἰχμαλώτου. Χρυσέων est anapaestus: v. nott. critt. ad Pyth. IV, princ. Dicitur de avaris, quantum ex Theodori contextu colligere licet.

142.

245 Theodorus Metochita in Ὑπομνηματισμοῖς καὶ σημειώσεσι γνωμικαῖς c. 48. ap. Mueller. Notit. codd. mss. bibl. Ciz. P. V, p. 4. ed. Theod. p. 282. Τίνα δὲ τῶν ἐν μακραῖς συμβιούντων οὐσίαις οὐ κατατρέχουσι καὶ σπαράττουσι δή τινες Κῆρες ὀλβοθρέμμονες, φησὶ Πίνδαρος, μεριμναμάτων ἀλεγεινῶν; *Parcae curarum difficilium, opibus enutritae.* Ὀλβοθρέμμων passivum est, ut Empedocli ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.

www.libtool.com.cn

143.

Schol. Venet. ad Iliad. ρ, 98. *Ὁ γὰρ φωτὶ μαχόμενος τῷ ὑπὸ θεῶν τιμωμένῳ ἢ* 246
ὑπὸ θεῶν ἀγαπωμένῳ, αὐτῷ τῷ θεῷ μάχεται τῷ ἐκεῖνον στέργοντι. ὁ Πίνδαρος ἴσον μὲν θεὸν ἄνδρα τε φίλον θεῷ ὑποτρέσσαι ἐκέλευσεν. Aeque deum et virum dilectum deo horrere. Θεῷ addidit Heynius ex seqq. *ἐπίσης τὸν θεὸν καὶ τὸν φίλον θεῷ, ἄνδρα θεοφιλῆ.* Metrum hoc videtur:



144.

Scholium nuper editum ad Olymp. II, 40. *Πρὸ τῶν ἀγαθῶν τοῖς ἀνθρώποις γὰρ* 247
τὰ κακὰ, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησίν·

. . . Ὁπότε θεὸς ἀνδρὶ χάρμα πέμψῃ,
πρὸς μέλαιναν καρδίαν ἐστυφέλιξεν.



Quando Deus homini beneficium mittit, solet ei nigrum pectus percutere. Sed scribo *πρόσθε, prius;* quod tenor orationis videtur postulare.

145.

Aristides T. II, p. 402. Pindarum Platoni consentientem prodit dixisse: 248

Οὔτις ἑκὼν κακὸν εὔρετο.

Nemo volens malum sibi parat. Quo placito nihil notius.

146.

Libanius Orat. T. II, p. 215. ed. Morell. *Ubi hominem honore affeceris,* inquit, 249
tum clarus habebitur et fiducia recepta pudorem deponet: πρὸς γὰρ τῷ τὰ δεύτερα τῶν προτέρων πεφυκέναι κρατεῖν, ὡς ἔφη Πίνδαρος, τὸ τὸν τετιμηκότα τοῦ περιυβρικότος εἶναι βελτίω μεγάλην ἰσχὺν εἰς τὸ λήθην ἐπιθεῖναι τοῖς φαυλοτέροις ἔχει. Morellius haec retulit ad Olymp. I, 99. cum quadam specie, si Scholia conferas: quidni tamen Pindarus alibi dixerit *secundis superari priora suâ naturâ?*

147.

Clemens Alexandrinus Strom. IV, p. 586. pr. Pott. *Καὶ ὁ Πίνδαρος:* 250

. . Νέων δὲ μέριμναι σὺν πόνοις εἱλισσόμεναι
δόξαν εὑρίσκουσι· λάμπει δὲ χρόνῳ
ἔργα μετ' αἰθέρα λαμπευθέντα . . . . .



Iuvenum curae in laboribus versantes gloriam inveniunt: splendentque aliquando facinora in aethere illustrata. Olim *εὑρίσκουσι,* quod ante me correctum: sed *λαμπευθέντα* post simile *λάμπει* non dubito quin corruptum sit, praesertim quum ne nota quidem forma sit *λαμπεύειν.* Haud paulo melius Schneideri *λαμπρευθέντα,* etsi ne ipsi qui-

www.libtool.com.cn

dem probatum: sed nihil incommodius Valckenarii commento λαμπετόωντα in Annott. ad N. T. p. 330. quo metrum pessumdatur. Buttmannus coniicit μετ' αἰθέρ' ἀναμπρευθέντα, a voce ἀμπρεύειν. Mihi in illo λαμπευθέντα vix videtur vestigium inesse verae lectionis, sed λαμπευθ. ex ipso λάμπει effictum esse a librario, qui evanidos litterarum ductus legere non posset. Coniicio ἔργα μετ' αἰθέρ' ἀερθέντα, ut Nem. VIII, 41. ἀρετὰ ἀερθεῖσα πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα. Postremo vulgo ἑλισσόμεναι, quod mutavimus. Fragmentum videtur Encomii esse.

148.

251 Theodorus Metochita in Ὑπομνηματισμοῖς καὶ σημειώσεσι γνωμικαῖς c. 75. ap. Mueller. Notit. codd. mss. bibl. Ciz. P. V, p. 4. (ed. Theod. p. 493.) de iis, qui sub dominis sunt: Καὶ φέρειν ἀνάγκην ἔχοντες κατὰ Πίνδαρον ἀλλότρια μεριμνάματα καὶ κέαρ ἀλλοτρίας φύσεως. *Alienas curas et cor alienae naturae.* Φύσιος fuerit an hoc vocabulum Pindari omnino non sit, in dubio relinquo.

149.

252 Plutarchus An seni sit gerenda resp. initio, et de sollert. anim. c. 23.

Τιθεμένων ἀγώνων πρόφασις ἀρετὰν ἐς αἰπὺν ἔβαλε σκότον.

Certaminibus propositis praetextus virtutem in praecipites tenebras deiicit. Priore loco habetur εἰς. Metrum constitui nequit. Proverbium est ἀγὼν οὐ δέχεται σκῆψιν, de quo Zenob. II, 45. Leopardus Emend. XIII, 7. Cf. etiam Pyth. V, 28. de Προφάσει ἐν ἀγῶσιν. Ad quod carmen Pythium, et quidem ad vs. 49 sqq. hac oblata occasione simul hoc addam, periculum in ludis curulibus Delphicis graphice adumbrari a Sophocle Electr. 673 — 756. quo loco cum Pythii quinti versibus simul uteris ad explicandum eorum, qui Olympiae curribus certabant, discrimen, qua de re dixi Explicatt. p. 155. Adde de Olympico ludo imprimis Pausan. VI, 20, 8.

150.

253 Schol. Pind. Olymp. VIII, 92. Καὶ ἀλλαχοῦ·

Νικώμενοι γὰρ ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται
οὐ φίλων ἐναντίον ἔλθεῖν.

– ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ – ⏓
⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓

Victi enim viri pudore taciturno tenentur, ne in conspectum amicorum veniant. Minus plene idem ad Pyth. IX, 160. Καὶ ἑτέρωθί πού φησι· Νικώμενοι δὲ ἀγρυξίᾳ δέδενται: sed Plutarchus de cap. ex inim. util. T. I, p. 274. ed. Tub. Νικώμενοι, φησὶ Πίνδαρος, ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται. Hesychius: Ἀγρυξία· σιωπή: ubi v. intt. Est credo ex Epinicio vel Encomio Scoliove.

151.

254 Libanius Epist. CXLIV. p. 491. ed. Wolf. Μηδ' οὕτως οἷον τὰ ἡμέτερα κατὰ Πίνδαρον ἐπὶ λεπτῷ δενδρέῳ βαίνειν, ἀλλά τι καὶ ἀδάμαντος μετέχειν. *Exili ramusculo insistere.* Vulgo δένδρῳ, quod correxi. Metrum fuit:

[– ⏑ ⏑ –] ⏑ ⏑ – – – ⏑ – – – . . .

www.libtool.com.cn

152.

Schol. Pind. Nem. VII, 87. *Ὅλως ἀποδέχεται ὁ Πίνδαρος τὴν μετὰ συνέσεως* 255
τόλμαν·

Τόλμα τέ μιν ζαμενὴς καὶ σύνεσις πρόσκοπος
ἔσάωσεν.
– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ . . . . . .

et cetera quae interpretationis causa addita sunt. *Et audacia eum animosa ac prudentia provida servavit.*

153.

Plutarchus Marcell. c. 29. *Ἀλλὰ γὰρ τὸ πεπρωμένον οὐ πῦρ, οὐ σιδαροῦν σχήσει* 256
τεῖχος, κατὰ Πίνδαρον. Fuit credo:

Σχήσει τὸ πεπρωμένον οὐ πῦρ, οὐ σιδάρεον
τεῖχος.
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –
– ⏑ . . . . . .

Retinebit fatum non ignis, non ferreus murus.

154.

Clemens Alexandrinus Paedag. p. 307. 7. Pott. 257

Πιστὸν δ' ἀπίστοις οὐδέν,

κατὰ Πίνδαρον. Fidum autem infidis nihil. Vulgo *δέ*. Versui in fine certe aliquid deest.

– ⏑ – – ⏑ . . . . . .

155.

Plutarchus de tranquill. anim. c. 13. 258

Ὑφ' ἅρμασιν ἵππος,
ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς· παρὰ ναῦν δ' ἰθύει τάχιστα δελφίς·
κάπρῳ δὲ βουλεύοντα φόνον κύνα χρὴ τλάθυμον ἐξευρεῖν . .

Vulgo est *ἐν*: sed eundem idem locum recitat de virtute morali c. 12. ubi dat *ὑφ' ἅρμασι γὰρ ἵππος, ὥς φησι Πίνδαρος*: ex quo loco *ὑφ' ἅρμασιν* ut elegantius praetuli. Utroque vero loco libri plurimi praeferunt *βουλεύοντι*, quod minus commodum est. Verte: *In curribus equus, in aratro bos: iuxta navem vero celerrimo cursu delphinus dirigitur: sed qui apro necem intendat, canem laborum tolerantem exquirere debet.* Postremo Hermannus coniicit *δελφὶς τάχιστα*, quo non opus. Metrum hoc est:

. . . . . [⏑] ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑ [⏑]

156.

Plutarchus Symp. Quaest. VII, 5, 2. *Ὁ δὲ Πίνδαρός φησι, κεκινῆσθαι πρὸς ᾠδὴν* 259
ἁλίου δελφῖνος ὑπόκρισιν, τὸν μὲν ἀκύμονος ἐν πόντου πελάγει αὐλῶν

www.libtool.com.cn

ἐκίνησ' ἐρατὸν μέλος, ubi Ald. et Bas. ἐκείνης, Turn. et V. ἐκείνοις, documento sufficienti, non esse ἐκίνησεν legendum, ut olim in Fragmentis editum. Sed idem de sollert. animal. c. 36. ᾧ (τῷ δελφῖνι) καὶ Πίνδαρος ἀπεικάζων ἑαυτὸν ἐρεθίζεσθαί φησιν, sequentibus iam iisdem verbis, ita tamen ut οὐ sit pro ἁλίου, deinde ἀπόκρισιν, ἐκ πόντου et ἐκίνησεν. Pindarus videtur dedisse ἐρεθίζομαι, et interpositis paucis haec:

. . . . ἁλίου δελφῖνος ὑπόκρισιν . .
τὸν μὲν ἀκύμονος ἐν πόντου πελάγει
αὐλῶν ἐκίνησ' ἐρατὸν μέλος·

Excitor marini delphinis instar, quem tranquilli in maris unda tibiarum cantus amabilis commovit. Metrum videtur hoc fuisse:

[⏑ – ⏑ ⏑ –] ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ [– ⏑]
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ [–] . . . . .

Ὑπόκρισιν est δίκην. Πόντου πέλαγος dixit, ut Olymp. VII, 56. πελάγει ποντίῳ, Pyth. IV, 251. Ὠκεανοῦ πελάγεσσι. Iacobs. Animadv. ad Anthol. T. I. P. I, p. 180. ed pr. corrigebat ἐν πόντου πλακί.

157.

260 Eustathius ad Odyss. κ, p. 1657. 13. Ὥσπερ καὶ οἱ δελφῖνες ἐξ ἀνθρώπων γενόμενοι φιλάνορα οὐκ ἔλιπον βιοτὰν κατὰ Πίνδαρον. *Non deseruere vitam hominum amantem.* Scribe:

φιλάνορα δ' οὐκ ἔλιπον βιοτάν.
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Ἀὲ diserte Schol. Odyss. κ, 340. p. 343. ed. Buttm. In ed. Mediol. est φιλάνερα et βιωτάν.

158.

261 Aristides T. II, p. 378. Pindarum de se magnifice sentire docens inter alia haec ponit: Πάλιν τοίνυν πρός τινα τῶν ἀκροατῶν, ἐπειδὴ νυστάζοντα ἑώρα καὶ οὐκ εἰδότα ὅτῳ σύνεστιν, οὕτωσὶ πεποίηκε·

Ὄπισθε δὲ κεῖμαι θρασειᾶν
ἀλωπέκων ξανθὸς λέων.
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Pone protervas vulpeculas iacco fulvus leo. Editur ὄπισθεν et θαρσειᾶν.

159.

262 Schol. Pind. Pyth. II, 31. Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Πίνδαρος τὸ τιθασσεύεσθαι καὶ κτιλεύεσθαι λέγει·

Ἔνθα ποῖμναι κτιλεύονται κάπρων λεόντων τε.

Ubi greges aprorum leonumque mansuefiunt. Cod. Gott. αἱ ποῖμναι. An fuit καὶ ποῖμναι?

www.libtool.com.cn

160.

Eustathius ad Odyss. ι, p. 1636. 7. *Τὸ δὲ σφαραγεῦντο ἀντὶ τοῦ ἐτείνοντο κατὰ τοὺς παλαιούς, ἢ κατεπονοῦντο ἢ ἐσπαράττοντο· νοεῖται δὲ κατά τινα ἦχον· ὅθεν καὶ Πίνδαρός που ἐπὶ πολυήχου τὸ ἐρισφάραγον τίθησιν.* Isthm. VII, 23. est *βαρυσφαράγῳ*, quod tamen respici non satis probabile videtur. 263

161.

Plutarchus S. N. V. extr. p. 107. ed. Wyttenb. apud inferos animas repraesentans nova corpora ad futuram vitam agendam induentes, eos qui haec corpora fabricarentur, Neronis animae dicit facturos fuisse *Πινδαρικῆς ἐχίδνης εἶδος, ἐν ᾧ κυηθεῖσα καὶ διαφαγοῦσα τὴν μητέρα* revivisceret. Aut Pindarus de tali cecinerat vipera, aut in genitivo *Πινδαρικῆς* nomen generis viperarum latet, ut monuit Wyttenbachius. Prius tamen verisimilius. 264

162.

